

SIGILLVM ACADEMIÆ HARVARDIANÆ IN NOV: ANG:
CHRISTO ET ECCLESIÆ



M. TULLI CICERONIS

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM

LIBRI QUINQUE

M. TULLI CICERONIS

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM

LIBRI QUINQUE.

RECENSUIT ET ENARRAUIT

D. IO. NICOLAUS MADUIGIUS.

HAUNIÆ MDCCCXXXIX.

INPENSIS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ.

TYPIS SCHULTZIANIS.

PRÆFATIO EDITORIS.

Duo sunt, opinor, quæ lectores a me hoc loco requirent aut, si non requirent ipsi, rogandi mihi sunt, ut beneuolo animo et adtento accipiant. Nam primum dicendum st de horum librorum, quos Cicero de finibus bonorum et malorum scripsit, emendatione et enarratione et uniuersæ operæ a me in iis positæ ratio sic explicanda, ut, quæ in commentariis disperse posita sunt, ea ad suas caussas generatim reuocata et intellegi plenius et iudicari rectius possint. Quo loco etiam illud ecficere conabor, ut libertas quædam et simplicitas iudici et orationis, a qua ne hic quidem discedam, merito et necessario adhibita esse uideatur. Deinde, quæ de Ciceroniani operis forma atque descriptione scitu digna uidebuntur neque in commentariis aut per excursus exposita, conprehendam et ab iis ad ipsos libros lectores mittam. Sed prior illa disputatio, cuius magna pars adparatus critici explicatione continebitur, quom sua natura maiorem necessitatem habeat quam delectationem in rebus minutis per ambages persequendis, tum molestior fit, quod plus uerborum consumendum st in eorum codicum conmemoratione, quos parum nouimus, quam in eorum, quorum plenus usus concessus est. Itaque deprecor, ne mea existumetur culpa, quæ superiorum st.

I.

§ 1. Si cui hoc negoti datum sit iudici, ut, quo quid aliquando ab aliquo dictum sit, multi non sa constanter narrent, reperiat, quid in ea re uerum sit, si prudens sit, non solum hoc spectet in testibus a diendis, quam quisque per se ipse fidei opinionem a ferat, sed ante omnia qua ‿ndum sibi putet, quis a q audierit, ut sic magnam et inconditam testium turba ad paucos et certos redigat, a quibus ceteri rem acc perint; quom autem eos inuenerit, et illos alteros n glegat, et hos quasi primi ordinis testis sic conpar contendatque, ut, quantam quisque sequentium multit dinem trahat, nihil ad rem pertinere iudicet. Nec alit faciet peritus iudex, quom ex multis tabularum exe plis quæretur, quid in uno aliquo testamento, quod n extabit, scriptum fuerit, nisi quod, quæ illic de fan peruagata hominum confessione reperiebantur, hic scriptura propagata indiciis deprehendenda sunt tac tis. Ab hac quæstione uniuerso genere non distare ea quam philologi in ueterum operum codicibus manusc ptis instituunt, nec aliter esse tractandam, non ita mu sunt anni, quom intellectum st, neque etiamnunc omnibus intellegi uidetur. Nos, antequam ita testis g neratim distinguere et separare adgredimur, dicemus pr mum, qui omnino auditi sint, exponemusque, qui a qu bus et quomodo codices adhibiti ita sint, ut ex perp tuitate quadam, quamuis minume plene, cognoscantu non uno alteroue loco occurrant. Nam hos Manuti, Lan bini, aliorum libros commodius in posteriorem locu reiciemus [1]).

---

[1]) In locis Ciceronis ascribendis, ne numerorum notæ si caussa multiplicentur, ubique minorum tantum particularu quas paragraphos appellamus, numeros pono, nisi si qua si

A. *(Editio Coloniensis et Romana.)* Primum igitur in agmine locum obtinent illi codices, e quibus primum hi Ciceronis libri typis descripti toti sunt, non hic illic correcti, qualis editiones principes appellare consueuimus. Primum autem omnino typographica arte libri de finibus editi sunt Coloniæ ab Udalrico Zell. a. 1467, cuius editionis index descriptus est apud Orellium Onomast. Tull. uol. I p. 325. Eius ego editionis exemplar, quod in bibliotheca regia Haunıensi st, diligenter cum meæ editionis contextu contuli et scripturas discrepantis littera C notaui. Non ex hac, sed e codice alio probabile st ductam esse editionem Uenetam a. 1471 (Orell. l. c. p. 325), qua nemo recentiorum usus est. Certe, quæ eodem anno Romæ a Conrado Sueynheym et Arnoldo Pannartz emissa st editio Ciceronis librorum de philosophia (Orell. ibd. p. 307), eam libros de finibus habere non ad Coloniense exemplum expressos, sed e codice manuscripto nonnihil diuerso, monstrabit scripturæ discrepantia a me adnotata (R). Est enim huius quoque editionis exemplar in bibliotheca regia. Ceteræ omnes editiones, quas noui, ab hoc loco et gradu exclusæ sunt.

B. *(Margo Cratandri.)* In marginibus eius exempli operum Ciceronis, quod a. 1528 Basileæ prodiit ex ædibus Andr. Cratandri, ut ad alios libros, sic ad hos, quos tractamus, non undecunque, sed, ut res et conlatio ceterorum codicum docet, ex uno optumo codice multæ adnotatæ sunt scripturæ (si recte numeraui, 267 locis). Paucis locis in contextum pessume e uolgaribus libris, conquisita undique interpolatione, conpositum ex illo

---

gularis caussa st capitis (c.) notandi. Appello nostro more *editionem*, *contextum*, similia, quomque omnem in his superstitionem uanam arbitror, tum perridiculam eorum in talibus curam, qui in uerborum usitatorum usu et in sermonis iunctura quouis fere uersu peccant.

codice receptæ uidentur scripturæ meliorum codicum pı priæ, quæ in superioribus editionibus non sunt, ut 73 *si pudor*, 75 *quom dicitis*, 102 *quamuis*, 104 *an q* *alius*, III, 2 *nec uero ita ullum* &c., IV, 2 *inquam*, ali Rarissume in margine inter codicis scripturas intern scentur, quæ coniectura nata deprehendas, ut II, *quod reprehenderem*, 24 *necesse est*, 94 *etsi qui pote* 117 *honestas* (recte).

Illud in ea ætate facile expectes, interdum in c dicis scriptura cum contextu conparanda aliquid, quod ordinem uerborum similisue minutias pertineat, non s tis diligenter esse expressum. (Ipse has scripturas e cerpsi nec cuiquam de iis credidi; ne Orellius quide semper errorem satis cauit.[1])

C. *(Codex Moreli.)* Gulielmus Morelius Tiletan in Obseruationum in Ciceronis libros de Finibus coı mentario (Paris. 1546; uid. Orell. Onom. I p. 326) us est codice perbono et ex eo multas scripturas protul Eo libro, præter Scaligerum (apud Gruterum ad II c. et c. 21) et Guyetum (apud Dauisium) nemo ex iis, q ad hoc Ciceronis opus emendandum aliquid contulerur usus erat ante Orellium; post hunc, qui et minora qu dam omisit et, ut fit, in nonnullis errauit, ego studio adhibui quidquid de codice traditum erat. Secreui, par erat, quæ Morelius non in suo codice, sed "alibi "in aliis libris" legi ait. Ipse Morelius interdum abe rasse in scriptura enotanda uidetur, ut III, 15 (*mag idem declaret*, *usitatum*, pro: *idem declaret*, *magis us tatum*); interdum is, ut alii, tantum partem scriptur codicis posuit, ut II, 30. Sæpe parua adnotat; ali maxuma prætermittit.

D. *(Codices Gruteri.)* Ianus Gruterus (a. 161 sex usus est codicibus Palatinis, quorum primum iuı laudat ut optumum, eundemque antiquom fuisse significa Eum Gruterus in libr. IV § 16 huius scripturæ testeı

---

[1]) De Uictorio et C. Stephano dicetur post ea.

citans: *artes quoque requisitas*, ibi desinere scribit. Horum codicum Gruterus multas scripturas adnotauit, pluris, etiam Palatini primi, omisit; nec eas, quas adnotauit, satis semper diligenter neque plene posuit, sed tantum eam partem, quæ in oculos incurrebat, ut II, 26 et 30, quæ exempla pro multis sufficiunt. Id quoque animaduerti, particulam *sic (sic Pal.* 1, *sic omnes Pall.)* interdum ita poni, ut non ad omnia ea uerba, quæ præscripta sint, pertineat, sed ad unum aliquod, de quo Gruterus cogitabat, aut plura; uelut II, 45 in Pal. 1 non erat *datam*, *mentemque et acrem*, sed *datam mentemque acrem;* remansit *et* ex superiorum editionum scriptura. Neque illa adfirmatio ad uerborum præscriptorum ordinem pertinet, ne ibi quidem, ubi in eo res uertitur, ut I, 10: *uel nobis dicam*, ubi certum st, in Pal. 1, ut in ceteris bonis, fuisse: *uel dicam*, *nobis*. Præter eas scripturas, quas Gruterus in notis posuit, unam et alteram, minoris fere momenti, tacite e Pal. 1 sumpsisse uidetur, quæ neque ante eum reperitur et nunc a codice Erlangensi confirmatur, ut I, 56 *sit non dolere*, II, 20 *eam ipsam*, 45 *aliis multis*, 59 *deque his rebus*, 84 *possit rationi*, 85 *igitur ipsum*. (In quinque e sex locis tantum uerba transponuntur.)

Præter ipsius Gruteri codices "Daniel Heinsius misit ad eum Iosephi Scaligeri librum, cui magnus ille uir ascripserat lectiones uariantis codicis ueteris." (Grut. ad I c. 2.) Is codex, qui e meliore genere st, apud Gruterum Scaligeranus appellatur siue liber a Scaligero conlatus, interdum Scaligerani libri margo (ad I c. 5, 16), hoc est, non codicis manuscripti margo, sed scriptura ex illo in margine exempli editi adnotata; eodemque modo illa intellegi Gruterus uoluit, quæ ambigue et neglegenter posuit: "Scaliger ad oram libri sui" (ad I § 7) aut: "Sc. ad oram libri adleuit" (ad I, 12) aut: "Sc. libro suo ascripsit" (ad II c. 5, 16 bis) siue "ascriptum habet" (ad II, c. 6, 18); quamquam interdum, etiam ubi aperte codex appellatur, aut coniectura subesse ui-

detur aut scriptura ex alio deteriore codice adnot*ι*
ut I, 7 (*non male*), II, 66 ("Scaligeri uetus habe
testata uim" cum El. 1), III, 42 (*ratione eorum*, *q*
Illud mirum, quod ad quartum librum subito hæc c
ciuntur: "quomodo (*etiam explicandæ rationis*) etiam I
dat ex Cuiaci, puto, membranis Scaliger," (ad IV, c. 7,
et hæc: "Aptius *libellis*, quod e Cuiaci codice adnotatu
Scaligero illo nostro" (ad IV c. 9, 22). Dubites igit
idemne hic sit, atque is, qui ceteris locis Scaligeri dicit
et unde id de Cuiacio Grutero innotuerit. (Moreli co
cem Gruterus Scaligerum sequens ter nominat. Ter
dicem Tusani, quem Gulielmus inspexerat, appell
quamquam duobus locis uitiose *Tusanus* codex scribit
erat enim Iac. Tusanus Græcæ linguæ professor in A
demia Parisiensi seculo XVI.) Gruteri editione ipsa, n
Gronouiano exemplo usus sum.

E. (*Codices Gronouiorum.*) Iac. Gronouius, qu
Gruteri editioni repetendæ præesset (a. 1692), usus
duobus codicibus, altero patris Io. Frederici, quem I
ex aliqua parte contulerat cum edito contextu, dein
filius inspexisse se testatur (ad IV c. 13, 34), altero su
sed hunc fere tantum in mendis typographicis editio
Gruterianæ tollendis appellat; nec erat ullius pre
apud me Gronoui codex semper Io. Frederici intell
gitur.

F. (*Codices Dauisi.*) Io. Dauisius (a. 1728) us
est octo codicibus, Eliensibus duobus, Balliolensi, Me
diano, Parisiensibus tribus, Cantabrigiensi Collegi Co
poris Christi (C. C. C.), e quibus Parisiensis Io. Walk
rus contulerat, sed usus est ualde neglegenter et cu
supina quadam superbia. Non iam hoc dico, tantum h
illic inspectos et conmemoratos esse codices, ubi aliqu
animum pupugisset, tanta inæqualitate, ut mox *et*, *a*
que codicibus adhibitis permutet, mox in foedissum
mendis eos non curet; sed primum hoc pono, etiam u
codices inspexit, sæpe tantum eos inspectos esse, qu
casus obtulisset. Uelut in I, 25 narrat se "uoce

Triari fide Msti Balliolensis prætermisisse," quam certum st, in nullo eius codice fuisse, ut in nullo alio fuit, sed eius loco in nonnullis *Troii*; II, 8 scribit, in C. C. C., Mead., El. 1 esse *hiarent*, quasi in ceteris sit *hiaretur*, quod fortasse in uno El. 2, melioris generis, erat, in ceterorum nullo. Sæpe in mendis typographicis superiorum corrigendis parte codicum utitur, quom deberet omnibus, ut I, 40 *facillume* ait esse in Parr. tribus, Eliensi utroque, quod erat non minus in relicuis tribus. Multis locis, ubi tantum duæ scripturæ sunt, utrique unum et alterum adsignat codicem, ceteros omnino dubios relinquit, ut I, 30 *ad naturam* dicit esse in Par. 1 et 3, in El. 1 et Ball. *secundum naturam*, ut in ceteris quattuor nescio quid aliud fuisse putes. Ne iis quidem, quæ probat, plena testimonia ascribit; nam II, 12 Palatino 1 et Uictorio credit delenda hæc esse: *Sed forte dicitis*, in relicuis codicibus ait esse. Et tamen, ut de El. 2 nihil suspicemur, saltem in C. C. C. (Ox. g) ea uerba scripta non esse, Oxoniensium testimonio scimus. Deinde Dauisius neque codices distinxit, sæpissume prorsus permutauit, et permultis locis de scripturis plane falsa prodidit. Quorum utrumque ne iis indiciis coarguam, quæ ad perspicuitatem plura uerba desiderant, utar duobus certissumis et manifestissumis. Primum habuit duos codices Eliensis, genere, ut infra ostendam, diuersos. Iam infinitis locis non distinxit, utrum codicem Eliensem diceret, ut in prima mentione ad I, 1 (*tantum reprehendunt)*; sæpe "El. unum" appellat. In postremis libris ita prope constanter tantum Eliensem (etiam *Eliensem nostrum*) nominat, non addito *unum* aut *alterum*, ut, etiamsi iniuria, non tamen sine caussa dubitatum sit, duosne habuisset.[1]) Ego arbitror, ita excerptas fuisse utriusque

---

[1]) Goerenzio præf. p. V El. II (scribit I, sed meliorem significat, quem ipse postea recte II fuisse dicit) uidetur "*cum* tertio libro finiuisse;" nam inde unius modo El. mentionem

codicis scripturas, ut difficulter distingui possent; curam Dauisium, quom longius procedenti molesta ret, prorsus abiecisse; atque iam ante sæpe primur secundum permutatos appellando puto. Alterum a mentum summæ neglegentiæ hoc est. Duo codi quibus Dauisius usus erat, alter Collegi Corporis Chı alter Balliolensis, postea in editione Oxoniensi sal diligentius quam a Dauisio adhibiti sunt, ut iis, adfirmantur, credi possit, appellatique ille ξ, hic ψ. qui de altera quaque scriptura, quam Dauisius adnot (adnotauit autem uix decumam partem), prorsus al apud Oxoniensis traditur. Exempla multa in comm tariis posui; multo plura ponere poteram. (Dauisi editionis exemplo a Rathio repetito usus sum.)

G. *(Codices Oxonienses.)* In ea editione oper Ciceronis, quæ anno 1783 Oxoniæ facta st, ad hos lib uariæ scripturæ adnotatæ sunt e quinque codicibus, q partim multis annis ante Th. Hearnius tractauerat, p tim, qui editioni ipsi præerant, siue is unus fuit, ad buerunt. Ex his qui littera E signatur, codex e membranaceus bibliothecæ Bodleyanæ, scriptus Floren a. 1459, ceteros quoque Ciceronis de philosophia libı continens, U codex membranaceus bibliothecæ coll Lincolniensis, eosdem libros conplectens, scriptus a. 14 ξ collegi corporis Christi erat, scriptus a. 1472, "par adcuratus," hos solos libros conplectens; χ tradunt c legi noui esse, chartaceum, adcurate scriptum, annor fortasse (illo tempore) CCCL; continere etiam Tuscul

---

fieri, sed nullam ex eo probabilem scripturam erui pos Sed Dauisius et ad IV c. 11, 28 duos codices Eliensis d crepantis conmemorat et non paucas melioris familiæ ue scripturas postea ex El. profert, ut 39 (*concluderent*), 65 (*l* — *omnes*), V, 50 (*incommodatura*), 56 (*sessiunculas*), (*scientia*, *tum*). Illo autem modo, ut simpliciter Eliense dicat, loquitur Dauisius iam in prima et tertia nota libr. I.

nas; ψ uolumen esse quartum codicis e quinque uoluminibus constantis, quæ Florentiæ a pluribus librariis scripta sint, secundum a. 1447, quintum a. 1445; in quarto libros de philosophia contineri. Hi codices ita conlati uidentur, ut iis, quæ adfirmantur, fere credi possit, quom præsertim uix lectu difficiles fuerint. Sed primum uerborum ordo nusquam omnino adnotatur, ne ibi quidem, ubi eius mutatione tota sententia alia fit. Itaque et II, 24 editur *Læliu' præclare* neque quicqnam adnotatur et II, 71, quom cetera editores posuissent, de mutato loco uerbi *obtinere*, sine quo intellegi interpolatio nequit, nihil dixerunt. Quin V, 86 quom Oliuetus, cuius editionem Oxoniensis sequitur, adsensus esset, quemadmodum ego feci, Lambino et uerba *ut ait Theophrastus* transposuisset, ex ξχψ adnotatus est dissensus, quod ad totam sententiam pertinebat, ex EU nihil ascribitur; nam quom totidem uerba essent, nihil interesse iudicatum st, quo loco essent. Sed præterea suspicor, in nonnullis ex his codicibus conferendis non pauca omissa esse, maxume quidem in U et ψ. Horum prior a recentioribus editoribus interdum propter silentium auctor citatur eius scripturæ, quam in eo expectari nullo modo patiuntur ea, quæ proferuntur, prorsus omnia cum infimis codicibus conspirantia. Eo quom adcedat, ut ex hoc codice multo pauciores scripturæ quam ex ullo alio adnotentur, et ut de eo per totas paginas silentium sit, in quibus plane incredibile st eum consensisse cum contextu Oliueti undique conflato, adparet, quid rei sit.[1]) Sed idem accidit in ψ, e quo inde ab I § 52 (*ingenia* pro *ingeni*) nulla profertur scriptura usque ad § 62 (*migrare*

---

[1]) Siletur de hoc codice inde a libr. I, 3 *et quærendi defatigandi* ad 5 (*An Utinam ne*), a § 12 (*negliguntur*) ad § 16 (*hic* pro *nisi*), deinde ab hac scriptura ad lacunam in § 22, tum a § 23 (*sciscat*) ad § 25 (*neque uero Troii*); similiter (ut media prætermittam) a § 55 (*afferret*) ad § 61 (*monstrosi*).

e pro *migrare de)*, neque tamen ulla codicis lacuna notatur. Omnino silentio codicum Oxoniensium pr(stimonio uti inprudentissumum st.

(Ego in his codicibus Oxx. usus sum exemplo lensi ita ut Oliueti editionem adhiberem. Uel sic (dam non adcurate ibi descripta esse, scio. Sed ill illorum codicum ratio, ut æquo animo caruerim edit ipsa Oxoniensi.)

H. *(Codices Goerenzi.)* Io. Aug. Goerenzius (1! usus est codice Erlangensi, quem ipse contulit, de codice post dicam, Guelferbytanis duobus, quorum dianum I dicit seculi quinti decumi fuisse, Gudiar II Heusinger, qui Guelf. 1 appellat, in præfatione (tionis librorum de Off. p. XVI conmemorat, Brem qui a Fr. A. Wolfio conlationem eius acceperat et (scripturas hic illic in sua editione profert, in libris finibus a neglegente admodum librario scriptum ; præterea Goerenzius habuit scripturas duorum codici Spirensis et Basileensis, a Wegelio quodam Basilea 1698 plene, ut uidetur, et diligenter excerptas et margine exempli Manutiani a. 1565 adnotatas;[1]] stremo in libris duobus postremis aderat scripturæ (rietas e codice Monacensi n. 328 (seculi, ut mihi sc ptum st, XV) a Fr. X. Werfero enotata. Sed quem(modum Goerenzius in toto hoc negotio codicibus ute(uersatus sit, si paucis dixero, uereor, ut turpitudin(flagiti satis demonstrem, sin autem pluribus dicere in(pero, ne superfluam operam sumpsisse uidear. Dicam (men, quantum res postulat, ne aut de mea fide dubitet(quom de uno præstantissumo codice quauis fere pagi meum testimonium a Goerenzi discrepet, neue inper certis auctoritatibus inanem speciem codicum Goere zianorum opponant et ex eius erroribus nouos procreeı

---

[1]) Hunc librum, quo Goerenzius etiam in Academicis usus c: nusquam dicit, unde habuerit. Ego quærendo per litteras n hil conperi, nisi neque Lipsiæ neque Zuiccauiæ esse.

Goerenzius igitur non solum, quas ei placuit, scripturas e codicibus suis excerpsit, ceteras sæpe optumas et maxume notabilis omisit, aut subinde minus plene et adcurate, quid in codicibus esset, tradidit, sed ita grauiter ubique errauit, ita multas scripturas confinxit, ita nomina codicum permutauit, quæ in optumis erant, pessumis tribuit, quæ in pessumis, optumis, ita etiam in iis locis, ubi ab aliis admonitus erat, ut adtenderet, de falsis adseuerauit, ut nihil umquam ulla ex parte simile uiderim et, nisi mihi stupor hominis et peruersitas in ceteris quoque rebus perspecta essent, uix meis ipse oculis crediturus fuerim. Ac poterat iam ante magna ex parte intellegi, quanta fides Goerenzio deberetur, adtigeratque Orellius suspicione, quod tam sæpe quasi dedita opera falsa de editis libris et aliorum codicibus narrauit. Non pauca enim similia sunt ei, quod ad I, 39 conmisit, ubi quom Cicero scripsisset: *statua porrecta manu, quæ manus significet*, Paulus Manutius ostendit, hanc repetitionem substantiui post pronomen relatiuom non insolitam esse, sibi tamen in mentem uenire, additum fortasse esse *manus* ab aliquo, qui uereretur, ne ad statuam potius quam ad manum pronomen *quæ* referretur. Hinc apud Goerenzium hæc nata sunt: "Nugas autem tractat Dauisius [qui ne minumo quidem uerbo hunc locum adtigit], quom *manus* ideo abesse uelit, ut *quæ* ad *statuam* referatur" (!!). Maxumeque de Cratandri margine grauiter sæpe errat, interdum usque ad summam mirationem, ut quom id, quod in una Gruteri editione a typographo deprauatum st, in ceteris omnibus legitur, ibi pro uaria scriptura adnotari scribit (ad V, 91). De editione Marsi quædam exempla infra ponam. Nunc quom codicem Erlangensem iterum conlatum habeam (in quo animaduerti uelim, raro silentio meæ conlationis, sed fere aperto testimonio illum conuinci), præterea ad deteriorum codicum consensum et discrepantiam perspicienda idoneam materiam conlegerim, omnis foeditas aperta st. Atque omissarum primum

scripturarum optumarum eorum codicum, quos ipse stantissumos esse intellexerat, gratiam ei faciamus que enim aliter fieri poterat, quom semel eiusmodi sibi delectus habendi ius sumpsisset. (Exempla e tio libri I hæc sunto ex Erlangensi: § 3 *deducat*, *Græcis*, 10 *ut dicam*, id est, *uel dicam* (in loco ue sumo) et *possum* et *ne* (etsi hoc est omnium codi 14 *Aristoteli*, 15 *ego*, 17 *Democritia dicit*, cet Multo minus reprehendamus, quod non indicat, e q codicibus aliquid ponat, quom ex optumis sumpserit, (*nomini pœne*). Ne illud quidem ualde mirandum iu quod etiam ubi de scriptura disputat, codices suo glegit, ut ad I, 5 adnotauit, recte Bremium *tam* reuoc quod a Dauisio et Ernestio in *tantum* mutatum e in suis codicibus esse *tantum*, ut in omnibus om fuit et Dauisius de suis dixerat, non adtendit. irascor, quod in prima mentione codicis Erlangensis errat, in eo scribi *non tam id* narrans pro *non id* neque quod paucis uersibus post (I, 2) scribit, in c cibus haud paucis et ueteribus editionibus esse *admis* quod in paucissumis est, neque quod ibidem eum c nem uerborum in multis codicibus et ueteribus editi bus esse ait, quæ in nulla uetere editione st (*phil phia a nobis*). Ne eiusmodi quidem grauis errores ror, qualis adseuerans et alios etiam corrigens in codice Erlangensi committit (ut exempla e parua p libri secundi sumam) II, 44 (*in eadem*), 49 (*laudat* 54 (et in *de* et in *callide*), 69 (*negotium non habem* 75 (*modo dixo ego*), 78 (de *est* omisso et de *quide* 79 (de omisso *Siculo*, quom id, quod habet Erl., ex a proferat et probet), 80 (*in amicis tuendis*), 82 (*mu modis*), 86 (*diffidit*), 95 (*turpe, uiri non esse*, ubi Palat

[1]) Adnotaui aliquotiens, Goerenzium de cod. Erl. tacuisse, propter aliam rem caussa admonendi erat; ne quis put cetera apud eum reperiri.

errore conprehendit).[1]) Illa iam foediora, quod non solum omnia confundit, ut I, 30 quæ uerba in optumis codicibus non esse scribere debebat, in iis esse scripsit, in ceteris non esse, et quod, quæ nusquam fuerunt, confinxit, ut ad II, 1 *magno opere* omitti in tribus codicibus melioribus, et ad III, 11 uolgo legi *quæro* et ita esse in Erl. et Spir., quod neque in ulla editione neque in illis codicibus scriptum st. Sed illa foedissuma, in quibus, quom ab aliis admonitus esset, ut caueret, tamen aperte falsa scribit, ut I, 20, quom quidam scribi maluissent *geometrica* idque ipsum esset in Erlangensi, tamen narrat, suos "mordicitus" tenere *geometriam* (cfr. I, 34 de *atque turbentur*, I, 49 *assiduitas*). Ad I, 39 quom ipse narrasset in Pal. 1 esse: *nec ulla par uacuitate*, in margine Crat. *ut ulla pars uacuitate*, et Dauisi coniecturam inde natam conmemorasset, non uidit, in Erl. esse perspicue: *ut ulla pars uacuitate*, sed tantum *ut ulla* protulit. Ad II, 13, quom Dauisius non recte credidisset, addendum esse ἡδονή post *Græce*, Goerenzius in Erl. et Spir. id uocabulum Latinis litteris scriptum esse, plane somniauit. Eadem peruersitate II, 24 non, ut Gruterus et Dauisius fecerant, tacet de *cognitu*, quod post *in quo* codices addunt, sed "suos id ignorare" scripsit, quom in melioribus fuisse, Erlangensis ostendat, in deterioribus, meorum et Oxoniensium consensus. Iam illud quale dicam, quod II, 77, quom Gruterus e Pal. 1 et Scalig. protulisset *profitendæ*, idque Dauisius probasset addito Eliensis 1 (si modo prior fuit) testimonio, Goerenzius audet scribere "neque Gruterum quicquam de Pal. 1 monere nec suos illos binos a uolgata discedere?" Et habebat omnibus litteris perscriptum in "suis illis binis" *profitendæ*. Eademque inpudentia III, 53 "mirari se" dicit, "si uere in Pal. 1 Gruterus legerit *hoc posito*;

---

[1]) Quam multa in hac parte omiserit et tacuerit, ex adnotatione mea perspici potest.

nam Spir. et Erl. cum relicuis omnino omnibus h *hæc posita.*" At et in Erl. erat clare *hoc posito* et rat idem uidere in margine Cratandri notatum. Se infinitum sit, unum socordiæ cum pari stultitia conii exemplum addam, quo nihil magis ridiculum exco potest. Nam V, 41 in editione Bipontina errore ptum st: *si, ut initio dixi,* — *si* (pro *se*) *quisque c scerei.* Eum errorem quom Goerenzius repetisset, oculo altero semiaperto uidit, in codice Erl. esse *se* tamen euigilauit, ut id in omnibus codicibus et supe bus editionibus esse nec sine eo ullam esse senten animaduerteret, sed, qualia permulta grauissume Somni oracula edit, narrat recte repeti *si (si si cogn* pro *si me cognosco),* hoc confundens cum condicione piore subiecta condicioni generaliori (uid. ad II, 112) hoc homine nihil prorsus admirationis habent eius confusiones, qualem ad II, 15 notaui. Iam quem si Erlangensi codice errare uidemus, quem ipse in man habebat, quid huic accidisse putamus in scripturis c cis Spirensis et Basileensis, quibus antequam uti po ratio habenda fuerit contextus Manutiani, quocum conlati essent? Illud unum præterea animaduerti ue sæpissume ei accidisse, ut, quom uere scripturam quam ex uno duobusue codicibus proferre posset, f *omnis suos, multos* appellaret, ut quom proprias meli familiæ scripturas conmemorat, quæ in Erl. et Spir., terdum in uno præterea erant. Neque ego in omni huiusmodi locis cautionem ascripsi, quom ad rei ip diiudicationem nihil pertineret scire, quantum err ueritati admiscuisset. Adparet autem, si quis huiusm testimoniis credat, tolli omne iudicium de codicum crimine et generibus.[1])

[1]) Animaduertendum st, in quo erratum uidi, "binos illos" a Goerenzium dici Erl. et Spir., "binos" duos quoscun (ut I, 1, &c.). Elegantius hoc uisum st quam recte d dicere.

Iam ante Goerenzi editionem F. U. Alter, quom hos libros cum Academicis, Tusculanis, libello de fato Uindobonæ a. 1786 ederet, in libris de finibus adnotauerat discrepantiam scripturæ e codice Uindobonensi. Eam editionem non uidi nec uidere curaui, quom ex iis, quæ Goerenzius inde transcripserat, intellegerem codicem ex infimo genere interpolatorum esse, Alterum autem constaret in codicibus conferendis parum diligentem fuisse.

F. U. Otto (1831) codicem Guelferbytanum, antehac non conlatum, "malum," tantum "in difficillumis locis inspexit," in quibus uel maxume remouenda sunt interpolationis et coniecturæ librariorum recentissumorum ludibria.

Manifestum st ex iis, quæ dixi, in quanta ignoratione aut dubitatione aut etiam in quanto errore ii, qui adhuc codicibus usi sunt, eorum scripturam multis locis reliquerint, ac prope magis bonorum quam malorum, quorum testimonium aliquo modo ex Oxoniensibus cognosci poterat.[1]) Itaque huic malo ante omnia subueniendum erat.

§ 2. Ipse igitur primum, quod quasi fundamentum st huius editionis, usus sum scripturis codicis *Erlangensis* tanta diligentia, uix ut maior optari potuerit, enotatis, rogante mea caussa U. Cl. Doederlinio, ab optumis iuuenibus, Sartorio et Fritzio. Omnem enim uel minumam discrepantiam, adnotato etiam, si quid erat in conpendiis dubii, expresserunt in margine et inter uersus exempli Nobbiani (Lips. 1828). Eam ego conlationem totam quanta potui maxuma cura in hanc editionem transtuli, ut iudicandi eadem ceteris, quæ mihi, facultas esset. Tantum ea, quæ ad uocum scribendarum rationem pertinebant, omisi, quod neque orthographica nisi

---

1) Sæpissume Orellius, quom etiam Dauisio et Goerenzio ita uteretur, ut ad Gruteri notas et Oxoniensis minus adtenderet, ex una editione Uictori adnotauit, quod aut in omnibus codicibus aut in omnibus deterioribus est.

ex antiquis codicibus adnotari puto debere et ab iis, qui ipsos codices tractant, tum etiam uoce cas Latinis litteris expressas et uerba male diuisa 25 *negatum quam* pro *negat umquam*, et ibid. *ce* et II, 105 *tropa eorum*); litteras enim, quas lil religiose pinxit, quærimus, non ipsius iudicium. D etiam *hii* et *hiis* (*hijs*) pro *ii* et *iis* scriptum,[1]) tum res quosdam in notissumis nominibus propriis, *nephebos* pro *Synephebos*. Paucis etiam locis n notata, quæ sæpius accidit, eiusdem uocis gem ut I, 34: *laudandis maioribus maioribus meis*. codex (chartaceus, formæ maxumæ) ut est m antiquos, (Goerenzius seculi XV dicit, ad m ætate nihil perscriptum st externisue eius indiciis) bendi rationem habet recentis ætatis (ut *hijs*, et similia, *Therentianus*, *assencior*, *diffiniciones*, multis uestigiis ueteris moris permixtam; ut dum scribitur *aput*, hic illic *adhibentis* et similia accus casu, *cottidie*, *uolt*, *secuntur*; pæne perpetuo libr quom in exemplari, quod sequebatur, esset *uoster*, *noster*. Laudem autem et dignitatem, quæ huic codic xuma debetur, habet omnem a genere et fide, id es antiquo et incorrupto exemplari summa superstitione quam fide expresso sine ullo librari conatu intelleg quod non intellegeret. Peritiam ueteris exemplaris legendi diligentiamque lente et caute scribendi m opere desideramus. Nam primum uerba sæpe o (lib. I, 11 *ut*, 12 *modo*, 27 *eius* et *esset*, 29 *instituit docere*, 30 *tantum* et *inter*, 48 *dolores*, 49 51 *inprobe*, 56 *ad*, 63 *ætatis*, 64 *occultarum*, 69 *qu rentur* et *uoluntates*, 72 *tantam*; non numeraui par

---

[1]) Quam uerum hoc sit, pro *iis* scriptum esse *hiis*, deinde factum *his* (quod semper notaui), clarissume adparet e ta mendis, quale st in Erl. V, 6, ubi ex *nouisse uis* factu *nouis seu is*, deinde *nouis seu hijs*.

lam unam e duabus similibus (*quoniam quom*) prætermissam aut quæ propter eandem uocem paruo interuallo positam exciderunt, ut 39 et 59, in quo genere st etiam, quod § 26 accidit librario propter similitudinem uocum *uoluit* et *uoluptatem*); alibi autem, ut dixi, idem bis scripsit, interdum uoce interiecta (V, 21 *quattuor defensæ quattuor*, V, 40, 53 &c.); deinde mire notissumas uoces et uocum terminationes perturbauit (I, 6 *meretur* pro *mererer*, 7 *timeatur* pro *timeam*, 11 *consimilia* pro *consilia*, 14 *oculis* pro *oderis*, 17 *innatu* pro *inani*, 18 *habeat* pro *hunc*); conpendia quædam uerborum frequentissumorum pæne semper conmutauit, *ut* pro *uel* ponens (uid. ad I, 10), *aut* pro *ut* (ad III, 31), *quid* et *quod* et *quam* et *quid est* pro *quidem* (ad I, 39). Interpolationis, ut dixi, rarissuma uestigia sunt, ut I, 33 (*per blanditias*), II, 66 (*interfecit*). (De ordine uerborum post dicam.) Hæc pluribus exponenda putaui, ne quis nobis posthac homo peruersus et superstitiosus hos libros corruptum iret eius codicis auxilio, qui cum relicuis bonis coniunctus et deterioribus obiectus salutaris iis fuit.[1])

Præter codicem Erlangensem et duas primas editiones (§ 1 A) habui scripturas enotatas e codice Parisiensi, Leidensi, Monacensi, tum etiam e P. Uictori codice Ueneto.

Codex *Parisiensis*, bibliothecæ regiæ, no. 6331, qui in catalogo dicitur esse XIII seculi, membranaceus, olim Puteaneus, conlatus est meo sumptu ab homine Gallo cum editione Ernestiana a. 1737 non summa, ut opinor, diligentia, ita tamen, ut omittendo, non errando peccaretur. Itaque sæpe sic posui (P), silenti testimonium significans, nec tamen semper hoc feci in codice paruæ

---

[1]) Diligentissume conlatum codicem dixi. Fieri tamen potest, (quæ enim cura hoc excludit?) ut unum et alterum Sartorium et Fritzium fugerit. Itaque, si quid minumæ dubitationis erat, ostendi, in silentio positum esse testimonium, aut in uarietate scripturæ sic (E), qua significatione etiam in aliis usus sum, aut in nota.

auctoritatis, quom præsertim consentientem cum contextu silentio fortasse non magis fido notare possem. Itaque melior interdum hic codex uidetur ‹ esse credo; ut III, 30 non sane habuit *cuicuimodi*. multis indiciis suspicatus sum, hunc eundem esse, ‹ Walkerus et Dauisius Parisiensem 1 appellarunt (I, *aut ad naturam*, 61 *id est, intemperantes*, II, 61 *ni* 106 *prona, ut aiebat*, III, 6 *esse si dixeris*, 41 *n non quod æstimatione omnino*, 43 *bona uere*, 68 sine *procreare*, 78 *et proficiscendum*). Sed si it incredibiliter Dauisius scripturas perturbauit, nequ men magis quam in Eliensibus; nam permultis locis e Par. 1 ponit atque ea, quæ mihi ex eo perspicue tata sunt.

Codicem *Leidensem*, qui inter Uossianos fo maxumæ quartus decumus est, U. Cl. Ianus Bakius discipulum aliquem suum cum exemplo Oselliano gentissume conferendum curauit enotatamque uariet mihi perhumaniter dono misit, addiditque in litteris, dicem, qui plura Tulliana continet, esse membranac nitide scriptum seculo, ut sibi uideretur, XI^mo^. primæ paginæ ima parte scriptum erat: "Ex bibliotl Io. Huralti Boissallerii. Emi a Camillo Crucio 4 Co (Huraltino codice usus est Lambinus, sed alio, siqui is V, 89 habuit *docti et indocti*.) De ætate uix pos credere, quoniam interpolatio eiusmodi, qualem in codice esse paullo post dicam, in illud tempus non detur cadere. (Codex I. Fr. Gronoui, quem e c logo edito speraueram hunc esse, Lugduni Batauo non est.)

Codicis *Monacensis* neque numerum dicere ne quicquam de eo addere possum, quod non e script pateat, propter huiusmodi caussam. Quom ex U. Cl. Thierschio per litteras quæsissem et de codice Mo censi n. 328, e quo Goerenzius paucas scripturas a W fero excerptas posuerat, et de iis, quæ opinabar et ad hos libros a P. Uictorio olim conlecta Monachi ‹

uari, is mihi perhumaniter et specimen aliquod scripturæ codicis e libro primo et eorum, quæ Uictorius in margine exempli Ascensiani a. 1521 et Iuntini a. 1536 adnotarat, misit et certiorem me fecit, quibus condicionibus codex conferri et Uictori adnotata describi possent. Quæ quom mihi placuissent, Ualentinus Seibelius descripsit, quæ Uictorius in margine Ascensiani exempli posuerat (nam alteris adnotatis carere me facile posse putaram); deinde ei ad munus scholasticum alio loco gerendum auocato M. Otto in hoc negotio successit. Sed nescio quo casu is non illum codicem, sed alium, qui tris tantum priores libros continebat, ut ex ipsa scripturæ adnotatione iudicare possum, diligentissume contulit. Codex ipse ut in illo genere non inprobabilis est.

His codicibus conlatis id sum adsecutus, ut et melioris codicum familiæ unum saltem testimonium plenum haberem et deteriorum consensum declarare fere possem. Adcessit his uarietas scripturæ codicis a *P. Uictorio* in illius, quod dixi, exempli Ascensiani margine ad duos primos libros ascripta, de quo codice ipse ad finem libri secundi hæc posuit: "Contuli superiores duos libros de Finibus cum cod. manu scripto e bibliotheca diui Marci multis mendis scatenti, fereque omnia etiam primo aspectu parum probata notaui. Tu ea omnia tibi sumes, quæ congruere castigataque esse uidebuntur, meamque diligentiam ne damnes: si fuisset enim copia meliorum codicum, hunc profecto abiecissem, nunc cum parum emolumenti ex eo capere mihi uidebar, hic finem constitui conlationis. P. Uictorius." Huius conlationis mihi sic descriptæ, ut etiam Ascensiana scriptura, a qua codex discederet, adnotaretur, ego contra id institutum, quod sequi soleo, delectum feci et, quæ utilitatem habere uidebantur, in notis posui, necessariis de caussis. Primum tantum *fere omnia* Uictorius se adnotasse dicit; habeo autem persuasum, eum uersus finem multo plura omisisse quam initio; nam scripturæ in septem primis paginis enotatæ ad eas, quæ in septem postremis eno-

tantur, rationem habent dupli et semis uel paullo i maiorem. Itaque infinitis locis ponenda erat scri Ascensiana cum hac cautione, nesciri, confirmare a codice. Deinde erat quædam in Uictori notis o ritas, quod et coniecturæ interpositæ erant, littera *cj* præscripta, et nonnumquam scripturæ enotatæ s scriptum *g*, quod probandi significationem habere tur, paucis locis additum *Ald.* (Aldus). Uno et altero superpositæ in contextu uerbis litteræ erant, quæ conie natas correctiones continere uidebantur, ut I, 55 u *cedere caussæ* superscribitur bis *a* (*cadere caussa*, q admodum Uictorius edidit), et I, 18, quom in c Uictorius repperisset *illud Epicuri*, uerbis *propriæ r* superscripsit *proprium.*[1]) Itaque ex hoc codice ea tum conmemoraui, quæ aut ad confirmandum co Erlangensis aliorumue bonorum testimonium pertinel aut alio modo scitu digna uidebantur, quom præse is esset, ut postea exponam, qui solus perexig momentum faceret.

§ 3. Codices librorum Ciceronis de finibus, q quot noti sunt, non per diuersas stirpes ab ipsius (ronis aut proxumæ ei ætatis exemplaribus perp quadam successione propagati, sed omnes ab uno l inferioris ætatis libro, in quo iam iniuria temporis fectum Ciceronis opus erat, orti sunt. Declarant primum apertissume et omnem negandi dubitandiue piam excludunt communes omnium codicum lacuna uerborum omissiones, maxuma in libro I, 22, sed

¹) Bis me hæc res decepit. Nam I, 11 non e codice Uicto sumpsit *quid — putem?* sed, quom in codice esset q uerbo *putet* superscripsit *m*, ut postea edidit; I quoque ! uera scriptura (*illum etiam ipsum*) nititur tantum ind codicis Erlangensis et sua necessitate; in codice Uic quom omitteretur *ipsum* (cuius rei signum esse lin uoci in textu suppositam, nondum intellegebam), Uictorius pra *illam* scripsit *u*.

minus apertæ aliæ, ut lib. I, 10 *(satis)* et 50 *(sic ** cuius)* et II, 21 *(nihil haberemus **, quom)*, deinde eiusmodi menda permulta per omnis codices peruagata, quæ casu in omnibus orta esse non possunt, ut (nam pauca exempla eligere satis est) I, 34 *corripuisti*, II, 24 *necessatis* et *in quo cognitu* et II, 32 *animi statum*, maxumeque illud propter exiguitatem notabile, quod II, 64 in omnibus nostris codicibus legitur, omissa lineola: *habebat tamen ratione*, tum quæ Noni auctoritate correcta sunt, II, 78 *sub dubia* pro *subducta*, V, 42 *uespas* pro *nepas*, V, 58 *temeritas* pro *teneritas*.[1]) Postremo eadem quoque interpretantium additamenta omnis nostros codices obsident, uelut V, 64 *Lucretia* et illud plurium uerborum non minus manifestum, quod e V, 21 sublatum st.[2]) Itaque hoc primum adparet, omnem nostrorum codicum peruestigationem eo referri, ut sciatur, quid in illo codice archetypo fuerit (sic enim breuitatis caussa appellemus), nec posse longius progredi. Id enim, quoniam ipse non superest, quæritur eorum conparatione, qui ex eo deriuati ad nos peruenerunt.

Sed hos codices ipsos a duobus ex illo primo descriptis diuersam et duplicem stirpem ducere, non a plu-

---

[1]) Nonius ueram scripturam dedit etiam II, 8, ubi codex ille, e quo nostri orti sunt, una littera aberrabat, ut nostri meliores, -in deterioribus longius processum st, IV, 60 (ubi eadem st ratio; nam codicem Paris. et Pal. 4 coniectura emendatos puto), V, 31 et 55. (Fortasse recipiendum erat etiam *quarum* I, 21.) Contra menda erant in Noni codice, quibus nostri carent, II, 91, IV, 50 et 68, V, 3. Eodem modo utrumque exemplar, et Noni et id, e quo nostra orta sunt, deprauatum fuisse, ostendere conatus sum I, 61 et V, 81. Noni scripturas posui ex editione Merceri, quam sciebam et alibi et in his locis ad optumorum Noni codicum fidem constitutam, de quo adtendi uelim, quod posui in Addendis ad p. 221.

[2]) Dicam pluribus postea de codicis archetypi mendis, ubi coniecturæ rationem exponam.

ribus ex illo ortis multifariam dispertiri, ostendit pe
tuus eorundem codicum in iis locis, ubi notabilis dis
pantia st, consensus. Atque is consensus eiusmodi
ut, qui diligentius paullo adtendat, facile uideat, in
teris prope constanter ea esse, quæ e contrariorum scrip
neque casu neque mutando orta esse possint, in his
tem ea, quæ adpareat aut ex priorum scriptura er
detorta esse aut, quod ea aut non intellegeretur aut
leuiter deprauata esset aut in hos initio neglege
transcripta, ad difficultatem tollendam mendumue oc
tandum excogitata esse. Itaque in prioribus illis,
consilium et uoluntas uniuerse spectatur, codicis ar
typi scriptura fideliter conseruata et propagata st, s
que illi meliores, in his ea sæpissume interpolando
rupta st. Atque id tam st manifestum, ut et a Bre
animaduersum sit et postea a Goerenzio et aliis du
familia codicum conmemorata. Sed iidem (tantum
rat, ut intellegerent, quale totum hoc discrimen esse
quam uim haberet ad omnem testimoniorum de sing
locis æstumationem) sæpissume in apicibus deterrumo
codicum iactandis luserunt, Goerenzius etiam falsa de
dicibus narrando totam familiarum distinctionem pluru
locis obscurauit. Uerum ita, ut dixi, esse, prin
ostendunt additamenta, quæ in isdem codicibus hæ
partim casu nata partim interpolatione, in altero
nere non sunt. Casum et errorem habent, quæ I,
adduntur (*etenim* &c.) et I, 80 (*uoluptatem etiam* &c
interpolationem manifestam, quæ I, 50 (*non potest* f
et II, 12 (*sed forte dicitis*), 17 (*dicere*), 19 (*qui*), 44 (*t*
st ut suggeras), 59 (*constat* &c.), 67 (*habere testium*
est), 92 (*quam*), multaque per ceteros libros sim
Deinde idem declarant uerba in his omnibus codici

---

[1]) Quod in priore loco Moreli codex (e melioribus) additan
tum uidetur habere, is se hæc "in uetere *quodam* ma
scripto codice" repperisse ait, quomodo de suo illo ue
(quem iam ter antea appellauit) numquam loquitur.

eadem omissa, uelut, ut minora exempla ponam, II, 2 (*eum*), 5 (*nunc*), 7 (*uero*), 20 (*quasi*), 29 (*esse*), ut insigniora, I, 50 (*non*), II, 26 (*Qui hæc — solent*, ubi in paucis ea, quæ exciderant, alio loco retracta sunt), III, 17 (*quas uel conprehensiones uel perceptiones*), V, 17 (*uacuitatem doloris*) et 19 (*etiamsi nihil consequatur*), neque minus certo indicio uerborum transpositiones communes, ut V, 59 (*nihil itaque amplius* pro *nihil amplius itaque*) et 62 (*expressa in iis uero* pro *expressa uero in iis*). Postremo adcedit omnis relicua conspiratio quom in scribendi erroribus, uelut (nam quasi e quarta parte libri secundi exempla ponam, neque tamen eam exhauriam, ut adpareat, quanta sit copia) 7 *putant*, 9 *cum non dolere* et *posset*, 10 *dissimiliter* et *quæ*, 11 *prope*, 14 *in animo* et *crucietur*, 16 *dicat* et *putat dicat*, 19 *pugnis*, 20 *remque*, 22 *promant*, 27 *tamen*, 29 *ullam* et *quamquam*, tum maxume in infinita quadam interpolatione, quom aut uoces librariis consuetæ pro minus tritis substituuntur (15 *peruolgata* pro *peruagata*) aut, structura orationis et ui non perspecta, uerba mutantur (5 *uelim definire* pro *uelim definias*, 18 *docet*, *uolt — distingui* pro *docere uolt*, — *distinguit*, 30 *uel diuidere*, sublata figura, pro *si diuidere*), interdum etiam propter ueterem scribendi rationem non intellectam (17 *sit* pro *sint*, quod *omnis* singularis numeri esse putabatur), aut praua correctione occultantur menda, partim quæ in codice archetypo erant et in melioribus codicibus seruata sunt (6 *quasi quis* pro *quis quasi* ex *quis quæso*, [1]) 8 *hiarent* pro *hiaretur* ex *hilaretur*, 16 *quidem* pro *idem* ex *item*), partim quæ in horum codicum principe nata erant (II, 26 et 30, ubi, quam audacter omnia uersa sint, quom semel erratum esset, declaraui in notis). Atque hoc, quod postremum dixi de interpolatione ex ipsius deteriorum codicum principis mendis nata, latius patet. Nam ut II, 26 eiusmodi erroris caussa etiam ad-

---

[1]) § 80 etiam in deterioribus hoc mendum seruatum st.

dita uerba plura sunt (*Qui si diceret* et *esse*), sic eo additamentorum, quæ initio posui, alia eiusmodi sunt ad ipsam codicis archetypi scripturam uerba adiecta pateat, uelut II, 12, 17 (ubi *dicere* additum st orat male distincta), 19, alia eiusmodi, ut tum demum n potuerint, quom codicis archetypi scriptura, quæ in lioribus superest, corrupta esset, ut quom II, 44 pro scriptum esset *ubi si*, hinc nata st apodosis: *tuum si suggeras*, clarissumeque II, 92, quom pro *alter* scrip esset *aliter*, inde natum st *quam*. [1])

Hæ sunt igitur duæ codicum familiæ, inter q paucos quosdam codices ita interiectos esse paullo p ostendam, ut tamen multo propius ad deteriores ac dant. In meliore codicum familia sunt Palatinus prim Erlangensis, Spirensis, is, qui in margine Cratandri pellatur, Morelianus, Scaligeranus (in quo tamen sit cautione utendum, dixi § 1 D), Gronouianus patris De Eliensi secundo propter Dauisi neglegentiam dubi st, utrum in hoc genere an in illo mixto, de quo dica ponendus sit; inclino tamen in posteriorem sententiam.

---

[1]) Lib. III, 41 quom excidisset *esse*, pro *inter* substitutum *habere*.

[2]) Obr. Gifanius in epistula quadam ad Scaligerum (Burma Syllog. Tom. II p. 307 et 308) ex huius generis codice n nulla profert.

[3]) Plerumque e codice El. 2, ubi distinguitur a primo, pro runtur melioris familiæ scripturæ, ut in libro II § 15 *p uagata*, 26 *frangere* (sine *rem*; enumerans Dauisius eos dices, qui uerba: *Qui hæc didicerunt — sic solent* omittu hunc et Mead. non nominat), 55 *credebat*, 65 *hunc ue* 69 *faceret*, 77 *uide igitur*, 86 *miseriam omnem*, 92 *uerum es* 93 *quem maxumum*, (95 *turpe uiri non esse*, cum mendo n tamen occultato,) 99 *uincunturque*, 102 *quamuis* et *idem* 111 *atque abundantis*. Ex El. 1 sæpe et communis interp latio profertur (8 *hiarent* &c.) et singularis (17, 23, 36, 5 66, 79, 82). Sed tamen plurumis locis Dauisius Pal. 1 sequi dicit, El. 2 non addens; atque ex hoc corrupta

Iam hi, potest dubitari, utrum per unum codicem ex archetypo orti sint, an per pluris eadem religione inde deriuati. De quo quamquam difficile st pro certo statuere, quod unum ex hoc genere Erlangensem prorsus nouimus, tamen pauca quædam menda, quæ communia horum codicum uidentur (I, 71 om. *confirmat*, II, 16 om. *interiectam*, V, 17 *assertum*, cfr. III, 17, V, 89 *quibus illa appellant*), neque tamen in ipso codice archetypo fuisse, quoniam in deterioribus non sunt, permouent, ut inter hos omnis et ipsum codicem archetypum unum interponam et hanc fingam cognationis formam.

Codex Archetypus.	
Codex A.	Codex B mendosus et interpolatus.
Meliores.	Deteriores.

Duobus locis, ubi meliores paullo notabilius discrepant (II, 42 *cum honestate* et *cum uoluptate*, V, 56 *nequitia* et *segnitia*), deteriorum quoque dissensus arguere uidetur, in codice archetypo duplicem scripturam fuisse. Inter ipsos meliores codices gradus quosdam dignitatis statuere, quinam fidelissume ueterem scripturam seruarint, ut nunc res se habet, difficillumum st. Nam Palatinus 1, quamquam uetustate Erlangensem multum uincebat et aliquot locis integrior erat (II, 20 *re neque*, 49 *tum esse*, 54 *Cæpioni* cum Scaligerano et Moreliano, 97 *moriens* cum cod. Uictori, 104 *is tum*, III, 40 *ipsique*), tamen aliis

---

etiam singulari modo scripturas profert, ut II, 35, 40, 60, 94, (magisque etiam I, 7 et 50); interdum ex utroque (106, 113). Tum paucis locis meliorem scripturam Eliensi 1 ascribit, ut 34 *eligentem*, 77 *profitendæ*, 102 *uolt* sine *putari*, interdum Eliensi, numero non addito, ut 59 *futura*, 67 (omissam interpolationem), 84 *et tamen tantis* sine *non*. Puto interpolatas scripturas multas errore secundo tribui; prorsus cum e bonorum genere fuisse non possum credere, quamuis neglegentem Dauisium iudicem; itaque similem credo fuisse Uictoriani.

locis ab hoc uincitur (I, 60, II, 16, 42, III, 67, tum I 37, 47, 108, ubi in Pal. 1 uerba exciderunt).

Illud patet quam molestum sit, quod ex hac f lia unus omnino codex plene conlatus est. Itaqu huius testimonium stabiliendum utiliter adhibentur quos mixtos dixi. Hos ego e meliore familia p origine ductos deteriorum interpolationem suscepisse p Nam quod alterum in mentem uenire poterat, codic deteriore familia ortos meliorum conparatione emend esse, id quom eo tollitur, quod ea, quæ habent e lioris generis scripturis, minume eiusmodi sunt, quis, intellecta meliorum codicum præstantia, præci inde sumere uoluisse uideri possit, magnam par parua et quæ facile lateant, tum, quod hi codices conparati sunt, ut non solum eiusmodi recta uolu non adpareat, sed singularis quædam licentia. Faci mum st autem ad intellegendum, qui fieri potuerit, quom uolgo circumferrentur codices interpolati et ho num iudicio tamquam emendatiores probarentur, ætate, qua incensa in Italia exardescebant studia u rum scriptorum, aliquis, qui in antiquius et integr exemplar incidisset, id interpolatorum conparatione c rumperet.[1])

In hoc codicum genere habendus est primum i quo Uictorius usus est. Is omittit, quæ in deteriori adduntur I, 30 et 63 et II, 12 (*sed forte dicitis*), m tisque locis cum bonis consentit et, ubi de uno Erl gensi constat, confirmat, hunc recte pro tota familia stem accepi, uelut I, 4 *e Græcis*, 20 *pedalis*, interd leuiter aberrat (I, 16 *nisi tu*). Uerum ex eodem Uic rius nihil adnotauit ad scripturam uolgarem prauam interpolatam I, 26, 39, 46, 47, 50, II, 26, 30, 61, (

---

[1]) Quod tertium excogitari potest, coepta nec tamen absol interpolatione hos a deteriorum relicua stirpe deflexisse, et multa alia habet aduersa et coarguitur ipso genere int polationis susceptæ.

Deinde hic codex, præterquam quod neglegentissume scriptus est et uerborum omissionibus incredibiliter foedatus (ut I, 55 omittitur *et lætitiam*, tum *molestiam*, deinde *adcessio*), singularem et propriam habet interpolationem, quam Uictorius in sua editione non ita raro secutus est. Nam hinc nata sunt illa, quorum adhuc fons ignoratus est, I, 6: *omnes res* pro *has res*, 17: *in quo nihil æque nec summum*, 31 *quom a philosophis tamen pluribus* (ex *quam pl.* pro *conpl.*), 49 *cura et rigore* (cod. *uigore*) *animi*, 59 *omnino* pro *animo*, 71 *inprosperum* pro *asperum* (ut responderet præcedenti *prosperum*), quorum ego pleraque in notis conmemoranda non putaui, hic indicasse non inutile erit, ne quis aliquid scripturis his Uictorianis tribuat.

Longe diuersi a Uictoriano sunt in eodem genere codices plane gemelli E et ξ Oxonienses. Hi etiam constantius uolgarium codicum menda et interpolationem receperunt, (uelut etiam I, 30 et 63), ut plerumque in huiusmodi scripturis omnes Oxonienses nominandi fuerint. Tum autem, uix credibile st, quot locis hi duo codices a ceteris omnibus discedentes uerba habeant aut mendis deprauata aut leuissumis coniecturis mutata, sæpe quidem ita, uix ut ulla caussa, quæ ad mutandum inpulerit, excogitari queat aut, quid corrector spectauerit, intellegi.[1]) Sed tamen inter has sordis aliquotiens emicat uera scriptura ex meliore

---

[1]) Lib. I, 2 eo libro) Eξ *in eo l.* et conlaudata st) *est atque coll.* eo meliore) *eo meliori loco* 3. defatigatio) *fat.* 5. Licinius — scriptorem) om. rudem enim) *rudem omnino*) *omnino eam* 6. nostrum iudicium) *nomen iudicium* multos) *et multos* 7. poëtæ) om. fieri) *ante fieri* tum) om. 9. sale) *sale digna* Græce — maluisti) om. 10. etiam) om. 12. omnem quæstionem) *communem quæstionem* 14. neglexerit) *contempserit* 18. tum illud) *tamen id* efficiatur) *gignantur uel efficiantur* disseruernnt) *disserunt* &c. Tantum memorabilia excerpsi et quæ ex utroque codice notata erant.

origine seruata, ubi ceteri deteriores mendum et i polationem habent, uelut in libro II, 12 (non uid habere: *sed forte dicitis*), 18 *docere uolt*, 29 *re n* 38 *ulla*, 59 (interpolatione carent), 61 *ubi ut*, 72 pro *modo*, 73 *si pudor*, 75 *quom dicitis*, 77 *uide ig* 99 *uincunturque*, 111 *pecudis* et fortasse uno et a loco præterea. Interdum tantum ex uno uerum tur, ut I, 10 ex E *quantumcunque possum*, II, 60 *existumas*.

De Gudiano 2 difficile st dicere, quod Goerei raro eum distincte conmemorat ac fere tantum ubi gularia menda habet, alibi autem non raro tris potiores uel optumos codices appellat, ut II, 67 omissione uerborum *habere testium sat est*, in quo tum st indicium melioris originis), nec tamen usq dicit, quem tertium adiungat Erlangensi et Spiren Sed tamen aliquid hunc codicem, qui idem Bremi G ferbytanus est, e meliore familia habuisse¹), patet pl bus locis, maxume quod I, 30 uerba in deterior errore orta in hoc et Erl. atque Spirensi desunt (Goerenzius contrarium dicit), sed etiam I, 4 (*q si*, id est *quod se*), 29 (*extremum et ultumum*) II, (*puto*), 9 (*restincta enim*), 12 (*futurus sit philosoph* atque etiam in mendis, ut I, 61 (*illi negant enim* Erl.), 66 (*confirmetur* cum eodem). Uerum eum multo meliorem fuisse quam Eg, adparet et Goer testimoniis (de interpolatione in I, 26, 46, 50, II, 44 cett.) et Bremi (II, 41 *gaudendo — non dolendo*, *societati*, 58 *intellegis*, cett.). Quod Goerenzius interd (ut II, 77) ex hoc solo deteriorum scripturam prof quasi Gud. 1 et Bas. cum melioribus faciant, confu nem puto. Rursus Gud. 2 appellat, ubi Erlangens aut solum aut simul debebat, ut V, 5 (*Pericii*). S

---

¹) Uideo esse, qui tertium faciant Gud. 1 aut Basileens Fortasse ne eundem quidem semper significat. Ego tamen commentariis interdum nominaui aperte Gud. 2.

cur de ea caussa loquor, in quo Goerenzio teste standum sit?

Præstantiorem in hoc genere fuisse puto Palatinum sextum, e quo in quinto maxume libro sæpius adnotantur scripturæ bonorum propriæ (quas ad V, 89 conlegi), idemque IV, 15 cum bonis consentit (*tertia*). In prioribus libris, ubi aderat Pal. 1, Gruterus hunc contempsisse uidetur; II tamen 103 ex eo quoque profertur uerum (*quam illius*).

In deterioribus codicibus iis, qui nihil e melioribus traxerunt, facile intellegitur, præter communem illam interpolationis et mendorum labem, qua genus agnoscitur tamquam nota, et errores nouos uarie adcessisse et corrigendi conatum interdum longius progressum esse, aliter in aliis; uelut I, 46, quom excidisset *monstret*, partim oratio manca relicta st, partim additum *doceat;* in II, 26 in plerisque omissa sunt, quæ pauci ex margine principis seruarunt.[1]) Sunt in his uestigia quædam propioris cognationis certorum huius familiæ codicum; uelut adparet, editionem Romanam multo sæpius cum codice nostro Parisiensi consentire, quam Coloniensem; sed neque magni momenti hæc sunt ad inueniendum et ponderandum familiæ testimonium (nam fere paucorum a generis consensu aberrationes facile indicantur) neque explicari distincte possunt in tanta eorum, qui hos codices adhibuerunt, neglegentia. Itaque tantum pono, inter minume malos esse Pal. 3 et 4, et Parisiensem nostrum (in quo II, 61 pro *ubi ut* est *nisi ut*, in ceteris deterioribus *nam ut*), mutando et corrigendi conatu post Eξ longe progredi Eliensem 1 (uelut IV, 6 *de animis hominum spinas uellentium*), tum uero, de quo certius constat, Leidensem nostrum, ad quem similitudine adcedit Palatinus secundus (cfr. ad V, 72).

[1]) Memorabilis dissensus est in lib. II, 68, ubi Palatini quinque, Parisienses tres (?) dicuntur habere *Themistio* (ut Eξ), nostri et Oxx. tres habent *Themistocle*.

Hoc genus quale sit, intellegi potest e III, 7, ubi (ex *heluari libris* in codicibus deterioribus ortum *heluo libri*, in Leid. (et ed. prima) factum st *heluo l rum*, et e V, 39, ubi quom e *putare* ortum esset *a;* et *amputare* et *amputareque*, propter *que* in Leid. ptum st *reseruare amputareque*, et e V, 70, ubi ex *uecto*, quod ortum erat ex *inuectio*, hic fit (ut in Crat.) *inuectum*. Adparet, easdem coniecturas inter etiam in aliis codicibus fuisse (ut III, 11 *adfirmar* Barberino Garatoni). Uerum hæ omnes coniectur: nullam prorsus auctoritatem habent, ita interdum p menda nec longe a uero aberrantia in re et sente aperta recte tollunt, a doctiore et prudentiore hor profectæ quam illæ in Eξ miræ mutationes. Itaque q dam ex iis iam diu locum in oratione tenent et ignoratur, coniectura scripturam ortam esse, aut editor quis eius auctor putatur, uelut I, 6 *Theophrastus* (ita Le Pal. 3), 34 *corrupisti* (Leid., edidit ita iam Aldus 15: 43 *durissumis* (Leid., Pal. 2, Par. 2), 64 *cognosci et* ; *cipi* (Leid.), II, 12 *de pagis* (El. 1), IV, 18 *de pluri* (L, Eξ), 15 *naturæ* (L, Pal. 2), aliæ a me ascitæ s ut II, 100 *aperteque* (L.), III, 45 *corporearum* (El nam de tribus Parr. fallitur Dauisius; unum forta recte appellare poterat), III, 48 *habitum* (L, Pal. 2), reductæ, ut *omnium naturarum* IV, 33 (L, Sigoni ber, Eξ). [1])

§ 4. Conmemorandæ sunt deinceps, exceptis d bus primis editionibus et perspicuis Cratandri et Mo testimoniis, relicuæ ante Gruterum editiones codicesq qui in iis curandis adhibiti putantur. Sed dicam de

[1]) In codicibus toto genere infimis et qui prorsus cum dete ribus conspirant, nisi coniectura natum esse non potest, qu et ceterorum deteriorum consensus ostendit in princi huius generis non fuisse, et, si quis de hoc dubitat, bo rum quoque testimonium his locis fere cum deterioribus re cuis conspirans.

breuiter, quod in omni hac inuestigatione nullam fere aliam utilitatem esse iudico, nisi quæ in superstitione quadam expugnanda perspiciatur. Nescio enim quomodo malunt quidam de ueterum editorum codicibus suspicari quam eos, quos licet, perscrutari. Sed primæ editiones librorum de Finibus, ut fere ceterorum Ciceronis scriptorum, ductæ sunt e uolgaribus codicibus; eæ deinde sic repetitæ, ut nonnihil mutaretur ex aliis eiusdem generis codicibus, quædam coniectura. Sic extiterunt cognationes quædam editionum, duæ tamen latissume patentes; nam ex editione Coloniensi permulta (per Aldinam, ut mox dicam) ad Manutium et Lambinum manasse, declaraui in commentariis, cum Romana coniunctam esse Marsi et Uictori editiones, Cratandri quoque, etsi in ea (et, opinor, aliis et fortasse iam ante) mixta interpolatio st; uelut I, 61 e prima aut ex similibus codicibus habet *appetendo omnia petulantes*. Raro adparet codicis mixti generis usus, plane boni uix usquam, nisi in Cratandrina (§ 1 B), pro certo tenetur, neque ulla editio præter Uictorianam in duobus primis libris cum aliqua constantia ad eiusmodi codicem exacta st; quodque caput est, nulla his editionibus scriptura continetur, cuius non nunc et certiorem auctoritatem et formam interdum pleniorem in notis codicibus habeamus. [1])

Post primas editiones conmemoratur cum laude ab Orellio Ueneta a. 1480 "per Petrum Condam Petri," quam cum melioribus plerumque facere ait. Uerum ea nullo loco ex iis, in quibus diiunctio utriusque familiæ

---

[1]) Erant mihi ad manum hæc scribenti præter duas illas primas editiones et Morelianam Aldina a. 1523 (Uenetiis in ædibus Aldi et Andreæ soceri), quam initio non habui, Cratandrina (Basileæ mense Martio 1528), Ascensiana (Lut. Paris. a. d. V Cal. Nouembr. 1528), R. Stephani (ibid. 1538), C. Stephani (ibid. 1554), Manutiana a. 1555 (Uenet.), Lambiniana prima (1565) et repetita (1577). De Uictoriana credidi Orelli conlationi.

perspicitur, meliorem partem sequitur,[1]) sed, ubi a
codices deteriores cum melioribus conspirantes dec
in deterioris familiæ principe eandem scripturam f
ac postea demum corruptam esse, ibi sæpe his adi
tur, a Coloniensi et Romana discedens, ut I, 25 (
uero tu). Paucissumi loci, qui melioris codicis usum
dere uidentur, eiusmodi sunt, ut ab homine docto
ætate coniectura emendari potuisse facile credas,
51 et 69, idque prorsus adparet in eo loco, qui ma
eminet, V, 19. Nam eiusmodi aliquid desiderari,
additum hic est: *etiamsi non adipiscare*, ei, qui ad
tentiam adtenderet, non difficulter in mentem uenic
si codicem melioris familiæ editor habuisset, posu
quod ego ex Erlangensi. Et emendauit editor coniec
quod legitur in omnibus codicibus II, 73 *nullam* e
·47 in omnibus præter El. (2) *a dignitate*.

Multum iactata st conmemorando nuper P. M
editio, quam quom Goerenzius magnis laudibus ext
set nec tamen descripsisset, etiam dubitatum st,
ulla esset omnino. Postea eam descripsit F. G. G. I
tel, gymnasi Zuiccauiensis rector (*de codicibus et*
tionibus uetustis biblioth. Zuiccau. partic. IV, *Zu*
1836) et cum Orelli exemplo contulit.[2]) Ex hoc
bello, quamquam multis indiciis mihi certum st,
summa diligentia conparationem institutam esse, prin

---

[1]) I, 1 *non id tantum*, 6 *dicerent*, 7 *nec enim*, 9 *hostis M*
10 *uel nobis*, 16 *hic mihi*, 19 *adhæsitationes*, 26 *quoquo u*
modo et ibid. *melius etenim quoniam* &c., 30 *iudicari u*
ptatem etiam &c., 34 *atque turbentur*, ceteraque eodem m

[2]) Commentariis P. Marsi subscribitur: "P. Marsus recogno
bat et enarrabat An. Sal. MDXI" (quo tempore is gran
uos fuit). Sed ii commentarii, curante post mortem Asc
Marso, fratris filio, Uenetiis 1527 adiuncti sunt editioni i
rum Ciceronis librorum, cui præfuit, certe præfatus
Lucas quidam Panetius, qui se conlatis exemplaribus ma
scriptis libros recognouisse testatur, ut iam adparere ui
tur, Marsi falso contextum appellari.

adparet, Goerenzium multa Marso tribuisse, quæ in ea editione non sint;[1]) deinde confectum st, Marsi operam omnem pendere a codicibus deterioris generis non pessumis et a coniectura. Itaque et I, 26 et 30 et ceteris omnibus locis, in quibus codicum familiæ discrepant, interpolatam scripturam et deteriorem habet, præter perpaucos, in quibus aut Herteli silentio parum confidi posse uidetur (nam in silentio testimonium positum st, non in meliorum codicum scriptura ad Orelli diuersam adnotata) aut coniectura uersata esse.[2]) Nec, in quo ante omnia bono codice, si habuisset, usus esset, lacunas deteriorum expleuit, ut I, 46. Coniectura neque ea perquam timida adparet II, 35, IV, 6 aliisque locis.

(De scripturis quibusdam melioris familiæ codicum in contextum editionis Cratandri receptis dixi supra § 1 B).

P. Uictorius (nam de Aldo, qui prior est, dicam, quom ad P. Manutium uenero) exemplum ex Romana editione ductum exegit diligenter partim ad eum codicem, quem paullo ante descripsi, partim (extra librum I et II) ad alios deterioris familiæ codices; itaque hanc nunc (post deteriores aliquot codices adcurate conlatos) utilitatem habet, ut, si quis propter Gruteri, Dauisi,

---

[1]) I, 1 Gzius Marso tribuit, quod Dauisio placuerat, *non id tum*, Hertelius enotat *non id tantum*, 9 Gzius narrat, Marsum habere *locum — risit*, Hertelius tacet, 26 ille Marsum scribit non habere uerba errore interposita, hic ea ad Orelli exemplum adnotauit, &c.

[2]) Falso (ut de I, 26) narratur Marsum III, 15 omittere *minusue*; ne Gzi quidem errore, sed Orelli in V, 95 putatur habere *summe laudabiles*. Si Hertelio credi potest, II, 12 omittit uerba subditicia et II, 20 habet recte *facit re neque* et paullo post *id est quasi maxume*. III, 8 *Cæpioni*, si ita st scriptum, poterat iam Marso, non indocto homini, in mentem uenire. Quod I, 50 Marsi editio (1527) habet: *quod si qui satis hominum sibi contra conscientiam*, id iam apud Aldum (1523) est.

Goerensi silentium dubitauerit, rectene ego ex me et Oxoniensium codicum consensu adparere dix quid in codice alterius familiæ principe aut, ubi E gensis accedit, quid in archetypo fuerit, is etian ctorium testem habeat, ut I, 64 *(cognosci et recipi)*.

P. Manutius omnibus partibus pauciora in his novauit quam putatur. Nihil enim nisi expoliuit patris editionem.[2]) Atque ea in summa re quasi s structa st primæ editionis fundamento. Itaque plur scripturæ, quæ et alibi et ab Orellio Manutio ascri tur et a Manutio in priorem Lambini editionem tra runt, ex editione prima retentæ sunt; nec sane pot a Manutio consilio inlatæ uideri, sed, qualis reppe relictæ. Sed apud Aldum præterea ac fortasse aliqu parte apud eos, qui inter primam editionem et A interiecti sunt, quorum ego editiones non perscru sum, multa alia partim casu, partim coniectura, qua etiam e codicibus inferioris familiæ mutata sunt. que (ut specimen ex parua parte libri primi non curiose conligam) Aldi, non Pauli hæc sunt: 3 *s nobis*, 10 *nec simulent* (e praua coniectura pro *ne*) *magna* pro *summa*, 16 *Hic nisi mihi* (mixta uera scrip quæ erat etiam in paucis deterioribus libris, ut M duobus præter primum Palatinis, cum praua), 17 *in*

---

[1]) Uictorius II, 73 habet uoces *si pudor* et 75 *quom dicitis*, n men eas in margine edit. Ascensianæ adnotauit (in cuius co eas fuisse non puto; certe non sunt in Ascensiana sec nec in Aldina); eas potuit aut ex eo codice postea in edi paranda diligentius inspecto sumere (et sunt in Eg) a Cratandri editione. In Castigationibus Uictorius duos o horum librorum locos adtingit, IV, 10, ubi Aldi inter tionem inprobat, et V, 70, ubi defendit codicum testi *dissensio*, et tamen, quo pertineat, negat se scire.

[2]) Hac editione quom inde a libri V initio uti coepissem, Manuti nomen, quod in superioribus positum erat, ei Hic rem, ut est, expono.

nec, 20 *physici est*, 21 *secutus est*, 23 *fugiamus — sequamur* (pro *sequ. — fug.*). (Supplementum lacunæ in I, 22 non est in Aldi exemplo.) Sunt pauci quidam loci, qui primo aspectu melioris codicis adhibiti suspicionem facere uideantur. Uerum eadem coniectura in paruis et manifestis rebus uerum restituit, quæ I § 10 *satis* ante *mirari* et V, 38 *ut* ante *multo secus* addidit contra omnis codices. Eademque ratio st eius loci, qui contrariam habet speciem V, 17. Nam restituendum esse aut *non dolere* aut (quod facilius occurrebat, præcedente *dolorem*) *uacuitatem doloris*, neminem fallere poterat; sed si e codice hæc Aldus sumpsisset, posuisset et eo loco et eo ordine, quo in bonis codicibus sunt.[1]) Coniecturæ libertatem arguit substitutum IV, 10 *Stoici omnino* pro *hi omnino*.

Hanc Aldi editionem P. Manutius, ut dixi, expoliuit, nec habuit perpetuo ad manum codices, quos consuleret. Itaque quom lib. I, 41, ubi ed. prima habet *nulla terra*, in editione Aldina (et postea Crat., Uict.) scriptum esset *nulla præterita* pro *præterea*, quod omnes codices habent, excepto ξ, P. Manutius in primis editionibus (etiam a. 1555) mendum reliquit, in postrema (a. 1569, e qua Danisius notas eius sumpsit) correxit ascripsitque: "Moneo lectorem ex ingenio repositum a me *præterea* pro *præterita*, quod erat in omnibus libris, quos quidem ego uiderim." Unum conmemorat in prioribus editionibus codicem a se inspectum Bernardini Maffei et ex eo præter paucas communis deteriorum codicum scripturas profert quasdam recentissuma correctione ortas, ut in II, 23: *cui nil dempserit uis et sacculos abstulerit*, II, 66

---

[1]) P. Manutius ad h. l. sic: Ut omittam, quod libros superioris nostræ editionis (Aldinam patris dicit) tamen credendum st, ad propositum aliquod manuscriptum exemplar fuisse inpressos." Decepit uirum egregium sententia saltem de his uerbis. V, 19 uerba *etiam si non adipiscare* Aldus habet ex edit. a. 1480, Paulus sustulit.

crimen, III, 45 *in corpore sitarum*; (add. IV, 74 et 70). Semel, II, 71, Joannem Scalam scribit testari, in uetere libro uidisse eam scripturam, quæ in meli bus libris est, eamque restituit (*Non metuet* et reli sine interpolatione), ipsum se eam uidisse negat. postrema editione conmemorat libros Philippi T Sigoni, Latini Latinii, hoc est sine dubio, quæ a illos uiderat tamquam e codicibus adnotata. Ita et melioris familiæ scripturas quasdam inde profert III, 71, IV, 32, 56, 74) et bonas coniecturas, quæ in recentissumis codicibus sunt (ut IV, 33 et V, 43) prauas scripturas (IV, 50, 59, V, 70 et 72). Sed ir dum etiam antiquom librum nullo addito nomine ap lat, et ex eo pauca quædam sumit, quæ in melior sunt, sed inuentu facilluma, ut II, 20 (*neque*, nec ta *re*), 49 (*per se rectum*), 39 (*utrumque*), alia deter (II, 67 *nec uero* pro *nunc uero*). Relinquontur, quæ egregius ipse præter ea, quorum in scholiis ratio reddit, tacite correxit in rebus paruis et manifestis, I, 9 *cohorsque*, de quo in nota dubitaui, cett.

Ab Orellio conmemoratur non raro in his libris dex C. Stephani, quem ego nullum esse et dixi sa et facile uincam. In editione enim C. Stephani extr uolumine extant "Uariæ Lectiones," quas index editi his uerbis promittit: "Uariæ Lectiones ex perm antiquissimis ac manuscriptis exemplaribus, quibus lectio (si quid ab ea immutatum est) nonnullæque ctorum coniecturæ adiunctæ sunt." Eæ hac forma scriptæ sunt: "*id non totum*) uetus, *id non tam*." *uetus*, quod Orellius codicis scripturam intellexit (qu admodum ego a. 1828 in Asconianis Hotomani err est ipsa illa prior lectio, codicum autem scripturæ, si essent, priore loco quærendæ essent. Uerum ibi fere reperietur nisi Manuti scripturæ, ad quas C. phanus rediit, quom Robertus Uictorium fere secutu set. Itaque *uetus* illud plerumque Uictorinnum st; se scio cur, credo tamen, ut adpareat huius editionis præsta

uetera ponuntur Aldina quædam, quæ neque Uictorius neque Rob. Stephanus habent, in quo genere unum e multis est memorabile illud in V, 19 *etiamsi non adipiscare*. Ut autem tota C. Stephani editio parum perite aut diligenter instituta st, non raro prior et noua scriptura permutata st adnotando aliisque modis erratum; relicta quoque in contextu sunt, quæ expellere et inter uetera notare consilium fuerat. In tota re ne qua dubitatio relinquatur, speciminis loco in margine inferiore pono omnia, quæ in X *primis* capitibus libri primi apud C. Stephanum notata sunt.[1]).

Dionysium Lambinum, quem opinor quosdam suspicaturos bonos habuisse codices, in priore editione ipsum tantum deterioris familiæ codicibus usum esse, perspicuum st. Nam et ad I, 24 scribit, in omnibus libris manuscriptis, quibus quidem usus sit, esse partim *fidei*, partim *fideri* pro *uideri*, et ad II, 25, libros omnis ueteres, quos quidem uiderit, habere uerba: *Sed forte dicitis*; in delendis iis sequitur Uictori auctoritatem; deinde addit "alios" habere *infame et suspectum*, se id nusquam repperisse. Significat, opinor, marginem Cratandri (etsi ibi recte scribitur *infame*, *suspectum*), e quo

---

§ 1 *id non totum)* uetus *id non tam* (Uict. *non id tam*). 2 *non posse)* u. *non possem* (Uict.). 5 *a quibus tam)* u. *a quibus tantum* (omnes ante Man.). 6 *ab illis has res)* u. *ab illis omnes res* (Uict.). 11 *quis — putet)* u. *quid putem* (Uict.). 20 *suo nutu)* u. *suo motu* (Ald., non R. Stephanus). 23 *confirmat autem illud*, u. *confirmat illud* (Ald.; etiam P. Manutius; hoc C. Stephanus secutus est in contextu; in adnotatione inuersus ordo st; nam *uetus* (Uictori, R. Stephani) erat *conf. autem illud*). 23 *patrioque)* u. *patrio quoque* (Aldus et superiores). 26 *etenim quasi detractis)* u. *etenim quoniam detractis* (sic omnes; soli Uictorius et R. Steph. *quasi*; consilium fuit *quoniam* restituere). 31 *a phil. conpluribus)* u. *a phil. tamen conpluribus* (neglegenter notatur Uict. et Rob. scriptura *a phil. tamen pluribus*). 34 *ne ad eam non possim)* u. *ne ad eam possim* (Aldinum).

crimen, III, 45 *in corpore silarum*; (add. IV, 74 e 70). Semel, II, 71, Joannem Scalam scribit testari . in uetere libro uidisse eam scripturam, quæ in mel bus libris est, eamque restituit (*Non metuet* et rel sine interpolatione), ipsum se eam uidisse negat. postrema editione conmemorat libros Philippi T Sigoni, Latini Latinii, hoc est sine dubio, quæ a illos uiderat tamquam e codicibus adnotata. Ita et melioris familiæ scripturas quasdam inde profert III, 71, IV, 32, 56, 74) et bonas coniecturas, quæ in recentissumis codicibus sunt (ut IV, 33 et V, 43) prauas scripturas (IV, 50, 59, V, 70 et 72). Sed in dum etiam antiquom librum nullo addito nomine ap lat, et ex eo pauca quædam sumit, quæ in melior sunt, sed inuentu facilluma, ut II, 20 (*neque*, nec ta re), 49 (*per se rectum*), 39 (*utrumque*), alia deter (II, 67 *nec uero* pro *nunc uero*). Relinquontur, quæ egregius ipse præter ea, quorum in scholiis ratio reddit, tacite correxit in rebus paruis et manifestis, I, 9 *cohorsque*, de quo in nota dubitaui, cett.

Ab Orellio conmemoratur non raro in his libris dex C. Stephani, quem ego nullum esse et dixi sæ et facile uincam. In editione enim C. Stephani extr uolumine extant "Uariæ Lectiones," quas index editi his uerbis promittit: "Uariæ Lectiones ex permu antiquissimis ac manuscriptis exemplaribus, quibus p lectio (si quid ab ea immutatum est) nonnullæque ctorum coniecturæ adiunctæ sunt." Eæ hac forma scriptæ sunt: "*id non totum*) uetus, *id non tam*." *uetus*, quod Orellius codicis scripturam intellexit (qu admodum ego a. 1828 in Asconianis Hotomani erra est ipsa illa prior lectio, codicum autem scripturæ, si essent, priore loco quærendæ essent. Uerum ibi n fere reperietur nisi Manuti scripturæ, ad quas C. S phanus rediit, quom Robertus Uictorium fere secutus set. Itaque *uetus* illud plerumque Uictorianum st; sed scio cur, credo tamen, ut adpareat huius editionis præstan

uetera ponuntur Aldina quædam, quæ neque Uictorius neque Rob. Stephanus habent, in quo genere unum e multis est memorabile illud in V, 19 *etiamsi non adipiscare*. Ut autem tota C. Stephani editio parum perite aut diligenter instituta st, non raro prior et noua scriptura permutata st adnotando aliisque modis erratum; relicta quoque in contextu sunt, quæ expellere et inter uetera notare consilium fuerat. In tota re ne qua dubitatio relinquatur, speciminis loco in margine inferiore pono omnia, quæ in X primis capitibus libri primi apud C. Stephanum notata sunt.[1]).

Dionysium Lambinum, quem opinor quosdam suspicaturos bonos habuisse codices, in priore editione ipsum tantum deterioris familiæ codicibus usum esse, perspicuum st. Nam et ad I, 24 scribit, in omnibus libris manuscriptis, quibus quidem usus sit, esse partim *fidei*, partim *fideri* pro *uideri*, et ad II, 25, libros omnis ueteres, quos quidem uiderit, habere uerba: *Sed forte dicitis*; in delendis iis sequitur Uictori auctoritatem; deinde addit "alios" habere *infame et suspectum*, se id nusquam repperisse. Significat, opinor, marginem Cratandri (etsi ibi recte scribitur *infame*, *suspectum*), e quo

---

[1]) § 1 *id non totum)* uetus *id non tam* (Uict. *non id tam*). 2 *non posse)* u. *non possem* (Uict.). 5 *a quibus tam)* u. *a quibus tantum* (omnes ante Man.). 6 *ab illis has res)* u. *ab illis omnes res* (Uict.). 11 *quis — putet)* u. *quid putem* (Uict.). 20 *suo nutu)* u. *suo motu* (Ald., non R. Stephanus). 23 *confirmat autem illud,* u. *confirmat illud* (Ald.; etiam P. Manutius; hoc C. Stephanus secutus est in contextu; in adnotatione inuersus ordo st; nam uetus (Uictori, R. Stephani) erat *conf. autem illud).* 23 *patrioque)* u. *patrio quoque* (Aldus et superiores). 26 *etenim quasi detractis)* u. *etenim quoniam detractis* (sic omnes; soli Uictorius et R. Steph. *quasi*; consilium fuit *quoniam* restituere). 31 *a phil. conpluribus)* u. *a phil. tamen conpluribus* (neglegenter notatur Uict. et Rob. scriptura *a phil. tamen pluribus).* 34 *ne ad eam non possim)* u. *ne ad eam possim* (Aldinum).

itidem sumptum st, quod in II, 10 "libros aliquot ı res" dicit habere *dissimileis efficientibus uolupt(* (Morelius de utroque loco tacet.) Postremo ad III adfirmat, in omnibus suis libris scriptum esse: *alia gis, alia minus.* Et tamen hic illic aliquid conpeı ab iis, qui meliores codices inspexerant; ut III, Cuiaciano profert *heluaris libris*, IV, 32 *nulla* restitı ascribit: "Sic erat emendatus hic locus in libro] querni."[1]) In libro V, 80 in præclara emendatione (*c et indocti*) se codices manuscriptos secutum profite in altera editione nominatim Cuiacianum et Huraltiı appellat. De nonnullis perquam ambigue scribit, u 68 in prima editione ait "libros ueteres fere omnis" hal *sententia*, in altera "libros aliquot." (*Sententia* sc uoluerat Morelius, quem Lambinus etiam ad II, 26 siı ficare uidetur, nonnullos legere *neglegenter* scribe Pauca huius generis adcesserunt in editione altera, V, 29 *putare* (e margine Crat.). Sed Lambinus in libris, ut in aliis, fidem incorruptam non seruauit, c cumque testimonia quædam finxit; neque enim ubi ipsum iis, quæ in Memmi aliorumque amicorum lit rum marginibus adnotata repperisset, deceptum di(licet. Huiusmodi st, quod ad I, 19 scribit, in meliori libris non conparere uerba *quam fieri sine caussa q quam dicere*, quæ Manutius incaute damnauerat, codi omnes recte habent, et quod ad I, 49, libros ueteres bere: *quæ sua sede naturam sollicitare.* Nec ueri(quæ ad I, 3 (de *denique*), II, 42, IV, 50 (in edit. s(narrat. Ne in margine quidem repetitæ editionis tı prorsus desunt (quamquam ibi alii turbare potueruı ut II, 11 e uetere codice adnotatur *indoloria*, quod nullo codice Ciceroniano fuisse certissumum st. (Qu in hoc margine permultæ uoces antiquo more scriı notantur, addita hac nota: *sic o. u. c.*, id pertinere communem antiquiorum codicum morem, non ad cerı

[1]) In altera editione scribitur: "in libro Cl. Puteani."

codices in his libris adhibitos, satis liquet, quoniam nihil aliud illi o. u. c. præbent.)

F. Ursini codices, qui, ubicunque hæserat, præsto erant, conmemorare nihil adtinet; iam I, 1 pro *tantum studium* habet *tam multum*, quod sequitur *tamque multam;* etsi hic quoque, ut alibi, interdum ueros codices inspexisse uidetur, fortasse etiam bonos, ut IV, 22. Eadem, qua Ursinus, fide Lallemandus aliquotiens codices regios appellat; uelut quom Ursinus I, 17 in suo codice *citimum* esse finxisset, Lallemandus idem in duobus repperit.

Non fraudem, sed errorem permagnum et permirum habent codices plus quam triginta Lagomarsiniani a. F. A. Wolfio conmemorati in censura editionis Rathianæ in ephemeridibus Ienens. a. 1805 n. 63.[1]) Ex his codicibus in libr. I, 10 uiginti dicuntur habere *satis*, quod in nullo neque optumo neque pessumo codice quisquam præterea repperit; uiginti item I, 70 *qui dicant;* lib. II, 3 in his codicibus præter *ea res*, quod omnes omnium codices habent, reperitur partim *qua res*, partim *quæ res*, partim *qua re*, partim *qua de re*: postremo II, 86 *quom* particula, quam Lambinus et Th. Bentleius addiderant, in duobus horum codicum erat, id est, in editionibus Lambini et Bentlei. Nam Lagomarsinius magis mirabili quam utili diligentia magnum numerum editorum exemplorum contulerat scripturasque excerpserat;[2]) eæ pro codicum scripturis omnes habitæ sunt; itaque quæ coniectura ab omnibus fere recepta erat, uiginti hic testis habebat, quæ a duobus, duos. (Inter ueros codices num melioris generis aliquis fuerit, ex hac conmemoratione intellegi nequit.)

§ 5. Ex copia uariæ scripturæ ab aliis adnotatæ ego primum, quidquid erat e melioris familiæ codicibus prolatum, id omne in meis commentariis posui, ne quid

---

[1]) Uid. Wolfi Analectorum litter. uol. I p. 277.

[2]) Cfr. quæ Peyron exposuit ad orat. pro Milone p. 239.

detraheretur, quod cum Erlangensi coniunctum uniuei familiæ testimonium ostenderet. Rarissume, ubi in m gine Cratandri corrigebatur mendum primæ editior quod ne in deterioribus quidem codicibus adpareb non conmemoraui. Incredibile st autem, quantam hab molestiam eiusmodi conlectio uarietatis non perpet enotatæ, sed hic illic magnis interuallis adpositæ, e q busdam quidem codicibus, ut Gronoui, perpaucis locis. I que una et altera scriptura quom antea me fugisset, nu inter Addenda posita st. Deteriores codices fere uigin quibus, ut ceteros omittam, Gruterus, Dauisius, Ox nienses, Goerenzius usi sunt, si mihi ipsi omnes obl essent, elegissem idoneos aliquot, quorum uarietate plene ponerem ad familiæ testimonium ubique abun declarandum; ceteros eiusdem rei caussa interdum appe lassem. Si enim codicum familiæ descriptæ et singul rum testes idonei adhibiti sunt, ualde errant, qui ut adcessione augeri philologiæ copias putant, quom scripturas uiginti codicum recentium et interpolatorn uigesumi primi in isdem mendis nomen atque unum alterum nouom mendum adiectum sit. Nunc ita conpa rata erat res, ut, si omnia, quæ notata essent, pe suissem, tamen nullius Gruteri, Dauisi, Goerenzi codic plenam conlationem habituri fuerimus, ac ne Oxoniei sium quidem. Deinde quom infinitis scripturis dubitan notam adposuissem, æque multæ dubiæ et praue enotat relictæ essent. Itaque hanc tenui rationem, ut, ubi e meis deterioris familiæ aut consensus aut dissensus ir tellegi satis non posset, ibi aliorum testimonia ascribe rem, aut ubi inutiliun coniecturarum et dubitationis no necessariæ caussas monstrari similemque in posterum lu sum excludi utile uideretur. Ac fui fortasse in hoc ge nere copiosior, quam debui, certe quam cupiebam, dun totum hunc locum a confusione et uanitate purgare co nor. In uarietate scripturæ etiam Orellianæ editioni discrepantiam facilioris conparationis caussa adnotaui

ut, ubi nihil in notis distinctius exponeretur, eius nomine editionum aut omnium aut, exceptis antiquissumis, ceterarum aut certe plurumarum consensus significaretur. Itaque sicubi positum sic est: LPMCBOr., in notis autem in paruis rebus aut nihil aut huiusmodi aliquid: *Sic etiam Spir.*, ibi scriptura a me primum ex Erl. solo aut ex eo et Spirensi quiue alius in nota appellatur, mutata st.

Usum codicum, ut par erat, omnem rettuli ad unius codicis archetypi scripturam inueniendam, quom nostrorum codicum testimonia in ea re exquirenda ponderarem ea lege, quam eorum origo cognatioque dabat. Constituta enim codicis archetypi scriptura aut uerum tenebatur aut, si cum hac auctoritate ratio pugnabat, id, a quo omnis ueri inuestigatio proficisci debebat. Quidquid autem adparebat in codice archetypo non fuisse, id aut mendi loco habendum esse, perspicuum erat, aut coniecturæ postea temptatæ, quæ poterat interdum esse consideratione digna. Atque utinam hoc aliquando philologi omnes intellegant et teneant. Liberabimur enim et peruersa quorundam superstitione, a quibus unus codex describendo multiplicatus, quamuis multis locis eum etiam inscii deserere cogantur, tamen alibi certissumis rationibus præfertur, et inani illo coniecturarum lusu ex apicibus unius alteriusue codicis ductarum sine ulla ceterorum aut cognationis cura. Itaque in codicum dissensu utriusque familiæ conparationem feci, non singulorum codicum. Quotiens autem eiusdem familiæ codices dissentiebant, exquisiui, quodnam in hac discrepantia significaretur familiæ testimonium, id est, quaenam non plurium eius codicum, sed principis scriptura, quoniam hæc sæpe postea, in deteriore maxume familia, nouis erroribus corrupta erat. Id inueniri poterat partim alterius familiæ conparatione, ut, qui cum ea consentirent, illi sui principis scripturam seruasse iudicarentur, quod ille consensus communem archetypi codicis scriptu-

ram ostenderet,[1]) aut, si nulli prorsus consentir tamen illi suæ familiæ principis codicis scripturam bere putarentur, quorum scriptura aut alterius fam scripturæ gignendæ occasionem dare aut ipsa ex mendo interpolationeue orta esse posset, illi autem, tertiam scripturam longius remotam haberent, in ius suspicionem recentioris mutationis uenirent; deinde et per se sine illa alterius familiæ conparatione adparel quom in una quæreretur, quam scripturam ex qua tam esse probabile esset; in qua quæstione etiam sin lorum librariorum partim modestiæ partim ad mutand procliuitatis habita ratio st.

Si quando tamen post hanc infinitorum errorum motionem dubium relinquebatur, quid in alterius ex d bus familiis primo codice fuisset, ea dubitatio in in riore familia raro molesta erat, quod utraque scriptu aperte deprauata erat ex ea, quam altera familia te bat. Fere enim ubique in utriusque familiæ contentio melior etiam certis argumentis ex ipsa scriptura duc adiuuabatur, quod ea aut orationi Latinæ aut Cicero consuetudini diligentius exactæ aut sententiæ et rei s tisfaciebat aut denique intellegebatur, ex ea ceter oriri potuisse, non ipsam ex ceteris; in quo gene maxume eminebant eæ meliorum codicum scriptur quæ leuiter corruptæ ueram sententiam et antiquam or tionem inuolucris quibusdam tectam continebant, quo in deterioribus omnia ueri uestigia interpolando subla essent. Raro nisi in paruis rebus, uelut in ordine uerb rum, quom prope par caussa esset, sola auctoritas melior familiæ in multis aliis locis spectata sequenda era Neque tamen nusquam accidit, ut in deterioris famili primo codice et qui inde orti sunt, aut omnibus aut pl

---

[1]) Interdum tamen in paruis rebus eadem aberrandi opportun tas in utriusque familiæ aliquot codicibus idem mendum g uit, quod in codice archetypo non fuisset, ut IV, 37 *inters* pro *iter sit*.

risque, uera scriptura seruaretur, quom melioris generis primus librarius aberrasset, sed fere aut leuiter aut ita, ut erroris manifesta caussa dubitationem tolleret, uelut in uerbis propter similem uocem bis positam omissis. Sed in exquirendo familiæ melioris testimonio molestum fuit interdum, quod unum habebam, qui ubique certus præsto esset, codicem Erlangensem, ex quo nunc primum plurumæ maxumeque insignes scripturæ prodibant. Itaque elaboraui, ut cum eius auctoritate quidquid esset in aliis bonis mixtisue codicibus adiumenti, coniungerem, obscura sæpe uestigia persequens; deinde, quom infinitis locis declaratum esset, et quanta esset bonorum codicum conspiratio, quod illa licentia, quæ dissensum gignit, hos non adtigisset, et quam non codicis Erlangensis scriptor suam sectam uolens et prudens relinqueret, hunc unum pro familia accepi testem, ipsius scripturæ bonitate et cum altera familia contentione iudicium confirmante.

Et tamen necessario interdum dubitaui, quom præsertim ipse codex ita neglegenter et inperite scriptus esset, ut supra dixi, familiæne testimonium an unius librari error oblatus esset, uelut II, 87; neque uitari potuit, quin quamuis diligenter omnia circumspicientem paucis aliquot locis aliquid fugeret, quod exiguo momento dubitationem tamen tollere potuisset, cuiusmodi st, quod nunc in I, 42 et 46 animaduerto. Nam utroque loco edi debuit ex Erl. *uoluptates*, priore, quod plures uirtutes recte uoluptates ecficere dicuntur, paullo post uniuersa uirtus uoluptatem, altero, quod aptius contraria ponuntur *propter molestias* et *propter uoluptates*, quam numero uariato. In uerborum quidem ordine codicem Erlangensem secutus sum, quotiens aut paullum aliquid aliunde, uelut e Uictori codice, adcedebat auctoritatis (quod ita sæpe fit, ut hic quoque uniuerse familiæ consensus pelluceat), aut Ciceronis consuetudo sententiæque forma fauebat, postremo ubi caussa aliqua mutati in altera familia ordinis intellegi poterat; ut

(nam de codicibus dictum st) maxume peccatur a pl
logis, quom in regula iisque, quæ ab ea deflec
considerandis, quia nunc Latinus et Græcus serm
bris conclusus studiose arte conprehenditur, non
meminerunt, quæ sit communis linguarum hominum
uigentium natura. Ille enim ueterum sermo iis
omnibus caussis mouebatur et flectebatur, quibus no
sed eæ caussæ aliam materiam et formam ab initio
ter constitutam diuerso modo regunt. Itaque quod
multas mirasque figuras excogitabant, quarum usu
quis omnem sermonem uertere licuisse putabant,
contra partim omnem neglegentiam ambiguitatem
a ueteribus linguis exclusam putant, partim mira
ptorum artificia excogitant significationesque, quas i
consequi uoluisse arbitrantur, nec meminerunt, sing
homines, qui lingua aliqua utantur, ita communi
usui parere, ut ipsi nouas significationes fingere
queant, quas nemo intellecturus sit, tum sæpe obl
scuntur, quæ sit formarum ad regulam positarum
et caussa (ut in illo, quod ad I, 10 p. 25 adtigi).
prudenter agent, illi primum, quom quæretur, rectene
Latine aliquid aut omnino aut certo tempore dictum
maxume considerabunt, quo transitu et quibus quasi g
dibus a consueta aut significatione uerborum aut i
ctura ad hanc, de qua quæretur, ueniri potuerit, dei
autem, quom de licentia neglegentiaque dubitabitur,
tendent, quos ei et a qua parte aditus legituma for
dederit quæque caussæ scriptorem traxerint. Hæc e
studiose persequens et negaui quædam ferenda, qu
legitumæ formæ eam perturbationem haberent, quæ
cidere Latinis nequisset, et permulta, quæ minume re
essent, tamen a Cicerone scripta defendi, ut illud m
xume notabile in lib. III, 51; interdum, demonstra
uitio et falsa defensione detracta, tamen dubitaui, quo
que Cicero progressus esset, ut III, 81.[1]) Sed et

[1]) Quoniam mentio facta st ueteris sermonis libere se et na

his ii demum recte iudicare poterunt, qui libere de Cicerone sentire audebunt nec omnia ab eo summa arte scripta credent, et eadem iudici libertas ad ea adhibenda st, in quibus mendum scripturæ coargui putatur sententiæ uitio. Nam ut non pauca, quæ erant aut olim a scribis aliquot mutata (ut III, 43 *bona uere*) aut nuper ab editoribus temptata (ut illud facillumum III, 40), ueræ et rectæ sententiæ declaratione defensa nunc sunt, ita multa, in quibus erat dubitatum, expediui, quom ostenderem, Ciceronem parum diligenter sententiam animo concepisse (uelut II, 50, V, 54), alia autem, ipse primus, quid haberent in sententia uiti, ita exposui, ut de scriptura dubitari non posse demonstrarem, ut II, 35, IV, 58. Uerum in hoc quoque genere alia eiusmodi sunt, ut a Cicerone male scripta esse possint, alia eiusmodi, ut ab eo scripta non esse quom rei natura tum totius orationis et disputationis conformatio declaret, quædam denique dubia, ut IV, 47 (*aut uitio*) et illud, quod a Wesenbergio in IV, 67 notatum st. Ita quom distinctum st, quid constet non esse corruptum aut saltem nulla sit idonea caussa, cur corruptum putetur, quid non constet esse corruptum, quid corruptum esse constet, sequitur

raliter nec subtiliore, quam quæ in nostro st, arte mouentis, non tacebo, in hoc genere ne Handium quidem, cuius eruditionem et industriam non minus laudo quam ceteri, mihi satisfacere, eamque esse caussam, cur non paucis locis contra eius sententias in Tursellino positas mihi dicendum fuerit. Ac tota dissensio fere in excursu primo perspici potest. Sed adcedunt et nimis minutatim concisæ particularum significationes et quædam parum probabiliter excogitatæ et in ea re et loci scriptorum contra sententiæ cohærentiam non raro expositi et menda defensa pertinacius. Ac quamquam in tanto opere instruendo non poterat omnium scriptorum critica condicio exquiri, uidetur tamen mihi uir egregius in Ciceronis saltem et Liui libris ad hanc rem et ad codicum discrimina paullo magis adtendere debuisse.

emendationis inuestigatio, ut id reperiatur, quod o bus codicum indiciis et sententiæ et orationi ita s satisfaciat, ut nihil aliud iis respondere adpareat. quo ut est felicitas quædam et sagax animi motu iis celeriter excogitandis, quæ scriptoris animo of sese potuerint, quom eodem temporis momento ex tera parte occurrat, e qua uera forma hæc, quæ fr nunc restet, nata sit, ita prudentis est, scire, quou progredi possit. Nam alia uidebit prorsus a se sa posse, alia ita, ut sententia et uniuersa orationis fo demonstretur, alia relinquenda esse. Hoc modo qui iecturam moderabitur, is emendabit ueterum script emendationi suæ confidet; de modestia autem coniect aut temptandæ aut in textu ponendæ ita iudicabit, arte quidquid prudenter fiat, satis modeste fieri. I ideo paullo pluribus uerbis de coniectura exposui, mum quod hoc tempore, quom homines tædium quod cepisset inutilium et leuium coniecturarum, quomque mul protracta essent e tenebris præstantissuma codi manuscriptorum præsidia (sine quibus coniectura fu mento caret), nata st superstitio quædam ita se co bus addicens, ut absurdissuma quæque contra certi mam emendationem defendat, interpretetur, enarret e eo cum magna se gloriatione iactet; nihil enim non pediat, cui (ne de sententiarum et rerum uitiis dic in oratione durum non sit (pro Cæc. 97) *decemu religionis inicere*, ut audiatur *aliquid*, aut cui ad fendendum soloecismum mirabilis hæc sufficiat oratio distinctio (Tusc. V, 121): *In quo quantum ceteris p futuri sumus: haud facile dixerim*, similiaque infi placeant.[1])

---

[1]) Merito coniecturas oderunt, qui ipsi declarant, nescire se, q differat inter portenta orationis et sententiæ a perspicuis dicum uestigiis discedentia et coniecturam uia ac ratione p cedentem, cuius rei exemplum manifestum ponam. Pro des rato habitus est locus orationis pro Cæcina § 76. Is lo

Deinde uero faciendum mihi uisum st, ut a prudenti coniectura et, ut ita dicam, seuera atque casta non ambiguo fine, uelut mutationum numero et magnitudine (nam hæc genere corruptelæ et frequentia uariantur), sed tota forma separarem leuem et temerariam, quom præsertim ea nuper per unum ex his Ciceronis operibus mira licentia grassata esset.

---

in codice Erfurtensi sic scribitur, ceteris fere consentientibus:	nuper sic est emendatus:	scribendus est hoc modo:
tu res si equos uestes si uim non in cede solum sed etiam in animo libidinis nisi cruor appareat uim non esse factam iniuris delictum esse qui prohibitus sit libidinis nisi ex eo loco ubi uestigium impresserit deici neminem posse iuris retinet sententiam et æquitatem plurimum ualere opertere libidinis uerbo ac littera ius omne torqueri uos statuite recuperatores et uiliores esse uideantur.	*tu igitur, si æquom est esse uim non in cæde solum, sed etiam in animo, ibi dicis, nisi cruor appareat, uim non esse factam, si uerum est deiectum esse, qui prohibitus sit, ibi dicis, nisi ex eo loco, ubi uestigium impresserit, deiici neminem posse. si iuris retinere sententiam et æquitatem plurumum ualere oportet, ibi dicis, uerbo ac littera ius omne torqueri. nos statuite, recuperatores, utra uerior res esse uideatur.*	*Iuris hæc uox est, esse uim non in cæde solum, sed etiam in animo, lubidinis, nisi cruor adpareat, uim non esse factam; iuris, deiectum esse, qui prohibitus sit, lubidinis, nisi ex eo loco, ubi uestigium inpresserit, deici neminem posse; iuris, retineri sententiam et æquitatem plurumum ualere oportere, lubidinis, uerbo ac littera ius omne torqueri. Uos statuite, recuperatores, utra utilior esse uideatur.*

Iuri Cicero id tribuit, quod ipse defendit, lubidini id, quod aduersarios defendere ait. Uerum non inuenisse in tali loco nemini opprobrio esse potest; sed talem orationem (*si uerum st — ibi dicis*, hoc est: *quom uerum sit, — tu* (contra) *dicis*) pro Ciceroniana habere, tum non intellegere, a *lubidinis* uoce ter repetita et *iuris* bis seruata omnem emendandi conatum proficisci debere, id uero mali coniectoris st.

Non ita paucis locis in eam sententiam adduc sum, ut uocem aliquam in codice archetypo excidisse tarem. Id ne temere statuisse uidear, lubet hic c memorare, quibus locis idem mendum iam ante omnibus probantibus correctum sit, quamquam uno altero editores aut omnes aut recentiores ignorar coniectura repertum esse, quod tenerent. Nam I, 10 restitutum st *satis*, II, 21 *quod reprehenderemus*, III *inexhausta* (ab eo, qui codicum deteriorum princip interpolauit, uerbum non bene delectum), III, 11 (a librario non antiquo), 55 *uno*, 62 *ut*, IV, 65 *n* 74 *stultos* (*stultorum*), V, 38 *non*, 49 *esse*, 74 *rem*, neque dubitatum st, quin I, 50 post *sic* excidisset sub ctum sententiæ; II quoque 36 *quom* omissum fuisse, aliis erat intellectum. His locis ego perspicuis ar mentis adductus hos addidi, qui si inter se et cum il conlati fuerint, minus etiam dubii uidebuntur: I, (*semper aliquid* ..), II, 25 (*bene*), 82 (*quom*), 97 (*b tus*), III, 15 (*nouarum* ..), 29 (*numquam*), 61 (*neque uirtute*), IV, 2 (*quicque* ..), 17 (*quom*), 69 (*non*; cet addiderant *enim*), V, 31 (*quam*), 80 (*bona* cum La bino), 81 (*illud dicere*). Uoces ab aliis aut a me su pletas notaui forma litterarum. Pluris uersus, quem modum in I, 22 accidit, suspicatus sum excidisse II,

Illud etiam in pluribus locis ab aliis iam erat i tellectum, ascripta quædam interpretandi caussa in dice archetypo locum inter Ciceronis uerba tenuisse 3, III, 17, 36, IV, 63, V, 64, tum, qui loci longio adnotationes e margine susceptas habent, II, 108 et 21). Idem accidisse ego arbitratus sum etiam his loc I, 55, II, 25, 35, III, 22, 35 (qui duo loci plurium u borum additione corrupti sunt), 55, IV, 9, 62, V, 28, ita in singulis locis iudici caussas exposui, ut nunc h conparatione confirmari id uelim.

[1]) Addi debet III, 49, ubi *non* ante *eam* præter meos codi omittunt etiam ξψ. De ceteris tacetur, ut sæpe.

§ 6. In enarrandis his libris primam maxumamque operam, ut par erat, contuli ad res et sententias ita declarandas, ut plene, æqualiter, distincte, libere exponeretur, quid Cicero a Græcis acceptum quomodo reddidisset, omnisque disputationis ordo et progressus pateret. Multa enim in hac parte reliquerant Moreli laudabile studium, a doctrinæ copiis et iudici subtilitate non satis semper adiutum, et Dauisi opera, quæ fere consumpta st in locis Diogenis et Sexti Empirici patrumque Christianorum ibi ascribendis, ubi unum aliquod non ignotum dogma apertis uerbis positum erat, tum quæ Bremius in trium primorum librorum argumentis explicandis satis apte et distincte exposuerat, neque tamen ita ut reconditiora subtilius adtingeret. Goerenzius locis ab his transcriptis nihil addidit nisi errores in notis sententiis argumentisque incredibilis tantosque, ut non raro Stoica pro Epicureis, Epicurea pro Stoicis haberet.[1]) Itaque in difficillumis quibusque locis tacebant interpretes (ut II, 33, 35, III, 69, IV, 58, V, 17 sqq. multisque aliis locis); eas dubitationes, quæ diligentius adtendenti oboriri debebant, nusquam fere adtingebant (ut III, 49 &c.); quo minus mirum st, si quid ex disputationis interiore intellegentia peti deberet ad scripturam dubiam constituendam, plerumque aberratum esse, ut III, 43, IV, 32, maxume tamen (ut posteriore loco) ab recentissumis. Omnino nullum st post P. Fabri operam in Academicis conlocatam ex hoc genere Ciceronis opus, cuius sententias et disputationes omnis plene et cum rerum intellegentia Græcorumque fontium usu enarratas dicere possimus præter libros de officiis.[2])

---

[1]) Ad Lib. I et II, qui facillumi sunt, Muretus quædam contulit in scholiis, ad tris postremos libros nihil.

[2]) Quem potest non pudere philologum appellari, quom uideat, in grandis molis editione Tusculanarum Ciceronis rerum explicandarum caussa per excursum (ad II c. 6) ascribi, quæ Camerarius una pagina de sectis Græcorum philosophorum tradiderit, et

Uerum Beierus, dum omnia conligit et ecfundit, s admiscuit aliena, neque audebat libere de Cicerone i care. Ego in his libris operam dedi, ut id ipsum, q Ciceroni quoque loco obuersatum esset, distincte expone significaremque, in tertio potissumum libro, ubi Cicerc difficilluma disciplina maxume quasi summa fastigia rer sequitur, quomodo cum aliis eiusdem disciplinæ partibus putationibusque cohærerent ea, quæ is posuisset. Deind quid minus ab eo aut perspicue aut recte intellectum positumque iudicabam, aperui et notaui, ea quoque p sequens, quæ non tam a decretis Græcorum aberrab quam ab ipso Cicerone in argumentis concludendis s tentiisque explicandis minus acute et distincte cogi neque aptissume uerbis conprehensa esse uidebantur, sensim ad orationem scribendique genus delaberetur a maduersio. De quo uniuerso genere ita dicam pau post, nullam ut a me Ciceroni iniuriam factam ne iniquo animo de eo iudicatum esse facile adpareat. Not autem hæc prorsus necesse st; quis enim potest, q male scriptum st et cum sententiæ uitio, perspicue dec rare, nisi eo uitio demonstrato? Itaque uolgo prætern tuntur, quod incuriose et parum subtiliter legitur. T de uera multorum locorum scriptura nullo modo iudic posse, nisi hoc genere perspecto et declarato, paullo an quom de coniectura dixi, exposui. Ac si qui putabu nimis tamen molestum me fuisse, qui ne illa quid miti silentio transmiserim, quæ quiuis per se animadu tat sine admonitione, ii considerent, quam ex tur hominum, si quid aliquando animaduersum sit, perspic tur, uolgo non animaduerti, ut uel hæc sit satis mag notandi caussa, ut adsuescant nonnulli non perturbari

---

horum augendorum caussa addi (ut hoc utar) de Hierony Peripatetico notulam Meieri ad Cic. Oratorem, ubi rhet cum quoddam Hieronymi præceptum conmemoratur?

[1]) Ascribam unum ex alio opere exemplum. Tusc. II, 43 l ponitur: *Quod ergo et postulatur a fortibus et laudat*

Postremo pertinet ad ipsam philologiæ dignitatem, prudenter magis quam indulgenter laudari antiquos scriptores et exempla bene scribendi proponi.

Deinde, si qua erant in orationis grammatica forma aut uerborum significatione aut obscura aut minus uolgaria, etiam extra scripturæ dubitationem et criticam disputationem studiose adnotaui, et ex hoc genere multa in hos commentarios rettuli, quæ ad Ciceronis aliorumue librorum locos emendandos explicandosue pertinerent. Ea, quæ sæpe iam dicta et per multorum libros peruagata sunt, hic ne quis quærat. Atque in iis etiam, quæ dixi, breuitatem, quantum potui, secutus sum. A librorum hominumque nominibus iactandis natura mea abhorret; testimonia rationesque non opinor desideratum iri.

Multo plus loci, quam uellem, in commentariis meis occupat aliorum refutatio atque etiam reprehensio. Sed scribimus neque peritis solis neque iis, qui lubenter et simpliciter ueritatem admittant, potiusque multi ocfugia quærunt ueteresque errores quasi noua inuenta referunt. Adcessit singularis quædam caussa ac necessitas. Dedit enim mihi fortuna, cui, si summa res spectatur, succederem, Goerenzium, quem ego, ex quo primum Ciceronis de philosophia libros studiis meis adtigi, nescio utrum miratus sim magis an indignatus, aliquo inter philologos loco habitum esse et nunc quoque a nonnullis haberi;

---

quom fit, id aut extimescere ueniens aut non ferre præsens nonne turpe st? Atqui postulatur et laudatur *doloris patientia,* extimescitur nec fertur *dolor.* Hæc igitur a Cicerone confusa esse, Nissenius animaduertit, addiditque modeste, quod putidum uidetur dici, scriptoribus antiquis quædam inhærere excusanda magis quam probanda aut imitanda; modo ne anacoluthon esse dixisset; nam syntactica orationis forma optume, constat. Quid Moserus? Non ferens audaciam Nisseni, abesse ait post *quom fit,* quod facillume intellegatur (!), *dolorem pati,* ex eo haud difficulter audiri *dolorem perpetiendum.* Sed quid fiet conclusione et sententia, si aliud est *quod,* aliud *id?*

adeo mihi totus ex neglegentia et confusione, ex La sermonis summa ignorantia, ex ingeni torpore iudici peruersitate cum incredibili quadam obliuione (quam Gı μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν appellant), denique ex a gantia mixtus uidebatur. Huius etiamsi opiniones erro que relicuos omnis silentio prætermittere decreuiss quod ipsum cum periculo aliquo facturus eram in qui aliis dux fuerat, tamen crebram mentionem et re hensionem postulabant codicum ab eo prolatæ scriptı infinitique in iis errores conmissi. Itaque constitui initio opprobrium hoc ex litteris nostris tollere et e cere, ut, quibus hæ nugæ et quisquiliæ inanissumæ placuissent aut mediocriter displicuissent, illos iudici poeniteret et aliquid de sua scientia cogitarent, postre posthac eas conmemorare puderet. Et quamquam pa incredibilia sunt, quæ in commentario plurumis locis taui ab eo peccata, tamen, ut in quauis minuma et cilluma re et ab omni parte similis sui uideretur, creueram hic copiam quandam exemplorum generat exponere. Uidebatur enim res admonitionem non inu lem habitura. Sed quoniam plus iam ille in meo lib obtinet loci, quam debebat, contentus ero iis, quæ su (p. XI sqq.) de uno genere posui, dicamque breuiter uniuerse, qualis omnis illa opera sit; testimonia fo tasse dabo, si quis extiterit defensor, quoniam uid quom C. Beierus paucos Goerenzi errores quasi præte iens notasset, non defuisse, qui *summum uirum et i mortaliter de Cicerone meritum* uindicaret. Sed h summus uir sæpissume in notissumo uerborum usu iunctura pueriliter errat; si qua st mota dubitatio, fe numquam scit, quid agatur, neque rem ad quærendu propositam mente concipit; quom de oratione quæritu si in interrogatiuæ sententiæ modo hæretur, ille de r latiua dicit, si in præpositionis ui, ille de *et* aliaue pa ticula; aliorum de notis rebus obseruata mire perue tendo corrumpit; quom exempla desiderantur, ipse ma gis inaudita fingit, siue Græca placuit siue Latina; sen

tentiam Ciceronis ita persequitur, ut sæpe eum, quæ probet, inprobare, quæ neget, adfirmare, narret omniumque disciplinarum decreta misceat, non raro autem enarrando ita omnia confundit, notionem nullam tenens et intra eundem uerborum ambitum in fine initi obliuiscens, ut uix ei mentem constitisse credas. Atque hæc omnia exornat ubique turpissuma uerborum barbaria et soloecismorum foeditate. Et tamen quom se ipse magnum philologum decreuisset, quanis pagina "uiros doctos miscere" narrans, aliis etiam uisus est; nihil enim erat, quod non expediret, nihil, de quo non aliquid diceret, si nihil aliud erat, sonos aut librarios, de quorum indiciis et artificiis permira tradit, crepans aut particularum nouas et inauditas significationes. Omnino quædam, quæ perturbatione et peruersitate sensum communem offendunt, tamen, ut perspicue explicetur, in quo sit peruersitas et cuiusmodi, acumen aliquod desiderant; itaque ex iis, qui eadem scripta postea tractarunt festinantes nec ipsi admodum dialectica arte inbuti, etiam prudentiores, quom ita incredibiliter Goerenzius nugaretur, ut nullam sententiam elicere ex eius uerbis possent, *subtilius* eum *quam uerius* disputare iudicabant, ut Orellius ad V, 40, quo loco ipse egregie ueram scripturam e codicum uestigiis inuenit. Præstitit fere Orellius, quæ expectari in eiusmodi cura et talibus subsidiis par erat, nec paucos Goerenzi atque etiam aliorum errores uitauit prudenter et correxit, quædam noua aut a Lambino aliisque inuenta sed postea neglecta addidit; rerum a Cicerone tractatarum subtiliorem e Græcis fontibus cognitionem ab eo non iure postules, qui singularem in hoc genere scriptorum Ciceronis operam ponere non decreuisset; de oratione Latina et rebus grammaticis paullo constantius iudicium hic, ut alibi, non inmerito requiras. Post Orellium hos libros edidit F. U. Otto, cuius opera fere in eo consumpta st, ut, excerptis et selectis Goerenzi notis, adderet sine ullo delectu de rebus grammaticis aut peruagatis aut nuper agitatis ex conlectaneis

exemplorum et nominum turbam sæpe cum haud p
confusione. Difficillumos locos et re, sententia, orat
inpeditos perturbatosque sæpe tacitus præteriit.[1]
dentior fuit interpres horum librorum G. C. Kern
cuius interpretationem (Stuttgardiæ 1836) quom m
casu quam consilio inspexissem (neque enim mag
expectationem fuisse fateor), repperi aliquot locis uit
Goerenzi errores, qui ceteros omnis decepissent et
ram sententiam perspectam. (Hauffi quoque interpreta
nem multo inferiorem inspexi paucis aliquot locis, ubi
spicabar, aliquid uolgo non recte accipi et esse adm
tioni locum.) De superiorum temporum editoribus
gulatim dici opus non est, e quibus Bremius, qui p
xume ante nostram ætatem tris priores libros edidit,
duos, quorum editio inpedita fuerat, quæ commer
tus erat, cum Goerenzio communicauit, si subsidiis
structior et magis exercitatus ad eos adcessisset, et
tantum ingeni acumine ualuisset, quantum recto quod
sensu ad uerum trahebatur, non parum profuisset.

Inposuerat mihi fortuna magnam in hoc libro re
hendendi necessitatem; dedit eadem, quod et in ipso op
sæpe hanc molestiam magna suauitate leniret, et
loco hanc aliorum conmemorationem ueræ laudis iuc
dissuma prædicatione concluderet. Ea debetur sum
iure amico meo, qui se interdum discipulum haberi u
A. S. Wesenbergio, scholæ Uiburgensis magistro. N
is quom forte, quo tempore hæc editio typographo t
coepta st, Hauniam uenisset, rogatusque a me pro no
familiaritate esset, ut, si quid ad hos libros adnotat
haberet, mecum communicaret, postquam domum red
non, quæ iam habebat, misit, sed mea caussa ita se c

[1]) Billerbecki editionem (Hannoueræ a. 1827) inspicient,
legere cupient, *Academiæ non sine caussa nobilitata sp*
esse *von der vornehmen Welt besuchten Spazirgange*,
similia.

tulit ad hos libros intento animo retractandos, ut nihil fere relinqueret, de quo non sententiam acute et prudenter diceret, argumenta erudite et scienter conquireret, eaque omnia sensim, meo opere procedente, mihi sic tradidit, ut, quomodo uellem, uterer. Ac quamquam nota mihi erat amici adcurata doctrina et rectum de nostra arte iudicium, admiratus tamen sum, quam sæpe in tam exiguo præsertim adparatu (nam ne Gruterum quidem habebat, multo minus Cratandrum aut Morelium) aut uerum ipsum felicissume inuenisset aut rectam uiam eius inueniendi institisset, meamque sententiam consensu confirmaret, interdum etiam ad ea adtendisset, quæ me fugissent. Atque hæc, in quibus sunt etiam, quæ non ad hos solos libros pertineant, ut par erat, inuentori tribui; ubi in eadem, atque ego, inciderat, tantum hic illic in rebus insignioribus et confirmationis caussa et quod iucundum erat, nomen eius ascripsi, neque, si quando aliquod exemplum ex eius copiis adiunxi meis, quod non raro factum st, monui; neque enim illa lege uiuimus. Atque etiam ubi a me discedebat, maxume quod codicum meliorum testimonia non norat, perquam sæpe utile mihi fuit uidere, quid prudenti homini in mentem ueniret. Sed mihi in tota hac re etsi cetera egregie placebant, tamen illud longe gratissumum fuit, quod, quo tempore cum peruersitate quorundam conflictabar et in genere scribendi pæne moroso defetigabar, licebat in suauissumo amicitiæ adfectu acquiescere.

Duo mihi in hoc libro displicent, uocum scribendarum ratio, quam sequi decreueram, non usquequaque adcurate ab initio constituta aut seruata constanter, deinde eorum, quæ Addenda et Corrigenda appellamus, multitudo. Scribendi rationem eam decreueram exprimere, quam antiquissumi codices Ciceroniani, maxume palimpsesti, ostendunt per recentioris moris admixtionem perlucentem, (de qua re Freundius nuper parum subtiliter disputasse mihi uidetur,) iis tamen exclusis, quæ ita in iis a uolgari forma hic illic discedunt, ut hanc non minus in

usu antiquitus fuisse constet (ut *set* et *sed*, *aput*, *il*
quam rationem ita iudico ad Ciceronis proxume adced
ut quædam, quæ apud ipsum parum constanter et
tasse paullo horridius scripta fuerint, ab antiquissu
iam librariis ad aliquam constantiam reuocata sin
Sed (ut omittam, quæ in secunda maxume tertia
plagula oculos fugerunt in præpositionibus uerbo
conpositorum et aliis) et receptum st ab initio *cau*
quod Quinctiliani, non codicum testimonio nititur, quer
sequemur, etiam *caussa* et *diuissio* scribemus, a codici
prorsus discedentes, et exclusa alia, quæ e codicibus sume
erant, quod me, parum ad hoc genus diligentiæ fact
primo loco fugerant, ut *incoho*, *optineo*, *uinclum*, *i*
plurali numero; relicta etiam *arrogo* et *paullum*.
ipsa re fateor nunc minus mihi probari hunc conat
uetustæ illius rationis in generalibus uerborum formis
conpositionibus in nostras editiones reuocandæ, quamqu
multo minus eos probo, qui hæc nostrorum codicum inc
stantia sic uariant, ut mox *toties*, mox *totiens* scribi ueli
Nam in toto hoc genere diplomatica, quam uocant, fi
quasi secum pugnat, ueterem formam indiciis persequens
inde ad alia traducens, in quo etiam nonnulla dubia rel
quontur. Deinde præter recta iidem codices quæd
non minus sæpe habent, quæ deserere cogimur, ut *int*
prælari, *prælium*, *denaris*; atqui si hic codicum testim
nia neglegimus et ueriorem quandam rationem sequim
aliis monumentis confirmatam, uereor, ut eam satis c
tam ecficiamus. Adcedit, ut, si Ciceroniani tempo
scribendi rationem exprimamus, uideamur idem debe
Liuio, Senecæ, Tacito, quæ difficilluma fuerit distincti

[1]) In hac tamen ipsa re inconstantia aliqua st, quom in nonn
lis (ut *existo*, *optineo*) etymologia pronuntiationi cesserit, qu
genus scribendi, ut sonus dominetur, naturale et prius e
interdum in sono exprimendo hærens (*saxsum*, cett.), in lon
plurumis pronuntiatio etymologiæ; nam *attigit*, non *adtigit* a
ditum esse certum st, et *tanquam*, *unquam*, ut litterarum c
gnatio postulabat (*hanc*, *tunc*, *relinquo*), non *tamquam*, *umqua*

Postremo nunc non uidetur contemnenda in nonnullis rebus perspicuitas. Menda typographica ego et iuuenis mihi ob ingenium et doctrinam percarus tollere studuimus; sed ego quam ad id negotium exerceri in meis scriptis non possim, iam tandem intellego, nec alter omnia uidit. Itaque maxume in notis multo plura remanserunt quam uellem, quædam satis molesta. Nonnulla in numeris aliisque a me ipso scribendo peccata, non abnuerim, qui uideam p. 547 pro Herilli nomine bis iam posito tertio loco Aristonis mihi obrepsisse et alia similia. Dedi operam, ut corrigerentur, quæ ullo modo turbare legentem possent. Numeri quidem post commentarium absolutum ita studiose fere omnes iterum exacti sunt ad ipsos locos citatos, ut in iis uix ullum putem errorem relictum. Cetera, quæ in Addendis posui, eiusmodi sunt, quæ in tam disperso et uario materiæ genere solent post tempus occurrere partim ad ea, quæ posueris, augenda et confirmanda, partim ad ea, quæ omiseris, supplenda et aliquid hic illic corrigendum; auxit numerum Wesenbergi diligens totius commentari perlustratio.

Hæc habui, quæ de meis consiliis institutisque dicenda uiderentur. Relicua iam oratio de ipsis Ciceronis libris erit.

II.

§ 1. Libros de Finibus Cicero scripsit Cæsare IV consule priore parte anni a. Ch. n. 45 post filiæ mortem absolutamque Consolationem, eodem fere tempore, quo Academica, Asturæ, ubi uillam habebat, breuissumo spatio et celeriter; expolitos deinde nonnihil ad Brutum misit et diuolgauit æstate eadem una cum Academicis, quæ interea in aliam formam redegerat.[1]) (Quod Goerenzius

---

[1]) In epistulis ad Atticum prima significatio horum librorum uidetur esse XII, 12, 2: *De Epicuro* (id est de eius sententia in alicuius persona explicanda; non opus esse uidetur, scribi

de duplici editione siue totius operis siue libri quinti gitauit, nihil est; tantum in hoc opere, ut in cet omnibus, quam diu nondum librariis describenda, ut di garentur, tradiderat, subinde aliquid mutauit.) In op conponendo secutus est, ut alibi, Aristotelis dialogor morem, hic quidem etiam ita, ut ipse partis easque p cipuas sermonis haberet, quemadmodum Aristoteles so bat, quod Cicero in libris de oratore (et de re publi aliter instituerat.[1]) Sed eam formam adcommodauit

---

de Epicureo), ut uoles; etsi μεθαρμόσομαι in poste genus hoc personarum. Deinde XII, 45, initio mensis Iu scribit, se Asturæ duo magna συντάγματα absoluisse, quæ eti propter usum uocis σύνταγμα· rectius Academica et hi li intelleguntur quam duo Academicorum libri. XIII, 32 T quatum, id est, primum librum de finibus, Romæ esse d (ut describatur), Catulum et Lucullum se credere Att antea datos, quibus libris se nunc noua procemia addidis XIII, 12 (quæ epistula scripta st mense Quinctili) libros finibus iam Bruto desponsos dicit (nondum missos); itac se, ut Uarroni satisfacere possit, qui partis in aliquo Ci ronis scripto habere cupiebat, ad eum Academica transla rum. Ea Academicorum mutatio conmemoratur lib. XIII, 14, 18; in epistula 19 (circa Kal. Sext.) et ea iam absol narratur et libri de finibus nominantur, confecti, non ed Ep. 21 Academica altera Romam describenda se misisse sc bit, queriturque, quod Balbus ab Attico iam quintum libr de finibus descripsisset, quom nondum ad Brutum opus m sum esset et Cicero in eo libro *non sane multa mutass sed tamen quædam*; item Cærelliam libros de finibus i habere. Epist. 23 (ante idus Sext.) in Academicis librari rum menda tolli, libros de finibus in librariorum manib esse, Attico narrat, nec postea libros de finibus conmemora de Academicis dubitabat etiamtum, Uarroni tradendine esse necne (24, 25).

[1]) Hoc modo tolli discrepantiam eam, quæ in eo esse uidetu quod Cicero ad Fam. I, 9, 23 libros de Oratore Aristotel more scriptos dicit (*in disputatione et dialogo*), ad Att. a tem XIII, 19 a libris de Oratore ea seiungit, quæ nunc scr bat, et in his Aristotelium morem esse ait, uidit iam Go renzius.

suum consilium. Nam quom non una et communi quæstione argumentum conprehensurus esset, sed singularum disciplinarum decreta expositurus, in tris sermones tempore diuersos opus distribuit, quorum primus, qui de Epicurea philosophia st, inter Ciceronem et L. Manlium Torquatum et C. Ualerium Triarium L. Paullo, C. Marcello consulibus a. 50 a. Ch. n. in Ciceronis uilla Cumana habitus fingitur (uid. argum. lib. I), secundus, in quo Stoica sunt, inter Ciceronem et M. Catonem in Luculli Tusculano Cn. Pompeio III, Q. Metello Scipione coss. a. 52, ut ex libr. IV, 1 intellegitur (*hac noua lege*; a. 51 Cicero in Ciliciam abiit),[1] tertius autem multis annis ante (a. 79 a. Chr.) Athenis inter Ciceronem iuuenem eiusque Q. fratrem et L. fratrem patruelem et T. Pomponium Atticum et M. Pupium Pisonem Calpurnianum, cuius in eo primæ partes sunt (uid. arg. libr. V et adnot. ad V, 1). Reiecit autem Cicero sermonem in id tempus, quod eorum personis uti malebat, qui mortui iam essent; ex iis opportunus uisus erat Piso, qui quom una cum Cicerone Athenis fuisset et ipsum Antiochum, cuius doctrina in libro V exponitur, audîsset, apte inducebatur sermo illo ipso tempore habitus.

§ 2. Sumpsit Cicero, quam his libris explicaret, eam quæstionem, qua omnis ethica disciplina continebatur, de summo bono et malo, quod Græci *τέλους* nomine appellabant,[2]) non tamen ut ipse suo ingenio rem arduam

---

[1]) Eodem anno 52 L. Lucullum fato functum esse, Goerenzius et Otto falso scribunt. Is enim propter Plutarchi uerba (Lucull. 43) Ciceronisque de eo in epistulis silentium recte creditur paullo post annum 57 mortuus esse. Nec in libri tertii initio ulla st significatio Luculli patris breui ante mortui puerique nuperrume Catonis tutelæ conmissi.

[2]) Reprehensus est a Iul. Cæsare Scaligero (de Subtil. Exercit. CCL p. 726 ed. Wechel.) et Mureto (Uarr. Lectt. XXII, 1), quod finis etiam malorum dixisset, quom in nomine *τοῦ τέλους* significaretur *τό, οὗ ἕνεκα*, ut de solis bonis diceretur, defensus a Dauisio. Recte statuunt, *τέλος* initio sic positum a phi-

adgrederetur et expedire conaretur aut saltem ad s tentiam sibi probatam aliquid adiceret noui argum sed, quod unum illi in philosophia propositum erat, ut, q a singulis philosophiæ disciplinis diceretur (I, 12), perseq retur et quodammodo conpararet. Itaque quoniam illa æt præter nouam Academiam, quæ nullam certis decretis c prehensam doctrinam tradebat quamque iam languesc tem nec uolatica disputationum leuitate animos ueri pidos explentem Cicero tamen ab adulescentia adamat tenebat, ut libere per omnis philosophorum discipli flores conligeret, duæ ueteres uigebant sectæ, Epicu et Stoica, tertiam Antiochus Ascalonita e Stoicorum cretis et Peripateticorum Academicorumque superior sententiis quibusdam et uerbis sub ueteris Academiæ mine constituerat, Cicero tripertitam disputationem fe expositamque primum Epicuri doctrinam oppugnauit i in libro secundo Stoicorum telis, hic quidem ex ani sententia agens; deinde Stoicæ doctrinæ opponit in lib quarto Antiochi disputationem, Stoicos reapse cum ue ribus Academicis et Peripateticis, id est, cum ea forma d cretorum, quam Antiochus illorum esse docebat, conse tire, tantum uerbis aliis uti; postremo in libro quinto, e plicata Antiochi disciplina, pauca quædam ita contra di seruntur, ut Stoici magis sibi constare uideantur, c tamen disputationi pro Antiocho respondetur.[1]) In h

---

losophis, ut id significaretur, in quo extremo consister caussæ et consili exquisitio. Itaque proprie de bonis dicit sæpissumeque ponitur non addito ἀγαθῶν. Sed tamen se sim, retenta tantum ultumi et eius, quod progressum term naret, significatione, traductum st ad id, quod in conparatio summo bono contrarium esset, atque ita et a Græcis inte dum positum uidetur (apud Diogenem Laërt. VII, 97 τέλη κακά) et Latine etiam a Uarrone, qui eosdem, quos Cicer secutus est, apud Augustinum de Ciu. Dei XIX, 1.

[1]) Ad eandem formam descripti sunt libri de natura deoru sed quod Antiochus hanc partem philosophiæ nouo uesti

descriptione primum adparet, in libro quarto et quinto magna ex parte easdem res tractari et bis poni, primum ut cum Stoicis hæc conparentur, deinde per se. Deinde hæc omnis ratio sic a Cicerone tractatur, ut magis summæ sententiæ exponantur et argumentis concludendis inter se conparentur, quam illud quæratur, quomodo prima initia notionum ethicarum in singulis scholis oriantur et cum relicua doctrina de deo et mundo cohæreant. Ex quo fit etiam, ut sententiarum uis atque proprietas in illa conparatione non satis animaduertatur; uelut in quinto libro Antiocho obicitur, constantius Stoicos sapientem semper beatum esse dicere, qui nihil præter uitium in malis relinquant, atque in hac constantiæ conmemoratione omnis consumitur oratio; illud, quod caput erat, non adtingitur, de ipsa boni notione, quam Stoici totam in humanæ uoluntatis fundamento constituerant, deque beatæ uitæ. Uerum hæc partim iam a superioribus minus distincte explicabantur, qui scholarum decreta, ut semel erant conposita, seruabant, partim ab Antiocho confusa erant. Itaque hæc a Cicerone, qui suo ingenio philosophari noluit, ne seuere exigamus (quamquam uellemus, minus leuiter de sectarum proprietate et discrimine iudicasset, quam facit, ut hoc utar, V, 76), idque unum quæramus in tali præsertim scribendi tempore, ipsa ea, quæ e Græcorum libris in breuius contracta, interdum exornata rhetorice, exponit, satisne fideliter et adcurate reddiderit.

§ 3. Neque enim putandum st, quod nonnullis in mentem uenit, tot huius generis libros tam breui tempore scriptos esse reputantibus, materiem multo ante conlectam fuisse. Cicero enim inde ab adulescentia Græcæ philosophiæ cognitionem parauerat ad oratoris usum et ad liberalem ingeni cultum, non scribendi consilio, quod ei seni rei publicæ casus et domestici adtulerunt, neque intumos sectarum recessus perscrutatus erat singularumue formam

---

non induerat, Epicurea tantum et Stoica decreta exponuntur et Academica dubitatione inpugnantur.

ad artis modum cum notionum proprietate subtil animo descriptam tenebat. Quom igitur animum ad s bendum adpulisset cum festinatione quadam et quasi a doloris et molestiarum obliuionem quærens,[1]) neque bebat præparatam materiem nisi communi quadam doctoribus et libris notitia neque eam studiose com sitam diuturna meditatione uersabat, sed, quod modo fidei et cautionis caussa fortasse fecisset, in gulis partibus philosophiæ singulisque disciplinis, q erat tractaturus, unum fere aliquem sibi elegit duc quem sequeretur et exprimeret.[2]) Quod quomodo stituerit, nuper clarissumo exemplo patefactum st in bro primo de natura deorum, inuenta inter Herculaner uolumina particula scripti Phædri Epicurei περὶ θε Adparet enim intellectumque st a Ch. Petersenio, eam particulam Hamburgi a. 1833 seorsum edidit, Cice nem non solum ex secundo illius opusculi libro tot doctrinæ Epicureæ expositionem (quæ apud Ciceron inde a § 43 legitur) sumpsisse, sed etiam, quod mi aliquis suspicaretur, e priore libro omnia illa, quæ U leium inducit de superiorum philosophorum senten disputantem. Eodem igitur aut saltem simili modo r instituisse in his libris censendus eo magis est, qu non obscura uestigia id testantur, de quibus ex aliq parte iam alibi dictum a me st. In primo libro e sæpe ipsis Epicuri uerbis utitur, tamen patet (§ 31 et sqq.), posteriorem aliquem ei Epicureum ducem fui

---

1) Ad Att. XII, 14, 3: *Totos dies scribo &c.*, XIII, 10, 1: *Qu nisi mihi hoc uenisset in mentem, scribere ista nescio qu quo me uerterem, non haberem*; ibid. 26, 2: *Equidem, credib non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus; ni enim somni.*

2) Ad Attic. XII, 52, 3, qui locus sic interpungendus est: *lingua Latina securi es animi.* (Atticum securum esse iub respondens eius admonitioni alicui.) *Dices: Qui talia ca scribis? Ἀπόγραφα sunt; minore labore fiunt; uerba ta tum adfero, quibus abundo.*

nec obscure ipse (§ 16) eundem significare uidetur, quem in libro primo de natura deorum secutus est. In secundo libro quamquam liberior est Epicuri insectatio eorumque, quæ ad uirtutem commendandam dicuntur, exornatio, tamen etiam ea, quæ uideri possint ab ipso excogitata, a Græcis sumpta esse, exemplo st illud, quod in § 100 commemorauimus. Nec dubitari potest, quin maxuma pars Chrysippo debeatur (§ 44), siue ex eius ipsius libro ea Cicero excerpsit siue ex alicuius, qui eum secutus erat. De tertio libro expositum st in excursu quinto; quartum et quintum totos ab Antiocho esse et ipse ostendit Cicero et dictum st de ea re in excursu septumo.

§ 4. Ferreus sit, quem non moueat imago Ciceronis inter grauissumas curas, ex honestis caussis ortas, de philosophia scribendo solatium capientis. Sed tamen non erat ea animi temporumque condicio aptissuma ad hanc materiam, ei præsertim, qui in hoc genere cogitandi, quo ipsæ notiones omni detracto inuolucro artificiose tractantur, non esset exercitatissumus. Itaque, nisi superstitiosi merito dici uolumus, confitendum st aperte, accidisse interdum Ciceroni, quæ in tali caussa expectanda erant. Nam interdum, quom incidisset in res spinosiores, quædam nimis breuiter et obscure excerpsit, maxume in libro tertio (ut capite septumo aliisque locis), alia sic posuit, ut non satis adpareret, quo spectarent (ut III, 35 et 49), in quibusdam non satis adtendit ad disputationis progressum (ut in lib. V, 46), nonnullis locis argumentorum ratione conclusorum formam et uim parum expressit (ut II, 100, III, 28, IV, 50), uno et altero loco prorsus notionem rei perturbauit, ut IV, 58, alienaque admiscuit, ut quom Epicuro Stoicam finis definitionem subicit, de quo dictum st in adnotatis ad I, 29.[1] Uerum quom

[1] Non erat difficile ex ceteris Ciceronis scriptis similia multa conligere, quæ interpretes non adnotarunt, quædam ita perturbata, ut, nisi explicato errore, intellegi disputatio nequeat, cuiusmodi reperientur, quæ in Tuscull. libr. IV, § 23 sqq. et

Cicero sic uersaretur in rebus notionibusque non s semper clare perceptis, adcederetque etiam difficultas tini sermonis non facile nouas res recipientis et pe quentis, quam necesse st non raro mentem nonnihil ipsarum rerum cogitatione et contemplatione auoca factum st, ut interdum etiam in iis, quæ obscura essent ac ne a Græcis quidem sumpta, sed ab ipso argumentis concludendis instituta, aberraret uerba magis quam sententiam ecficeret (ut II, 35 et 50, V, Neque hoc in his solis libris Ciceroni accidit, sed in nibus iis, quos de simili materia eodem temporum a mique habitu scripsit. Uelut (ne sine exemplo rem n nihil inuidiæ habituram prætermittam) Academ. II, 99 loquitur: *Duo placet esse Carneadi genera uisoru in uno hanc diuisionem: alia uisa esse, quæ percipi p sint, alia, quæ non possint; in altero autem: alia u esse probabilia, alia non probabilia.* Nihil potest mi recte dici; neque enim duo hæc erant uisorum separ genera, neque alia erant, quæ percipi aut non perc possent, alia, quæ probabilia aut non probabilia esse (Carneades quidem nullum umquam percipi posse s tuebat); sed duplex erat uisorum diuidendorum rati priorem Stoici sequebantur, alia percipi, alia non p cipi dicentes, Carneades altera standum putabat, q niam nullum uisum probabilitatem supergrederetur. Topicis § 67, postquam Cicero de caussarum loco

---

§ 28 sqq. de morbo, ægrotatione, uitio, uitiositate tradunt si ipsa excussa et cum Græcis, quæ Sextus Empiricus Diogenes Laërtius habent, conlata fuerint, aut quæ Acad lib. I § 26 de qualitatibus dicuntur cum graui confusi τῶν ποιοτήτων et τῶν ποιῶν. Illud facillumum expeditu quod II de Nat. Deor. 29 totam disputationem Cicero obs rauit et inanem reddidit, quom σῶμα πολυμερὲς (uid. Se Empiric. adu. Mathem. IX, 119) interpretatus est: *omnem na ram, quæ non solitaria esset neque simplex, sed cum a iuncta atque connexa,* non, ut debuit: *quæ esset e pluri partibus* (ipsa) *composita.*

est, de genere argumentorum, quæ ex caussæ notione ducerentur) dixit, addit: *Coniunctus huic caussarum loco ille locus est, qui ecficitur ex caussis.* Is quidem locus non coniunctus est superiori, sed plane idem; sed aliud Cicero dicit, aliud uolt; significandus enim erat non is locus, qui ecficitur ex caussis, sed *eorum locus, quæ ecficiuntur ex caussis*, id est, illud genus argumentorum, quod ex notione ecfectus ducitur. De Officiis I, 17 quom significandum esset, quid inter prudentiam (id est, uirtutem theoreticam) et ceteras uirtutes (practicas) interesset, descripta prudentia, sic oratio pergit: *Relicuis autem tribus uirtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio uitæ continetur.* Omitto, quod in dicendi genere non admodum perspicuum st, uirtutibus necessitates propositas ad res parandas; sed ipsa hæc rerum paratio aliena st magnam partem a magnitudine animi, prorsus uero a modestia. Adparet, illud de parandis rebus in communem definitionem inclusum esse e propria iustitiæ notione, quam uersari dicit in societate hominum tuenda; itaque, quom ad modestiam peruentum st, cogitur, illo omisso, id ponere, quod uere commune st: *Ordo et constantia et moderatio — uersantur in eo genere, ad quod adhibenda st actio quædam, non solum mentis agitatio.* Uerum ita rursus fit, ut hoc incommode unius uirtutis proprium dici uideatur, quom sit trium.[1]) Atque hæc iam ad dicendi totum genus pertinent, quod, fieri non potest, ut in tali sententiarum ratione semper certum, æquale, perspicuum fluat, quamuis sit Cicero scribendi et dicendi artifex. Neque hæc ita nunc dico, ut hærentem magna cum laude coronam capiti eius detrahere coner, qui ipse exposuerim,

---

[1]) Non possum non profiteri, in eo libro, qui a multis ualde subtiliter scriptus iudicatur, Oratorem dico, permulta mihi uideri esse ex hac incerta et fluctuanti forma, dum Ciceroni non contingat, ut numerorum oratoriorum et poëticorum notionem stabilem ecficiat et teneat.

quæ caussæ ecfecerint, ut hic a se nonnihil interdum sciscere uideatur. Nos uero Ciceronem admiremur orationibus; in libris de philosophia accipiamus tal« qualis esse potuit, habeamusque debitam gratiam, qı et Latine philosophiam docuit et tantam materiam Græcorum philosophiam cognoscendam nobis serua quom in ceteris argumentis librisque, tum in hac qu stione de finibus bonorum et malorum.

M. TULLI CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Initio libri Cicero M. Brutum adloquens consilium suum ea, quæ Græci de philosophia scripsissent, Latinis litteris mandandi a uituperatoribus sic defendit, ut, quoniam uniuersæ philosophiæ reprehensoribus in Hortensio responsum sit, contra eos autem, qui philosophiam non prorsus reiciant, sed minus studi et operæ in ea ponendum putent, pugnare uix opus sit, eos maxume refellat, qui Græca scripta legere malint, Latine conuersa nolint (c. 1-3). Se uero, quemadmodum olim rei publicæ res gerendo non defuerit, sic nunc, neglectis obtrectatoribus, elaboraturum, ut ciues sint opera sua doctiores. Nec quicquam esse, quod potius scribere debeat, quam hæc, in quibus grauissuma, quæ philosophiam contineat, quæstio de summo bono pertractetur (c. 4). Ut autem a facillumis ordiatur, ab Epicuro initium facit, cuius disciplinam adcurate quondam a L. Torquato, quom C. Triarius adesset, apud se in Cumano expositam esse narrat et contra eam a se disputatum. Nam quom Torquatus e Cicerone quæsisset, quæ esset caussa, cur minus Epicurum probaret, Cicero breuiter omnem Epicuri phi-

losophiam sic percurrit, ut demonstret, quid in phys dialecticis, ethicis eius desideret et reprehendat (c. 6 Defensionem Epicuri Torquatus suscipit et, ceteris aliud tempus reiectis, eius de summo bono sentent explicat (c. 8). Exponit igitur, Epicuri formam doc sequens et sæpe uerbis eius utens, omne animal a pr ortu natura uoluptatem adpetere, dolorem respuere, adpareat, illam per se expetendam, hunc reicien esse (c. 9). Sed ita probari uoluptatem, inprobari d rem, ut delectus faciendus sit et sæpe uoluptates præ mittendæ, ne maiores dolores consequantur, et dolores pericula subeunda maiorum uoluptatum caussa (c. 1 Uoluptatem autem ab Epicuro intellegi non eam sol quæ sensus motu quodam titillet, sed maxumam il putari, quæ percipiatur omni dolore remoto (c. 11). hac esse summum bonum, facile intellegi posse, pos ante oculos imagine quom eius, qui omnibus uoluptati fruatur, nulla re inpediente, tum eius, qui in sum doloris cruciatu sit. Itaque summum esse bonum cunde uiuere (c. 12). Uirtutes autem non per se peti, sed quod multa adferant ad iucunde et tranquille uiu dum; id facile perspici in sapientia siue prudentia (ubi eti cupiditatum diuisio adtingitur), temperantia, fortitudine, stitia (c. 13-16). Uoluptatem et dolorem animi e corp oriri, nec tamen non maius esse multo utrumque animo quam in corpore, quod hoc præsentis solum te poris particeps sit, animus præterita meminerit, futu expectet (c. 17). Non posse iucunde uiui, nisi hones nec honeste, nisi iucunde. Sedato demum animo sub tisque cupiditatibus et terroribus beate uiui posse (c. 1 Itaque sapientem semper esse beatum, fortunæ potest non multum subiectum. Dialecticis Epicurum non m tum tribuisse, quod ea ad beate uiuendum essent inu lia, physicis plurumum, quod utilissuma essent (c. 2 Postremo amicitiam, quamquam nonnullis tolli uidea Epicuri doctrina, tamen uel maxume ab eo laudari confirmari, ab utilitate proficiscentem (c. 21). Summ

igitur gratiam Epicuro habendam esse, qui naturæ uoci parens uiam beatæ et quietæ uitæ monstrauerit.

L. Manlius Torquatus, qui in hoc libro primas partis habet, filius fuit L. illius, qui cum L. Cotta consulatum gessit a. 65 a. Ch. n. Inde ab adulescentia cum patre, qui Ciceronis condiscipulus fuerat (Corn. Nep. Att. 1), multum Cicerone usus est et in eius contubernio in consulatu fuit (pro Sulla § 11 et 34). L. Sullam, patris in consulatu competitorem, una cum patre ambitus accusauit et damnauit (pro Sulla § 49), postea eundem a. 62 de coniuratione frustra accusauit, defendente Cicerone, quæ defensio extat. A. 49 præturam gessisse, intellegitur ex Cæsaris libr. I B. C. 24; in hoc sermone designatus prætor inducitur libro II § 74; itaque is a. 50 habitus fingitur. In bello ciuili Torquatus Pompeium secutus (ad Attic. VII, 12, IX, 8) et in Græciam transgressus periit (Brut. § 265, Hirt. de B. Afric. 96). Studia eius Cicero in Bruto (§ 265) his uerbis laudat: L. Torquatum non tam cito rhetorem dixisses (etsi non deerat oratio) quam, ut Græci dicunt, πολιτικόν. Erant in eo plurumæ litteræ nec eæ uolgares, sed interiores quædam et reconditæ, diuina memoria, summa uerborum et grauitas et elegantia. Atque hæc omnia uitæ decorabat grauitas et integritas. *Ea studia significantur etiam in hoc libro § 25, memoria excellens libri II § 113.*

C. Ualerius Triarius (qui a nonnullis confunditur cum L. Triario, qui, quom Luculli legatus esset, infeliciter contra Mithridatem pugnauit; uid. Drakenb. ad Liu. epit. 98, Heinrich. ad Ascon. argum. orat. pro Scauro p. 6 edit. Kilon.) item Pompeianus fuit, parti classis Pompeianæ præfectus et pugnæ Pharsalicæ particeps (Cæs. B. C. III, 5 et 92). Quom in bello perisset (Brut. § 266), liberorum eius Cicero tutor fuit (ad Attic. XII, 28). Huius quoque litteræ et studia in Bruto (265) laudantur: Me quidem admodum delectabat etiam Triari in illa ætate plena litteratæ senectutis oratio. Quanta seueritas in uoltu! quantum pondus in uerbis!

quam nihil non consideratum exibat ex ore! *Quo t nonnulli eum a.* **52** *tribunum plebis fuisse statuant,* scio; *nec magis scio, cur Goerenzius (ad I* § **13**) *quadraginta quattuor uel quinque annos natum obisse cat et ideo a Cicerone adulescentem appellari.* I *hæc appellatio Ciceronisque in Bruto uerba* (in ætate) *aliquanto minorem fuisse ostendunt.*

I. 1. Non eram nescius, Brute, quom, quae summ ingeniis exquisitaque doctrina philosophi Graeco s mone tractauissent, ea Latinis litteris mandaremus, fo ut hic noster labor in uarias reprehensiones incurre Nam quibusdam, et iis quidem non admodum indoc totum hoc displicet, philosophari. Quidam autem n tam id reprehendunt, si remissius agatur, sed tant

VARIETAS SCRIPTURÆ.

1. et iis) *et his* LP *et is* C non tam id) *non id am* EOr. *non id tam* ceteri. reprehendunt) *reprehendent* R

ADNOTATIO.

Cap. I § 1. *Non eram nescius*) Easdem res, quas in hoc ordio, Cicero adtingit Academ. II § 5 et de N. D. I § 5 sqq., quod *beneuolos obiurgatores* quom alii tum Heindorfius et W fius Stoicos intellegunt, *inuidos uituperatores* Epicureos, fallunt nihil enim Cicero ibi dicit, quod ad scholarum discrimina per neat (et habebat omnium beneuolentissumum Epicureum Atticum nec Epicureos ad *poenitentiam reprehensionis* adducturum se pu bat aut Stoicos noua docturum, sed, ut hic, contra Romanos st diorum suorum reprehensores pugnat, quorum alii mitius et ar ee obiurgabant, alii molestius obtrectabant.

Non tam id reprehendunt) Non satis confirmatur exempl *non tam*, quemadmodum *non ita*, dici, euanescente comparatio pro eo, quod est *non admodum*; (ne illud quidem ita ponit apud Ciceronem et uetustiores, nisi ante adiectiua et aduerbi uid. Handi Tursell. III, p. 490; ante uerba dicitur *non ita uald* nam in epist. ad Att. III, 15 potest audiri *ac tu;* de relicuis, qu Handius p. 492 disputat, dicam ad II § 17). In iis, qui proferunt

studium tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Erunt etiam, et hi quidem eruditi Graecis litteris, contemnentes Latinas, qui se dicant in Graecis legendis operam malle consumere. Postremo aliquos futuros suspicor, qui me ad alias litteras uocent, genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personae tamen et dignitatis esse negent. 2. Contra quos omnis dicendum breuiter existumo. Quamquam philosophiae quidem uitupe-

ponendam in eo.) *in eo pon.* C hi quidem) *ii quidem* M 3. quidem) *equidem* PR

locis facile ex adiunctis auditur, ad quod *tam* referatur, uelut II de Diu. § 58: *atque hæc in bello plura et maiora uidentur timentibus; eadem non tam animaduertuntur in pace.* In Liui loco (XXXIII, 45: *eam rem esse rati, quæ maturata dilataue non tam magni momenti ad summam rem populi R. esset*) *tam* pro *ita* in unico codice ortum st ex sequenti littera *m;* et uideo, nuper Kreyssigium *ita* edidisse. Sed qui hoc quoque loco audiri nolunt: *quam illi, quibus totum hoc displicet,* non uident, illos non gradu, sed genere ab iis, qui nunc commemorantur, separari; et obstat pronomen interiectum inter particulas et uerbum. Itaque hæc potius est sententia, quam etiam Otto exposuit: Non tam id (ipsam rem) reprehendunt quam nimis magnum studium; pro hoc altero membro Cicero inflexa leuiter oratione subiecit illa: *sed tantum &c.*, ut magis exprimeret sententiam et orationem aduersariorum. Eadem orationis forma st in Brut. 58: *quæ* (suauiloquentia) *nunc quidem non tam st in plerisque; latrant enim iam quidam oratores, non locuntur; sed est ea laus eloquentiæ certe maxuma;* significat, non tam esse suauiloquentiam nunc in oratoribus, quam ipsam laudandam et requirendam esse. Et in hoc ipso libro § 10 sic dixit: *nec eum istis tanto opere pugnare — et iis seruire,* id est, *quam iis seruire.* Ut edidi, *non tam id*, scriptum st in Palatino primo, marg. Crat.; Goerenzius etiam in Erl. esse dicit, falso, sed fortasse fuit in Spir., in quo ait esse *non id tam*, quod est in Erl. Hoc, quod inde a Uictorio fere editum st (a Grut., Ern., Gzio, Or.), prauo positu (neque enim diuelli debet *non tam*), erat in Uict. cod., fortasse uno et altero præterea; nam Oxx. de tribus tacent. Ex eo nata st scriptura uolgarium codicum (etiam Dauisianorum, duorum Gzi, Oxx. duorum), ex qua Dauisius faciebat *non id tam*.

ratoribus satis responsum est eo libro, quo philoso a nobis defensa et conlaudata est, quom esset accu et uituperata ab Hortensio. Qui liber quom et probatus uideretur et iis, quos ego posse iudicare trarer, plura suscepi, ueritus, ne mouere hominum dia uiderer, retinere non posse. Qui autem, si max hoc placeat, moderatius tamen id uolunt fieri, diffici quandam temperantiam postulant in eo, quod semel missum coërceri reprimique non potest; ut propemo

philosophia a nobis) *a nob. phil.* LPMCROr. conlaudata) *conlata* P ceat) *placet* E admissum) *iam missum* ELPMR potest) *possit* L

2. *philosophia a nobis*) Sic "multi scripti et ueteres editi Gnio credis; puto eum præter Erl. id in Spir. et fortasse Gu repperisse, alibi nusquam.

ne mouere hominum studia) A. Matthiæus (Vermischte S ten, Lips. 1833, p. 1, Miscell. Philol. II p. 93) scriben putauit *mouere posse;* debebat alio ordine, ne obscuraretur ea uox, in qua contrarie posita sententiam uerti uolebat; sed in ter hæc temptantur; moueri enim studia, adparebat teneb quo ipsa res; de retinendi facultate et potestate dubitari rat. Mox *si maxume* non tam miror a Goerenzio adnotari quam rarum, quod est peruagatissumum (uid., si tanti est, Quint. § 35, in Uerr. II, 161, IV, 91, V, 29, Tusc. III, quam Handium (III p. 587 et 592) ab hac communi forma iungere uideri Terenti Phorm. II, 1, 65 et Eun. V, 2, 2 Plauti Bacch. IV, 9, 80: *nam ego non laturus sum, si iu maxume* (ubi *maxume* uolt esse *instanter*).

semel admissum) Codd. meliores (Pal. 1, Morel., Erl., de ce siletur) et deteriorum longe plures (omnes Pall., quinque uisi) habent *semel iam missum*, quod ferri nequit; nam nec habet, quod hic agat, (itaque in cod Guelf. Bremi omissum nec translatio a telo misso ducta placere potest. Quod edi sumptum ex paucis exiguæ fidei libris (præter C cod. C. C. C. uisiano (ex ξ non adnotatur) Oxx. Uχ; Eliens. Dauisi hab *iam admissum*), dissentiunt, utrum ab equo laxis habenis adm traductum ad concitationem studi significandam sit, an pro quod est *receptum, aditu patefacto*, accipi debeat. Priorem gnificationem Rubenius (ad Senec. de ira III, 6) adsequi uol et simul propius ad codices adcedere, quom *semel inmissum* s

iustioribus utamur illis, qui omnino auocent a philosophia, quam his, qui rebus infinitis modum constituant, in reque eo meliore, quo maior sit, mediocritatem desiderent. 3. Siue enim ad sapientiam perueniri potest, non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam st;

his) *iis* LMP eo meliore) *quæ eo melior est* C sit) *fit* C 3. etiam st) interponant *sapientia* omnes, Or. cum uncis.

beret, quo uerbo de equo usus est Galba in epistula ad Ciceronem (ad Fam. X, 30), translate semel et iterum Seneca, ut epist. 40, 6: *oratio perturbata et inmissa;* apud Ciceronem ceterosque eius æqualis non reperitur sic positum. Uerum ut nihil dicam de ipsa conparatione equi et studi, quod studium concitatum cum equo admisso conparari potest, non continuo sequitur, ut ipsum, remota conparatione et ascita translatione, *admissum* sic dici a Cicerone potuerit; multo minus id participium conuenit notioni indefinitæ (*in eo, quod*); et omnino concitari studium uetabant reprehensores. Itaque probandam ueterem correctionem puto et *iam missum* ex *ammissum* ortum esse, quomodo in hoc et aliis uerbis sæpe scribitur in Erl. et scribebatur fortasse in codice archetypo; accipio autem *admissum* simpliciter, nec desidero, quod quidam tum adici debuisse credunt, *in animum;* generalius enim dicitur, estque contrarium *excludere.* Est hic locus ex iis, in quibus difficulter diiudicantur uerborum significationes, quod non satis constat, quam late in uita communi patuerit singularis aliquis usus.

3. *fruenda etiam st*) Quod in codd., excepto uno Eliensi, interpositur, Manutium aliosque sequens eieci; nam quæ exempla et ab aliis et hic a Bremio proferuntur uocabulorum intra breue spatium abundanter repetitorum (et quis dubitat, quin in hoc genus neglegentiæ interdum et alii ueteres et Cicero quoque inciderit? etsi in nonnullis, qui citantur, locis nihil est quod reprehendas, ut in Tusc. IV § 64, ubi in duplici definitione repetitur uox definienda, et de Legg. III § 41, ubi post *rem publicam*, obiecti loco positum, additur *res publica*, subiecti loco; tantum minus apto loco positum uideri possit; rectius aduocatur de Diuin. I § 46), sed, ut dicere instituteram, ex illis exemplis nullum huiusmodi st, in quo nominatiuos in protasi positus repetatur in apodosi continuo subiecta (nisi quod in syllogismis hoc interdum fit de industria); multo autem minus pronomini (*ea*) ad substantiuom relato ita ipsum substantiuom superaddi potest.

siue hoc difficile st, tamen nec modus est ullus i
stigandi ueri, nisi inueneris, et quaerendi defetigatio
pis est, quom id, quod quaeritur, sit pulcherrum
Etenim si delectamur, quom scribimus, quis est tam
uidus, qui ab eo nos deducat? sin laboramus, quis
qui alienae modum statuat industriae? Nam ut Teren
nus Chremes non inhumanus, qui nouom uicinum
uolt

Fodere aut arare aut aliquid ferre denique,

est ullus) *ullus est* E inuidus) *timidus* E deducat) *abducat* LPMC nam) *non* P a prima manu.

Etenim &c.) Non ad proxumam sententiam hæc ratio perti sed ad primam quæstionem de moderatione adhibenda; particula *etenim* utimur non tam quom proxuma confirmar quam quom in uniuersa argumentatione progredimur, ut s fere idem sit ac *porro*, *præterea*. Exempla sunt Tusc. 20, de N. D. II, 77, de Diuinat. II, 89, ubi Hottinger *Et* m bat nec a recentioribus refutatus est (cetera sic legenda s *quom tempore anni tempestatum atque cæli conuersiones conm tionesque tantæ fiant adcessu stellarum et recessu*), ibd. II, ubi idem *At enim* scribi nolebat. Hoc *etenim* ante hos pau annos e codd. restitui Ciceroni in orat. pro Balbo § 24 (*Etenim P. R. graue st*) et 32 (*Etenim quædam foedera extant*).

deducat) Cessi auctoritati codicis Erl. (de ceteris meliori silctur), quom præsertim facilius in alteram partem aberrare brarii potuerint propter *ab*.

Nam ut Terentianus Chremes) Errorem cod. P. secutus Lallemandus, oblitus, particulas *ut* — *sic* non minus poni in c trariis conparandis quam in similibus; uid. modo huius operis I, 49 et 67, II, 67 et 100, cett.

aut aliquid ferre denique) Uersus est ex Heautontimor. I, 17, ubi Chremes Menedemum admonet, ut sibi parcat. Bentle ex Eugraphio et Donato ad Phorm. I, 2, 71 legit *aliquid fac denique*. Equidem apud Terentium illis adsentior, qui a u *denique* nouam sententiam incipere statuunt; nam postquam Ch mes dixit *tam mane* et *tam uesperi*, cōnligit omnia: *denique N lum remittis tempus*. Donatus quidem (ad Phorm. l. c.) hoc lo utitur, ut ostendat, solere Terentium *denique* in fine ponere; n tamen minus frequenter initio ponit, ut Eun. Prol. 40, Andr. I,

— non enim illum ab industria, sed ab inliberali labore deterret, — sic isti curiosi, quos offendit noster minume nobis iniucundus labor.

II. 4. Iis igitur est difficilius satisfacere, qui se

enim illum *illum enim* L *illum* R 4. Iis) *his* EPROr.

129, Eun. III, 1, 42 et 51 et alibi (uid. Westerhoui ind.). Sed Ciceronem hoc loco alteram sententiarum distinctionem, quam uersus subiciebat, secutum esse patet; nam Lambino, quosdam libros non habere *denique* adfirmanti, non credo. Tum *denique* aut generalem notionem (*facere*) requirere uidetur aut leuiorem, quam quæ st in *fodere* aut in *arare*. Nam frustra Handius (II p. 270 et p. 277) huic particulæ minuendi uim eripere studet, quæ oritur necessario, conuersa orationis forma, ex ea, quam ipse p. 268 explicauit, intendendi significatione; itaque ipse sibi repugnat, quom *aut denique* in negatione dicit esse *aut ne — quidem*. Ipsa illa enumerationis concludendæ forma significatur, id, quod postremo loco ponatur, minumum esse, in quo consistat oratio tamquam in extremo; id potest esse et fere st generale; minus est enim, sublata hac uel illa præcipua specie, genus tamen relinqui; sed tamen non raro directo significatur una aliqua res minor. Qui enim potest in Cæsaris locum, quem Handius citat, II B. G. 33 includi illud, quo utitur, *omnino*, nisi *præsidia deducere* species erit *indiligenter seruandi?* Nec sane apud Horatium Sat. I, 2, 133 fama nummos et pugam conplectitur. Peruerse autem in Horat. Epist. II, 2, 127 delectatio dicitur esse species *fallaciæ*; nam *fallere* manifestum st ibi dici, quæ non animaduertantur et ignorentur, non quæ decipiant. Postremo, si *denique* non interdum st *certe*, quid fiet Liuio, qui IV, 55, 5 scripsit: *temptati, ut tum denique desisterent inpediendo bello*, id est, hoc saltem tam periculoso tempore? Nec tamen dubitari potest, quin Cicero *ferre* posuerit, siue ita Terentius scripsit siue non scripsit. Cicero igitur in uno uersu recitando non satis adtendisse uidetur ad coniunctionem uocum *ferre denique* aut potius ad ipsum *ferre*, et id tamquam minus accepisse.

Curiosi) Apertius h. l. hæc uox in reprehensionem trahitur, τὴν πολυπραγμοσύνην hominum alienas res nimis curantium significans, quam I N. D. 10 (*curiosius quam necesse st*); cfr. Sueton. Octau. 27 (*curiosus et speculator*). Nam Quinctilianus VIII, 3, 55 (*ut a diligenti curiosus et a religione superstitio distat*) aliam curiositatem intellegit.

Cap. II, 4. *Iis igitur est difficilius*) Nam superiorum curiosi-

Latina scripta dicunt contemnere. In quibus hoc p mum st, in quo admirer, cur in grauissumis rebus n delectet eos patrius sermo, quom iidem fabellas Latin ad uerbum e Graecis expressas non inuiti legant. Qu

patrius sermo) *a. p.* E quom) *tum* E e) *de* LMPCROr. legant) *legant u*

tatem nullo argumento utentium facile erat uel docendo uel r glegendo uincere; hi pertinacius urgebant et speciosius. Eode modo Cicero fabularum exemplo refellit eos, qui orationes Græc quam Latine conuersas legere malint, de opt. gen. orat. § 18.

Latina scripta) *Latine* mg. Crat. et cod. Uict. edriditque Lai binus; sed hoc participium sic in substantiuom transiit, ut, tamquam participio aduerbium adiunxeris, aliud intellegatur, r Latine dictæ et uerba recte et Latine posita, non libri Latini.

in quo admirer) Insolenter dictum; itaque Lbinus scrip *quod demirer* (hoc suo more uerbi eius mutandi, ubi pro simpli positum erat). Dissimilia omnino sunt, quæ Bremius profert e empla, in quibus dicitur *aliquem in aliquo admirari* (de Orat. I 47, II, 316); nec tollitur dubitatio, quod satis notum st, illa præpo sitione id significari, quod materiam, locum, occasionem præbea ut quom Theophrastus dicitur *uexari in eo libro*, *quem scripser de beata uita* (Tusc. V, 24) aut quom *lætari in aliquo* (Phil. X 9) et alibi *gloriari in aliquo*; nam uerbi hic positi alia st natur accusatiuom requirens eius rei, quam quis admiretur; nec ea rur sus mutatur, quod Cicero ad Att. X, 17 dixit: *de diplomate admi ror*, id est, non ipsum diploma et eius formam, sed datum id esse ut *de* præpositio tantum uniuerse rem, de qua agatur, indicet similisque st ratio in orat. pro Mur. 39: *quid tu admirere d multitudine indocta?* hoc est: quid tu id, de quo dictum st, studium ludorum, admirere de multitudine indocta? Usitatius dixisset: *i mult.*, poterat sane: *multitudinem*, id est, eius naturam et actio nem. Itaque id unum efficitur, maxume ex loco illo ad Attic. paullo durius interdum sic poni *admirari*, ut non directo referatu ad rem, quæ admirationem adferat. Id h. l. durissume fit, ipso illius rei uocabulo (*quod*) aliter (*in quo*) adiecto. Nec tamen i codicum consensu in tali re, quom nulla erroris caussa adpareat de scriptura uidetur dubitandum.

ad uerbum e Græcis expressas) Sic etiam Uict. cod. Editiones *de*. Dissentire a se Cicero uidetur Acad. I, 10: *an quia delectat Ennius, Pacuuius, Attius, multi alii, qui non uerba, sed uim Græcorum expresserunt poëtarum?* Quæ interpretando tempfantur, ut Cicero utroque loco idem dixisse uideatur, rem non expediunt, ut

enim tam inimicus paene nomini Romano st, qui Enni Medeam aut Antiopam Pacuui spernat aut reiciat, quod

pæne nomini) *nom. p.* E quod se) *quod si* E *qui se* cett. Or.

illud, non — *sed esse non solum, sed etiam;* quamquam oratorie illas particulas positas esse, tenendum st. Minuitur dissensio, quod illic uniuerse de poëtis, hic de certis fabulis loquitur; nec enim omnis eodem modo conuersas fuisse, ueri simile st. Tum Cicero utrobique rem exaggerat, illic uerba expressa negans, quod aliqua uertendi libertas adparebat, hic adfirmans, quod fabulæ Latinæ multum ab illa libertate abhorrebant, qua ipse Græcorum philosophorum sententias reddebat. Postremo poterant in isdem fabulis, ut in iis, quæ, ut ille Terenti obtrectator dixit, contaminabantur, alia liberius tractari, alia pressius uerti. Utro loco propius ad ueritatem Cicero adcesserit, disputant tragoediæ Romanæ existumatores, ut Langius in Uindiciis Trag. Rom. p. 16.

pæne nomini) Ut in Erl., sic in duobus præterea suis transponi Gaius ait. Pertinet sane *pæne* non ad præcedens adiectiuom, ut is putat, sed ad subsequens substantiuom; nam *nomen* ipsum Romanum odisse uidetur, qui litteras Latinas odit. Sed non memini, ubi Cicero *pæne* post uocem primariam posuerit; nam etiam in Cat. § 49 in uera scriptura (uid. præfat. edit. meæ: *Uidebamus in studio dimetiundi pæne cæli atque terræ*) *pæne* pertinet ad *cælum atque terram.* Quinctilianus non raro postponit; uid. Bonnell. Lex. Quinctil.

reiciat, quod — oderit?) Hæc scriptura præter Erl. confirmatur a margine Crat., id est, optumis, tum a Gud. 2 et Bas., Oxx. Eξ. Quærit Cicero, quis ita Enni Medeam et Pacuui Antiopam reiciat, ut hanc adferat caussam, quod Græcas easdem amet, Latinas scripta oderit. (Si quem offenderit *quod — dicat*, expectantem: *quod — delectetur* aut: *dicens se delectari*, satis erit de communi Latinorum more in significanda caussa, quam alii dixerint, Zumptium testem citasse.) Uolgata scriptura: *qui se isdem &c.* duos inducit gradus interrogandi, ut primum simpliciter quæratur, usque ad *reiciat*, deinde coniuncte de duobus. (Nam quod R. Klotzius in Quæst. Tull. p. 42 non gradationem esse uolt, sed continuari omnia, ut posterius *qui* sit *quom tamen idem*, neque protulit neque potuit proferre ullum exemplum, ubi post huiusmodi formam orationis: *quis est, nemo st*, sic duo relatiua ponerentur, ac non ἐκ παραλλήλου, ut duo aut plura negarentur. Uno modo sic poni duplex relatiuom post *nemo st* potest, quom prius defi-

se isdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas lit ras oderit? Synephebos ego, inquit, potius Caecili a

litteras) cum uncis Or.

nitur subiectum, de quo negatur, deinde id ipsum, quod negat adiungitur, ut in Catil. IV § 16: *Seruos est nemo, qui modo to rabili condicione sit seruitutis, qui non audaciam ciuium perhor scat.* Tollit ambiguitatem additum *modo.*) Sed nec satis commo prius absolute interrogatur, quom de ipsa coniunctione utriusq rei agatur, nec recte in hac connexa interrogatione contraria p nuntur *eædem Euripidis fabulæ* et *Latinæ litteræ*; debebant eni hæc adcurate respondere. Itaque Gulielmus et alii *litteras* d mnarunt, ut esset: *qui se isdem Euripidis fabulis delectari dicat, La tinas oderit?* Sed parum concinne *Euripidis* et *Latinas* conponu tur, quom deberet esse *Græcas — Latinas.* Danisius, quod ha cum superioribus coniungenda esse sentiebat, etiam propter pr nomen *isdem*, quod melius adnecteretur superiori quam in nou interrogationis initio poneretur, longius progressus hæc omnia *Latinas litteras oderit* eiciebat, (quæ aberant a Par. 2, quæque po stea Gzius in Spir. et Gud. 2 non inuenit, de quo consensu uid. ad 27) pro *qui* ex uno Eliensi scribi uolebat *quique*, praua coniunction contrariorum membrorum. Easdem uoces omittentes Ernestiu *quom* scripsit, Goerenzius *quod.* Nulla omnino illorum codicum st auctoritas in iis omittendis, quæ utriusque generis ceteri re tinent. In nostra scriptura si omittatur *litteras*, uitiose idem i caussali sententia dicatur, quod in primaria; nunc generalius es posterius. Klotzius *Latinas litteras* interpretatur *Lateinische Buch staben, Schriftzüge*, et in eo gloriatur; quis sic dixerit aut qui in tali oratione sic intellegi id potuerit, non quærit. Medea Enn notissuma st. Antiopæ Pacuuianæ, in qua tractabatur contentic fratrum Thebanorum, Zethi et Amphionis, fragmenta sunt apud Bothium p. 102.

Euripidis) Uict. cod. *Euripide*, id est, *Euripidi*; uid. ad § 14.

Synephebos ego, inquit) Paullo abruptiore oratione primum fere idem, quod quemquam dicturum negarat, sibi a diuersa parte dici facit; deinde, quom tantum uniuerse sententiam aliquam et orationem significarit, quasi ipsos homines nominarit, subicit relatiuom plurale (*a quibus*), durissuma figura. (Aliter Philipp. IV, § 3 relatiuom laxius subicitur, sed singulare et de eo, cuius paullo ante nomen positum erat). Synepheborum L. Caecili Stati fragmenta non multa sunt apud Bothium p. 146.

Andriam Terenti quam utramque Menandri legam? 5. A quibus tantum dissentio, ut, quom Sophocles uel optume scripserit Electram, tamen male conuersam Atili mihi

5. tantum) *tam* Or. Electram) om L Atili) *Acilii* E *Aulii* LPMR

5. *A quibus tantum*) Rariore exemplo *tantum dissentio* dicitur pro *tanto opere*, quoniam fere iis modo uerbis additur, in quibus magis pro substantiuo mensuram indicet quam pro aduerbio gradum, ut quom *tantum abesse*, *tantum proficere* dicitur; nec longe abeunt ii loci, in quibus aliis quidem uerbis additur, sed adiuncto *quantum*. (*Si me amas tantum, quantum profecto amas*, ad Attic. II, 20 &c.) Apud Liuium XXXVII, 57 est: *nouom sibi hominem tantum praeferri*. Eodem modo nec multo frequentius dicitur *multum*, uelut ad Attic. XIV, 13 med. (*multum me litterae consolantur*) et apud Caesarem *non multum confidere* et apud Cornelium aliquoties; (Plautum et Terentium hic non numero). Nam in ceteris locis *multum* non est pro *ualde*, ut quom dicitur: *multum mecum municipales homines locuntur* (ad Att. VIII, 13, id est, saepe; cfr. Brut. § 310, quem locum mallem Handius (III p. 668) coniunxisset cum iis, quos p. 670 n. 7 posuit). Nec ab alia caussa *plus* non raro pro *magis* dicitur (Zumpt. ad Uerr. II § 21; add. N. D. I, 72, Tuscul. III, 72, Legg. II, 3, Parad. 2, Philipp. II, 38). Quod hic post Manutium et Lambinum a Bremio et recentioribus editum st et tamquam contra nouatores defensum, *tam*, in nullo cod. aut antiqua edit. fuisse puto, etsi Gzius de suis tacet; in Dauisianis sex erat *tantum* nec quicquam ad eam uocem ex Oxx. adnotatum st.

Atili) Etiam Uict. cod. *Aulii*. Atili, *poëtae durissumi*, uersus ex comoedia, ut uidetur, citatur ad Att. XIV, 20; Electra eius apud Suet. Jul. 84. Inter comicos ponitur in uersibus Sedigiti apud Gell. XV, 24, nec aberrare eos credo, qui eundem a Uarrone de L. L. VI p. 75 Bip. et a Gellio III, 3 nominatum putant. Mire uir eruditissumus, A. Weichertus, in commentat. de Licinio Caluo (p. 189), quod Atilius post Statium et Terentium nominatur, comice ab eo Electram conuersam putat, nouo genere uertendi, quod ne nunc quidem in hac omnium litterarum communione receptum st, ut Germanica, uerbi caussa, parodia scribatur tragoediae alicuius Gallicae; nec sane tum Atili Electra eadem esset, quae Graece legeretur. Post bonos poëtas tragicos et comicos malus nominatur sine generis discrimine.

legendam putem; de quo Licinius, *ferreum scriptore* uerum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit. F dem enim esse omnino in nostris poëtis aut inertissum segnitiae st aut fastidi delicatissumi. Mihi quidem nu satis eruditi uidentur, quibus nostra ignota sunt. An

Utinam ne in nemore —

tamen ut) *ut inde* C nulli) *illi* LP An) *At* ELPC ac R nemore) L a *Pelio*

de quo Licinius) Quis sit, incertum st. Uetustissumum poët comicum, Licinium Imbricem, fortasse Atilio priorem, quem I. Uossius et alii intellegunt, censuram scriptorum uersibus exe cuisse, prorsus inprobabile st; a Lucilio et Attio hoc coepit (c Opusc. nostra Academ. p. 106); nec carminum leuiorum et ioc rum scriptor C. Caluos, Cicerone paulio aetate minor, intelle potest. Superest, quem etiam Weichertus (l. c.) intelleg Porcius Licinius, qui de poëtis aliquid uersibus scripsit (Ge XVII, 21, Sueton. uit. Terent., opusc. nostr. p. 107). Uidet enim is Cicerone aliquanto antiquior fuisse, fortasse etiam paul Q. Lutatio, cos. a. 102 (Gell. XIX, 9). Quod post Uossium mul nuper Weichertus, omnia usque ad *legendus sit* Licinio tribuu et in uersum septenarium cum dimidio describunt, Licinium ual adcommodate ad Ciceronis consilium scripsisse statuunt, ut qui n solum Atilium singulari uoce notarit, sed excusarit etiam et l gendos poëtas Latinos esse praeceperit. Scaliger, quem in c dice suo repperisset *exscriptorem*, claudicanti uersui, neglecta se tentia, subuenit legitumamque caesuram reddidit: *ferreum script rem, opinor, uerum exscriptorem tamen, Ut legendus sit.* Ill non nego, Ciceronem alibi, ubi pauca huiusmodi uerba, non i tegram sententiam, a poëta sumat, suis uerbis grammatice adn ctere solere.

An utinam ne &c.) Hoc in Spir. esse, Gzius ait, nescio, sa tisne certa fide, Lambinus in duobus, uereor, ne obsequiosis; c terorum (Grut., Dau., Gzi, $\chi\psi$) item ut nostri, *at*, unus Par. Da et Ox. U *aut*, ξ *ac*. Uerum restituit Muretus (ad Philipp. XI 5), de quo dubitationem tollit frequentissuma forma argumenti p interrogationem connexam conclusi superioribus subnectendi. Ui Emendatt. nostr. Cic. libr. philos. p. 40, Hand. Tursell. I p. 3 sqq. Exordi Medeae Ennianae ad Euripideae exemplum expres (*Utinam ne in nemore Pelio securibus Caesa adcidisset abiegna a*

nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum: quae autem de bene beateque uiuendo a Platone disputata sunt, haec explicari non placebit Latine? 6. Quod si nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab iis, quos probamus, eisque nostrum iudicium et nostrum scribendi ordinem adiungimus, quid habent, cur Graeca anteponant iis, quae et splendide dicta sint neque sint conuersa de Graecis? Nam si dicent, ab illis has res esse tractatas, ne ipsos quidem Graecos est, cur tam multos legant, quam legendi sunt. Quid enim st

que) *qui* E 6. iis) *his* E iudicium) *officium* C et nostrum scribendi) *nostrumque dicendi* L dicta sint) *dicta sunt* LP dicent) *dicerent* LMPCR

terram trabes &c.) qui nouem primos uersus citarunt, enumerantur apud Bothium p. 52 ceterosque, qui fragmenta illa conlegerunt.

6. *dicta sint*) *sunt* Pal. I (nisi error est) et deteriores aliquot; *sint* ex Dauisianis El., C. C. C., Ball., alii, Gzi duo. Mox *dicent* pro *dicerent* Lamb., e Pal. pr. Gruterus, e Parr. duobus Dau., Gzi tres (unus Erl.).

quam legendi sunt) Hoc non idem esse posse ac *leguntur*, quod Dauisius putabat, non est opus doceri; quod autem Hottinger (ad Cic. de Diuin. II cap. 7) pro *legi possunt* accepit, a quo re ipsa non abit Handius ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 369, explicans: *parati sunt*, *ut legantur*, id si per grammaticam ferri posset, a sententia respueretur; nec enim ad rem pertinebat, non opus esse omnis legere, qui legi possent; quis enim id faciebat? Itaque restat, ut cum Bremio intellegamus: quam legendi sunt, si quis doctus et eruditus haberi uolt communemque studiorum rationem persequi. Illa autem participi significatio prorsus abhorret a Ciceronis et æqualium usu. Primum in illo de Diuinat. loco agitur non de re, quæ fieri possit, sed de prædictione rei futuræ, ut *inueniendum* (esse) debeat esse *inuentum iri*, quomodo ante Lactantium et S. Hieronymum nemo scripsit; (Cæsar B. C. I, 72 loquitur de aduersariis, quos, uictoriæ certus, sibi interficiendos dura necessitate uidebat). Recte nunc e bonorum codd. scriptura (*inuenturum*) factum st *inuentum iri*. In Cic. de Off. I, 159 et de Orat. II, 219, quos locos Hottinger et Handius citant, ne minima quidem caussa st, cur a uolgari participi significatione discedatur. Neque si quando

a Chrysippo praetermissum in Stoicis? Legimus tam Diogenem, Antipatrum, Mnesarchum, Panaetium, mul alios, in primisque familiarem nostrum Posidonium. Qu

Panætium) om. C

Cicero dicit *intellegendum st*, id potius cum eo 'conparari bet, quod alibi dicit, *intellegi licet*, quam cum eo, quod i alibi, *intellegi necesse st*, ut Cicero intellegi uelit ac iubeat. iis locis, in quibus Bremius et Zumptius (§ 650) eius, quod li facere, significationem esse putant (hic II, 77, III, 7, Off. I, 1 simul significatur, quid rectum sit et deceat; neque aliter ac debet, quod I Tusc. 1 legitur (*non — sunt conferenda*). Sed qu aliquid ferendum esse uiro dico, *uix ferendum* primum e quod uix postulari a quoquam potest, ut ferat (*uix quod fe debeat*); hinc autem proxumus transitus est ad id, quod ferri possit, significandum. Itaque non solum Cæsar et Corn lius Nepos nullam timentes ambiguitatem sic dixerunt, credendum esse, sed eodem modo Cicero (IV, 53) dolorem cit *asperum et uix ferendum* et (pro Cael. 37) patres ferreos *uix ferendos*. Sed hi omnes in hac una forma (*uix*) substi runt, in *non ferendus* ambiguitatem uitarunt, nec ad illud *uix* *rendus* quicquam addiderunt, quo magis emineret potestatis sig ficatio, ut a Uelleio II, 46 scriptum st: *res uix multis uoluminil enarrandæ*. Deinde autem a posterioribus dictum st etiam *n cernendus, non cognoscendus*, de eo, qui cerni cognosciue non poss quod genus Ouidius primus frequentauit, raro tamen sic, ut c uerbo *esse* coniungeret (Metam. VIII, 785). In aienti senten posuit in Fast. VI, 720: *Continua Delphin nocte uidendus erit* (G genstand der Betrachtung). Prosa oratio uel postea modest fuit in hoc usu.

Mnesarchum, Panætium) Mire, quom in ceteris temporum dinem et disciplinæ seruasset, (nam Chrysipi Diogenes Babyl nius, huius Antipater Tarsensis auditor fuerat), in his inuert nam Mnesarchus Panætium audierat, post quem Athenis doc (de Orat. I, 46, Acad. II, 69), Panætius Antipatrum. Aut igit Cicero neglegentius scripsit aut nomina transposita sunt, ut Gøi putat.

familiarem nostrum Posidonium) Eum Cicero uiderat et au uerat Rhodi (Tusc. II, 61, de N. D. I, 6, Plutarch. Cic. 4). U nerat etiam Romam circa C. Mari mortem. (Suid. u. *Ποσειδώνι* Plutarch. Mar. 45). Ad eum Cicero post consulatum litteras mi (ad Att. II, 1).

Theophrastus mediocriterne delectat, quom tractat locos ab Aristotele ante tractatos? quid? Epicurei num desistunt de isdem, de quibus et ab Epicuro scriptum st et ab antiquis, ad arbitrium suum scribere? Quod si Graeci leguntur a Graecis, isdem de rebus alia ratione compositis, quid est, cur nostri a nostris non legantur?

III. 7. Quamquam, si plane sic uerterem Platonem aut Aristotelem, ut uerterunt nostri poëtae fabulas, male, credo, mererer de meis ciuibus, si ad eorum cognitio-

Theophrastus) *Theophrastum* EMPCR num) *non* L *nam* C quibus et) *quibus* LM 7. plane) *plane se* E male) *mali* E mererer) *meretur* E

Quid? Theophrastus) Etiam margo Crat., cod Mor., Pall. præter tertium et Oxx. omnes *Theophrastum*, ut satis certum sit, non solum in Dauisi et Gzi codd. idem fuisse, sed in cod. archetypo. Et tamen recte mutatus est accusatiuos, qui ex præcedentibus nominibus ortus erat. Ac ne quis defendere conetur: *quid Theophrastum?* superioribus adnexum, sequitur: *quid? Epicurei* &c.

isdem de rebus — compositis) Hæc uerba in Spir., Gud. 2, Par 2 exciderunt, sine quibus sententia non constat, quæ uertitur in illis: *isdem de rebus*. Alia ratione composita recte dicuntur, quæ alio ordine scribendique forma tractata erant.

Cap. III, 7. *male, credo, mererer*) Scaliger "ad oram libri sui," El. 2, ed. P. Marsi: *non male*. Aperta st ironia. Sed adnotanda st duplex sententia condicionalis uni primariæ, quæ media interiecta st, circumdata, quod fit item interdum in sententiis caussalibus ita, ut posterior specialius aliquid contineat et ad rem, de qua agatur, propius pertinens, quod in priore quasi inuolutum lateat. Uid. in Uerr. IV, 43 (cit. ab Ottone): *Si emeras, quid erat, quod confirmabat, se abs te argentum esse repetiturum, si id tibi sua uoluntate uendiderat?* (Locus De N. D. I, 25, in quo prior sententia cum altera pugnat, grauiter mendosus est); Tuscul. V, 24 (quamquam ibi alterum *quom* magis comparare contrarium quam caussam significare uidetur), de Diuin. II, 57, ad Attic. I, 5 (*quom multos dies aures meas Acutilio dedissem, non mihi graue duxissem scribere ad te de illius querimoniis, quom eas audire, quod erat subodiosum, leue putassem*. Add. pro Scauro § 12, ubi adtigit hoc genus Beier p. 21; dixerat aliquid Heindorfius loco non apto ad Cic. N. D. I, 25; de eadem Græcorum forma (sic enim sponte nascitur, ut apud eos quoque sit) Stallbaum. ad Plat.

nem diuina illa ingenia transferrem! Sed id neque adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum pı Locos quidem quosdam, si uidebitur, transferam, maxume ab iis, quos modo nominaui, quom inciderit, id apte fieri possit, ut ab Homero Ennius, Afraniu Menandro solet. Nec uero, ut noster Lucilius, recusa quo minus omnes mea legant. Utinam esset ille P sius! Scipio uero et Rutilius multo etiam magis; q

ingenia transf.) *tr. ing.* M (*ingenita* E) nec mihi tamen) *neque tam.* ne faciam) *ut f.* C ne fac., int. puto) *int. put. ne fac.* P iis) *his* R uero) *nec* PR ut) *aut* E

Phæd. p. 59. Sunt aliæ cognatæ formæ, in quibus post primar sententiam distinctius explicatur, quod ante generalius et bre dictum st, uelut in consilio significando (Cic. pro Rosc. Amer ibique Matth.), in comparando (ad Q. Fratr. II, 15: *hoc fort ecficiam, quod sæpe uiatoribus euenit* &c.). Diuersa st ea condi nalium sententiarum ratio, de qua dicetur ad II, 112.

et maxume ab iis) Ad Att. VI, 2: *Atque istum ego locum tidem uerbis a Dicæarcho transtuli.* Male igitur in Suetoni Terent. c. 5, quod olim edebatur: *cum centum et octo fab conuersis a Menandro*, nescio quando mutatum st, ut esset: *e nandro.* Nam etsi dicitur (libro II, 2): *e Platone intellegi test*, de significationibus per omnia scripta sparsis, tamen sin loci, magis etiam fabulæ, sumuntur et conuertuntur *a* Menan *Solet* om. cod. Scaligeri.

Ut noster Lucilius) II de Orat. § 25: *C. Lucilius, homo ctus et perurbanus, dicere solebat, ea, quæ scriberet, neque ab doctissumis se neque ab doctissumis legi uelle, quod alteri n intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse; de quo* (non r recentiores contra codd. *de* omittunt; *quo* sic dici nullo modo est;) *etiam scripsit: Persium non curo legere; hic fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissum Lælium Decimum uolo; quem cognouimus uirum bonun non inlitteratum, sed nihil ad Persium.* De C. Persio, Gracchoı æquali, cfr. Brut. 99.

Scipio uero et Rutilius) Scipionem litteratum illa ætas habuit nisi P. Africanum minorem, de quo uid. Ellendt. Prol ad Cic. Brut. p. XXV. P. Rutili Rufi, hominis prope perfect Stoicis, qui post consulatum (a. 105) iniustæ damnationis cala tate nobilitatus est, multa apud Ciceronem mentio st (Ellendt. I

rum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere. Facete is quidem, sicut alia; sed neque tam docti tum erant, ad quorum iudicium elaboraret, et sunt illius scripta leuiora, ut urbani-

alia) *alias* omnes, Or. neque) *nec* C tum) *tunc* PCOr.

p. L, quosque citat Henrichsenius ad Cic. de Or. I, 227). Scripserat etiam Græce historiam (Athen. IV p. 168 d.). Hos igitur iudices nimis intellegentes, Scipionem etiam orationis elegantia excellentem, Lucilius reformidans, illis se scribere dixerat, qui in confiniis, ut ita dicam, Græcæ et Latinæ aut potius Oscæ linguæ nati parum subtiles essent scriptorum iudices. *Bilingues Brutaces* Ennius dixerat, quod Græce et Osce loquerentur (Fest. u. *Bilingues*); in Bruttiis Consentia erat. A. S. Wesenbergius, amicus meus, (in censura quadam Danice scripta) scite suspicatur, Lucilium illo, quem Cicero significat, loco facete orationem parum puram et Græcis uerbis intermixtam excusasse. Neque enim constat, ex eodem Lucili loco sumpta esse et illa de Persio et hæc de Scipione et Rutilio; potiusque e duobus petita uidentur; altero non doctissumis nec tamen rudibus se scribere significabat, Læli exemplo utens, altero indoctis et uolgo.

sicut alia) Sic Ursinus in codice esse scribit, suspecto testimonio; sed iure ipsam scripturam probat Wesenbergius. Nam primum *alias* apud Ciceronem et omnes ante Plinium est *alio tempore*, numquam *alio loco;* (in epist. ad Attic. XVI, 11, 7 apertissume tempus significatur; scire uolt, qui nunc in illis locis gratia floreant, quoniam non iidem semper gratiosi sint;) temporis autem notio in scriptis sic citandis inepta st. Deinde *alias* significat unum aliquod aliud tempus, ut certum aliquod dictum Cicero in animo habuisse putandus sit. Atqui nec loco uno alio nec tempore facete Lucilius scripserat Ciceronis iudicio, sed sæpe multa, id est, *alia.* Litterula ex sequenti uoce adhæsit.

sed neque tam docti &c.) Sententiæ paullo obscurius sic cohærent: Sed neque tum, si Scipionem et Rutilium et fortasse paucissumos alios excipias, erant homines tam docti, quam nunc sunt, ad quorum iudicium scripta sua componeret; (itaque, quom se ad minus excultæ multitudinis captum adcommodaret, iure subtiles illos arbitros uitabat); et scripta illa leuiora sunt, ut uix summis illis uiris composita esse uideri queant nec eos doctrinæ copia tenere potuisse.

tas summa adpareat, doctrina mediocris. 8. Ego aut quem timeam lectorem, quom ad te, ne Graecis quid cedentem in philosophia, audeam scribere? Quamquan te ipso id quidem facio prouocatus gratissumo mihi lib quem ad me de uirtute misisti. Sed ex eo credo q busdam usu uenire, ut abhorreant a Latinis, quod in derint in inculta quaedam et horrida, de malis Grae Latine scripta deterius. Quibus ego adsentior, d modo de isdem rebus ne Graecos quidem legendos p tent. Res vero bonas, uerbis electis grauiter ornateq

8. autem) *quidem* E timeam) *timeptur* R gratissumo) *grauissimo* L uenire) *uenire usu* LPMCR in) om. L malis) *male* Or. *Quibus — adsent* *quid — assencio* E

8. *ne Græcis quidem cedentem*) Uid. Acad. I § 12, Tusc V, 1 et 30. Ueterem academiam ab Antiocho suscitatam quebatur. Scripta Bruti de philosophia Quinctilianus non medi criter laudat X, 1, 123; cfr. dialog. de Orat. c. 21. Librum *uirtute*, quem ad Ciceronem miserat, id est, ei inscripserat, n minat Seneca Cons. ad Helu. 9; *de officiis* Charisius p. 83 Priscian. p. 679, quem Senec. ep. 95, 45 περὶ καθήκοντος appella *de patientia* Diomedes p. 378.

in inculta quædam et horrida) Amafini et Rabiri (Acad. I, Tusc. IV, 6) et Cati Insubris (ad Fam. XV, 16 et 19), Epicure rum, quos Cicero etiam Tusc. I, 6 et III, 7 et h. oper. libr. I 40 tangit.

de malis Græcis) Mire aberrauit Ernestius et post eum c teri, *de male Græcis* scribentes, quod Ernestius in editione pri cipe Moguntina esse dicit, deceptus, si uere principem, Colonie sem, intellexit, compendio minume dubio. Nemo dixit nec *ma Græcus* nec *bene Græcus*, quia *bene* et *male* non adduntur adi ctiuis huiusmodi definitæ notionis, quæ gradum non habent. Illi dicitur, *bene Latine* (lib. II, 10) et *non optume Græce responde* (II de Orat. 75), aduerbiis ex æquo positis. Deinde Græcæ *orati nis* uitia non offendebant eos, qui in Latinas interpretationes inc debant; Cicero intellegit malos Græcos libros uertendo, adceden horrido sermone Latino, factos deteriores. Itaque, ne de sol orationis genere dici putes (et qui potest, quoniam aperte Epicur significantur, qui non uerborum genere sed rebus a ceteris abho rebant?) addit, *de isdem rebus*. Nunc tamen eduntur *præcept stili bene Latini*.

dictas, quis non legat? nisi qui se plane Graecum dici uelit, ut a Scaevola st praetore salutatus Athenis Albucius. 9. Quem quidem locum cum multa uenustate et omni sale idem Lucilius, apud quem praeclare Scaeuola:

dictas) *dictatas* PMCR praetore) *prætor* LPMCR

dictas) Uereor, ut in Erl. hic silentio eorum, qui eum mihi contulerunt, confidere possim; nec de Par. I Dauisi res certa, quoniam de P tacetur. Restant Pal. 3 et Leid., mali sponsores scripturæ necessariæ, a Lambino repertæ. Ceteri omnes *dictatas*, duo Gzi *ditatas*, ex quo ille ridicule *dilatatas*. Res bonas bene scriptas Cicero dicit.

est prætore) Compendium (*PR.*) in codd. et in editionibus, exceptis Man., Dau., Goer., recentioribus, expressum st *prætore*; in Erl. quoque compendium fuisse credo. Res intellegitur ex Lucili uersibus ét ex eo, quod Albucius præturam in Sardinia longe post gessit. T. Albucius quom Athenis adulescens esset, perfectus Epicureus euaserat (Brut. 131). Q. Scæuolam augurem repetundarum accusauit nec damnauit (Brut. 102, de Orat. II, 281); postea ex prætura Sardiniensi ipse repetundarum damnatus (in Pison. 92) Athenis exulauit (Tusc. V, 108), doctus homo Græcis litteris uel potius pæne Græcus (Brut 131) ac leuis (de Prouinc. Consul. 15), quem etiam ob ineptias orationis Lucilius irriserat (de Orat. III, 171, Orat. 149). Cetera de eo collecta sunt in ind. Orelliano et ab A. Maio ad Cic. Oratt. Fragmm. p. 202 Beier. In eum adulescentem Athenis incidit Q. Scæuola in Asiam proficiscens prætor (de Orat. I, 75).

9. *quem quidem locum*) Adparet, aut uerbum excidisse aut aliquid deprauatum esse. Nam qui uerbum eiusmodi, quale st *persequitur*, *tractat*, omitti potuisse statuunt, ut Wopkens. Lectt. Tull. p. 52, non tenent, quos fines illa res habeat. Prætermittam nunc dicendi uerba, de quorum ipsorum omissione possunt quædam utiliter notari, uelut recte omitti *inquit* in hoc positu: *mihi uero ille*, de quo dubitatum st ad Acad. I, 14; cfr. de R. P. III, 44, Tusc. I, 104; non recte omitti coniunctiui modi uerbum in sententia condicionali coniunctioni caussali subiecta, ut factum st in Acad. II, 88 (*diceret*). Sed alia uerba omittuntur, oratione ad familiarem consuetudinem adcedente, in breui sententia a reliquis diiuncta, aut quom aduerbio posito iudicatur de re aliqua aut ubi partim ex subiecto et cohærentia orationis, partim ex obiecto aut præpositione uerbo subiecta intellegitur una illa, quæ apta sit,

Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinu
Municipem Ponti, Tritanni, centurionum,
Praeclarorum hominum ac primorum, signiferumque,

9. Tritanni) *Titi Annii* C

uerbi notio, ut ad Att. II, 12, 2, ibd. IV, 8 B. init., I, 18, 6, N. D. III, 94, II, 1 et 11, Tusc. I, 84, II, 41. Interdum quid ex sola cohærentia orationis et ex rei prægressa commemorati uerbum definitur, ut II Philipp. 72 (*A me Cæsar pecuniam? Gra* us sic primariæ notiones aures feriunt; cfr. ibd. 74, ubi ego leui *accepisti*), ad Attic. IV, 8 B 2; cfr. Orat. 20, de Off. 109, quo utroque loco ἀπὸ κοινοῦ sumitur faciendi notio. Hoc i tur, de quo agimus, loco neque propter incertam notionem ne propter adiecta illa *cum multa uenustate* neque propter senten cum proxima inplicationem audiri uerbum potuit. Emenda conatus parum felices fuerunt, primum Ursini: *iocum — ri* (pro *idem*) *Lucilius*; (*iocum* etiam Scaligerus in cod. inuenisse citur; neque *iocus* neque *locus* ridebatur); deinde Moseri: *qu locum — reddit Lucilius.* Prorsus tenendum *idem* propter su riorem Lucili facetiarum conmemorationem. Locus autem ill Lucilio tractatus non solum iocus ille Scæuolæ fuisse uidetur, de nimio et adfectato rerum Græcarum studio; itaque signant Cicero dixit: *quem quidem locum.*

cum multa uenustate) Recte A. Matthiæus animaduertit, rar addi præpositionem, ubi adiectiuom adiunctum sit; non re numquam addi putauit. Addita magis comitatum aliquem et iunctionem (ut hic uenustatem per omnem narrationem fusa quam modum significat. Pauca quædam exempla conlegit H dius in Tursell. II p. 156-158, qui quod Latinos dixisse pu *fide amicitiam colere,* nemo dixit; fides in amicitia st, non e caussa st.

Ponti, Tritanni) T. Pontius centurio uiribus excellens no natur Cat. Mai. 33. Tritannus alius sit necesse st ac gladia ille eximiis uiribus, quem Uarronem sequens Plinius conmemo H. N. VII, 19 et Solinus, pater fili non minus eo genere exc lentis; (add. Uopisc. Firm. c. 4, conl. Duk. ad Liu. IX, 40). N que enim gladiatorem centurionem illa ætas uidit.

præclarorum hominum ac primorum) *Homines primi* aliquoti cum laude honestatis dicuntur in Uerrinis (uid. Zumpt. ad I § et add. IV, 50), Tusc. I, 81, pro Sest. 114. Rustica h nobilitas fortium hominum atque antiquorum in memoriam re cat *pueros* illos *magnos*, *magnis e centurionibus ortos* apud Hor

Maluisti dici; Graece ergo praetor Athenis,
Id quod maluisti, te, quom ad me adcedi', saluto:
Χαῖρε, inquam, Tite; lictores, turma omni' cohorsque:
Χαῖρε, Tite! Hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus.

10. Sed iure Mucius. Ego autem mirari *satis* non queo, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium. Non est omnino hic docendi locus; sed ita sentio

ergo) *enim* E Id quod) *quod id* PMC *quod* L *quod tu id* R adcedi' *et* omni') plene scribitur. *χαῖρε*) *care* et mox *chere* E *chere* bis LPMCR cohorsque) *chorusque* omnes. mi) *Mucii* (*Mutii*) LCR *mummi* PM 10. satis) om. omnes; *satis mirari* Or. tam) om. LPR omnino hic) *hic omn.* R

Sat. I, 6, 73 et *gentem hircosam centurionum* apud Pers. III, 77 conl. V, 189.

cohorsque) Quis primus recte emendarit, nescio; nam etiam Urs. libri et Oxx. Eξψ et, opinor, aliorum quoque omnes *chorusque*; nondum mutatum st in P. Marsi aut Crat. edit.

mi Albucius) Sic ("proxume mss. nostros" Grut.) etiam margo Crat. (de Uict. cod. dubito), e Dauisi codd. El. unus; cetera turba eius et Oxx. *Muti*, *Mutii*. Gzius tacet.

10. *mirari satis non queo*) Necessarium supplementum primus interposuit P. Manutius (ante *mirari*; Cicero bis alibi *mirari satis non queo*, semel *satis mirari, iudices, non queo*); niginti illi codices censoris Ienensis, quos recentissumi editores *satis mirari* habere putant, nulli sunt (uid. Prolegg.). Codicum scripturam stulte defenderunt Rathius et Gzius, qui hoc Ciceronem dicere putant, caussam quidem se uidere, sed non esse hic eius exponendæ locum. Lepide profecto Cicero, quom rei tam miræ et de qua tam multa dixerit, caussam sciat, eam nec hic nec alibi exponit, sed alia narrat. Et tamen dixerat initio (§ 4) se hoc mirari; et statim ostendit, non se caussam tenere illius fastidi, sed nullam esse caussam. Nihil dico de orationis forma, in qua *mirari non queo* erit *non miror*. Sed boni illi uiri ea, quæ secuntur, de caussa fastidi intellexerunt, quom hoc Cicero dicat, se iudicium suum de diuitiis linguæ Latinæ nunc plene explicare non posse.

non modo non) Alteram negationem a quattuor suis optumis abesse Gzius dicit. Non est opus eos refutare, qui, erroribus aliquot librariorum patrocinantes, omitti *non* ante *sed etiam* posse defenderunt. De ipso hoc iudicio cfr. III, 2, Tusc. II, 35, de N. D. I, 8. Simplicius uerum fatetur alibi, ut hic III, 51 sub persona Catonis.

et saepe disserui, Latinam linguam non modo non i
pem, ut uolgo putarent, sed locupletiorem etiam e
quam Graecam. Quando enim nobis, uel dicam,
oratoribus bonis aut poëtis, postea quidem quam f
quem imitarentur, ullus orationis uel copiosae uel e
gantis ornatus defuit?

IV. Ego uero, quoniam forensibus operis, lab
bus, periculis non deseruisse mihi uideor praesidium,

modo non) *modo* EP nobis uel) *nobis ut* E *uel nobis* LMCR poëtis) *on* defuit) *ne fuit* E quoniam) *quom* omnes, Or. uideor) *uideri* E

nobis, uel dicam) E codice suo hoc sumpsit Uictorius, qu Orellius secutus est, nec aliud significat Erl., in quo fere sem pro *uel* scribitur *ut*, rarius *et* (uid. I § 47 et 52, III, 21, 52, IV, 13, 60, V, 6, 55, 85). Idem in ceteris optumis fuisse, fa mihi persuadeo, etsi Gruterus suos uolgatum *uel nobis dicam* tu dicit, Pal. 1 non excipiens; neque enim ordinem uerborum cur solet. *Nobis, uel dicam, aut oratoribus*, id est, *uel potius* (nc nobis dicam) *omnino aut oratoribus* &c. Sic ad Fam. IV, 7: *plerisque, uel dicam, ab omnibus*; ad Attic. IX, 7: *ne quid tur ter facerem, uel dicam, iam fecissem*; Brut. 207: *mihi place Pomponius, uel dicam, minume displicebat*; ibd. 246: *nec hebes caussis, uel dicam, plus etiam, quam non hebes*; Philipp. II, *Sed stuporem hominis, uel dicam, pecudis adtendite.* In solo h extremo loco (nec plures mihi Ciceroniani noti sunt) unus cod deflectit, temptabatque Lambinus *ne dicam.* Suetonius Calig. habet: *populum Romanum, uel dicam, hominum genus*; in Claud. et 39 minus recte hanc formulam inferre conantur. Uolga scriptura explicari nequit; nam quod Bremius conatur enarrar *ut uel de me dicam, qui oratoribus bonis aut poëtis me non aude adnumerare*, præterquam quod nimis modestum Ciceronem orat rem facit, nec sic umquam *dicam* adicitur particulæ *uel* nec i quod sic minumum fit, recte præponitur ceteris. Coniectur omitto.

Cap. IV. *Quoniam — mihi uideor*) Tollendus erat apert uolgatæ scripturæ soloecismus, quem Ernestius uiderat, ea ration quam post alios nuper Wunderus et Orellius in epistolarum Cic ronis libris usi sunt; correxit etiam Otto. Bremius indicatiuo post *quom* eo defendens, quod Cicero de hac re tamquam certa indubia loquatur, incidit in errorem se indignum eorum, qui

quo a populo Romano locatus sum, debeo profecto,

a) *M* B sum) *sim* MPC

caussali sententia ceterisque, in quibus coniunctiuos e nexu sententiarum oritur eiusque index est, incertæ et dubiæ rei significationem habere putant, quasi quom ita dicam: *quom uideam, hæc fingi, non refutabo,* dubitem, num uideam, aut, quom ita: *quæro, cur dicas,* non certum mihi sit, dicere. Et tamen in hac notionum confusione et elementorum ignoratione quam se iactant! uid. modo Ramshorn. p. 712 et 768 et Kritz. ad Sall. Jug. 4, 4. Neque tamen Bremius, quod Gzius ei adfingit et probat, sic hæc accipi uolt, ut ante *debeo* intellegatur *tum*, sed quom ibi Lbinus *tum* addidisset, (audiri enim posse, neutri in mentem uenit, nec potuit nisi Gzio,) ostendit, sic tolli apertam conclusionem. Magnum numerum locorum, in quibus inperite *quom* caussale indicatiuos sequi putatur, rectius interpretando remouit Wunderus ad Cic. pro Plancio § 29, qui tamen quod ubique *quom* pro eo, *quod* accipit, mallem in aliquot locis admonuisset, Ciceronis ætatem retinuisse uetustiorem consuetudinem post *laudandi* et *gratulandi* uerba *quom* ita ponendi, ut esset *quod*, de ipsa re, quæ laudaretur et ob quam gratiæ agerentur (uid. Terent. Andr. IV, 5 (4) 32, Phorm. V, 7, 74, Andr. III, 5, 17, Adelph. I, 2, 58; Plautina tria exempla e pluribus habet Gronou. ad Liu. XXXIX, 12, qui locus uel propter *id* eam defensionem respuit; sed dixit ita Cicero ad Fam. XIII, 24: *gratias ago, quom tantum litteræ meæ potuerunt*, et III, 14, 3 s. ad Att. XIV, 17 A 3, Sallustius quoque Iug. 102: *magna nobis lætitia it, quom te talem uirum di monuere*); deinde neque in ipso illo Planciano loco neque in § 78 *quom* est *eo*, *quod*, non magis quam in Uerr. Act. I, 28: *quid faceres pro innocente homine et propinquo, quom propter hominem alienissumum de officio decedis?* Sed Latini interdum, quom, quid alicui rei consequens et consentaneum sit, ostendunt, actiones similes tamquam eiusdem temporis animo concipiunt; itaque prorsus ut Cicero, Uirgilius dixit (Ecl. III, 16): *quid domini facient, audent quom talia fures?* Hæc si exceperis, ceteros locos, ubi extra comicorum antiquam orationem (uelut apud Terent. Hecyr. IV, 1, 53, IV, 5, (V, 1) 37) *quom* caussale indicatiuom habet, ne dubitaueris mendosos dicere. Ut hic in Erl. pro *uideor* est *uideri*, sic in Epist. Balbi apud Cic. ad Att. IX, 13: *quod si una essem, aliquid fortasse proficere possem uideri* (nulla sententia, nisi delens *uideri*) pro: *posse uideor* (*uideor mihi posse, si* &c.).

quantumcunque possum, in eo quoque elaborare, ut opera, studio, labore meo doctiores ciues mei, nec istis tanto opere pugnare, qui Graeca legere ma modo legant illa ipsa, ne simulent, et iis seruire,

possum) *possim* LPCROr. elaborare) *laborare* LPMCR studio, l *lab.*, *et.* L malint) *malunt* E illa ipsa) *ipsa illa* COr. ne) *nec* Or

quantumcunque possum) *Possum* habet etiam Ox. E et dubio non pauci alii; res nunc nota st. Hæret tamen de III, 192: *qui debilitatur, in quacunque sit parte titubatum* pr Ad rem cfr. Acad. II, 6: (*Quod si, quom fungi munere de mus, non modo operam nostram numquam a populari coetu r uimus* &c., ut emendauit Durandus; in uolgata scriptura *beamus*, quod ille e codd. correxit, intolerabilem habet s cismum).

elaborare) Tres Gzi quoque et Ox. U mendose *laborare*; hoc laboris et molestiæ anxiæue curæ (*non laboro*, id est, *non c breuis esse laboro*), in illo studi et consili (*in aliqua re elal* significatio eminet; fallitur Doederlinius (Lat. Synonym. I 116). Quis credat, Ciceronis editorem putasse, infra IV, 30 eodem significatu posita esse *elaborare* et *laborare*?

qui Græca legere malint) Poterat expectari indicatiuos certo genere hominum ante notatorum; sed sequitur *uelint*, *derent*. Igitur generaliter locutus est et propter infinitam sen tium coniunctiuo usus est. Sed in hac coniunctione offendit i *si suas habent*, in quo dure reditur ad notionem definitam, ut sine caussa Lbinus *habeant* scripserit, etsi Ciceronem ipsum rexisse uidetur.

modo legant illa ipsa, ne simulent) Duo etiam Gzi *ipsa* quod secutus est Orellius; uid. Opusc. nostra Acad. p. 181, tamen uereor, ne nimis hæc ad certam regulam astrinxerim. Tusc. si optumos codd. sequimur, uterque ordo sæpius leg (*illi ipsi* II, 17 et 49, V, 65 et 108, *ipsi illi* II, 7, IV, 44 et Gzius *illa*, quod abesse nequit, deleuit, omissum dicens in S Oxx. Eg et unus Gzi habebant *ea*. Ut indicatiue dicitur: *gunt, non simulant*, ita, quoniam dicitur *modo ne*, fit *modo leg ne simulent*, quod in omnibus codd. fuisse, certum st, quon profertur etiam ex Oxx. quattuor, etsi omnes, nescio a quo i tempore (nondum P. Mars. nec Crat.), *nec* ediderunt, nec ul discrepantiam adnotarunt. Dixit hoc Cicero non in eos, qui fu Latinis interpretationibus uterentur, (nihil enim tale signific sed in eos, qui, quom Græca se legere malle dicerent, ne hæc qui

uel utrisque litteris uti uelint uel, si suas habent, illas non magno opere desiderent. 11. Qui autem alia malunt scribi a nobis, aequi esse debent, quod et scripta multa sunt, sic ut plura nemini e nostris, et scribentur fortasse plura, si uita suppetet; et tamen qui diligenter haec, quae de philosophia litteris mandamus, legere adsueuerit, iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Quid est enim in uita tanto opere quaerendum, quam quom omnia in philosophia, tum id, quod his libris

11. sic ut) *sic* E nemini) *memini* omnes. suppetet) *suppetit* E nulla) *ullam* E his) *iis* M quom) om. E in philosophia) om. L tum) *cum* E

legerent, sed nihil legentes illam simulationem inertiæ obtenderent.

11. *sic ut plura nemini e nostris*) *Memini* etiam "fere" Gziani, Ep. Adnotandus hic locus ad quæstionem de datiuo pro præpositione *ab* uerbis passiuis subiecto, præsertim quom hoc respondeat præcedenti *a nobis*. Conlegit igitur Otto eiusmodi locos in excursu ad h. l. scripto. Exempla bonorum scriptorum prosæ orationis aut in participio sunt, ut res ecfecta tamquam externa extet et ad personam referatur siue commodi siue aliqua eiusmodi ratione (*pertractata mihi sunt*, id est, habeo pertractata, II de Orat. 146; *elaboratum mihi est*, Diu. in Cæc. 40) aut in eiusmodi uerbis, ut non solum ab aliquo, sed etiam alicui res fieri intellegatur, ut in *quærendi* uerbo. In incertis exemplis pono Cic. de Inuent. I, 86 (*illa nobis* (*a nobis*) *alio tempore explicabuntur*), in falsis de Senect. 38 (*uiuenti* pertinet ad *obrepit*), in summa uero inscitia eiusmodi locorum in probando usum, qualis est in epist. Pompei apud Cic. ad Att. VIII, 12 A 4 (Ramshorn. p. 351) aut illorum, in quibus dicitur: *Cui non hoc auditum?* cum ceteris confusionem. Ad Attic. I, 16 *aliis legi* aut est *aliis recitari* (cfr. XVI, 13) aut scribendum *ab aliis*. De Liuio adnotatio st Drakenborchi ad VI, 10, 4, ubi loci corrupti, unius aut alterius boni aut mali codicis scriptura a ceteris discrepans, structuræ hinc remotissumæ et peruagatæ, adcedente praua interpretatione (uelut XL, 26, ubi *naues eis ornatæ sunt* est: *ad eorum usum*), in unum errorum acervom ab homine diligentissumo coniciuntur. Non poterat ergo Cicero dicere: *scribuntur nobis multa*, poterat: *scripta sunt nobis*. Ceterum Ciceronem Uarro iam tum fortasse librorum multitudine superabat; sed Cicero de eo genere hæc dixit, quod a se expectaretur, orationibus.

quaeritur, quid sit finis, quid extremum, quid ultumum quo sint omnia bene uiuendi recteque faciendi consili referenda, quid sequatur natura ut summum ex rebu expetendis, quid fugiat ut extremum malorum? Qua d re quom sit inter doctissumos summa dissensio, qui alienum putet eius esse dignitatis, quam mihi quisqu tribuit, quid in omni munere vitae optumum et uerissu mum sit, exquirere? 12. An, *partus ancillae sitne* i

quid) *quis* LPR consilia referenda) *consimilia referendi* E sequatur) *se quitur* L natura) *nrā natura* C expetendis) *expetendum* LPMCR esse dign. *dign. e.* E munere) *genere* C 12. in fructu hab.) *hab. in fr.* L

quid sit finis) *Quis* etiam Gud. 2 (aliquot codd., ait Orellius nescio unde), et præter R aliæ ueteres editiones. Receperunt Uict. et Lbinus, hic simul, ut debuit, bis *quod* scribens, non inprobantibus aliis, ut non tam de notione finis, extremi, ultumi quæratur, quam in quo sit positum. Hic tamen, ubi primum totum argumentum indicatur, non satis recte sic definite interrogatur, quod (ex pluribus) extrêmum sit; potiusque in unam duplex interrogatio conflatur, et quid sit finis et in qua re.

summa dissensio) *Magna diss.* in ed. Man. et alias errore irrepsit.

quis alienum putet) Quod Uict. e cod. suo edidit: *quid alienum putem*, probarunt Danisius et Ernestius; erit tum *quisque tribuit* dictum pro eo, quod est *omnes tribuunt*, ut Cicero certam quandam dignitatem sibi ab omnibus tribui dicat, satis arroganter. Sed numquam sic illud pronomen ponitur, quod semper cum aliqua distributione singulos separatim significat. Uolgata contra recte hoc significat: eius dignitatis, quam mihi pro se quisque siue magnam siue paruam tribuit. Non raro in hoc uocabulo aberratur; cfr. IV, 76. Itaque de Diuinat. II, 121 inperite alii coniciunt scribendum, alii probant: *sed hæc cuique in promptu*, ut sit, *omnibus*, *cuiuis*. Nec apud Lucretium I, 213 *uis quæque* est *omnis*, uel minuma, sed, ut Germani locuntur, *die iedesmalige*. Quid de eo dicam, qui nuper, libros de officiis edens, omnes locos, quos quidem nosset, huius formæ: *nihil non ei fortuna tribuit*, *quod cuiquam detulit* (Corn. Nep. Alcib. 19) corrumpere conatus est, substituto *cuique*?

quid in omni) Editiones a Grut. ad Orellium, qui errorem typothetæ correxit, *quod*, soloece.

12. *An partus ancillæ &c.*) Nota controuersia, utrum eius,

fructu habendus, dissereturque inter principes ciuitatis, P. Scaeuolam, M'. Manilium, ab iisque M. Brutus dissentiet, (quod et acutum genus est et ad usus ciuium non inutile, nosque ea scripta reliquaque eiusdem generis et legimus libenter et legemus:) haec, quae uitam omnem continent, neglegentur? Nam, ut sint illa uendibiliora, haec uberiora certe sunt. Quamquam id quidem licebit iis existumare, qui legerint. Nos autem hanc omnem quaestionem de finibus bonorum et malorum fere a nobis explicatam esse his litteris arbitramur, in quibus, quan-

M') *M. vel* P *M* LMCR Manilium) *Mallium* L *Manlium* PMR iisque) *hisque* ELPROr. omnem continent) *cont. o.* LPMCROr. neglegentur) *neglegantur* LPMCR quidem licebit) *quod licebat* E iis) *his* R his) *iis* M̊

qui usumfructum seruæ haberet, partus fieret, an eius, qui dominus esset, quom aliquando etiam de pecoribus dubitatum esset et, postquam de iis constitit, in serua alio duceret rei notio in seruo hærens, alio hominis. Ulpian. in Digest. VII, I, 68: *Uetus fuit quæstio, an partus ad fructuarium pertineret; sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere.* Cfr. Ulpian. in Dig. V, 3, 27, Gai. XXII, 1, 28, cuius uerba transcripsit Iustinianus Institt. II, 1, 37.

P. Scævolam, M'. Manilium) M'. Manilius (nam de P. Scæuola, pont. maxumo, qui primus iuris prudentiam in illam familiam intulit, omnia nota sunt), Manilius igitur, cos. a. 149, cum iuris prudentiæ laude commemoratur etiam in libris de oratore et de re publ. nominanturque eius tres libri de iure ciuili a Pomponio (Uid. Mai prosopograph. libb. de R. P., Henrichs. ad Cic. de Orat. I, 272). M. Juni Bruti, qui paullo ante Mariana tempora floruit (Brut. 175) in eodem genere laudem et Cicero aliquotiens commemorat et Pomponius Dig. I, 2, 2 § 39.

his litteris) *Libris* multi scribendum putarunt, quemadmodum st Tuscul. III, 6: *his autem libris exposita sunt &c.*, itaque in Ursini cod. (?) et El. primo erat. Nec sine caussa offendunt, quom ipse, qui alterum defendit, Bremius supra (ad § 4) dixerit, *litteras* de libris in uniuersum poni, non de certo quodam librorum genere. Rectius dixisset, non de certis libris; nam de genere et de omnibus iis, quæ de aliqua re scripta sint, ponitur. Negatur Gzius, negans litteras esse pro libris, esse: *in dieser Schrift;* quasi id aliud sit. Similia ex aliqua parte sunt hæc (de Orat. I, 192): *neque ita multis litteris aut uoluminibus magnis con-*

tum potuimus, non modo quid nobis probaretur, s
etiam quid a singulis philosophiae disciplinis diceretu
persecuti sumus.

V. 13. Ut autem a facillumis ordiamur, prima u
niat in medium Epicuri ratio, quae plerisque notissun
st, quam a nobis sic intelleges expositam, ut ab ipsi
qui eam disciplinam probant, non soleat adcuratius e
plicari. Uerum enim inuenire uolumus, non tamqua
aduersarium aliquem conuincere. Adcurate autem quo
dam a L. Torquato, homine omni doctrina erudito, d
fensa st Epicuri sententia de uoluptate, a meque ei r
sponsum, quom C. Triarius, in primis grauis et doct
adulescens, ei disputationi interesset. 14. Nam quom a
me in Cumanum salutandi caussa uterque uenisset, pau
primo inter nos de litteris, quarum summum erat i
utroque studium; deinde Torquatus, Quoniam nacti t
inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam, quid si
quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis, ut fe
faciunt, qui ab eo dissentiunt, sed certe non probe
eum, quem ego arbitror unum uidisse uerum, maxumi

modo) om. E nobis) *a nobis* E a) om. R disciplinis) *discipulis* C 1
ordiamur) *ordinamur* L ipsis) *his* C L.) *M.* E C.) *T.* C 14. primo) *pi
mum* L primo int. nos) *int. n. pr.* E nacti te) *hac tite* E quod) *quid* E
oderis) *oculis* E fere) *certe* M maxumisque) *maximis* LP

tinentur et (de Diu. II, 5): *ut Graecis de philosophia litteris n
egeant*, propter adiecta *multis* et *de philosophia;* nec tamen dub
tationem prorsus tollunt.

disciplinis) Etiam in Spir. et Gud. 2 erat *discipulis*, qu
"Scaliger ad oram libri adleuit." Leue mendum st.

Cap. V, 13. *Ut autem a facillumis ordiamur*) Saepe hoc C
cero et iure dicit, facillumam esse Epicuri disciplinam, quod nul
sit in ea subtilitas, nulla rerum uerborumue obscuritas. Cfr. § 2
Tusc. IV, 6 et 7.

ab ipsis) Quom ederetur *ab his*, in marg. Crat. et e cod. Ui
adnotatur *ab ipsis.* Fueritne, quod non credo, scribendum *ab*
ipsis, ad II, 93 quaeretur.

14. *Epicurum nostrum non* &c.) "Palat. pr. amplius hab
instiler uel simile quid; nam syllaba postrema uirgula st incuba
littera *t.*" *Gruterus.*

que erroribus animos hominum liberauisse et omnia tradidisse, quae pertinerent ad bene beateque uiuendum; sed existumo, te, sicut nostrum Triarium, minus ab eo delectari, quod ista Platonis, Aristoteli, Theophrasti ora-

pertinerent) *pertinent* LPMCR Aristoteli) *Aristotelis* LPMCROr. orationis orn.) *orn. orat.* Or.

quæ pertinerent) Bene, quod nunc Erl. silentium fidem facit, sic esse in melioribus codicibus; nam et edd. ante Gruterum, excepta Lbiniana, et Dauisi codd., quos ipse secutus est, et Oxx. præter *U* habent: *pertinent*; Gzius *pertinerent*, de codd. tacet.

minus ab eo delectari) Præpositionem abiecerant Uict., Man., Lamb., postea Dauisius, qui a Par. 1 (?) et 3 abesse dicit; Oxx., quom in textu omitterent, tantum ex $\chi\xi$ eam adnotarunt. Gruteri et Gzi codd. omnes tenent. Comparatis ceteris locis, ubi sic dicitur, (Diu. in Cæc. 44: *Cuius ego ingenium ita probo, ut me ab eo delectari facilius quam decipi putem posse*, ubi aliquid ad hanc formam eligendam ualuisse uidetur adiectum *decipi*; Orat. 195: *alterum nimis est uinctum —, alterum nimis dissolutum —, ut ab altero non delectere, alterum oderis*; III de R. P. 42: *significabant, ab eo* (*Lælio*) *se esse admodum delectatos*) primum facile adparet, non rectum esse, quod in loco Oratoris Handius (Tursell. I, 26), Gzium sequens, ascripsit: *ab altera parte poëmatis*, quom ibi duo conponendæ orationis genera describantur, quorum alterum delectationem adferat, alterum non adferat, in reliquis autem locis diuersæ partis, unde res ueniant aut spectentur, nulla significatio sit. Deinde intellegitur, addita præpositione magis significari motum aliquem et actionem hominis aut rei nos certo tempore aliquo modo adficientis; itaque *delector aliquo* est uniuerse: *probo, placet mihi*; *delector* autem *ab aliquo* est: *delectationem mihi* (aliquo temporis momento) *parit* (ich werde von ihm unterhalten, er verschafft mir Vergnügen). Id maxume in loco de R. P. adparet, ubi præpositio omitti nullo pacto potuit; neque enim significabant, Læli naturam sibi placuisse. Sed unus, ut uidetur, ita dixit Cicero ex iis, quorum libri extant.

Aristoteli) Hanc formam genitiui Erl. et hic præbet et V, 12 et 14, ad quam quom semel (V, 12) Gzius adtendisset, negauit Ciceronem ea uti; scilicet, si isto modo codices inspicias. Si terminationes littera præcedenti distinguere quis uelit, dixit *Praxiteli* in Uerr. IV, 4 et 12. Idem codex *Carneadi* dedit II, 35 et II, 116 *Aristidi*, *Themistocli*, hæc quidem a Gzio recepta, et V, 5 *Perieli*. Atque ego quom uideam ubique fere, ubi codices boni adhibeantur,

tionis ornamenta neglexerit. Nam illud quidem addu uix possum, ut ea, quae senserit ille, tibi non uera u deantur. 15. Uide quantum, inquam, fallare, Torquat

illud) *illuc* MPCROr. 15. fallare) *fallere* LPMCR

eam formam prodire, (uid. de Uerrinis, in quibus magna et cop Græcorum nominum, Epist. mea ad Orell. p. 22 et Zumpt. ad 108 et ad IV, 4; conl. Topic. 14 in edit Orell. min.), uereor, alia Cicero umquam usus sit. Sed tamen in hac re, ut in al similibus, quæ uocum scriptionem et formam adtingunt, adpar quoddam iudicium et potestas eorum, qui uetustissumos codic singulorum operum Ciceronianorum scripserunt. Itaque in Tusc III, 51 et V, 88 et cod. reg. et ceteri retinent *Carneadi.* Ne n mium constantiæ darem in ea re, in qua potest Cicero inconsta fuisse, neque paullo ante § 4 *Euripidi* recepi ex parum noto l bro, neque II, 118 *Herculi* scripsi, etsi ita et Acad. II, 108, n V, 4 *Carneadi* feci, sed, quod ad codd. propius adcedebat, *Ca neadis.*

orationis ornamenta) Persuaseram olim Orellio, ut e cod. Ba et ed. P. Marsi scriberet *ornamenta orationis* (ut est pro Sul 82: *cuiusquam ornamenta orationis*), quod putabam duplices gen tiuos ab eodem nomine aptos numquam sic poni, ut primo lo esset principalis, altero secundarius, tertio nomen regens, ne co iungeretur *Aristoteli oratio.* Sed uid. Brut. 163: *Scæuolæ dicen elegantia;* Tusc. IV, 31: *propter animi multarum rerum breui tem pore percursionem.* Neglexisse Epicurum omnem dicendi ornatu et alii testes sunt et Diog. Laërt. X, 13: *κέχρηται δὲ λέξει κυρ κατὰ τῶν πραγμάτων, ἥν, ὅτι ἰδιωτικωτάτη* (sic Menagius pro *ἰδιωτ τη*) *ἐστίν, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς αἰτιᾶται.* Alia, quæ huc pe tinent, citat Fabricius ad Sext. Empir. p. 215.

Nam illud quidem adduci uix possum, ut — uideantur) N ignota in hoc uerbo dicendi breuitas, qua *adducor* fit *adduc ad credendum.* Sed quom id initio efficiendi notionem habe in noua significatione partim retinet priorem sententiæ adnecten formam (*ut*), partim eam asciscit, quæ nouæ significationi a commodata st, accusatiuom cum infinitiuo. *Ut* præter hunc l cum habet infra IV, 55, et apud Lucretium V, 1340, accusatiuo cum infinitiuo ad Attic. XI, 16 (*sed ego non adducor, quemqua bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse &c.*), de Legg. l 6, pro Cluent. 104 (ubi *adducti* Classenius e codd. restituit p barbaro *addocti*;) eodemque modo Curtius scripsit X, 10 (2, 19 Alia st ratio in orat. de prou. cons. 39, quem locum minus rec

Oratio me istius philosophi non offendit; nam et complectitur uerbis, quod uolt, et dicit plane, quod intellegam; et tamen ego a philosopho, si adferat eloquentiam,

non) om. C ego) om. LPMCROr.

tractauit uir egregius, E. Wunderus in iis, quæ scripsit de particula *ut* (Jahn. Annal. V, 2 p. 158). Sic enim ibi orsus est orator (*Nam ut C. Julius* &c.) tamquam subiecturus: *fieri non potest*; deinde, quom longius tracta oratio esset, dixit: *adduci ad suspicandum nullo modo possum.* Sed quod in adducendi uerbo orationis breuitate fit, ut res ecfecta (*adducor, ut sit*) dicatur pro fide rei ecfectæ (*adducor, ut esse credam*), eius rei simillumum st exemplum in orat. pro Sulla 40: *nec uero possum meo tantum ingenio dare, ut tot res, tantas, tam uarias, tam repentinas — mea sponte dispexerim*, hoc est, *me dispexisse credam.* Eadem confusio rei ecfectæ et notionis iudicique de re ecfecti est in cogendi uerbo, quom de necessaria conclusione dicitur, ut ἀναγκάζειν. Itaque uolgo quidem dicitur: *ratio cogit, uerum esse* (uid. lexica et add. de Fat. § 9); sed huius operis libr. III, 42 scribitur: *eorum autem ratio certe cogit, ut in omnibus tormentis conseruetur beata uita sapienti.* De ipso *ecficiendi* uerbo et similibus peruagata res est. Sunt, qui parum Latine dici putent: *hoc sic accipiendum st, ut Cicero posuerit* &c., dicendum enim esse: *posuisse statuatur* aut: *sic accipiendum st, Ciceronem posuisse*; nam scripsisse ipsum Ciceronem (I Off. 96): *illud superius sic fere definiri solet, decorum id esse*, non: *ut decorum id sit.* Uerum dixit tamen Tusc. IV, 47: *ita enim definit, ut perturbatio sit auersa a ratione animi commotio*, (non: *ut dicat esse*), et de Legg. III, 33: *ego in ista sum sententia, — nihil ut fuerit in suffragiis uoce melius*, (non: *fuisse putem*). Ergo hic quoque accidunt eadem aut similia Latinis in naturali sermonis cursu, quæ nobis. Restat *illud* pro *illuc* ex optumo cod. et L receptum. Est hoc ex peruagato genere accusatiuorum pronominalium, qui initio sententiæ ad rem uniuerse significandam poni solent, etsi nullum iis aptum uerbum subicitur, ut quom dicitur: *Hoc irascor* uel: *quid sim tibi auctor* (Cic. ad Fam. VI, 8) uel: *quod quidam auctores sunt* (Liu. XXIII, 16, XXX, 26) uel etiam: *id operam do* (Terent. Andr. I, 1, 130, II, 1, 7). Olim ellipsin adhibebant grammatici (Ruddim. II p. 148 not. 10 (*Illud adsentior Theophrasto*, et: *Si id suscenses*) et p. 160) et cum diuersissumis hæc confundebant, nunc fere omittunt.

15. *et tamen ego a philosopho*) *Ego* habuit etiam cod. Uict. Formam orationis huius loci declaraui in Emendatt. Ciceronianis

non asperner, si non habeat, non admodum flagiten Re mihi non aeque satisfacit, et quidem locis pluribu Sed quot homines, tot sententiae; falli igitur possumu Quamobrem tandem, inquit, non satisfacit? te enim ii dicem aequom puto, modo, quae dicat ille, bene nori 16. Nisi mihi Phaedrum, inquam, mentitum aut Zenc nem putas, quorum utrumque audiui, quom mihi nih

satisfacit) *satisfecit* omnes. quidem) *equidem* L pluribus) *plurimis* tandem) om. L satisfacit) *satisfecit* LOR 16. Nisi) *Hic* LPC Phaedrum) *a* *Phædrum pulchrum* E mentitum) *meritum* P

p. 50, ubi, comparatis similibus exemplis (ad Fam. III, 8 uersu fin., pro Mil. 33, de N. D. I, 23, aliis, Græcis quoque) ostend primariam sententiam hanc esse: *a philosopho eloquentiam no flagitem*, sed ei adiectam obseruationem, quom posset, nostro mor etiam deberet, per concedendi particulam interponi (*etsi no asperner*), ex æquo interiectam et adnexam esse. Cfr. ad libr. V 89. *Tamen* dixit, quod generalem sententiam de ea re adiungi de qua quæri non necesse sit, quom iam concesserit, Epicurum satis bene loqui.

non æque satisfacit) *Satisfecit* etiam Oxx. Eξψ et "pleriqu fere codd." Gzi. Sed quod per se, quom ad lectionis tempus re ferretur, recte diceretur, hic inter cetera præsentia ferri nequit Et mox recte Erl. et Uict. cod. (id est, optumi) et alii nonnull *satisfacit*; nam ibi *satisfecit* tantum ex E notatur; in multis esse Goerenzio dicitur.

pluribus) Non secutus sum Erl., quod illo modo uel optum codd. aberrant, etiam ubi prorsus ineptus est superlatiuos; uid Orell. ad Cic. de R. P. I, 12.

quot homines, tot sententiæ) Terent. Phorm. II, 4, 14.

16. *Nisi mihi Phædrum*) "Est a Pal. notæ melioris tribus tres enim reliqui: *Hic mihi Phædrum*, nam Aldi uetus: *hic nis mihi.*" Grut. *Hic mihi* aut *hic nisi* etiam Dauisiani et Goerenziani, etsi hoc posterius ex nullo nominatim citatur; *hic mih* Oxx. EUξ. Uerum habet etiam cod. Morel. et mg. Crat. Uictorius adnotauit: *nisi tu Phædrum*, et sic edidit, secutusque Dauisius est.

Phædrum aut Zenonem) Coryphæos Epicureorum illius ætati appellat. Phædrum Cicero, ut intellegitur ex XIII ad Fam. 1 iam puer Romæ audiuerat, et postea Athenis, quom eum, familiariter cum Attico uiuentem, ut uirum bonum et suauem probaret

sane praeter sedulitatem probarent, omnes mihi Epicuri sententiae satis notae sunt; atque eos, quos nominaui, cum Attico nostro frequenter audiui, quom miraretur ille quidem utrumque, Phaedrum autem etiam amaret; cotidieque inter nos ea, quae audiebamus, conferebamus, neque erat umquam controuersia, quid ego intellegerem, sed quid probarem.

VI. 17. Quid igitur est, inquit? audire enim cupio,

quos) *quos modo* L Phædrum)·*Phædrum pulchrum* E autem) om. L cotidieque) om. *que* L

De Attici in eum amore cfr. lib. V, 3. *Phædro nihil elegantius, nihil humanius* esse dicitur N. D. I, 93. Ex huius Phædri libro περὶ θεῶν sumpsisse Ciceronem, quæ in libro primo de N. D. de aliorum philosophorum sententiis sub Uellei persona exponuntur, nunc patet ex reliquiis Herculani repertis, quas in Germania seorsum edidit Petersenius in programmate Hamburgensi a. 1833. Hunc denique Phædrum nomine omisso intellegi uoluit Cicero I N. D. 58, ubi nunc miro modo locum eius homo longe diuersus occupauit: *Sæpe enim de L. Crasso, familiari illo tuo, uideor audisse, quom te togatis omnibus sine dubio anteferret et paucos tecum Epicureos e Græcia compararet* &c. Mire Cotta de scientia philosophiæ Epicureæ testem dat oratorem Romanum, quem neque in Bruto neque in libris de oratore Epicuro fauisse significatio ulla est, eumque de iis etiam Epicureis iudicantem, qui in Græcia uiuerent, quorum paucissumos, si quemquam, homo consularis norat; mire etiam dicit de Crasso: *familiari illo tuo*, tamquam de homine remoto et in quo hoc memorabile sit. Ipsa uox *togatis* significat, Græci hominis iudicium et auctoritatem proferri. Iam omnes Dauisi codd., omnes Oxx., apud Moserum A, C (sane etiam B, si recte inspectus esset), ceteri, ipse interpolatissumus Glogauiensis nomen omittunt. Unus Rehdig. aperte coniecturam nomen quærentium ostendit: *de Lucilio, de Crasso.* In Crassum incidebant propter III de Orat. 78. Phædrum, qui Romæ fuerat, Cicero, quom præsertim librum eius uertenti quasi proxumus obuersaretur, satis significatum putabat. Zenonem non esse familiarem illum Uellei, intellegitur ex § 59. Acriculus hic senex, Epicureorum illius temporis acutissumus, quem Philo eorum coryphæum appellabat, commemoratur etiam I N. D. 93, Tusc. III, 38. Mox pro *omnes mihi* "Scaligerani libri margo *omnes enim*."

3*

quid non probes. Principio, inquam, in physicis, quibı maxume gloriatur, primum totus est alienus. Democr tia dicit, perpauca mutans, sed ita, ut ea, quae corrige

17. Democritia dicit) *Democriti adicit* E *Democrito adiicit* LPMCR((*abiicit* L)

Cap. VI, 17. *Principio in physicis — primum totus est ali nus*) Quom Dauisius et Ernestius, *principio* et *primum* eodem r ferentes, alterum abundare putassent, eamque abundantiam Wo kensius defendere conatus esset (Lectt. Tull. p. 255), recte Br mius et Matthiæus docuerunt, *principio* pertinere ad diuisione philosophiæ, in cuius tribus partibus Epicurus reprehendatur, huic respondeant illa in § 22: *Iam in altera philosophiæ part primum* eo referri, quod non solum aliena sint, quæ Epicurus i physicis dicat, sed etiam multis nouis erroribus implicata. Hc ostendit Cicero § 18 sqq., nec tamen ponit *denique*, sed alia form alteram partem adiungit, ut facit sæpissume. (Uid., si tanti est, I Manut. ad Epist. ad Fam. II, 9 et VII, 23, Wopkens. Lectt. Tul p. 52, Beier ad Off. I, c. 14, 44, Heusing. ad Off. II, 28 n. 9 quamquam quis hoc non adtigit, etiam nuper?) Similis diuision gradatio bis eadem uoce *primum* notata st II N. D. 142. De Epi curi physicis a Democrito, qui doctrinam de atomis post Leucip pum uberius exposuerat et expoliuerat, traductis, quom Nausipha nem Democriteum solum audiuisset, satis expositum st ab iis, qı philosophiæ historiam scripserunt; itaque ipse Metrodorus, alte Epicurus, dixerat: *εἰ μὴ καθηγήσατο Δημόκριτος, οὐκ ἂν προῆλθε Ἐπίκουρος ἐπὶ τὴν σοφίαν* (Plut. adu. Col. c. 3, p. 1108 E; Ci Acad. I, 6: *si Epicurum, id est, si Democritum probarem.*) Sc Democritus uortice quodam et uertigine (*δίνῃ*) necessaria et icti bus ecfici putabat atomorum *σύγκρισιν*, *συμπλοκὴν*, *ἐπάλλαξιν* e qua orirentur innumerabiles mundi; Epicurus motum deorsu fieri iussit et, ne necessitate omnia fierent, libertatis uindi cem casum adtulit, quom atomos recta linea deorsum descenden tes perpaullum declinare itaque cohæsiones fieri statuit. Ex Cice ronis libris huc pertinent N. D. I, 69 et 73, de Fat. 21 sqq. D gloriatione Epicuri in hac parte cfr. ad § 68.

Democritia dicit) Præclare hæc sanauit Erl.; nam in uolgat scriptura iure et Ursinus offenderat (*adhærescit* in suo illo fict libro legi dicens) et Dauisius, qui primum, quod in C. C. C et ed Uenet. 1471, quibus addo Ox. χ, erat *adiecit*, scribendum putabat *Democrito accedit, perpauca mutans*, deinde, quom in Par. 1 (?

uolt, mihi quidem deprauare uideatur. Ille atomos, quas appellat, id est, corpora indiuidua propter soliditatem,

atomos) ἀτόμους Or.

et 3 (Ox. ξ, etsi is est ipse C. C. C, et cod. Uict.) *addicit* reperisset: *Se Democrito addicit* (prauo uerborum ordine). Frustra ceteri explicare uolgatam scripturam temptant, alii *adicit* interpretantes *accedit* aut ex male intellecto Uirgili loco in Æneid. X, 182 aut ellipsi inaudita utentes uocis *calculum*, alii (Gzius, Orell.) mire interpungentes: *adicit perpauca, mutans*, quasi *mutans* sic absolute dici possit aut non sic id, quod summum st, Democrito Epicurum adhærere, obscuretur, quom tantum adiectio significetur. *Dicere* Cicero sæpissume de philosophorum sententiis ponit, ut de his ipsis libro IV, 13: *quom de plurumis eadem dicit, tum certe de maxumis.* Quod ad adiectiuom *Democritia* mox refertur pronomen *ille*, de eo (est enim notum schema) cfr. V, 16: *Carneadia nobis adhibenda diuisio st, qua noster Antiochus libenter uti solet. Ille igitur* (Carneades) &c. et quæ ibi dicentur.

Atomos) Græce Gzius et Orellius. Transierat uox, opinor, in ius Lati.

id est, corpora indiuidua propter soliditatem) Recte Dauisius citat Lucret. I, 486: *Sed quæ sunt rerum primordia, nulla potest uis Stringere*; *nam s o l i d o uincunt ea corpora demum.* Addendus Plut. Plac. Philos. I c. 3 p. 877 d. (siue Stob. Eclog. Phys. p. 306 Heer.): ἄτομος οὐ δύναται τμηθῆναι, ἀπαθὴς οὖσα καὶ ἀ μ έ τ ο χ ο ς κ ε ν ο ῦ, et paullo ante: σώματα — ἀμέτοχα κενοῦ, ἀγέννητα, ἀΐδια, ἄφθαρτά, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα οὔτε διάπλασμον ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν οὔτ' ἀλλοιωθῆναι. Nec quemquam fugere potest, ideo atomos putari, quod nihil habeant uacui, nihil compositi, quod dissolui possit. (Quæ Bremius ex Diog. Laërt IX, 44 (de Democrito) citat, minus huc pertinent, quoniam ibi non ipsæ solum atomi, sed prima quædam earum συγκρίματα, ea, quæ uolgo elementa appellantur, dicuntur esse ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτα διὰ τὴν στεῤῥότητα). Imperitissume Gzius, indiuidui et solidi notiones confundens, quarum altera ex altera apud Democritum et Epicurum nascitur, ad tautologiam scilicet uitandam defendit editionum quarundam interpunctionum casu ortam: *corpora indiuidua, propter soliditatem censet* &c., quasi soliditas quicquam ad infinitum et atomorum in eo uorticem pertineat. Neque Epicurus, nedum Democritus, motum atomorum soliditate, sed pondere ecfici dicebat; iam motus, quom conliderentur, repelli ictu et plaga propter soliditatem sta-

censet in infinito inani, in quo nihil nec summum nec infimum nec medium nec ultumum nec extremum sit, it ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea, quae sint quaeque cernantur, omnia; eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intellegi conuenire. 18. Epicurus autem, in quibu

inani) *innatu* E extremum) *ultimum* Or. ferri) *inferri* R ex aeterno) *extremo* E om. *ex* L

tuebat; (ἡ στερεότης ἡ ὑπάρχουσα αὐταῖς κατὰ τὴν σύγκρουσιν τὸν ἀποπαλμὸν ποιεῖ, Diog. Laërt. X, 44, conl. Lucret. II, 84 et 85. Nec iure Matthiæo hæc omnia uerba suspecta erant; neque enim Cicero res Torquato ignotas explicat, sed lectorum rationem habet, ut II, 1 et 20, neque nomen tantum uertit sed causam nominis et ipsam notionem atomi ostendit.

in infinito inani) ἐν τῷ ἀπείρῳ κενῷ. Nam Omne (τὸ ὅλον) docebat constare τῷ κενῷ, spatio per se uacuo, quod infinitum quoquo uersus pateret, et atomis, quæ in eo uagarentur, corporibusque, quæ inde orirentur. Semper a Democrito et Epicuro notiones spati et uacui confunduntur.

nec extremum) Non uidetur hoc diuersum esse ab *ultumo* itaque, quom diligenter hic distingui notiones putent, corrigunt Goerenzius et Orellius ex Ursini cod. et duobus Parisiensibus Lallemandi, id est, ex coniectura Ursini, *citumum*, Dauisius *primum* (quod sane extremo loco poni non poterat). Sed dubito, num in hac coaceruatione tam diligens Cicero fuerit; nulla st enim notio, quæ recte includi possit, nisi *primi*; *citumum* ad eam diuisionem locorum pertinet, quæ etiam in infinito fieri potest, si in uno aliquo eius loco ipse sis. Itaque amplificatam esse notionem puto quemadmodum I N. D. 37 (quem locum Bremius citat) est *ultumus et altissumus atque undique circumfusus et extremus ardor*. Ultumum st quod ab initio remotissumum, extremum, quod cetera finit et cingit.

concursionibus inter se cohærescant). Συγκρούσεις hæ sunt et συμπλοκαί et συγκρίσεις et περιπλοκαί et ex iis συστήματα, quom ex atomis coniunctis et propter figuram implicatis res oriuntur Diog. Laërt. IX, 32 (de Leucippo), 44 et 45 (de Democrito), X, 40 (de Epicuro); Lucret. II, 94 sqq.

intellegi conuenire) hoc est, ut nunc locuntur, *cogitari* (man muss sich die Bewegung von Ewigkeit her denken); male Gzius addi uolt *esse*.

sequitur Democritum, non fere labitur. Quamquam utriusque quom multa non probo, tum illud in primis, quod, quom in rerum natura duo quaerenda sint, unum, quae materia sit, ex qua quaeque res ecficiatur, alterum, quae uis sit, quae quidque ecficiat, de materia disseruerunt,

18. fere) *uere* R probo) *proba* E qua) *quo* ELP ecficiatur) *efficitur* E *effeiantur* MC quidque) *quodque* EOr.

non fere labitur) non quod veræ sint sententiæ, sed quod ordine et sine perturbatione expositæ.

quom multa — tum illud) Sæpe Latini in huiusmodi coniunctione omittunt nocem *alius*, quæ ex adiecto intellegitur. Pro Cluent. 140: *quom multorum, tum L. Crassi auctoritatem sequor*; Brut. 152: *et apud Scæuolam et apud multos*; in Uerr. IV, 147: *quom multa, tum etiam hoc me memini dicere*; pro Cael. 42: *ego et fortasse pauci*; add. Læl. 48, N. D. I, 57. Male igitur III Off. 47 contra codices et longe plures et optumos quosque adiectum st *alias* in his: *quom sæpe, tum maxume bello Punico*. Simile st, quod de *ceteri*, *relicuus* posui in Emendatt. Cic. p. 197. Cfr. Opusc. Acad. p. 339.

in rerum natura duo quærenda sint) Hæc etsi Acad. I, 24 Peripateticis et Academicis ueteribus tribuuntur, tamen hac forma maxume explicabantur a Stoicis, qui duas *ἀρχάς* statuebant esse, materiam (*τὸ πάσχον, τὴν ἄποιον ὕλην*) et uim ecficientem (*τὸ ποιοῦν, τὸν ἐν τῇ ὕλῃ θεόν*); Diog. Laërt. VII, 134, ubi omnes Stoicorum coryphæi in hoc dogmate citantur, Sext. Emp. IX adu. Mathem. § 11, Plut. de Plac. Philos. I, 3, Senec. Ep. 67.

quæ quidque ecficiat) Pæne perpetuam codd. Erl. et Spir. confusionem sequens Gzius pro substantiuo *quidque* substituit adiectiuom, cui nihil hic loci est. Secuti tamen ceteri. Repetitur error III, 67, (*quo minus suum quodque cuiusque sit*) et V, 16 (*quo quodque referatur*), propagaturque ad pronomen interrogatiuom V, 15; in omnibus editionibus hærebat V, 16, animaduersus tamen a Bremio. Contrarius error erat infra II, 109 (*aliud aliquid summum bonum*). Simile mendum (*aliquid dictum*) in orat. pro Cluent. 164, sublatum a Classenio, Klotzius reduxit. Recte etiam Wesenbergius meus (in programmate Danice scripto de oratione Caeliana p. 21) in orat. pro Rosc. Am. 83 restituit: *unumquidque tangam* (coll. Diuin. in Cæc. 46). Sed restant alia. In rhetoricis ad Herenn. II, 46 editur uitiose: *ut quodque primum*, quod recte improbatur apud Cic. de Inuent. I, 19; de Inuent. I, 28 retinetur

uim et caussam ecficiendi reliquerunt. Sed hoc con mune uitium; illae Epicuri propriae ruinae; censet enin

ecficiendi) om. L censet) *et censet* R

uitiosum (*etsi semel unumquodque dicetur*) contra cod. Turicei sem. Mox *reliquerunt* est: *non tractarunt*, ut IV, 7, de Legg. I, *Caussa ecficiendi*, quæ proprie st, propter quam quis aliquid ecficia minus proprie pro *ecficiente* dicitur.

illæ Epicuri propriæ ruinæ; *censet enim*) Pronomen *ille*, sæpe, explicatur sententia per *enim* adiecta et eo refertur; ui ad III, 26. Nec tamen explicatio illa prima sententia absoluitu neque enim ulla ruina st, etsi prauom st, quod atomos deorsu ferri putat, nedum plures ruinæ; sunt eæ in eorum, quæ adiciu tur, repugnantia. Fit hoc interdum apud Ciceronem, ut, oratior non statim recto cursu eo progrediente, quo debeat, particula sente tias connectens inepta uideatur, si ad eam solam sententiam ref ratur, in qua posita sit, maxumeque hoc accidit in iis particuli quæ conclusiuæ dicuntur, *itaque*, *quare*, aliis. Uelut Tusc. II, (si hæc sola legas: *Itaque semper Africanus Socraticum Xenophoi tem in manibus habebat*, nihil sit ad superiora ineptius; sin pe rexeris: *cuius in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem lab res non esse æque grauis inperatori et militi* &c., uidebis hoc d cendum fuisse: *Itaque Africanus laudabat illud, quod Xenoph dicerct* &c. Adiecta obseruatio primariæ sententiæ locum occup uit. Eiusdem generis hoc est, de Orat. II, 217: *Itaque quo quosdam Græcos inscriptos libros esse uidissem de ridiculis, nonnu lam in spem ueneram, posse me aliquid ex istis discere.* Sens Ernestius, male hæc cohærere cum superioribus, in quibus nul significata st causa huiusmodi spei, sed potius desperandi. Rec erit conclusio, si *itaque* ad proxuma rettuleris: *inueni autem r dicula et salsa multa Græcorum*; — *sed qui eius rei ratione quandam conati sunt artemque tradere, sic insulsi extiterunt* & Eadem ratio st in libro I de N. D. 85, ubi *itaque* pertinet ad ill *in hac ita exposita sententia sunt, qui existument* &c. Handius i Tursell. III, p. 501 in hoc et aliis aliquot locis, qui nullo arti cio egebant, *itaque* uolt esse: *auf gleiche Weise*, quod numquam s gnificat. Apertior est hæc sententiæ subnectendæ cum primaria pe mutatio aut saltem æqualis connexio in iis, quæ adtigi supra a § 15. *Ruinæ* nomen h. l. eodem modo de errore poni uidetu quo apud Lucretium I, 740 (*Principiis tamen in rerum fecere ru nas*) et uerbum coniunctum infra II, 18. De Epicuri physicis qu

eadem illa indiuidua et solida corpora ferri deorsum suo pondere ad lineam; hunc naturalem esse omnium corporum motum. 19. Deinde ibidem homo acutus, quom illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur et, ut dixi, ad lineam, numquam fore, ut atomus altera alteram posset adtingere; itaque adtulit rem commenti-

ferri deorsum suo) *f. s. d.* LPMCROr. hunc) *habent* E 19. deorsum) *deorsus* P numquam fore) *fore umquam* E atomus) *atomos* E

secuntur, nota sunt et explicata quom ab iis, qui singulatim de Epicuro, tum ab iis, qui communiter de ueterum philosophia scripserunt.

deorsum suo pondere) Sic præter Erl. "alii" apud Gzium. Bas. om. *deorsum*, et putat Gzius abesse posse, quod satis sit *ad lineam*, quasi non *sursum* quoque *ad lineam* iri possit. De motu atomorum ad lineam et declinatione, quæ casu fiat, breuia et obscura nec satis emendata sunt Epicuri uerba apud Diog. Laërt. X, 44 et 61 (ubi commemoratur ἡ κάτω φορὰ διὰ τῶν ἰδίων βαρῶν), luculentiora, quæ Lucretius exponit II, 79 sqq. Cfr. Cic. N. D. I, 69, de Fat. 22. Tertius atomorum motus, quem Democritus solum probabat, qui plaga ecficeretur, hic omittitur. Quod hic *ad lineam*, de Fat. *rectis lineis dicitur*.

19. *Deinde ibidem*) Eodem modo dixit II Acad. 49; uidetur his locis potius esse *pæne eodem temporis momento* quam *in eadem re*, quo significatu ponitur pro Cæcin. 23. Cfr. II ad Att. 12: *ibidem illico puer abs te cum epistulis*.

occurreret) Interpretantur *aduersaretur, repugnaret*, ut simile sit ei, quod libro II, 108 scriptum st paullo insolentius: *quid occurrat, non uidetis*; conparantque eos locos, in quibus de iis ponitur hoc uerbum, qui aliquid argumentis refellant, ut Offic. II, 7, Acad. II, 44. Hic tamen obstat sententia infinita, quæ subicitur, cogitque accipere pro eo, quod est: *in mentem ueniret et cogitanti contrarium uideretur*. Mox pro *deorsum* e Pal. 1 *deorsus* scribere, quom paucis ante uerbis *deorsum* teneretur, nulla ratio erat. Mihi nondum certi quicquam et quod bonorum codicum aliqua constantia confirmetur, ecfectum de hac duplici forma uidetur, etsi de *quorsum* et *quorsus* Gernhardus conatus est regulam constituere (ad Cat. Mai. § 42; *quorsus hæc*, quod ille probat, est in optumis codd. Cat. 42, Off. III, 68, Legg. 1, 62, sed *quorsum hæc* Læl. 12, Phil. VII, 26).

itaque adtulit) Insolens oratio et quæ dubitatione non careat.

ciam: declinare dixit atomum perpaullum, quo ni posset fieri minus; ita ecfici complexiones et copulat

Nam primum *itaque* nec solet poni in oratione, quæ a propo et periodi forma paullo liberius euagata st, reuocanda, sed *igi* nec significatione et compositione, qua coniungendi uim habet, eum usum aptum st; exemplo utuntur uno Liuiano ex II, 12 i propter hanc insolentiam dubio; deinde nulla omnino hic est riodi talis inflexio, ut in uiam reuocanda fuerit; protasi si breui per *quom* inductæ subicitur ordine apodosis, ne minu quidem sententia interposita. Itaque hic ne *igitur* quidem loc habiturum erat, nec simile ullum anacoluthon reperietur, *etsi* a anacoluthon hoc est, sed fracta orationis non cohærentis memb Apud Ottonem quidem, qui excursum de anacoluthis *Ciceronis* hunc ipsum locum scripsit, sic inter cetera hoc intermiscetur, unum de multis esse uideatur; negat enim ad certa genera po referri, et omnia dissimilluma uno ordine enumerat. Non inim igitur suspectum *itaque* fuit Manutio, Ursino, qui ad cod. illu suum confugit, Ernestio; etsi addendi quæ potuerit caussa es non adparet; et fortasse aliud latet mendum, ut exciderit uerba aliquod, cuius subiectum esset *homo acutus*.

declinare atomum perpaullum) De Fat. 22: *declinat atom interuallo minumo*; *id appellat ἐλάχιστον*; *quam declinationem si caussa fieri, si minus uerbis, re cogitur confiteri*. Add. § 46. (Paull post, ubi scribitur: *Sequitur enim, ut, si alia ab alia numqua depellatur, ne contingat quidem alia aliam*, Cicero scribere debui *ut alia ab alia numquam depellatur, ne* &c. Nam ita concl ditur, quom atomi rectis lineis deorsum ferantur, aliam aliam no adtingere; itaque ne depellere quidem; itaque non pulsu, se sine caussa fieri declinationem. Et quæ non contingit, non pote depellere; quæ non depellit, potest tamen sane contingere. Si, editur, Cicero scripsit (et profecto sic scripsisse, ostendit oration forma et conclusio negatiua in *ne* — *quidem* exiens; uid. exc. a II, 25), incidit in conclusionem pæne æque inanem atque hoc oper II, 35). Pluribus rem persequitur Lucretius II, 216 sqq. *Παρέγκλισιν* appellant Stobæus Ecl. Phys. p. 340 Heer., Plut. de plac philos. I, 12 p. 883 A.

quo nihil posset fieri minus) Exprimitur *τὸ ἐλάχιστον*. Lucre tius u. 219: *paullum, Tantum, quod minumum mutatum dicer possis*; u. 244: *nec plus quam minumum*. Non adtendebat Bakiu (ad Cleomedem p. 418), quom hæc a Cicerone negante dici puta

nes et adhaesiones atomorum inter se, ex quo ecficeretur mundus omnesque partes mundi, quaeque in eo essent. Quae quom res tota ficta sit pueriliter, tum ne ecficit quidem, quod uolt. Nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur, (ait enim declinare atomum sine caussa;

adhaesiones) *adhaesitationes* MPROr. ecficeretur) *efficitur* C res tota) *t. r.* E sit pueriliter) *puer. s.* P om. *sit* E tum ne) *eum ne* E quidem) om. LPMR et) om. E fingitur) *fungitur* E

uit; itaque scribi uolebat *potest*. Quid editores nostri? Eadem sententia accipiunt et tamen coniunctiui imperfectum defendunt, Orellius, quod sit omnium sanorum philosophorum sententia, (bonam causam coniunctiui!) Otto, imperfecto usum esse Ciceronem tradens, quia rem significaret, quae prorsus fieri nequiret. Itaque dicam: Nihil posset dici peruersius; dicturus alioquin eram: nihil potest.

et adhaesiones) Erlangensem sequens (cui non dubito quin alii boni consenserint) mutaui, quod erat *adhaesitationes*, orta forma ex *copulationes*; quamquam sic scribebatur in Pall. omnibus, Dauisianis, Oxx. etiam; Gaiani plerique paullum abibant (Gud. 1 et Bas. *adesitationes*, Gud. 2 *adhaesitiones*). Nec *adhaesitare* reperitur et ipsum *haesitare* apud Ciceronem semper significatu translato; nec aptum st frequentatiuom in generali notione. Idem Manuti, Lambini, Bremi iudicium fuit.

ex quo ecficeretur) Poterat scribi: *ex quo ecfici*, id est, *et ex eo*; continuatiua enim oratio st; sed uitauit in eodem praesertim uerbo similitudinem nimiam. Uid. ad § 30.

quom res tota ficta sit) De hoc coniunctiui genere, quo significatur, non prorsus eodem loco utrumque haberi, sed alterum aut generalius aut dignitate prius esse, (nam in iis, in quibus etiam temporis discrimen est, non fere offenditur), quom Heindorfius ad 1 N. D. 1 dubitasset, infinitum st, quot contra dixerint, ut iam in scholasticis libris res tradatur. Sed hoc loco sane suspectus coniunctiuos fit, quoniam et Erl. et cod. Uict. omittunt *sit*. Potuit excidere, ut saepe excidit, librariis non intellectum *st*.

ne ecficit quidem) Om. *quidem* omnes Dau., Ox. χ, id est, deteriores, adest in omnibus Gai. Pro *tum ne* E, Bas. *tamen non*, quos miror non omittere *quidem*, ut in eadem scriptura facit ed. Crat. et fortasse aliae uett. Uid. ad 39.

quo nihil turpius physico, quam fieri quicquam si caussa dicere), et illum motum naturalem omnium po derum, ut ipse constituit, e regione inferiorem locum p tentium, sine caussa eripuit atomis; nec tamen id, cui caussa haec finxerat, adsecutus est. **20.** Nam si omn atomi declinabunt, nullae umquam cohaerescent, siue ali

quicquam sine caussa) *s. c. q.* LPMCROr. e regione) *a regione* E *regi nem* LP hæc) *hoc* L *id* C

quo nihil turpius physico quam) quod inerat in ipso relatiu explicatur adiecta per *quam* integra sententia, quo fit, ut altern conparationis membrum dupliciter significetur. Dixit de h epexegeseos genere, Græcis et Ciceroni ualde usitato, nec mag in relatiuo quam in demonstratiuo, Heindorfius ad I N. D. 38, citat etiam superioribus, Marklando, Toupio, Wopkensio; uid. de Ora I, 169, II, 38 et 302, Acad. I, 45, Uerr. IV, 77, ad Attic. IV, 8 De Græcis satisfaciet exempla quærenti Matthiæus Gramm. Græ § 450 not. 2 et quos ille citat. Hoc loco rem a plerisque supe rioribus editoribus non intellectam iam Bremius confecerat con iecturasque refutarat, aduocato illo ex libro I de N. D. loco comparatis aliis generibus pronominis adiecta sententia declarand (uelut: *quod — quanta uis insit*, II N. D. 24, &c.). Ne sic quiden Gzius, quid ageretur, intellexit.

hæc finxerat) Hoc præter L habent etiam Par. 3 et El. 2, quo Dau. secutus est. Plura comprehendebantur una illa de atomorun declinatione sententiæ.

20. *Si omnes — siue aliæ*) Tuetur hanc dilemmatis forman codicum consensus; (solus Gud. 2 *suauitate* pro *siue*; librariu compendium putauit, quod plenum erat), exemplum eiusdem ge neris nec apud Ciceronem nec apud quemquam alium prosæ orationi scriptorem inuentum st, imo ne apud poëtam quidem; nam au dissolutis sententiis ponitur *si — sin* (*si*) aut coniunctis *siue — siue.* Plautus et Terentius paucis locis *si — siue* dixerunt, sed i una sententia (*si media nox est siue st prima uespera*, Plaut. Cur cul. 1, 1, 4, cfr. Bentl. ad Terent. Andr. I, 3, 11). Quæ præte rea conparantur a Gzio ad Acad. 1, 7, alienissuma sunt. In ill ipso loco Cicero incipit a forma dilemmatis connexi (*siue enin Zenonem sequare*); deinde autem, interpositis aliquot uerbis, quon longior facta esset prior pars, tamquam de integro orditur (*s uero Academiam ueterem persequamur*), ut, modo uera sit scriptura nec Turnebi coniectura sequenda (neque enim satis caussæ uidetur

declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur, primum erit hoc quasi prouincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; deinde eadem illa atomorum (in quo etiam Democritus haeret), turbulenta concursio hunc mundi ornatum ecficere non poterit. Ne illud quidem physici, credere aliquid esse minumum; quod profecto numquam putauisset, si a Polyaeno, familiari suo, geometrica di-

20. nutu) *motu* EL hoc) *hic* L eadem) om. L etiam) om. L ornatum ecf. *eff. orn.* E physici) om. C geometrica) gcometricam L *geometriam* MCROr.

fuisse ab instituto cursu deflectendi in aperto orationis progressu), non alius generis sit hoc anacoluthon, quam quom pro altero nec in disiunctione negatiua alia forma substituitur; eaque ratio certa et aperta st in Tuscul. I, 97; uid. exc. ad I § 23. Mox *nutus*, ut tribus aliis Ciceronis locis, est *pondus et inclinatio.*

in quo etiam Democritus hæret) Non uidetur dicere, ipsum Democritum difficultatem confessum esse, sed in ea deprehensum se non expediuisse. Neque enim quicquam ab eo ad eam soluendam excogitatum uidetur. Lucret. II, 167 sqq. adfirmando pugnat.

credere aliquid esse minumum) Nam materiæ partes *infinite secari et diuidi posse, quom esset nihil omnino in rerum natura minumum, quod diuidi nequiret* (Acad. I, 27), ceteri philosophi docebant, quom uiderent, nullo iure in eadem materiæ notione insisti aliquo loco, ultra quem præcedi diuidendo non posset. Epicuri doctrinam (τὴν εἰς ἄπειρον τομὴν ἐπὶ τοὔλαττον ἀναιρετέον, Epic. in epist. ad Herodot. apud Diog. Laërt. X, 56), Lucretius explicat I, 529 sq.

Polyæno) Lampsaceno, qui quom magnus mathematicus fuisset, postea, Epicuro auctore, totam geometriam falsam esse putauit. Acad. II, 106. Nominatur aliquotiens a Diogene inter Epicuri familiaris. Oderat Epicurus geometriam, quæ et somniis de rebus naturalibus obsisteret et doctrinæ de sensibus non fallacibus.

geometrica) Quod est in Erl., coniectura reppererat I. F. Gronouius (Obseru. II, 2) probaueratque Bremius, quom in quinque Pall. esset *geometricam,* ut in Uict. codice. Dauisius de suis codicibus tacet, Oxx. item; Gzius suos uolgatam "mordicitus" tenere narrat, nescio qua fide in ceteris, de Erl. falso. Sic in Tusc. I, 57 est *geometrica discere,* multaque eiusdem generis alibi (*musica,*

scere maluisset, quam illum etiam ipsum dedocere. Sol Democrito magnus uidetur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto; huic pedalis fortasse; tantum

illum) *illud* E *illam* ceteri, Or. ipsum) *ipsam* L geometriaque) *geometricaque* LPM pedalis) *bipedalis* LPMCROr.

dialectica cett.). Quod sequitur mox substantiuom, eodem modo de Orat. I, 187 est: *in musicis — in geometria.*

quam illum etiam ipsum) Sic cod. Uict., uidebaturque latere in Erl. scriptura. Gronouius oblitus erat hoc simul corrigere. In uolgata scriptura prauos est ordo uerborum, quom *etiam ipsum* præponendum fuerit.

homini erudito in geometriaque perfecto) Solet Cicero etiam magnificentius de Democrito loqui, famam quandam sequens, simul ut Epicurum deprimat: Tusc. I, 22, Acad. II, 73. *Ἥσκητο καὶ τὰ μαθηματικά*, Diog. IX, 37; cfr. Plut. adu. Stoic. 30 p. 1079 E.

huic pedalis fortasse &c.) Ipse Epicurus in epist. ad Pythoclem (Diog. X, 91): *τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον φαίνεται, κατὰ δὲ τὸ κατ' αὐτὸ ἤτοι μεῖζον τοῦ ὁρωμένου ἢ ἔλαττον μικρῷ ἢ τηλικοῦτον ἡλίκον ὁρᾶται*, ut iam alios (uelut Lucret. V, 565 sqq., Cleomed. *περὶ μετεώρων* II, 1) nihil opus sit citare. Sequebatur hoc ex doctrina de sensibus numquam fallentibus et imagines ab ipsis rebus emissas accipientibus. Frustra autem Schneiderum (ad Epicuri Physica p. 105) Epicurum inscitiæ crimine liberare conari, quod *τὸ πρὸς ἡμᾶς μέγεθος* et *τὸ κατ' αὐτὸ* distinxerit, satis patet et notauit Bakius ad Cleomed. l. c., quoniam de ipso *τῷ κατ' αὐτὸ μεγέθει* hæc dicuntur. Nimirum in omni hac parte Epicuri physicorum hic est error, quod, quæ dici possunt de *φαντασίᾳ*, transfer ad res externas, de quibus sensus iudicant. De eadem re Cic Acad. II, 82: *Quantulus nobis* (Sol) *uidetur! Mihi quidem quasi* p e d a l i s. *Epicurus autem posse putat etiam maiorem esse eum quam uideatur, sed non multo; ne maiorem quidem multo puta esse, uel tantum esse, quantus uideatur, ut oculi aut non multum mentiantur aut nihil.* Pedalem solem, oculorum mensura utens dixerat iam Heraclitus (Plut. de plac. philos. II, 21 p. 890 E), quem Epicurus secutus uidetur; cfr. Senec. Quæst. Nat. I, 3 (*solem sapientes uiri pedalem esse contenderunt*) et Arnob. adu. gent. II, 61 (Apud Achillem Tatium p. 140 B s. III p. 81 Petau. Bakius ad Cleomed. II, 1 p. 389 recte pro *ποδιαῖον* legit *διπλάσιον*). Non potui igitur quin Erl. et Uict. cod. sequerer contra alteram scriptu

enim esse censet, quantus uidetur, uel paullo aut maiorem aut minorem. **21.** Ita, quae mutat, ea corrumpit, quae sequitur, sunt tota Democriti. Atomi, inane, imagines, quae *εἴδωλα* nominant, quorum incursione non solum uideamus, sed etiam cogitemus, infinitio ipsa, quam *ἀπειρίαν* uocant, tota ab illo st; tum innumerabiles mundi, qui et oriantur et intereant cotidie. Quae etsi mihi nullo modo probantur, tamen Democritum, laudatum a ceteris, ab hoc, qui eum unum secutus esset, nollem uituperatum.

21. Ita, quæ) *Itaque* EMOR   mutat, ea corrumpit) *corrumpit mutat ea* E   ea) *ea quæ* C   quæ) *quod* L   sequitur, sunt) *sequitur quæ* (*que*) LPR *sequitur quæ sunt* MC   inane) *inanes* LPMC   *εἴδωλα*) codd. *idola, ydola.*   quorum) *quarum* Non. p. 129 Merc. (qui hæc citat: *quarum — uocant*)   incursione) *incursionem* LMPRNon.   infinitio) *inuitrieio* E   *ἀπειρίαν*) *apirian* (*m*) codd.   uocant) *uocantur* E   qui) *quæ* E *cum* L   nullo) *in illo* E   eum) om. E   esset) *est* (P)

ram, in qua editores nihil aliunde discrepantiæ adnotarant. Erroris origo obscura st. Si quis *bipedalis* tueri uolet, dicet *fortasse* esse concedentis, summum bipedalem esse.

21. *Ita quæ mutat — quæ sequitur*) Editam scripturam prorsus confirmat Uict. cod., illa: *quæ mutat, ea corrumpit* etiam margo Crat. Similiter, atque in meis, aberratum in aliis fuisse, certus sum; adnotatur tantum ex ξχ *sequitur quæ* pro *sequitur*. El. 2 habebat *secuntur*, ut quosdam legi uelle, Lambinus adnotarat; probabat Dauisius, *quæ secuntur* barbare accipiens de iis, quæ Cicero subiecturus esset. Cicero, ut utrumque membrum simile esset, cum abundantia quadam dixit, quæ sequeretur Epicurus, id est, quæ a Democrito sumeret nec mutaret, ea esse tota Democriti. Non multo aliter dixit V, 22: *quom a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt.* Easdem esse res, significatum satis erat, quom omnia illinc translata dixisset.

Atomi, inane, imagines &c.) Longum st et non necessarium de his dicere, quæ a Cicerone nominantur tantum et in libris peruagatis traduntur. Pro *quorum* Ernestius *quarum* malebat, ignarus, ita apud Nonium scribi, ut non ad Græcum uocabulum perspicuitatis caussa additum, sed ad primarium Latinum referretur. Non necessaria mutatio st.

qui eum unum secutus esset) Pro *esset*, quod Latinorum more

VII. 22. Iam in altera philosophiae parte, quae st quaerendi ac disserendi, quae λογική dicitur, iste noster plane, ut mihi quidem uidetur, inermis ac nudus est. Tollit definitiones; nihil de diuidendo ac partiendo docet; non, quo modo eeficiatur concludaturque ratio, tradit; non, qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit; iudicia rerum in sensibus ponit, quibus si semel aliquid falsi pro uero probatum sit, sublatum

22. in altera) *alt. in* E quaerendi ac diss.) *diss. ac qu.* L noster) *noster* C quidem) om. E nudus) *mundus* E do) om. L ac) *aut* L

ad primariæ sententiæ formam adcommodatur, Manutius et Lbinus dederant *est*, quod ab uno El. 1 confirmatum Dau. tenuit. Ceteri Dau., Gzi omnes *esset*, quod Oxx. tantum e χψ adnotant. Epicurum in Democritum ingratum fuisse, Cicero dicit etiam N. D. 1, 93; cfr. Plut. Non posse suauiter &c. 18 p. 1100 A, Diog. Laërt. X, 8; quamquam alii Democritum ab eo in honore habitum narrabant; Plut. adu. Colot. 3 p. 1108 E.

Cap. VII, 22. *Iam in altera philosophiæ parte*) E tribus illis, quæ in scholis numerabantur. Epicurus logicam ὡς παρέλκουσαν ἀπεδοκίμαζε (Diog. X, 31) et pro ea relinquebat τὸ κανονικόν, partem de iudicio (περὶ κριτηρίου), qua constitueretur regula (κανών) ueri et falsi, proxume physicis adiunctam, ita ut dubitaretur, bipertitam an tripertitam disciplinam faceret. Uid. Diog. Laërt. X, 31, Sext. Emp. adu. Mathem. VII, 14, Senec. Ep. 89, 9; cfr. h. libr. 63, II, 26, Acad. II, 97.

iudicia rerum in sensibus ponit) Iudicia rerum hic singulatim dicit, uniuerse *iudicum ueri* Acad. II, 29. Diog. X, 31: Ἐν τῷ κανόνι λέγει ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις καὶ προλήψεις καὶ πάθη. Sed ipsa πρόληψις a sensu quodam sæpe repetito ducebatur, nec πάθος a sensu distinguebatur. Itaque omnes sensus semper ueros esse docebat (infra 63), errores ex opinione adiecta oriri; (uid. Diogen. X, 31 sqq., Epicur. apud eundem Diog. X, 146 (κυρ. δοξ. 23 sqq.) Cic. Acad. II, 79, N. D. I, 70, Lucret. IV, 380 sqq.), in eo sæpissume labens, quod adfectum et rem adficientem confundebat, talia omnia esse, qualia uiderentur, adfirmans. Mox Dauisius male e Parisiensibus: *et ueri et falsi*, quasi horum separatum iudicium sit ac non hoc ipsum iudicetur, utrum uerum an falsum aliquid sit.

esse omne iudicium ueri et falsi putat.**** 23. Confirmat autem illud uel maxume, quod ipsa natura, ut ait ille, sciscat et probet, id est, uoluptatem et dolorem. Ad haec et quae sequamur et quae fugiamus, refert omnia. Quod quamquam Aristippi st a Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur, tamen eiusmodi esse iudico,

23. uel) *et* E sciscat) *asciscat* LCOr. probet) *reprobet* LMCOr. id est) *idem* E et dolorem) *dolorem* E quamquam) *quamquam omnia* L

Confirmat auten illud &c.) Patet, excidisse in nostris codicibus finem reprehensionis alterius partis et initium eorum, quæ ad tertiam partem, ethicam, pertinent. Explere lacunam Marsus temptauit, cuius supplementum alii quidam tenuerunt: *In tertia uero parte, quæ st de uita et moribus, in constitutione finis nil generosum sapit atque magnificum. Confirmat illud* &c. (deleto *autem*, quod quom Gruterus, qui supplementum expulit, non reuocasset, restitutum st a Dauisio e quinque codd. (habebant sine dubio omnes); tenent Oxx. et Gziani). Sed ea, quæ post lacunam prima secuntur, uolgo pro integris sic eduntur, ut sunt apud Orellium, non solum contra codices, e quibus *sciscat* scriptum erat etiam in Uict., Pall. omnibus, Oxx. EUχ. (Dau. et Gzius tacent), *probet* habet etiam Pal. I, id est, optumi, sed etiam contra sententiam; neque enim recte Epicurus *confirmare uoluptatem et dolorem* dicitur. Itaque Dau. et Bremius scribi uolebant: *id esse*, quibus peruerse obloquitur Gzius. Sed euertunt istam coniecturam uoces *ut ait*, quæ hoc modo inepte interponantur sententiæ incipienti a *confirmat*. Postremo *reprobare* nec Cicero alibi nec eius æquales habent; apud Quinctilianum demum positum st (VI prooem. 8), apud quem ipsum codex præstantissumus, Ambros. 1, habet *repugnantibus*, deinde apud iurisconsultos tertii sæculi (Ceruidium Scæuolam, Paulum); nec si diceretur Ciceroniane, aptum esset dolori, qui non inprobatur, sed fugitur. Itaque hæc quoque uerba, quom præcedentia excidissent, perturbata sunt. Uidetur Cicero dixisse, Epicurum sententiam suam eo confirmare, quod idem natura sciscerct ac probaret, traducto similitudine *sciscendi* uerbo. Cetera non expedio.

melius liberiusque) quod illi aperte unam et ueram uoluptatem, in iucundo motu positam, defendebant, Epicurus inconstanter alteram non dolendi admiscebat. Uid. II, 19 et 35 sqq. *Uberius*, quod Uictorius e suo cod. edidit, natum st ex linea non satis porrecta.

ut nihil homine uideatur indignius. Ad maiora enim quaedam nos natura genuit et conformauit, ut mihi quidem uidetur. Ac fieri potest, ut errem; sed ita prorsus existumo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenit, aut torquem illum hosti detraxisse, ut aliquam ex eo perciperet corpore uoluptatem, aut cum La-

conformauit) *confirmauit* R. neque eum) *ne enim* E primus) *prius* I cognomen) *cognicionem* E inuenit) *inuenerit* LPMCROr. corpore uoluptatem *corporis uol.* M *uol. corpore* Or.

neque eum Torquatum) Quom duorum Torquatorum exempla conmemoraturus esset, exorsus est a forma diiunctionis negatiua (*neque* — *neque*), sed priore parte longius tracta, alteram aliter subiecit: *Quid T. Torquatus* &c. Uid. exc. de bimembri oratione interrupta ad h. l. Ipsam T. Manli Torquati pugnam cum Gallo ad Anienem et torquem cæso hosti detractum fama celebrauit; uid. Liu. VII, 10, Quadrig. apud Gell. IX, 13, Flor. I 13 &c.

cognomen inuenit) Personam definit ex historia extra relicuum orationis obliquæ nexum. Itaque requirebatur indicatiuos non minus hic quam in Tuscul. IV, 49: *ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen* *i n u e n i t*, *iratum existumo Gallo torquem detraxisse.* Atque hic concursus memorabilis illius loci et optumi codicis id etiam efficere debet, ut in similibus locis aliquid rationi tribuatur, quod Wesenbergius iure fecit in programmate de orat. Caeliana p. 15, de Brut. 57 et 79 Schuetzio adsentiens et in orat. de inper. Pomp. 5 e scholiasta Gronouiano restituens: *huic qui successit.* Sed cauendum, ne quis eos etiam locos adtingat, in quibus latet aliqua aut caussæ aut contrarii significatio, uelut pro Flacc. 33 (ubi: *qui L. Flacco successerit*, est: *qui tamen eodem loco fuerit*) et ad Att. XII, 21, 1 (*Cæsaris, qui tum prætorio loco dixerit*).

corpore uoluptatem) *uoluptatem corpore* Gzius e tribus suis quartus habebat *uoluptatem corporis.* Uitiose dissoluitur uerborum conpages ablatiuo in ultumum locum reiecto, et quod accusatur eadem uox bis in fine sententiæ posita, prorsus in eiusdem notionis repetitione sic poni debet. Dau. e Par. 1 et 3 adnotat *corpore perciperet uoluptatem.* Scilicet scribæ coniunxerunt *ex eo corpore.* Delendi uocabuli nulla est ratio, quom hoc ipsum Cicero premat, corporis esse illam uoluptatem. Cfr. N. D. I, 111.

tinis tertio consulatu conflixisse apud Ueserim propter uoluptatem. Quod uero securi percussit filium, priuasse

Ueserim) *Uesuuium* C percussit) *percusserit* omnes, Or. priuasse) *priuauisse* LMPCROr.

tertio consulatu conflixisse apud Ueserim) A. 340 a. C. n. cum collega P. Decio, qui in eo proelio se deuouit, "haud procul radicibus Uesuui montis, qua uia ad Ueserim ferebat." (Liu. VIII, 8). Ueserim fluuium (sic appellat Uictor uir. inlust. 26 et 28) in hac narratione omnes nominant, quos enumerat Beier ad Cic. Off. II p. 399, alibi nemo. *Uesuuium*, notius nomen, subiciebant duo Gzi codd. et ueteres quædam edd. Itaque in marg. Crat. et e Uict. cod. uerum adnotatur.

securi percussit) Eodem bello ante pugnam; Liu. VIII, 6, 7, Gell. IX, 13, cett. Ausus sum hic sine codicibus indicatiuom restituere, ut paullo ante cum optumo codice. Res ex historia sumpta, de qua iudicatur, ipsa plane seiuncta st ab illo *uidetur*; ac ne sic quidem defendi coniunctiuom uerborum ordo sinit, ut ultra ueres fines progressa infinitæ orationis uis putetur. Simile tamen dicas II de Diuin. 67: *quod ipse et equos eius repente conciderit, non sane mirabile hoc quidem.* Sed ipsæ uoces *hoc quidem* admonent, ut melius uerba interpungamus et *quod* alio referamus: *Atque etiam a te Flaminiana ostenta conlecta sunt: "Quod ipse et equos eius repente conciderit."* (Hæc ex aduerso dicuntur et hoc primum st membrum, cui Marcus occurrit): *Non sane mirabile hoc quidem. "Quod euelli primi hastati signum non potuerit." Timide fortasse signifer euellebat* cett. Itaque ibi *quod* ponitur in iis, quæ uniuerse cum significatione dicendi aut sentiendi comprehensa sunt, particulatim adiungendis, ut sæpe. Similiter Philipp. V, 17 (*An illa non grauissumis ignominiis monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda, quod unus M. Antonius in hac urbe palam secum habuerit armatos* &c.) sic *quod* adnectitur pronomini *illa*, ut ad ipsam sententiam pertineat uis uerbi præcedentis, quasi sit: *an non notandum, Antonium habuisse* &c. (Cfr. Cæs. B. C. I, 23: *pauca apud eos loquitur, quod* &c.). Sed in Pison. 67 necessario scribendum puto *uidetur*. Nam potentialis significatio in nudo illo coniunctiuo illo loco esse non potest. (De genere mendi *uideatur* pro *uidetur* uid. progr. meum de orat. pro Balb. I p. 20, hic ad V, 33). Non nescio, Drakenborchium ad Liu. XXXV, 49, 13 exemplis comicorum, apud quos aliquotiens *quod dicas* est: *si forte dixeris*, *etiamsi dicas*,

se etiam uidetur multis uoluptatibus, quom ipsi natura patrioque amori praetulerit ius maiestatis atque inperi 24. Quid? T. Torquatus, is, qui consul cum Cn. Octauio fuit, quom illam seueritatem in eo filio adhibuit quem in adoptionem D. Silano emancipauerat, ut eum Macedonum legatis accusantibus, quod pecunias praetorem in prouincia cepisse arguerent, caussam apud se dicere iuberet, reque ex utraque parte audita, pronuntia

etiam) *et* E patrioque) *patrio quoque* PMCR *primoque* L 24. T.) *l* omnes Gn.) *C* L emancipauerat) *manciparat* C pecunias) *pecuniam* L pronuntiaret) *pronuntiasset* C

ecficere, Ciceronem et Liuium sic dicere: *quod domum emas, gratum mihi est.* In Manut. ed. et aliquot deinceps transpositum erat *filium percusserit.* Correxit Dau. e quinque codd., Gzius ex omnibus suis.

24. *T. Torquatus*) Uerum prænomen plurium coniectura restitutum; nam codd. etiam aliorum *L.* Constat non solum e Liu epit. 54 et Ual. Max. V, 8, 3, ubi eadem res narratur plenius, e didascalia Hecyræ Terentianæ, sed e fragmentis Capitolinis.

D. Silano emancipauerat) Itaque apud Liuium et Ual. Max ipse D. Silanus appellatur. Proprie antem Cicero dixit; nam adoptio fiebat mancipatione, patre filium ter emancipante, de quo more uid. Sueton. Oct. 64, Gell. V, 19, Gai. I, 134, l. ult. Cod de adopt. (8, 48) et qui ex his fontibus rem exposuerunt, ut Heineccius in Syntagm. Antiqu. I, 11, 15. Mox, ubi est *pecunias cepisse*, addi poterat *contra leges*; sed alibi quoque, illo omisso, in hanc partem dicitur, ut Uerr. III, 218, Liu. XLIII, 2.

caussam apud se dicere iuberet) In epitoma Liu. narratu quom senatus cognoscere uellet, Torquatum petisse et impetrass ut sibi cognitio mandaretur, similiterque apud Ualerium, qui solum per totum biduum utrique parti uacasse addit. Hærent Sigonius et Dukerus, quod legati senatum adeunt senatusque cogniturus fuisse dicitur, quom aliquot annis ante (a. 149 a. Chr lege Calpurnia quæstio de pecuniis repetundis constituta esse nam Silanum ex Liuiana epitoma intellegitur Macedoniam rexis post Q. Pompei consulatum (a. 141). Equidem ne antea quidem senatum neque de repetundis neque de ullo alio crimine cognouisse et iudicasse arbitror; neque sine lege aliis mandasse, quærerent; sed longum st hoc contra Dirksenium (Civilistisch Abhandlungen I, 2) persequi. Deinde priuato homini et u

ret, eum non talem uideri fuisse in inperio, quales eius maiores fuissent, et in conspectum suum uenire uetuit, numquid uidetur tibi de uoluptatibus suis cogitauisse! Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optumus quisque pro patria et pro suis suscipit, ut non modo nullam captet, sed etiam praetereat omnes uoluptates, dolores denique quosuis suscipere malit, quam de-

uideri) *fidei* PR uidetur tibi) *t. u.* E dolorem) *dolores* E suscipit) *suscepit* E quosuis) *pro suis* L

cognitionem mandari a senatu, mirantur; nam patriæ potestatis nec huiusmodi cognitio erat, nec eam Torquatus habebat filio in adoptionem dato. Scilicet iudici forma et adparatus a narrantibus adcessit. Legati prouinciæ, qui accusatores Romanis legibus esse non poterant, ad senatum adierunt iniurias suas querentes et remedia petentes. Quæ de ea re senatus decresset, si res relata esset, et existumationem Silani lædere potuissent et præiudicio esse, si quis postea uere in foro accusaret. Torquatus petiit, ut ea res ne ante ageretur, quam ipse caussam cognosset. Sed tota hæc priuata cognitio erat, cuius nec absolutio ueram accusationem impeditura erat, neque damnatio poenam ullam legitumam adferebat. Cicero tamen iudiciali uerbo utitur, *uideri* pronuntiasse dicens (II Acad. 146, in Uerr. V, 14). Pro *uideri* codices deteriores miro errore alii (Lbini et Gulielmi quidam, Pal 4, 6) *fideri* (Germanica illa pronuntiatione, quæ in comment. in Uerr. I § 141 *fabrum* ex *uafro* fecit), alii illinc progressi *fidei* habent (eorundem aliquot, Gud. 1, Bas). Uict. cod. *furti* habet, Spir. ueram scripturam.

et in conspectum suum uenire uetuit) Melius sane, quoniam in hoc ipso inest seueritas, Cicero scripsisset *uetaret*, ut coniungeretur cum *iuberet* et *pronuntiaret*; duriorque etiam hic neglegentia ea est, quod non in exitu periodi postremum membrum dissoluitur, sed in media periodo. Nec tamen dubitari potest, quin sic Cicero scripserit. Uid. excurs. I extr. (Handius Tursell. II p. 486 simplicem ait esse uerborum rationem; sic enim pergere, ac si ante dixisset: *seueritate adhibita pronuntiauit et uetuit.* Atqui ex hoc: *pronuntiauit et uetuit,* fit: *pronuntiaret et uetuit.* Mirifice interdum philologi conniuendi artem tenent). Ualerius Max. et epitome Liuiana addunt, Silanum uitam suspendio finisse nec patrem ei exequias isse.

dolores denique — offici partem) Adeo hæc, si sola spectan-

serere ullam offici partem, ad ea, quae hoc non minu declarant, sed uidentur leuiora, ueniamus. 25. Qui tibi, Torquate, quid huic Triario litterae, quid historia cognitioque rerum, quid poëtarum euolutio, quid tant

tur, apte et Ciceroniane dicta sunt, adeo nullam additamenti au notam aut caussam habent, ut deleri mutariue nullo modo possint quom præsertim apertum sit, quid Ciceroni acciderit, ut sic scri beret. Nam quom de prætermittendis uoluptatibus dixisset, au gendo progressus est ad dolorum offici caussa susceptionem con memorandam. Et tamen ita hæc a Cicerone scripta sunt, ut, qu tamquam recte scripta defendere uelit, nihil agat; uoluerunt auten Gzius et Otto; uolet omnis natio superstitiosorum Ciceronianorum Inceperat enim a rerum iniucundarum et molestarum conmemo ratione, quæ nulla expectata uoluptatis mercede susciperentur addere poterat: cum omissione etiam uoluptatis; illud uitiosun st: ut etiam molesta suscipiantur. Dauisius hæc omnia delebat Bremius modestius supra tollebat uoces *dolorem etiam*, ut pr *quem* scriberetur *quæ*, quo remedio non multum ecficitur. Nan uel sic hæc dicuntur: ut omittam molesta, quæ optumus quisqu suscipiat sine spe mercedis (hic subsistendum erat; sed additur) "ita ut etiam dolores suscipiat." Non tulerunt in Cicerone næuom at quam multos et in hoc opere et in omni hoc genere eius scri ptorum non uiderunt! Cfr. ad II, 85 et quæ de toto genere ii prolegomenis exposita sunt.

omittam — ueniamus) Numeri mutatio in eadem periodo no ita infrequens, etsi ad nostras auris offensionem habet. Uid. § 1 Uereor, ut recte olim correxerim, quod editur uolgo pro Ligari 20: *Sed ut omittam communem caussam, ueniamus ad nostram Utrum tandem existumas* &c., quamquam ibi et in breuissuma ora tione et membrorum æqualitate durior est mutatio.

25. *quid historiæ cognitioque rerum*) Mire Bremius dubitat quo casu *historiæ* positum sit, et eo delabitur, ut genitiuom ess uelit, ut si dicatur: *historiæ cognitio cognitioque rerum*, quod fer nullo modo potest. Ecce autem Goerenzius *cognitionem rerum* philosophiam esse statuit, eam una notione cum historia coniung non posse; itaque deleuit *historiæ* et *que*; nam *que* "glossis iun gendis inseruire"; (o barbariem et quam mira narrantur de librariis! Cicero Torquato Epicureo non illam cognitionem rerum tribuit quam philosophia promittit (et belle huic superaddidisset poëta rum euolutionem, uersuum memoriam!) sed encyclopædicam illam quæ in liberaliter instituto homine esse solet, eamque in litteri

tot uersuum memoria uoluptatis adfert? Nec mihi illud dixeris: Haec enim ipsa mihi sunt uoluptati, et erant illa Torquatis. Numquam hoc ita defendit Epicurus neque uero tu aut quisquam eorum, qui aut saperet

25. Torquatis) *Torquati* EMP uero tu) *uero troii* PR *uero tu Triarii* C

particendis cum historia coniungit, quod ex prosæ orationis scriptis hauritur magnaque pars rerum ex historia st (Plin. Epist. I, 22: *Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet*). *Historias* dixit de singulis historiæ partibus, ut V, 64. Aliter historiæ a Quinctiliano (I, 8, 18) et poëtis dicuntur.

Hæc enim ipsa) Non tam ellipsis est in hoc particulæ usu, quod negat Handius II p. 894, quam coniuncta adfirmationis et caussæ explicationisque additæ significatio; sed tamen hæc in particula ipsa inest, illa ex hac oritur. Exemplis add. Brut. 152.

neque uero tu aut quisquam) Quod in ed. I est: *neque uero tu, Triari, aut quisquam*, tenuerunt Uict., Grut., Ernestius. Uocatiuom neque Palatinus ullus habet neque, ut uidetur, Oxon. Danisius in eo omittendo uno auctore utitur codice Balliolensi, Gzius Erl. et Spir. Nec Triarium Cicero hic adloquitur neque Stoicus (II, 119) inter Epicureos, a quibus desciscere Torquato non liceret, referri potuit. Nec tamen bene scripsit Cicero, si ita, ut editur, scripsit. Nam quom Torquatum admoneat, non licere ei, si uerus Epicureus esse uelit, illo modo sententiam defendere, quid ad rem pertinet, quid ipse Torquatus ante dixerit? Scholæ constantia commemoranda sola erat. Et qui poterat Cicero illud scire, quocum Torquatus numquam ante de hac re locutus esset (§ 14)? (Nam quod Gzius ad *tu* audiri uolt *defenderes*, primum non potest ullo modo sic mutari intellegendo uerbi modus in nouo subiecto per *neque* adiuncto, quom præsertim in *quisquam* redeatur ad *defendit*; deinde nimis lepide Cicero Torquatum admoneret, ne id dicat, quod dicturus non sit: *ne feceris; nam non faceres.*) Hæc incommoda sensit P. Manutius intellexitque inter Epicuri nomen et illa: *aut quisquam* apte nihil aliud interponi posse nisi præstantis alicuius ueteris Epicurei nomen. Ergo uenit ei in mentem: *neque Metrodorus aut quisquam*, scite hercle; neque enim alius aptior huic loco quam Epicuri conlega sapientiæ (uid. ad II, 7). Sed ipse a libris longius hoc discedere confitetur, a melioribus præsertim; nam illo spectare uideri possunt illa in deterioribus: *neque uero troii* (etiam in ueteribus li-

aliquid aut ista didicisset. Et quod quaeritur saep cur tam multi sint Epicurei, sunt aliae quoque caussa sed multitudinem haec maxume adlicit, quod ita puta dici ab illo, recta et honesta quae sint, ea facere ip

sint) *sunt* LPMCR Epicurei) *Epicuri* E hae) *hec* MROr. putant) *put* MPCR

bris Lbini, Pal. 4, Oxx. Uχ; Gzius partim hoc partim *neque ue* *Torii* in suis præter Erl. et Sp. esse dicit; cod. Uict. *neque ue* *modo aut qu.*). Sed nec hæc proxume adcedunt et pericul eissume ex his codd. coniecturæ ducantur, præsertim ne consp rantibus quidem; nam in LM, Oxx. saltem Eξ nihil tale. *Nequ uero* rarius ponitur in nouo substantiuo eidem uerbo adiungend nisi in diiunctione negatiua (*neque — neque uero*, de qua form uid. Opusc. mea Acad. p. 406); alibi fere augetur res negand (*und zwar nicht*) ut in Tusc. III, 24, hic IV, 11, aut noua senten tia sic adnectitur. Sed tamen eodem modo ponitur I N. D. 1 (*non opificem ædificatoremque mundi Platonis de Timæo deum ne anum fatidicam, Stoicorum πρόνοιαν — neque uero mundum ipsu animo et sensibus præditum*).

cur tam multi sint) Leuiculum errorem (*sunt*) Lambinus ta cite correxit, deinde Dauisius, postea omnes. Rectum habet etia Spir. Deinde *hæc maxume* (caussa) recepi ob auctoritatem Erl Spir., Gud. 2. Est etiam in Ox. χ. Grut. et Dau. tacent. D ipsa re cfr. Tusc. IV, 7, ubi Cicero recte addit facilem doctri næ minume abstrusæ cognitionem. Conueniebat Epicuri disci plina animis a religione auersis et in perdita re publica et mori bus otium sectantibus, non ueritatem.

ita putant dici) Sic (pro *putat*) Dau. in El. 2 legi adnota Gzius in Gud. 2 et Bas. (Erl. oblitus est et fortasse etiam Spi rensem); est ita in Crat. margine; ex eo Uict. cod. *putauit*. Re cepit *putant* Orellius, citans Tusc. IV, 6. Recte de Ciceronis us præcepit Zumptius § 866. In illo autem Tusculanarum loco quo Klotzius *inuitabatur* sic tuetur, ut sit: *es wurde eingeladen, es fand eine Einladung statt*, simile et ceterorum eius uiri, ubi i corruptelas codicum incidit; absurdissuma quæque præclare s expedisse putat, si æque absurde uerterit. Dicat tandem ips Germanice, ut habeant homines, quod rideant: Die Menge hat sich dieser Schule hingegeben, weil eine Einladung statt fand durch die Lockungen des Genusses. Nimirum nullius uerbi Latini pas-

per se laetitiam, id est, uoluptatem. Homines optumi non intellegunt, totam rationem euerti, si ita res se habeat. Nam si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte et per se esse iucunda, per se esset et uirtus et cognitio rerum (quod minume ille

lætitiam) *licenciam* E res se) *se res* LMPCOr.

siua forma inpersonaliter ponitur, nisi quod aut intransitiuom st aut pro intransitiuo poni potest (ut *amat*, *bibit*, *edit*).

si ita res se habeat) Hoc ordine etiam cod. Uict., Spir., Gud. I apud Gaium; ceteri talia non adnotant. Sequor codicum præstantiam, regulam certam non noui. Hoc ordine II de orat. 271, II N. D. 23 et III, 89 (ex optumis codd.), Acad. II, 54, Legg. I, 86 (sed postposito *sic*), altero fortasse etiam sæpius, ut II de Orat. 23, Cat. 65, Tusc. V, 63, ad Att. II, 22, 1, Legg. I, 58. Aliter inplicatur ordo aduerbiorum transpositione, de qua quæ dixit Handius Tursell. III p. 498, parum firma reperientur, si ad ipsos locos exacta fuerint.

etiam si ad corpus nihil referatur) De re uid. ad § 55. Mirari aliquis possit, Ciceronem in hac inclusa sententia et pendenti præsens tempus retinuisse nec ad condicionalem formam primariæ eam adcommodasse, in ea præsertim re, quæ non extra condicionem et ab ea seiuncta intellegatur, quom alibi propter notum Latinorum studium sententias adnexas ad primarias uerbi tempore adcommodandi ad condicionalem formam etiam ea reuocet, quæ noster sensus diiungat tamquam ad rem ueram et præsentem pertinentia: Off. II, 51: *quod scribere, præsertim quom de philosophia* s c r i b e r e m, *non auderem, nisi* &c., ad Fam. XIII, 66: *A. Cæcinam non commendarem tibi, quom* s c i r e m, *qua fide in tuos* s o l e r e s *esse, nisi* &c.; Acad. II, 65: *Itaque, nisi ineptum putarem in tali disputatione id facere, — iurarem me ea sentire, quæ* d i c e r e m (id est, *nunc dico*); Philipp. V, 51: *audebo etiam obligare fidem meam, quod profecto, quom me nulla uis* c o g e r e t, *facere non auderem* &c. Ideo II, 22 dicitur: *quom præsertim* e s s e t, *ut tu* a i s, &c., non *sit*. Liuius quoque VIII, 5, 8: *Tempus erat tandem iam uos nobiscum nihil pro inperio agere, quom florentissumum nunc Latium* u i d e r e t i s &c. Similiter, atque hic, Tusc. 1, 60: *illud, si ulla alia de re obscura adfirmare possem, siue anima siue ignis* s i t *animus, eum iurarem esse diuinum.* Uidetur ipsam rem controuersam uniuersius eloqui uelle.

uolt) expetenda. **26.** Haec igitur Epicuri non probo inquam. De cetero, uellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructior, (est enim, quod ita tibi uideri necesse st, non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur), aut ne deterruisset alios a studiis. Quamquam te quidem uideo minume esse deterritum.

VIII. Quae quom dixissem, magis ut illum prouocarem, quam ut ipse loquerer, tum Triarius leniter adridens, Tu quidem, inquit, totum Epicurum paene e philosophorum choro sustulisti. Quid ei reliquisti, nisi te quoquo modo loqueretur, intellegere, quid diceret? Aliena

26. ita tibi) *tibi ita* E *tibi* R ne) *non* E tum) *tu* E Tu) *tum* E inquit, totum) *tot. inq.* E quoquo modo) *quoque ut id modo* LPMCR

26. *uellem, — doctrinis fuisset instructior*) De Epicuri et ipsius *ἀπαιδευσίᾳ* et ad eam cohortatione multa ueteres, fortasse non sine exaggeratione aliqua. Præter cetera memorabilis ipsius Epicuri uox ex epistula ad Pythoclem adnotata (Diog. Laërt. X, 6) *Παιδείαν πᾶσαν, μακάριε, φεῦγε*, ad quem locum Menagius plura congessit. Athen. XIII, p. 588 A: *Καὶ πρῶτόν γε μνησθήσομαι τοῦ φιλαληθεστάτου Ἐπικούρου, ὅστις ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὢν ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν παρερχομένους, τοιαύτας φωνὰς προϊέμενος· Μακαρίζω σε, ὦ οὗτος, ὅτι καθαρὸς πάσης αἰτίας* (corruptum hoc) *ἐπὶ φιλοσοφίαν ὥρμησαι.* Sext. Empir. adu Mathem. I init., Plut. Non posse suauiter &c. c. 12 et 13 p. 1095 I (ubi sic distinguenda oratio: *ἆρ' οὐκ ἂν εἶπε· Τοῖς Σαμίοις, ὦ Μοῦσα, τίς ὁ φθόνος; Ἀθηναίων γὰρ οὐδεὶς κ. τ. λ.*; significatur Epicuri patria). Quas artis Cicero intellegat, patet ex Athenæo, tum distinctius dicitur h. libr. 72. Inuidiose I N. D. 72 *puerilis disciplinas* appellat.

Cap. VIII. *Quid ci reliquisti*) Non inscite orationis cohærentiam ostendunt Oxx. *E*ξ scribentes: *quid enim reliquisti.*

quoquo modo) Sic etiam Spir., mgo Crat., El. 2, cod. Uict., id est, optumi, etsi in Pal. 1 Gruterus ait adparere, litteram postremam in *quoquo* esse manus recentioris. Ceteri, quorum fit mentio, ut nostri deteriores. Coniectura uerum inuenerat Manutius, quom in Maffei libro esset: *quoque modo.* Moreli cod. *quoque ut modo.*

aliena dixit) Sic etiam Pal. 1, Spir., Bas. Ceteri, de quibus constat, (meliorum nullus) *dicit*, quod etiamsi non optumorum

dixit in physicis, nec ea ipsa, quae tibi probarentur. Si qua in iis corrigere uoluit, deteriora fecit. Disserendi artem nullam habuit. Uoluptatem quom summum bonum diceret, primum in eo ipso parum uidit, deinde hoc quoque alienum; nam ante Aristippus, et ille melius. Addidisti ad extremum, etiam indoctum fuisse. 27.

dixit) *dicit* LMPCR Si qua) *si quæ* Or. *sed si qua* LPMCR iis) *his* EPCR deteriora — uoluptatem) om. E quoque) *quod* E melius) addunt LMPCR: *etenim quoniam detractis de homine sensibus* Addidisti) *disci* E

codicum testimonio conuinceretur, tamen in hac breui coacervatione ferri inæqualitas temporum non posset, nec in hac commemoratione præsentis iudici excusari: *dicit, quæ — probarentur.*

si qua) Sic (non *quæ*) Pal. et Erl., edióitque Gruterus et post Dau. de codicibus tacens. *Si quæ* Bremius "ex quibusdam libris" (ipse nullos codices habuit), Gzius, Spirensem et Bas. testes citans; *sed si qua*, quod antea edebatur (nisi quod quidam *sed si quæ*) Oxx. omnes, certe *sed si*; hoc etiam Gziani præter Erl., et Sp. De discrimine formarum illarum plura legi quam res merebatur, nihil, quod non ex uno alteroue loco sine caussa adreptum aut in eo ipso loco aut in proxumo a codicibus argueretur, sæpe etiam tale esset, ut illa celeriore aut spissiore pronuntiatione significari nullo modo posset, uelut ea, quæ nuper a Stuerenburgio ad orat. pro Arch. 11 excogitata sunt. Ipsa natura pronominis indefiniti et breuioris formæ, quæ coniunctioni encliticæ adhærebat, commendabat celeriorem pronuntiationem, quam infinito plures poëtarum loci habent, Priscianus solam. In uno et altero loco poëtæ licenter produxerunt syllabam. In prosæ orationis scriptis librarii ad eam ferebantur formam, quæ in relatiuo et interrogatiuo sola erat. Probabo igitur *qua*, sequar optumos codices in singulis locis.

melius. Addidisti) Quæ nostri deteriores, eadem addunt Palatini, excepto 1, Dauisiani omnes, Oxx., Gziani præter Erl. et Sp. e § 30. Morcli codex plura interposita habebat: *Etenim quoniam, detr. d. hom. sens., rel. n. est, nec. est, q. a. ad nat. a. contra sit, a nat. i. iudicari et expetendam et dolorem ipsum per se esse. Addidisti.* Primus deleuit non P. Marsus, sed Manutius. Erratum st, quom ad nouam paginam exempli transiretur, nec postea deleta, quæ praue scripta erant.

Fieri, inquam, Triari, nullo pacto potest, ut non dica[s] quid non probes eius, a quo dissentias. Quid enim m[e] prohiberet Epicureum esse, si probarem, quae ille dice[ret]? quom praesertim illa perdiscere ludus esset. Quam[ob]rem dissentientium inter se reprehensiones non sun[t] uituperandae; maledicta, contumeliae, tum iracundiae contentiones concertationesque in disputando pertinace[s] indignae philosophia mihi uideri solent. **28.** Tum To[rquatus]

27. Triari) *Triario* E *o Triari* LMPCR quid) *quod* E eius) om. E Epic[u]reum) *Epicurum* ER si probarem) *et probarem* E esset) om. E dissentie[n]tium) *disserentium* LMCR *differentium* P (*repreh. dissentientium int. se* I[...] tum) *cum* E contentiones) *contemptiones* L 28. Tum) *Tunc* (P) C

27. *Triari, nullo pacto*) *Triario* "tres potiores" Gzi; *o Triar[i]* Dauisiani, duo reliqui Gziani, Oxx. (silentio). *O* uehementiu[s] quam pro hac sedata adlocutione.

Dissentientium) Sic cod. Uict. (qui primus sic edidit) et mg[.] Crat., Pal. I. *Disserentium* Pall. ceteri, Oxx. Dauisius et Gziu[s] tacent, *dissentientium* tenentes.

iracundiæ, contentiones) Lambinus scribendum putauit: *ira[*]*cundæ contentiones*, quem Dauisius et Gzius secuntur, hic P. Mars[o] eam scripturam tribuens errore, ut solet. Commendat correctio[-]nem particula *tum*, quæ mutationem aliquam structuræ significare uidetur, et adiectiuom *pertinaces*, ad *iracundias* parum aptum, a quo nomine si seiungitur, ne ad *contentiones* quidem uidetur per[-]tinere; eæ autem, nisi aliquid adcesserit, lenius quam pro re no[-]minari uidentur. Uerum tamen *tum* poni potest, quod ab iis, quæ etiam extra disputationes et conloquia locum habent, ad dis[-]putationes transitur; altera ratio non satis firma et ad scripturam mutandam. Non utar calumnia, ut locos poscam, ubi contentio[-]lis, iurgium aliaque inanima iracunda dicantur. Sufficere enim ui[-]detur, quod aduerbium sæpe sic ponitur.

in disputando) Omittunt Par. 2 Dauisi, Spir. et Gud. 2, quo[-]rum in hoc genere mendi conspiratio iam § 4 et 6 adparuit. Omittendi uerba nulla et caussa, potiusque ob ea, quæ superiore nota dixi, necessaria sunt.

philosophia mihi) Transposita in editionibus inde a Manutio restituit Gzius e suis codd.

28. *Tum Torquatus*) Sic Gzius ex Oxx. quattuor, suis omni[-]bus. In transitu et progressu narrationis numquam ponitur *tunc*,

quatus, Prorsus, inquit, adsentior; neque enim disputari sine reprehensione, nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest. Sed ad haec, nisi molestum st, habeo quae uelim. An me, inquam, nisi te audire uellem, censes haec dicturum fuisse? Utrum igitur, inquit, percurri omnem Epicuri disciplinam placet, an de una

inquit) add. *Torquatus* C An) *At* omnes. igitur) *qui* E *igitur, inquit* Or. an) *aut* C

quae particula rem uno aliquo temporis puncto definit. Cfr. 29, II, 6.

recte disputari) Omittunt uerbum Oxx. *E*ξ, e Gzianis Spir. et Gud. 1, deleuitque Gzius, quo facto, contra atque is putauit, *recte potest* necessario coniungitur cum *disputari* una sententia, prauo positu, peritque oppositio, quæ st in disputatione reprehensionem requirenti, et recta disputatione, iracundiam respuenti, id est, perit sententia.

ad hæc — habeo quæ uelim) Breuius Tusc. I, 55: *nisi quid habes ad hæc;* hic libr. IV, 1: *aut omittamus contra omnino uelle aliquid.* Conparandus est is uerbi usus, quo dicitur: *paucis te uolo* et similia.

An me, inquam) *An* Par. 2 et El. "unus" apud Dau. (Gzius, uacillant, inquit, codd. in *at, atque, ac* et *an* exhibentes). Id, etsi exigua auctoritate munitur, propter sermonis legem cum Dauisio et Orellio tenendum erat. Nihil enim ex aduerso obicitur. Itaque Handius Tursell. I p. 438 ex hoc uno exemplo singulare constituit genus interrogationis ab *at* incipientis, in qua aliquid reiiciatur. At Cicero idem se uelle significat, quod Torquatus, ut hic loquatur. Adnectitur interrogatio alterius uerbis, e quibus nata et apta st (*denn*): II, 74: *An me, inquis, tam amentem putas —?* Tusc. V, 73: *An tu me in uiola putabas aut in rosa dicere?* ibd. V, 35: *An ego possim, quom ignorem, quam sit doctus, quam uir bonus?* De Fat. 4: *An mihi, inquam, potest quicquam esse molestum, quod tibi gratum futurum sit?* ubi, ut hic, aliquot codd. *at*, uolgari errore (cfr. supra 5); Brut. 184: *An tu, inquit, id laboras?* Legg. III, 33: *An etiam id dubium st?* Handius I p. 335 unum huius generis exemplum posuit Terentianum neque admodum perspicue de eo scripsit.

Utrum igitur percurri) Uerbi *inquit*, quod post *igitur* Dauisius tamquam e tribus Parisiensibus interposuit, nemo alibi uestigium inuenit, ut merito in illis codd. conferendis erratum esse suspicer.

uoluptate quaeri, de qua omne certamen est? Tuo uer id quidem, inquam, arbitratu. Sic faciam igitur, inquit unam rem explicabo eamque maxumam; de physici alias; et quidem tibi et declinationem istam atomorun et magnitudinem solis probabo, et Democriti errata al Epicuro reprehensa et correcta permulta. Nunc dican de uoluptate, nihil scilicet noui, ea tamen, quae t ipsum probaturum esse confidam. Certe, inquam, perti nax non ero, tibique, si mihi probabis ea, quae dices libenter adsentiar. **29.** Probabo, inquit, modo ista si aequitate, quam ostendis. Sed uti oratione perpetu

inquam) om. LMR et quidem) *equidem* E correcta) *correpta* L dices) *dici* L probabis) *probaueris* R 29. inquit, modo) *m. inq.* E

In Erl. *qui* natum et e compendio uocis *igitur*; uid. uar. script. a IV, 2. Mutatio personæ hic ipsa interrogationis forma et particul *igitur* significata uidetur. Cfr. ad II, 9.

reprehensa et correcta) Bremius *deprehensa* malebat; nam i reprehendendo errore nullum esse meritum, sed primum in depre hendendo, tum in corrigendo. Addere poterat, reprehensum ess ab Epicuro Democritum, satis notum fuisse. Sed *peccata* illa fu isse, non conueniebat; nec Cicero aut ea ætas *deprehendere erro rem* dixit; in facinoribus et rebus consilio et fraude occultatis i uerbum ponebatur.

si mihi probabis ea) Oxx. *E*ξ, Gud. 2 *probaueris*, non neces saria correctione; poterat enim adsensus ipsam disputationem co mitari, non solum ea finita oriri. Maluit Cicero *probabis* propte *dices*.

29. *ista sis æquitate*, *quam ostendis*) Unus, quod sciatu Uict. codex et eius editio *qua ostendis*, figura illa ex ellipsi e adtractione nata, cuius exempla plenius, quam ceteri, conlegi Kruegerus in libro de adtract. p. 259 sqq., a quo tamen ipsa rati non prorsus recte explicata st. Nam ex ea uerbi omissione, quan tractat p. 262, paullo ultra fines suos progressa hæc figura nat st, eaque caussa st, cur tantum in certis quibusdam uerbis et i breuissuma sententiæ forma locum habeat. Apud neminem enin Latinum simile reperietur exemplum Xenophontei, quod p. 258 po nit: ὧν μὲν νῦν λέγονται λήψεσθαι οἱ στρατιῶται, οὐδεὶς αὐτῶν ἐμο τούτων χάριν εἴσεται, nec, quod Horatius dixit: *iudice*, *quo nosti populo*, poterat etiam dicere: *iudice*, *quo te nosse dicis*, *popul*

malo quam interrogare aut interrogari. Ut placet, inquam. Tum dicere exorsus est.

IX. Primum igitur, inquit, sic agam, ut ipsi auctori huius disciplinae placet: constituam, quid et quale sit id, de quo quaerimus, non quo ignoràre uos arbitrer, sed ut ratione et uia procedat oratio. Quaerimus igitur, quid sit extremum et ultumum bonorum, quod omnium

Tum) *Tunc* (P) COr. sic agam) *agam sic* LMPCR huius) *ipsius* L et ultumum) *quid ult.* LPMCROr.

nec Liuio pro eo, quod est I, 29: *Raptim*, *quibus quisque poterat, elatis*, licebat scribere: *quibus quisque poterat ecferre*. Et tamen hoc auditur; nam ipsum *posse* nullum habet legitumum casum, qui mutatus dici possit. Itaque omisso demum infinitiuo uerbi, quod casum pronominis definiebat, occasio adtractionis data est; quod si concedere cogimur, nihil est, cur illud exemplum hinc remoueatur, quo Bentleius usus est, ad Fam. V, 14: *quom aliquid ages eorum*, *quorum consuesti*; nec sententia permittit; nam partitiua notio ad relatiuom non pertinet. Sed ea adtractio in declarandi et sentiendi uerbis aliquotiens etiam ibi ualuit, ubi nullus erat certus omissus infinitiuos, sed tamen laxior quidam uerbi usus non directo et solita ui accusatiuom asciscentis, uelut in illo Horatiano loco; neque enim *quo nosti* est: *quem*, *cuius naturam*, *nosti* (den du kennst), sed: *quem iudicem esse nosti* (den du weiss). Hinc cetera orta sunt. Hoc loco uolgatam scripturam tuetur ceterorum codicum, quantum scimus, omnium auctoritas.

Tum dicere) Uid. paullo ante. *Tunc* incuriose propagatum erat. Ex Oxx. tamen ξχ adnotatur *tum*, et "plures scriptos" sic habere, narrat Gzius ad § 28.

Cap. IX. *sic agam*, *ut*) Nescio quis primus ita ediderit (est iam in Crat.); uarietas nulla adnotatur, etsi in ceterorum deterioribus codd. idem fuit atque in meis. De re uid. Epicur. apud Diog. X, 37: *πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὦ Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ζητούμενα ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ταῦτα ἀνάγοντες ἐπικρίνειν.* Cfr. libr. II, 6. A uerborum igitur uolgaris usus explicatione et a *προλήψει* illa, quæ ibi inesse uidebatur, Epicurus ordiebatur.

extremum et ultumum bonorum) Optumos codd. (Pal. 1, Spir.) nemo præter Dauisium secutus erat. Et oratorie hæc diducuntur a

philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. Hoc Epicurus in uoluptate ponit, quod summum bonum esse uolt, summumque malum dolorem. Idque instituit docere sic: 30. Omne animal, simul atque natum sit, uolupta-

ut) om. E idque — docere) om. E

Cicerone, ut § 11, et coniunguntur, quæ unius notionis plura nomina sunt; uid. II, 5. Cfr. V, 17.

quod omnium philosophorum sententia) *Τοῖς ἀρχαίοις* hæc tribuitur definitio apud Stob. Ecl. Eth. p. 278 Heer. *λεκτέον, τέλος εἶναι, οὗ χάριν πάντα πράττομεν, αὐτὸ δὲ οὐδένος.* Similiter Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. I § 25: *Ἔστι μὲν οὖν τέλος τὸ, οὗ χάριν πάντα πράττεται ἢ θεωρεῖται, αὐτὸ δὲ οὐδένος ἕνεκα· ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν.* Stoici in ipsam definitionem includebant offici et uirtutis significationem; Stob. Ecl. Eth. p. 56 Heer. *λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Στοικῶν ὁρικῶς· τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκα πάντα πράττεται καθηκόντως, αὐτὸ δὲ πράττεται οὐδενὸς ἕνεκα. Κρατῖνος* (hoc corruptum), *οὗ χάριν τἄλλα, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκα. Καὶ πάλιν, ἐφ' ὃ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ πραττόμενα καθηκόντως ἀναφορὰν λαμβάνει, αὐτὸ δ' ἐπ' οὐδέν.* Non satis caute Cicero et hoc libro § 42 Torquatum dicentem facit, *omnes rectas res atque laudabiles eo referri, ut cum uirtute uiuatur*, et II, 5 ei Stoicam subicit definitionem: *omnia, quæ recte* (*καθηκόντως*) *fierent.* Certe si ipsi sibi constare uolebant Epicurei, sic loqui non poterant. Inprudentis erat a summo bono, uoluptate, agendo aberrare, contra uirtutem, quæ postea tamquam ministra nascebatur, non erat.

quod summum bonum esse uolt) In Par. 2 et Gud. 2, aberrante librario in uoce *summum* bis posita, exciderunt hæc: *summum — uolt.* Est quædam hic orationis copia non uitiosa; nam in pronomine *hoc* intellegitur iam *summum bonum*; sed pronomen refertur ad superiorem circumlocutionem, deinde nomen ipsum additur.

instituit docere sic) Eodem modo hæc argumentatio a pueris et bestiis desumpta (lib. II, 31) exponitur apud Diogenem X, 137 (*Ἀποδείξει δὲ χρῆται τοῦ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν τῷ τὰ ζῶα ἅμα τῷ γεννηθῆναι τῇ μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου*) et apud Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. III § 194 (*ὅθεν καὶ οἱ Ἐπικούρειοι δεκνύναι νομίζουσιν, φύσει αἱρετὴν εἶναι τὴν ἡδονήν· τὰ γὰρ ζῶα φασὶν ἅμα τῷ γενέσθαι ἀδιάστροφα ὄντα* (*nondum deprauatum* Cicero appellat) *ὁρμᾶν μὲν ἐπὶ τὴν ἡδονὴν, ἐκκλίνειν δὲ*

tem adpetere eaque gaudere ut summo bono, dolorem aspernari ut summum malum et, quantum possit, a se repellere; idque facere nondum deprauatum, ipsa natura incorrupte atque integre iudicante. Itaque negat opus esse ratione neque disputatione, quamobrem uoluptas expetenda, fugiendus dolor sit. Sentiri hoc putat, ut calere ignem, niuem esse albam, dulce mel, quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmare; tantum satis esse admonere; interesse enim inter argumentum

36. eaque) *quod* E neque) *nec* C oportere) *oporteret* omnes. tantum) om. E inter argumentum) *argumentumque* E

ἀλγηδόνας). Cfr. adu. Math. XI § 96 (*μηδέπω τοῖς κατὰ δόξαν δρυλεῦον*).

negat opus esse ratione neque disputatione) Sine caussa Ernestius *atque disputatione* malebat; uid. Acad. II, 79: *Tu autem te negas fracto remo n e q u e columbæ collo conmoueri*, et quæ de toto genere negatiuæ adiunctionis post negationem scripsimus ego in Epist. ad Orell. p. 66 et Opusc. Acad. p. 314, Zumptius ad Uerr. III, 220. Errauit in hoc quoque genere, qui nuper iuuenili proternia Ciceronis de officiis libros conmaculauit, in libro II, 84, ubi legitur: *Numquam nec maius æs alienum fuit nec melius nec facilius dissolutum st.* Similiter offendit Gzius libr. II, 48, ubi pro *neque uidere* possit uideri dicendum fuisse *atque uidere*.

quorum nihil oportere) Aut sic scribendum erat contra codd. aut paullo post: *tantum satis esset;* uariari in hac contrariorum coniunctione non potuit. Itaque secutus sum cum aliis Aldi Nepotis coniecturam (P. Marsus non sic scripsit). Non adtendit ad sententiarum coniunctionem Handius ad Wopkensi Lectt. Tull. p. 177, qui quod de condicionali sententiæ colore dixit, nihil est; Epicurus diceret simpliciter: *Nihil oportet.* Alioquin poterat sane in sententia relatiua pro infinitiuo, quem continuatiuom appellare soleo, retineri finita forma, ut supra 19 et II N. D. 44 (de Orat. I, 5 infinitiuos poni non poterat; itaque huc non pertinet). Alia uid. apud Kruegerum in fasciculo primo Quæstionum Grammaticarum p. 45, 46.

oportere — confirmare) Ernestius *confirmari;* opposuit Bremius Off. III, 3, Læl. 59 (add. 61 &c.).

tantum satis esse admonere) Ernestius *tantum* omittendum pu-

conclusionemque rationis et inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem; altera occulta quaedam et quasi inuoluta aperiri, altera prompta et aperta iudicari.

admonitionem) *monitionem* E occulta) *occultata* L iudicari) *indicari* LOr.

tabat. Bremius aduocat II de Orat. 139: *Tantum satis est intellegi, ne hoc quidem eos consecutos &c.*, et Cornel. Nep. Hannib. 10: *præcipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant nauem, a ceteris tantum satis habeant se defendere.* Addo II de Diuin. 104: *Sed nihil est necesse dicere, quæ secuntur; tantum sat est intellegi &c.* et pro Sulla 89: *Sed iam non quæro, purgetne Cassius Sullam; illud mihi tantum satis est, contra Sullam nihil esse in indicio*, ubi memorabile st addi *illud.* Patet enim ex hoc loco, in unam formulam coaluisse *tantum satis;* quom enim initio *tantum satis est* hoc sensu diceretur: nur dieses (und nicht mehr) ist genug, id est, schon dieses, deinde *tantum satis* prorsus est: schon genug. Erlangensis omittendo sæpissume peccat.

conclusionemque rationis) Hanc Gœrenzius ad III, 59, quasi ibi primum nominetur, ait esse, "quam a priori petitam uocemus," ad syllogismos transferens cognitionis diuisionem. Sed *conclusio rationis*, quæ dicitur etiam II de Diuin. 101, nihil est nisi syllogismus et argumentatio per syllogismos procedens (ἀπόδειξις); nec enim ratio concludit, sed concluditur; uid. supra 22, II N. D. 22, de Diuin. I, 71, II, 25, de Fat. 31 et 41, Tuscul. II, 29; eodemque modo *argumentum concludi* dicitur; uid. Acad. II, 27 et 44, hoc opere III, 27; in Orat. autem 137 *argumentum ratione concludi*; nam argumenti nomen ad ecfectum pertinet, rationis ad actum mentis. (In eodem libro 122 et de Inuent. I, 54 *argumentatio concludi* dicitur, sed, ut consentaneum erat, longe aliter, de fine et extrema parte argumentationis). Hinc *argumenti conclusio* appellatur Academ. II, 26 et 30 et 40. Patet, longe ab hoc usu loquendi abhorrere non solum quod I N. D. 89 editur: *argumenti sententiam concludere*, uerum etiam id, in quod coniectura inciderunt: *argumento sententiam concludere.* Latine rationem, argumentum concludere dicimur, etiam aliquid concludere, ut accusatiuos pronominis addatur, *sententiam, rem* non magis *concludere* dicimur, quam, quod fere cotidie etiam in philologorum libris lego, *rem negare* aut *ueritatem rei.*

prompta et aperta iudicari) Uict., Man., Lbinus *indicari*; e codd. non profertur; sed tenue discrimen est. Ex apertis et prom-

Etenim quoniam, detractis de homine sensibus, relicui nihil est, necesse st, quid aut ad naturam aut contra sit,

quoniam) *quo* E aut ad) *ad* E *aut secundum* LMC

ptis iudicium fit et sententia; ipsa non indicantur; nec enim opus est.

necesse st) Dau. et Ernestius malebant scribi *necesse esse.* Debebant igitur etiam: *Eam quid petere* &c.? Recte Bremius et Matthiæus Ciceronem hic, ut non raro alibi, in referenda philosophi ueteris sententia subito, omissa obliqua oratione, in rectam transisse statuunt, quod is facit non solum ubi ipse aut is qui loquens inducitur, eandem sententiam sequitur, ut hic Torquatus Epicuri, ut etiam tamquam suam ponere possit, sed etiam alibi interdum. Exempla et Matthiæus et ante eum Wopkensius (Lectt. Tull. p. 65 et 95) nonnulla posuerunt non apta nec huc pertinentia (uelut Tusc. IV, 21, ubi non propter alienæ sententiæ significationem, sed propter orationis initium infinito modo pergi debuit); apta ad rem declarandam hæc sunt: hoc opere II, 48 (*ut enim consuetudo loquitur*), III, 64 (*ut enim leges*), Tuscul. IV, 43, N. D. II, 129, de Fat. 41. Num Cicero contrario genere Acad. II, 40, quom instituisset alienam conclusionem sic proponere, tamquam ipsi eius auctores loquerentur, subito in uno membro ad obliquam narrandi formam (*non posse*) transierit, deinde autem ad rectam orationem redierit (*Nullum igitur est uisum*), non sine caussa dubitatum st. In libris de Diuinat. duobus locis (I, 55 et 56, II, 69) in narrando a recta oratione, in qua nulla st significatio alienæ sententiæ, subito ad obliquam transit.

ad naturam) Tenuerunt hoc fere editores ante Manutium et Lbinum. E Gruteri codd. tres sic habebant, tres "commatis quasi sequioris" *secundum*, e Dau. Par 1 et 3 *ad*, El. 1 et Ball. *secundum* (quid ceteri quattuor?) Oxx. omnes et e Gzianis tres *secundum*. Non potest nec propter codices nec per se dubitari, utrum ex interpolatione ortum sit; et sunt similia alia, quibus defendatur *ad naturam*; nec tamen umquam alibi Cicero sic de hac re dixit, et quod Gzius ponit, Handius (Tursell. I p. 108) repetit, esse Græcorum πρὸς φύσιν, sane Græcum st πρὸς φύσιν, sed quis dixerit πρὸς φύσιν εἶναι, ut esset *conuenire naturæ*, nescio; philosophus quidem in hac notione nemo dixit, sed κατὰ φύσιν omnes. Permulta huiusmodi Græca homo audax et, quod pudeat, imperitus finxit Græcis inaudita.

a natura ipsa iudicari. Ea quid percipit aut quid iudicat, quo aut petat aut fugiat aliquid, praeter uoluptatem et dolorem? 31. Sunt autem quidam e nostris, qui haec

iudicari) add. *uoluptatem etiam et per se expetendam esse et dolorem ipsum per se esse fugiendum* LPMCR Ea quid) *Et quid* E *Et quid* L *En quid* MR *Enim quid* C *Ecquid* Or. percipit) *præcipit* C aut quid) *et quid* (P;C *ecquid* Or. 31. hæc) *hoc* L

a natura ipsa iudicari) Uerba eadem, quæ nostri deteriores, e loco paullo inferiore (31) huc errore translata, addunt Palatini præter primum, plerique Dauisiani, Oxx. EUξχ. Gzius narrat "plures scriptos, in iisque Erl., Spir., Gud. 2," ea uerba addere; illos ipsos excipere debebat incredibilis neglegentiæ homo, ut patet ex Erl. et ceteris bonis; nam etiam cod. Mor. et Uictorianus omittunt.

Ea quid percipit aut quid) In singulis prope uerbis erratur. *Ea quid* est ex Pal. 1 et 4, marg. Crat., Par. et fortasse pluribus, postulatque oratio; quom enim demonstrasset, naturæ hoc iudicium esse, addit: Ea (igitur, quæ iudicat) quid percipit? Sensit hoc Bremius, qui sine caussa coniecit scribendum esse: *At ea quid;* idem enim efficitur pronomine initio posito. Uict. cod. et quattuor Pall. (in Gruteri nota errauit typotheta), Oxx. *Eξψχ en quid*; Ursini cod. (?) *at quid*; Dau. *ea* edidit cum Grutero, de codd. tacet; e Gzianis Bas. *et quid*, Gud. 1 *en quid*, Spir. (ut Erl.) *ei quid*, Gud. 2 *en uel ea quid.* Hinc P. Marsus fecerat *Ecquid*, idque Gzius et Orellius receperunt, sublato orationis nexu et obscurata primaria notione. Tum *præcipit* (cod. Uict., Spir., Gud. 1) probauit Gzius, nulla sententia. Negabat Epicurus quicquam a natura percipi, quo ad adpetendum aut ad fugiendum moueri posset, præter uoluptatem et dolorem. Tum *aut*, quod diiunctioni aptum st, tenent sine dubio codd. fere omnes, certe, ut nostri, e Dauisianis El. uterque, Par. 1, 8, Med., Oxx. omnes, Gzi "complures;" ediderat sic Uict. (cod. eius *en quid*); retinuerunt *et quid* Man., Lbinus, Gruterus. Gzius hic quoque *ecquid* scripsit. Sententia st Epicurea apud Plut. adu. Colot 27 p. 1122 D: *Αἴσθησιν ἔχειν δεῖ καὶ σάρκινον εἶναι, καὶ φανεῖται ἡδονὴ ἀγαθόν.*

31. *Sunt autem quidam*) De horum rationibus nihil traditum st; sed, ut fiebat in illa schola, eadem mutatis uerbis dixisse uidentur. Nam quom πρόληψιν eam adhiberent, in qua uoluptas tamquam petenda conciperetur, dolor tamquam fugiendus, πρόληψις autem illa e sensibus nasceretur, nihil aliud sequebatur, nisi iucunda esse, quæ iucunde sentirentur. Ut aduersarii non satis

subtilius uelint tradere, et negent satis esse, quid bonum sit aut quid malum, sensu iudicari, sed animo etiam ac ratione intellegi posse, et uoluptatem ipsam per se esse expetendam et dolorem ipsum per se esse fugiendum. Itaque aiunt, hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem, ut alterum esse adpetendum, alterum aspernandum sentiamus. Alii autem (quibus ego adsentior) quom a philosophis conpluribus permulta dicantur, cur nec uoluptas in bonis sit numeranda nec in malis dolor, non existumant oportere nimium nos caussae confidere, sed et argumentandum et

malum) *malum sit* R ipsum per se) *ipsum per se ipsum* E inesse) *esse* E notionem) *rationem* C conpluribus) *quam pluribus* EC dicantur) *dicuntur* LMPCR cur nec) *cur* E nec in) *ac in* E sed) om. E

explicabant, unde oriretur boni notio a iucundi seiuncta, sic illi e προλήψει illa, qua hoc tantum iudicabatur, quomodo aliqua res sensum adficeret, frustra ecficiebant, petendam eam esse. *Πρόληψις* est enim illa *naturalis atque insita in animis nostris notio*; cfr. Diog. Laërt. X, 33, Clem. Alexand. II Strom. p. 157 Sylb. Loquitur autem Cicero pæne ita tamquam Epicurus eam cognatam putauerit; atque aperte id dicit 1 N. D. 44, a Platone et Stoicis colorem ducens. Itaque iure in hoc Cicero reprehenditur ab iis, qui philosophiæ historiam scripserunt, ut nuper a Rittero (III p. 472 ed. 1). Sed ipse Epicurus parum explicabat, qua nota uera *πρόληψις* a falsa uolgi opinione discerneretur.

animo etiam ac ratione) Insolentius dixit *animo*, quom mentis rationes intellegantur; sed contrarii intelleguntur sensus corporis. De aiente significatione eruenda ex neganti (*negant esse satis*) uid. ad II, 25.

Alii autem) Hi qui sint, quos Torquatus, id est, Cicero uidetur significare et ipso Epicuro, mediocri animaduersione contento, et illis, qui insita animi notione nitebantur, subtilius disputasse, nescio, nec, quid dixerint, explicat. Nam mox non in aliorum illorum argumentatione pergit, sed ad remouendas ipsius Epicuri argumentis dubitationes transit. Uereor, ut Cicero hæc satis diligenter scripserit. Editores nihil dixerunt.

dicantur) Etiam Oxx. EUξχ atque edd. uett. aliæ, etiam Manuti, *dicuntur*, ut, licet taceant Gruterus, Dau., Gzius, hoc in omnibus deterioribus fuisse adpareat. Uictorius primus, opinor, correxit. Lbinus: *quoniam — dicuntur.*

adcurate disserendum et, rationibus conquisitis, de uoluptate et dolore disputandum putant.

X. 32. Sed ut perspiciatis, unde omnis iste natus sit error uoluptatem accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam, eaque ipsa, quae ab illo inuentore ueritatis et quasi architecto beatae uitae dicta sunt, explicabo. Nemo enim ipsam uoluptatem, quia uoluptas sit, aspernatur aut odit aut fugit, sed quia consecuntur magni dolores eos, qui ratione uoluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam st, qui dolorem

adcurate) *acute* L *caute* C 32. error) *errorem* L sit) *si* B odit) *oderit* PCR fugit) *fugiat* C

Cap. X, 32. *Inucntore ueritatis*) Peruagatæ in illa hominum dictata magistri reddentium schola magnificæ hæ Epicuri laudes; uid. supra 14, infra 71; cfr. Lucret. init. lib. I et III, Phædri fragm. Hercul. *περὶ θεῶν* extr., quem expressit Cicero N. D. 1, 43. Quæ secuntur, breuiter comprehensa sunt septuma Epicuri sententia (Diog. Laërt. X, 141): *Οὐδεμία καθ' ἑαυτὴν ἡδονὴ κακόν, ἀλλὰ τὰ τινῶν ἡδονῶν ποιητικὰ πολλαπλασίους ἐπιφέρει τὰς ὀχλήσεις τῶν ἡδονῶν.* Epicurus in epist. ad Menoec. (Diog, X, 129): *Καὶ ἐπεὶ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦτο καὶ σύμφυτον, διὰ τοῦτο καὶ οὐ πᾶσαν ἡδονὴν αἱρούμεθα, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται, καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν, ἐπειδὰν μείζων ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ πολὺν χρόνον* (leg. certa emendatione: *οὐ πολὺν χρόνον*) *ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας κ. τ. λ.* Add. Tusc. V, 95, Senec. de Otio Sap. 32, 16.

consecuntur magni dolores eos) Sæpius res *sequi* aut *consequi aliquem* dicitur, ubi recentiores aut abso'ute sequi eam dicerent aut aliquem in eam incidere. In Uerr. V, 189: *ut C. Uerrem — dignus exitus eiusmodi uita consequatur*; Tusc. II, 28: *Quis igitur Epicurum sequitur dolor, quom hoc ipsum dicit* &c.? De Orat. III, 8: *sed ii tamen rem publicam casus secuti sunt.* Quinctilianus et Seneca participi accusatiuom adiungunt, ut *facientes* sequi aliquid dicatur, quod nobis *factum* sequi dici debuisse prima specie uideatur, ille IV, 2, 44: *quæ nimium corripientes omnia sequitur obscuritas*, et VIII, 3, 82: *Hoc male imitantes sequitur obscuritas*, hic de Benef. VI, 4, 5: *si secuta st dantem poenitentia*, et de Ira II, 2: *prærupta cernentes uertigo sequitur.*

ratione uoluptatem sequi) id est, considerate et cum iudicio.

ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci uelit, sed quia nonnumquam eiusmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat uoluptatem. Ut enim ad minuma ueniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse, quam nihil molestiae consequatur, uel illum, qui dolorem eum fugiat, quo uoluptas nulla pariatur? 33. At uero eos et accusamus et iusto odio dignissumos ducimus, qui blanditiis praesentium uoluptatum deleniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, occaecati cupiditate non prouident, similique sunt in culpa, qui officia

labore et dolore) *dol. et lab.* E minuma) *minimam* C qui in) *quia in* E uelit esse) *esse uelit* L quam) *qua* C 33. At) *Atque* C blanditiis) *per blanditias* E excepturi sint) *exc. sunt* C

non inpetu, non temere. Male Gzius probauit, Otto secutus est mendum cod. Spirensis: *recte*. Sæpe horum compendia permutata sunt; cfr. Opusc. mea Acad. p. 332. Ipse non recte *ratione* pro *recte* posui in orat. pro Rosc. Am. 138. Ad Att. XII, 44, 3 *ratione fecisti* paullo insolentius ponitur in facto conprobando.

quam nihil &c.) *qua*, quod fere edebatur ante Lambinum, Graterus negat in ullo Pal. esse, Gzius in suis præter Erl. et Spir. esse dicit; Dauisius (*quam*) tacet; Oxx. *Eψ qua*, U *quia*. Frustra deteriorum scripturam defendit Wopkensius p. 4; primum non potest sic absolute dici *consequi*, ut pro accusatiuo per præpositionem *in* adiungatur res præcedens (*in hac uoluptate nihil molestiæ consequitur*); nam aliter longe dicitur: *in hac re consequitur* (accidit) *obscuratio* (IV, 29); deinde, quod Handius (ad Wopk. l. c.) animaduertit, sed unius mendosi loci testimonio (ad Fam. IV, 13, 6) in dubitationem uocat, numquam Cicero aut quisquam bonus scriptor ante relatiuom præpositionem omisit, quæ ante demonstratiuom adfuisset, nisi idem uerbum audiretur. Multo minus homo dicitur consequi molestiam, ut *nihil* accusatiuos sit.

33. *iusto odio dignissumos*) Non ferens copiam orationis emendator ille, a quo orti sunt Oxx. *Eξ*, quom nemo iniusto odio dignus esset, *multo odio* scribendum putauit, inciditque in idem Th. Bentleius, quasi non *multo* illud æque insit in superlatiuo.

deserunt mollitia animi, id est, laborum et dolorum fuga. Et harum quidem rerum facilis est et expedita distinctio. Nam libero tempore, quom soluta nobis est eligendi optio, quomque nihil impedit, quo minus id, quod maxume placeat, facere possimus, omnis uoluptas adsumenda st, omnis dolor repellendus. Temporibus autem quibusdam et aut officiis debitis aut rerum neces-

et dolorum fuga) *fuga et dol.* L et expedita) *expedita* L nobis est) *nobis* R maxume placeat) *pl. m.* E possimus) *possumus* E repellendus) *depellendus* LMPCR

id est, laborum et dolorum fuga) Non conmemorauit ante *mollitiam animi*, ut ea nunc, quæ sit, explicetur, sed, quom doloris fugam ante conmemorasset, admonet, eandem nunc a se recte mollitiam animi appellari. Itaque præponitur explicatio siue potius (quoniam nihil hic obscuri explicatur) noua notio appellatioque, sequitur, quod notum erat et ante dictum, ut *id est* sit fere: *id est enim* (de quo uid. ad IV, 26). Fit id aliquotiens apud Ciceronem, ut supra 25: *lætitiam, id est, uoluptatem*; Tusc. I, 75: *a uoluptate, id est, a corpore* (de corpore agitur); Læl. 97: *in scena, id est, in contione* (contionem et orationem Læli conmemorarat). Itaque sic Cicero loquitur, ubi Græca subicit interpretationi Latinæ, Acad. II, 93 et Tusc. III, 65, ubi Dauisius duos Quinctiliani locos ascripsit.

eligendi optio) Abundantia quadam substantiuom non generale, tamquam generale sit (*potestas*), definitur ascito gerundi genitiuo. Præter Brut. 189 cfr. ad Att. IV, 18: *hiberna legionum eligendi optio delata.*

repellendus) Sic etiam Spir. ediderat que Lbinus, deinde Ernestius, recte; nam *depellitur*, quod locum iam tenet, ut febris corpore, alia, *repellitur*, quod adpropinquat et instat, *pellitur* omnino quicquid loco mouetur; *pellitur* hostis in acie stans, *repellitur* irruens, *depellitur* præsidium colle. Cfr. Zumptius in uol. V Quinctiliani Spald. p. 18. Mira narrat Otto, *animi* dolorem posse *depelli*, non *corporis*, qui *repellatur* remediis. Cfr. IV, 20.

et aut officiis debitis aut &c.) Offendit interpretes, quod hæc copulatiue adiunguntur, quæ tamquam species subiecta sunt *temporibus*. Itaque Gruterus *id est* scribi uoluit, Bremius *et* deleri, quod fecerant ante Manut. et Lbinus; minus probabilia alii temptant. Adiunguntur per *et* ipsa exempla et species, non quo *et* pro *et quidem* positum sit (nihil enim intenditur), sed quod, non

sitatibus saepe eueniet, ut et uoluptates repudiandae sint et molestiae non recusandae. Itaque earum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut reiciendis uoluptatibus maiores alias consequatur aut perferendis doloribus asperiores repellat. **34.** Hanc ego quom teneam sententiam, quid est, cur uerear, ne ad eam non possim adcommodare Torquatos nostros? quos tu paullo ante quom memoriter, tum etiam erga nos amice et beneuole

ut et) *ut ei* E earum) *harum* C ut aut) *aut ut* LMPCR maiores — asperiores) *maioris — asperioris* E consequatur) *consequantur* L 34. ad eam) *eadem* E quom) *tum* PMCR etiam) *et* E

satis distincto gradu et discrimine notionum, aliud hoc uisum st esse atque prius (*temporibus*). Cfr. quæ de *atque* dicentur ad 34. *Necessitatibus*, ad quod non pertinet *debitis*, ita positum st, ut ablatiuos non multum a significatione *propter* præpositionis discrepet. Conparat Matthiæus III de Legg. 15: *regale ciuitatis genus non tam regni quam regis uitiis repudiatum st.* Neque enim satis recte Otto (in exc. ad 1, 42) omnia huiusmodi exempla amouere studet, partim instrumenti notionem non satis apte adhibens, ut 1 de Diuin. 13, partim etiam durius tractans, ut pro Mur. 23.

sæpe eueniet) Quod Ernestius requirebat, *euenit*, irrepserat errore in ueteres quasdam editiones (Junt., Crat., deinde Uict., Lamb.). Mox Manutius et Lbinus non incommode *harum rerum* (de quibus agitur).

ut aut reiciendis) Sic etiam Spir., id est, meliores, etsi Uict. cod. habuit *aut ut*, quod quom esset in antiquis edd., nescio a quo primum correctum sit (iam in Ascensiana et Crat.). Sic tamen, etsi tacent Grut., Dauisius, Oxx., in eorum deterioribus libris, Oxx. quidem omnibus, scriptum erat, et in Gzianis præter Erl. et Spirensi, defendebatque Wopkens. Lectt. Tull. p. 33; Handius (Tursell. II p. 551) etiam proprie dici statuit, quod esset aliquid, si bis *aut ut* scriberetur; uerum tum duplex delectus significaretur, non unus. Sciuncta hinc est neglegentia illa, qua semel et iterum post *ut aut* abundanter alteri *aut* additur *ut*. (Præter Liuium, quem Handius citat, uid. Cic. Orat. 149.)

34. *quom memoriter, tum etiam*) Sic etiam Spir., id est, optumi; ceteri Gzi et editiones quædam *tum — tum*. Res confecta st a Stuerenburgio ad Cic. pro Arch. 31 p. 164; confici iam pridem potuerat Drakenborchi nota ad Liuium VI, 23, 3. In Uerr. IV, 147 Zumptius non animaduertit *quom — tum* esse in optumo

conlegisti; nec me tamen laudandis maioribus meis cor-

corrupisti) *corripuisti* EPMCR

cod. regio. Tum *memoriter* nec hoc loco nec usquam aut apud Ciceronem aut apud quemquam ueterum est, ut in lexicis omnibus ponitur, *e memoria* (auswendig, aus dem Kopfe), ut contrarium sit, quemadmodum Nizolius docet, *de scripto*, quam significationem quom ineptam esse hoc loco interpretes Germani sentirent, substituerunt: mit Achtung gegen ihr Andenken, non minus falso. Semper enim hoc uocabulum laudem habet bonæ et copiosæ memoriæ; idque tam perspicue ubique adparet, ut mirer, ne in secundo quidem loco hanc uocis uim usquam conmemorari. Huius operis libr. IV, 1 non ideo Catonem Cicero laudat, quod sine libris locutus sit, sed quod bona memoria tam multa comprehenderit; de Orat. 1, 64, ubi in laude oratoris ponitur *conposite*, *ornate*, *memoriter dicere*, satis patet, non de modo dicendi (e memoria, non de scripto), sed de facultate uerbum intellegendum esse; eademque ratio est in Bruto 303. In orat. in Uatinium 10 hunc ipsum Cicero hortatur, ut *memoriter respondeat*, id est, plene et recte, nihil ut obliuiscatur. Acad. II, 63 laudat orationem a Lucullo habitam *memoriter*, *adcurate*, *copiose*; itaque eodem modo intellegendum est, quod, si solum esset, ambiguum uideri posset, I de Orat. 88: *memoriter multa ex orationibus Demosthenis pronuntians;* quamquam quid sit *memoriter pronuntiare*, adparet etiam e II de Diuin. 14; nam non de scripto Quintum illa recitasse, nihil opus erat dici. In eodem igitur genere laudatur Uelleius I N. D. 91, quod *memoriter et copiose* philosophorum sententias enumerarit. Nec in Læli initio ideo Cicero scripsit, *memoriter et iucunde* Mucium augurem multa de Lælio narrare solitum esse, ut ostenderet, non de scripto illa in familiari conloquio dicta esse, sed ut uim ingeni præteritæ ætatis memoriam conseruantis laudaret. Non discrepant comicorum loci. Apud Plautum Asin. III, 2, 38 in exclamando dicitur: *ut memoriter*, hoc est, quam bene recordans; Capt. II, 1, 53: *si istuc potes memoriter meminisse*, id est, bene et probe meminisse; Amphitr. I, 1, 261 Sosia alterum Sosiam, qui Mercurius est, miratur ea, in quibus ipse interfuerit, *memoriter meminisse*, id est, ita ut non erret. Apud Terentium Eun. V, 3, 6 quom quæsitum esset, agnosceretne nutrix signa quædam, respondetur: *ac memoriter*, id est, et quidem clare et perspicue; memoriæ ope sane omnia agnoscuntur. E posterioris ætatis scriptoribus Plinium narrant in Epist. VI, 33 extr. dixisse *memoriter tenere*, id est, *memoria;* at is dixit *tam me-*

rupisti, nec segniorem ad respondendum reddidisti. Quorum facta quemadmodum, quaeso, interpretaris? Sicine eos censes aut in armatum hostem inpetum fecisse aut in liberos atque in sanguinem suum tam crudeles fuisse,

atque in) *aut in* LPMCR

memoriter, id est, tam bene. Itaque quod Suetonius (Ner. 10) narrat, Neronem *omnis ordines subinde ac memoriter salutasse*, non significat *e memoria*, sed: *ita ut singulos bene meminisset*, quod erat humanitatis et studi.

corrupisti) In cod. archetypo fuit *corripuisti*; nam sic et boni (Pal. 1, Erl., mgo Crat., cod. Mor. et Uict.) et mali (Pall. omnes, Oxx. ξχψ, Gzi tres, aut fortasse plures, modo adtendisset; Dauisius tacet). Recte emendatum in L et si qui similes sunt codices; uid. lib. II, 72: *quamquam te non possum, ut ais, corrumpere.*

Sicine eos censes) Recte sic Erl., ut optumi quique codices in hac et ceteris eiusdem formæ uocibus, non *siccine*; (uid. Drakenb. ad Liu. VI, 16, 2 et VII, 15, 2 &c.). Postulat id ratio; nam ut ex *h* et uocali, addito *ce*, fit *hice* et *hic* (de barbaro et ficto pronomine *hicce* uid. F. Ritter ad Terent. Andr. I, 5, 1, cui utinam grammatici nostri obtemperent; quamquam quid fiet illis, qui tum demum mirabiliter se locutos putant, si quam sæpissume *hicce liber* et similia scripserint?) et ut ex *ille* et *iste* et eadem syllaba fiunt *illic* et *istic*, quæ etiam nunc tradunt ex *ille* (*iste*) et *hic* orta esse, sic ex *si* et *ce* fit *sic*, similiterque *nunc* et *tunc*; atque hæ omnes uoces, quom adiungitur *ne*, pronuntiationis adiuuandæ caussa retinent ex antiqua forma *e* uocalem in *i* breuem transeuntem; itaque et *hicine* et *illicine* et *isticine*, et *nuncine* (Ter. Andr. IV, 1, 59) et *sicine* dicitur. Si antiquiores haberemus codices epistularum ad Atticum, ibi quoque legeremus *hocine*, non *hocne* IX, 7, 3, XIII, 16, 2, ut Liuio XXXVIII, 49 Kreyssigius e codd. reddidit *huicine* (ipse quidem non recte *huiccine*).

atque in sanguinem) Sic etiam Spir. recepitque Gzius pro uitioso *aut*. Ernestius e Dau. coniectura scripserat: *et in sanguinem*; Hremius uoces *in liberos aut* deleri uolebat, sine caussa. Recte proprio superadditur figuratum grauius, etiam interposita coniunctione, ut in Uerr. V, 184: *dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum.* Generalius præponitur in orat. de inp. Pomp. 69: *hoc beneficio P. R. atque hac potestate prætoria.* Explicatiuam potestatem hic coniunctionibus tribuunt, qui in naturalibus

nihil ut de utilitatibus, nihil ut de commodis suis cogitarent? At id ne ferae quidem faciunt, ut ita ruant itaque turbent, ut, earum motus et inpetus quo pertineant

nihil — utilitatibus) om. L utilitatibus) *uoluptatibus* Or. itaque) *atque* Or turbent) *turbentur* LMCR

sermonis inflexionibus nouas particularum significationes quærunt. Offendat forsitan aliquem repetita in cognatæ significationis uerbis præpositio; sed exempla prorsus similia habet Zumptius ad Diuin. in Cæc. 41, qui tamen non satis adtendisse uidetur, aliam esse rationem interioris illius coniunctionis, quæ particula *que* ecficitur.

de utilitatibus) Sic quidquid est codicum (etiam mgo Crat. et cod. Uict.) nisi quod in Pal. 2 et C. C. C. uoces *nihil ut de util.* omissæ erant ob repetitum *nihil ut de.* Sed nec *utilitates* recte sic a *commodis* diiungi uidentur, ut fit in hac repetitione uocis *nihil*, nec uoluptas, quæ præcipua st, hoc loco præteriri potuisse. Itaque iam in ed. Iunt. scriptum st: *de uoluptatibus*, probatumque a multis; quin recte coniungerentur *commoda* et *utilitates*, quod Dauisius confirmandum exemplis putauit, nemo dubitarat. Nec tamen illa argumenta adsensum extorquent. Nam et pro uoluptate recte hic in rebus grauibus et tristibus nominatur sola ea, quæ eius locum tenet, utilitas, ad quam deinde Torquatus maiorum suorum facta interpretando trahit, et in huiusmodi oratoria unius notionis diiunctione multa sibi Cicero permittit; habet enim oratio hoc loco uehementiam quandam. Cfr. ad 29 et infra 50 (*nec diuelli nec distrahi*).

ita ruant itaque turbent) *Itaque* habebant omnes Lbini codd., Pall. item omnes, Mor., Uict., Oxx. præter *Bξ*; Dauisius *itaque* tenens tacet; sed ecce Gzius narrat uniuerse, "scriptos cum olim uolgata" habere *atque*, ut tres suos optumos. De optumis falli eum ostendit Erl., ut de ceteris dubitem, facit et meorum et aliorum consensus; fortasse igitur nullus codex præter duos illos singulares Oxx. habet *atque*; Orellius ait, ita esse in ed. Uen. 1480; deinde sic edidit Uictorius; *itaque* præter CR etiam P. Marsus, Crat., cett. Non potuit Cicero aliter dicere in hac breui et concitata oratione. Coniunctionis Gzio ignotæ *ita — itaque* tria exempla Handius habet III p. 500, qui nescio cur *antiquo* tempori eam ascribat; quattuor alia posui in Epist. ad Orellium p. 85; poteram plura; nihil enim uolgatius. Deinde *turbent* præter Pal. 1 et Erl. habebant cod. Mor. et Uict., hoc est, meliorum familia; habebant etiam Lbiniani et ex minus bonis Pall. 2 et 4; Dau.

non intellegamus; (35) tu tam egregios uiros censes tantas res gessisse sine caussa? Quae fuerit caussa, mox uidero; interea hoc tenebo, si ob aliquam caussam ista, quae sine dubio praeclara sunt, fecerint, uirtutem iis per se ipsam caussam non fuisse. — Torquem detraxit hosti. — Et quidem se texit, ne interiret. — At

35. sunt) *sint* E iis) *si* E *his* (P)ROr. per se ipsam) *ipsam per se* COr. caussam) *tamen* C se) *te* E interiret) *interirent* E

(*turbent*) nihil dixit; *turbentur* Pall. pessumi tres (5, 6; 3 *turbantur*), Oxx. omnes. Gzius flagitiose "codices tantum non omnes" hoc habere scripsit, Erl. et Spir. oblitus, recepitque. *Turbentur* (ab aliis) nihil est; *turbare* absolute dici, etiam a Cicerone, ut sit *turbas dare*, lexica docent. Nec de animo hic agitur, sed de corporis actu et motu non sine caussa suscepto. Otto sine ambagibus scribit, se ex Erl., Spir., Gud. 1 recepisse *atque turbentur*.

intellegamus) *intellegantur* codex Io. Fr. Gronoui ignotus et Dan. pessumus, CCC, quod Gronouius adtractionis specie exornabat. Quod post pauca uerba sequitur *uidero*, de eo exposui in disputat. de formis quibusdam uerbi Latini (Haun. 1836) II p. 11 et 14.

35. *per se ipsam*) Sic etiam Uict. codex, "bini" Gzi et P. Marsi editio.

Et quidem se texit) De harum particularum usu in eius, quod ex aduerso dictum esset, et concessione et eleuatione exposui in Emendatt. libello p. 90 sqq. multosque Ciceronis locos explicaui. *Et* adnectit obseruationem, *quidem* ad eius potestatem adtendi iubet. Miror prorsus neglectum esse hoc genus ab Handio in particula *Et*. Singulare aliquid habet locus de Diu. II, 111, ubi expressæ concessioni adnectitur eleuatio: *Ille uero, et ea quidem* (id est, sed nihil nisi ea), *quæ omnes eo tempore, ne acciderent, timebamus.* Rarius omittitur *et*, ut hic post pauca uerba: *In oculis quidem exercitus*, nec tamen numquam; uid. in Uerr. I, 25: *ea re quidem, quod aliter condemnari reus non potest* (ergo accusatoris caussa id est institutum, non rei); ibd. IV, 20: *At publice commodasti. Non sine magno quidem rei publicæ detrimento*; pro Cæc. 8 (e cod. palimpsesto): *Est enim turpe iudicium. Ex facto quidem turpi. Uidete &c.* De N. D. III, 82: *At Phalaris, at Apollodorus poenas sustulit. Multis quidem ante cruciatis et necatis.*

magnum periculum adiit. — In oculis quidem exercitu — Quid ex eo st consecutus? — Laudem et caritatem quae sunt uitae sine metu degendae praesidia firmis suma. — Filium morte multauit. — Si sine caussa, no lem me ab eo ortum, tam inportuno tamque crudeli sin, ut dolore suo sanciret militaris inperi disciplinan exercitumque in grauissumo bello animaduersionis metu contineret, saluti prospexit ciuium, qua intellegebat con tineri suam. 36. Atque haec ratio late patet. In qu enim maxume consueuit iactare uostra se oratio, tu praesertim, qui studiose antiqua persequeris, claris e fortibus uiris conmemorandis, eorumque factis non emo lumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudandis id totum euertitur eo delectu rerum, quem modo dixi constituto, ut aut uoluptates omittantur maiorum uolu ptatum adipiscendarum caussa aut dolores suscipiantu maiorum dolorum effugiendorum gratia.

XI. 37. Sed de clarorum hominum factis inlustri-

quidem) om. L inportuno) *inoportuno* C sanciret) *sentiret* E metu) *me- tum* E 36. hæc) *ad hæc* LPMCR late) *satis* C uostra) *nostra* E persequeris) *prosequeris* L uiris) *uirum* P euertitur) *quæritur* C delectu) *deflexu* E *defluxu* E

st consecutus) In ed. Manut., Lamb., Dau., Ern. irrepsit *con- secutus est*. Reuocauit alterum Gzius ex Erl., Spir., Gud. 1, Bas In Gud. 2 erat *consequitur*.

36. *Atque hæc ratio*) Commune mendum deteriorum *atque ad hæc*; nam sic ξγ et "plures" Gziani.

factis non emolumento aliquo — laudandis) In his ablatiuon non tam caussam significare, ut pro *propter* positus sit, quam qua parte res censeatur et æstumetur, recte Otto intellexit; eo dem modo 42: *gubernatoris ars — utilitate, non arte laudatur* Ne illud quidem longe discedit, quod II, 83 legitur: *si fructibu et emolumentis et utilitatibus amicitias colemus*; est enim fere: pro portione fructuum &c.

delectu) Aberratum in archetypo; nam etiam mgo Crat. *de flexu*, cod. Uict. *deflectu*, et Gzius scribas ait "in omnia alia, *de flexu*, *defluxu*, *defectu*, uagari."

bus et gloriosis satis hoc loco dictum st. Erit enim iam de omnium uirtutum cursu ad uoluptatem proprius disserendi locus. Nunc autem explicabo, uoluptas ipsa quae qualisque sit, ut tollatur error omnis inperitorum, intellegaturque, ea, quae uoluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina, quam grauis, quam continens, quam seuera sit. Non enim hanc solam sequimur, quae suauitate aliqua naturam ipsam mouet et cum iucunditate

37. dictum st) *dictum sit* omnes, Or. ipsa) om. L omnis) *omnium* E disciplina) *disciplinata* EP

Cap. XI, 37. *dictum st*) Recepi hoc ex Spir. et Gud. 1, quod et indicatiuos adcommodatior uidebatur (cfr. ad Att. VI, 9: *quare de hoc satis*; omittitur *est*, non *sit*); et longe facilius ex *st* fit *sit* quam contra.

proprius disserendi locus) Cap. 13 sqq. *Cursus* non de studio dicitur, sed de uia et, ut barbare dicitur, directione, ut *eo cursu* pro Planc. 17; cfr. de leg. agr. II, 44.

Nunc autem explicabo &c.) Epicuri doctrina de duplici genere uoluptatis, quarum altera esset *ἐν κινήσει*, quae sensus iucunditate aliqua moueret, altera *ἐν στάσει* (*καταστηματική*), quae efficeretur omni dolore detracto (*stantem* et *mouentem* Cicero in libro II appellat) exponitur breuiter nec constantissume, si cum reliqua doctrina de origine uoluptatis conpares, apud Diog. Laërt. X, 136, Clem. Alexandr. Stromat. II p. 139 Sylb. Tertia st Epicuri sententia apud Diog. X, 139 (Gell. II, 9, Sext. Emp. adu. Mathem. I, 278, 283): *ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.* Coniuncta cum hac sententia erat duodeuicesuma, quam Cicero paullo post exprimit (Diog. X, 144): *Οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκί, ἐπειδὰν ἅπαξ τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται.* In Epist. ad Menoec. (Diog. X, 128) Epicurus animi et corporis quietem coniungit: *Τούτου γὰρ χάριν ἅπαντα πράττομεν, ὅπως μήτε ἀλγῶμεν μήτε ταρβῶμεν· ὅταν δὲ τοῦτο περὶ ἡμᾶς γένηται, λύεται πως ὁ τῆς ψυχῆς χειμών, οὐκ ἔχοντος τοῦ ζώου βαδίζειν ὡς πρὸς ἐνδέον τι καὶ ζητεῖν ἕτερον, ᾧ τὸ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν συμπληρωθήσεται.*

naturam ipsam mouet) Non satis adparet, cur *ipsam* addatur; sed natura non alia st ac sensus; uidetur igitur Cicero sic loqui, tamquam altera uoluptas non sit in sensu. Atqui non dolendi uoluptas sentiri tamen debet.

quadam percipitur sensibus, sed maxumam illam uoluptatem habemus, quae percipitur omni dolore detracto Nam quoniam, quom priuamur dolore, ipsa liberation et uacuitate omnis molestiae gaudemus, omne autem id quo gaudemus, uoluptas est, ut omne, quo offendimur dolor, doloris omnis priuatio recte nominata st uoluptas Ut enim, quom cibo et potione fames sitisque depulsa st ipsa detractio molestiae consecutionem adfert uoluptatis sic in omni re doloris amotio successionem ecficit uoluptatis. 38. Itaque non placuit Epicuro, medium esse quiddam inter dolorem et uoluptatem; illud enim ipsum quod quibusdam medium uideretur, quom omni do-

illam uol.) *uol. illam* E quoniam, quom) *quom* E dolore) *omni dolore* E omne autem — gaudemus) om. C autem) om. E est) *esset* E nominata st) *est nom.* C amotio) *motio* R ecficit) *effecit* R 38. quiddam) *quoddam* ELOr uideretur) *uidetur* omnes, Or. quom) om. Or.

ut omne) Uict. ed. et Ernestius *ut omne id*, contra codices, ut uidetur, omnis (El. et tres alios Dau., Oxx. omnes, Gzi).

medium quiddam) *quoddam* etiam Spir., Oxx. *Eξ*, recepitque Gzius; alioquin enim *quicquam* poni debuisse. Ex hac quidem parte eadem ratio st substantiui pronominis et adiectiui; sed negatiq pertinet ad definitam notionem certi cuiusdam medii; deinde non solet Cicero huiusmodi adiectiuis, quale st *medium*, adiectiuom pronomen addere. Cfr. ad 18.

illud enim ipsum &c.) Primum tenendum st, non posse diuelli has uoces: *illud enim ipsum, quod* et illa: *quod — uidetur* (sic enim st in codd. et edd. omnibus) e Torquati persona pro parenthesi interponi, quod suadebat Matthiæus, ut deinde adpositione adiungeretur: *omni dolore carere*, secutusque st Gzius in alia scriptura. Et sane hæc est necessaria pars Epicuri orationis qua declarabat, quid de eo iudicaret, quod alii medium putarent Sed tum non minus necessario scribendum erat *uideretur*, quæ lenissuma mutatio iam Rathio in mentem uenerat. Tum edebatur *quom omni dolore caret*, uitiose et contra codices, qui habent *careret*, (Maffei lib., cod. Uict., Pall. omnes, Paris. tres, Med., Ball. Oxx. U$\chi\psi$, Gzi quattuor; alterum adnotatur e C. C. C. et Eliens utroque). Sed quæritur, quodnam sit subiectum. Gzius puta esse *uoluptatem*, tamquam quis in uoluptate medium illud posuerit inter uoluptatem et dolorem et tamquam Epicuro dicendum fuerit, uoluptatem esse uoluptatem. Ergo quom in Moreli cod

lore careret, non modo uoluptatem esse, uerum etiam summam uoluptatem. Quisquis enim sentit, quemadmodum sit adfectus, eum necesse st aut in uoluptate esse aut in dolore. Omnis autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam uoluptatem, ut postea uariari uoluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit. **39.** At etiam Athenis, ut a patre audiebam, facete et urbane Stoicos ridente, statua·st in Ceramico

careret) *caret* C *carere* Or. Quisquis) *et quisquis* C Omuis) *omni* omnes. uariari) *numerari* C distinguique possit) *distingui possitque* L 39. a) *e* Or. ridente) *arridente* EMPCR

et I. F. Gronoui (ad Senec. Epist. 24) abesset *quom*, Morelius et Manutius scribendum putauerunt: *omni dolore carere*, idque Lbinus et alii receperunt, ad sententiam fere recte, nisi quod ad medii notionem constituendam requirebatur etiam alterum: *et omni uoluptate*. Sed nulla mutatione opus est; subiectum enim st *illud ipsum*, hac sententia: Is ipse status, qui aliis medius uidetur inter dolorem et uoluptatem, quom nullum habeat dolorem, ipsa uoluptas est. Non minus recte status aliquis et genus uitæ *carere dolore* dicitur quam homo; uid. II, 42: *uacuitas doloris, quæ, etiamsi malo caret*, &c. A. Matthiæus, hanc ipsam scripturam amplectens, mire *careret* pro *careat* positum putat. Sicine? post *placuit*?

Omnis autem priuatione doloris) Sic primus mendum omnium codicum (*omni*) ex uicinitate uocum ortum corrigendum esse monuit Morelius, correxerunt Lbinus, Dau., cett. Neque enim de quacunque priuatione doloris agitur, sed de omnis doloris, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος.

39. *At etiam Athenis*) Statuam Chrysippi in Ceramico positam commemorat etiam Diog. Laërt. VII, 182; interiorem, celebrem locum, recte Menagius intellexit ex Pausan. I, 17, 2, ubi statua illa dicitur fuisse ἐν τῷ Πτολεμαίῳ prope forum.

ut a patre audiebam) Retinuissem, quod Gzius ex Erl. et Spir. edidisse se ait, *e patre*, si mihi ex Erl. enotatum esset; nunc dubia fides erat.

Stoicos ridente) Quod ex meis unus L habet, Gzius e Spir. edidit, modo tuta fides sit; nam ceteri codd. (Tosani, Pal. 1, 3, Oxx. EUχψ, Gzi relicui) *arridente*, quod ferri nequit; *irridente*, quod a Manutio ad Gzium editum st, num ab ullo cod. confirmetur, dubito, etsi tacet Gruterus de Pall. ceteris, Dau. de suis, Oxx.

Chrysippi sedentis, porrecta manu, quae manus significet, illum in hac esse rogatiuncula delectatum: *Num quidnam manus tua sic adfecta, quemadmodum adfecta nunc est, desiderat? — Nihil sane. — At, si uoluptas esset bonum, desideraret — Ita credo. — Non est igitur uoluptas bonum.* Hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat,

quemadmodum adfecta) om. R At si — credo) om. C desideraret — bonum) om E esset bonum) *esset homini* M quidem dicturam) *quam dict.* E *dicturam quidem* PCR *dicturam* L

de ξ. Si coniectura utendum st, propius est *irridente* nec minus urbanum, quod Gzius putat; *facetiæ* etiam magis in irrisione quam in risu adparent.

in hac esse rogatiuncula delectatum) *Delectari in aliqua re* bis alibi dixit Cicero, ad Fam. VI, 4 (*in hac inani prudentiæ laude delector*) et Legg. II, 17 (*in hoc admodum delector*) occasionem delectationis significans; in Læl. 97 non recte Orellius e Beda et uno nullius preti cod. addidit *in*; *delectari in adsentatione* potius ipse adsentator diceretur; simile st *lætari* et *gloriari in aliqua re*. Non necessaria igitur Gzi suspicio, *delectatum* delentis; nam ex eo, quod artifex eum in hac potissumum rogatiuncula occupatum finxerat, intellegebatur, eum omnino ea delectatum esse. *Rogatiunculam* dixit totum syllogismum, ut alibi *interrogationem*, *interrogare* (lexicis add. huius operis IV, 7, de Fat. 28, Senec. Epist. 82, 8), Græcum ἐρωτᾶν, λόγον ἐρωτᾶν, συνερωτᾶν exprimens. Origo sic loquendi ex hoc ipso syllogismo adparet.

Num quidnam manus tua) Solebat Chrysippus quærere ex eo, quicum colloquebatur; artifex non poterat rem significare nisi ipsius Chrysippi manu porrecta.

ne statuam quidem dicturam) *Quam* in Erl. nihil est nisi ipsum *quidem*, solita illius librarii confusione (uid. II, 5, 17, 23, III, 68, V, 55, 88). Alibi *quid* scribit (II, 82, V, 8, 6, 30, 81 cett.) aut *quid est* (II, 79) aut *quod* (I, 53, 56). Itaque soli deteriores discrepant, *dicturam quidem* transponentes, etiam tres Gzi. Ruhnkenius (ad Rutil. p. 129) quom in cod. Leidensi *quidem* abesse uidisset, probauit omissionem habuitque adsentientem Gzium, qui nescio quid de sono balbutit. Si quis diligenter locos eos examinauerit, qui proferuntur, ut *ne* pro *ne-quidem* dictum esse ostendatur (uid. interpretes, qui citantur a Ramshornio p. 885 ed. 2), primum repperiet, hic illic in deterioribus quibusdam codd. excidisse *quidem*, quod sit in optumis, ut h. l., ut supra 19, paucos

si loqui posset. Conclusum st enim contra Cyrenaicos satis acute, nihil ad Epicurum. Nam si ea sola uoluptas esset, quaè quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suauitate adflueret et inlaberetur, nec manus

posset) add. *uerum* LPMCR enim) *igitur* L

illos esse locos, in quibus in omnibus codd. omittatur, magnam partem eiusmodi, ut, qui exciderit, facile adpareat (ut II Acad. 52 ante *quæ*); deinde aliquot locos eiusmodi esse uidebit, ut et sententia et codices non solum *quidem*, sed etiam *ne* eiciant, et longe aliam scripturam postulent, uelut hic II, 55 et V, 20 extr.; tum alias quoque uehementer dubitandi caussas cognoscet, uelut illam, quod in toto Liui opere semel sic scriptum uolgo sit in ea parte, quæ neglegentissume e cod. Laurishamensi expressa erat, libro XLIV, 36, in quo loco nunc Kreyssigius, e cod., opinor, *quidem* addidit; postremo in aliquot locis etiam singulari quadam orationis forma ac necessitate requiri *ne* — *quidem* animaduertet, quom negatiue concludatur, de quo genere exponetur in exc. ad II, 25. Neque ulla ratione defenditur particulæ *quidem* omissio; neque enim intentio illa negationis, quæ inesse debet, est in solo *ne*, quod ut pro *non* in hac significatione retineretur ex antiquo sermone, ipsa altera particula adiecta et pronuntiandi ratio ecfecit; postea autem adeo *ne* pro *non* obsoleuerat, ut solum poni incipere non potuerit. Itaque ego ne poëtas quidem *ne* pro *ne* — *quidem* dixisse concesserim, uelimque animaduerti, solius Horati (Sat. II, 3, 262) et Persi (V, 172) eandem rem ex Horatio narrantis auctoritatem proferri, Horati quidem minume a codicibus firmam.

si loqui posset) *Uerum* additur etiam in aliorum codd. deterioris generis, Dauisianis El. (utro?) Med., C. C. C., Par. tribus, Oxx. $\chi\psi$ (id est Ball., at ξ est C. C. C.!) Gzianis præter Erl. et Spir. Quis editorum primus sustulerit, nescio; habet P. Marsus, non Crat.

nihil ad Epicurum) In Pison. 68: *recte an secus, nihil ad nos, aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus*; cfr. de Diuin. II, 78, in Uerr. I, 116: *quid ad prætorem*? Nam aliter dicitur in conparando *nihil ad Caelium*, *nihil ad Persium*.

titillaret sensus) Epicuri uerbum st, ut ait Cicero I N. D. 113, Græcum γαγγαλίζω, γαργαλίζω.

adflueret et inlaberetur) Nimis diligens fuit nec tamen satis adtendit Lambinus, qui *adlaberetur* scribi uoluit; nam primum *adfluit*, deinde, quom aduenit, *inlabitur* et se insinuat.

esse contenta posset nec ulla pars uacuitate doloris sine iucundo motu uoluptatis. Sin autem summa uoluptas est, ut Epicuro placet, nihil dolere, primum tibi recte, Chrysippe, concessum st, nihil desiderare manum, quom ita esset adfecta, secundum non recte, si uoluptas esset bonum, fuisse desideraturam. Idcirco enim non desideraret, quia, quod dolore caret, id in uoluptate st.

XII. 40. Extremum autem esse bonorum uoluptatem, ex hoc facillume perspici potest. Constituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem et animo et corpore uoluptatibus, nullo dolore nec inpediente nec inpendente; quem tandem hoc statu praestabiliorem aut magis expetendum possumus dicere? Inesse enim ne-

nec ulla pars) *ut ulla pars* E *ulla* ceteri, Or. adfecta) *effecta* E non recte, si) *si non recte* E 40. perpetuis) add. *que* L nec) om. E (priore loco) inpendente) *inpediente* L possumus) *possimus* PCR

nec ulla pars uacuitate doloris) Postulabant hanc scripturam, a Th. Bentleio et Dauisio probatam, uestigia in Pal. primo manifesta (*posset nec ulla par uac.*) in Erl. obscuriora, in ceteris paene oblitterata; nam in El. 2 ad marginem scriptum erat: *Alii ut ulla pars uacuitate*; in margine Crat. ad *ulla uacuitate* adnotatum st: "*illa*; alii, *ut ulla pars uacuitate*"; Bas. habebat: *posset ne ulla paruitate doloris*; postulare etiam sententia et oratio uidebatur. Neque enim ullus hic est descensus, neque ad praecedentem negationem adiunctio in uoce *manus*, ut *nec* pro *ne — quidem* accipi uix recte possit; ac si possit, non poni ita a Cicerone, euincam in excursu ad II, 25. Ne *ulla uacuitas* quidem recte dicebatur, quom una esset, nec genere differret. Itaque Gulielmus *illa* scribebat, fortasse e codice aliquo; nam sic Gud. 2, conl. mg. Crat. Sed *nullam partem*, non addito *corporis*, nimis infinite dici contendunt. Equidem ex eo, quod una aliqua corporis pars, manus, nominata esset, satis illud audiri potuisse credo, quemadmodum lib. II, 113 optumi codices declarant, Ciceronem, quom ante *membra sensusque* nominasset, subiecisse, *ut relicuae partes*, non, *ut relicuae corporis partes*.

Cap. XII, 40. *Facillume*) In edit. Man. irrepsit *facile* propagatumque st ad alios. Paullo post *possimus* etiam Gud. 1 et 2, Bas. Ferri potest, ut cum condicione interrogetur, opus non est.

Inesse enim necesse st) Similis imago sapientis beati st apud

cesse st in eo, qui ita sit adfectus, et firmitatem animi nec mortem nec dolorem timentis, quod mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis so-

qui) *quia* E leuis) *lenis* LM

Diog. Laërt. X, 133 in Epicuri epist. ad Men.: *ἐπεὶ τίνα νομίζεις εἶναι κρείττονα τοῦ καὶ περὶ θεῶν ὅσια δοξάζοντος καὶ περὶ θανάτου διὰ παντὸς ἀφόβως ἔχοντος καὶ τὸ τῆς φύσεως ἐπιλελογισμένου τέλος καὶ τὸ μὲν τῶν ἀγαθῶν πέρας ὡς ἔστιν εὐσυμπλήρωτόν τε καὶ εὐπόριστον, διαλαμβάνοντος, τὸ δὲ τῶν κακῶν ὡς ἢ χρόνους ἢ πόνους ἔχει βραχεῖς.* Secuntur plura de fatis, quæ describendo corrupta sunt, et de fortuna, quam sapiens non timeat, quom præsertim iudicet *κρεῖττον εἶναι εὐλογίστως ἀτυχεῖν ἢ ἀλογίστως εὐτυχεῖν.* Sed apud Epicurum hæc subiciuntur sententiæ de uoluptatis et uirtutis coniunctione; apud Ciceronem hæc nondum satis præparata sunt, quod illas sententias, quibus hic utitur, nondum adtigit, nec ex uoluptatis perceptione sequitur, ut is, qui eam percipiat, sit sapiens Epicureus. Itaque fere eadem dicuntur infra c. XVIII, 57 sqq, ubi in epilogo conprehenditur tota Epicuri beatæ uitæ constitutio.

et firmitatem animi) De partitione coepta in uoce *et*, deinde interrupta, uid. exc. 1 ad § 23. Uolebat adiungere: *et tranquillitatem, quom diuinum numen non horreat, et memoriam præteritarum uoluptatum*; pro his subiecit: *Ad ea quom adcedit* &c.

mors sensu careat) cfr. 49 et 62. Secunda st Epicuri sententia, præter Diogenem (X, 139) a multis aliis conmemorata: *ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.* Uertit Cicero II, 100. Cfr. Epicuri Ep. ad Menoec. apud Diog. X, 124. Ut alii, Epicurus statum post mortem consolabatur; ipsum uitæ desiderium et timorem dissolutionis non adtingebat.

dolor in longinquitate leuis) Quarta st Epicuri sententia (Diog. 140): *οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν ἐν τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι, τὸ δὲ μόνον ὑπερτεῖνον τὸ ἡδόμενον κατὰ σάρκα οὐ πολλὰς ἡμέρας συμβαίνει, αἱ δὲ πολυχρόνιοι τῶν ἀῤῥωστιῶν πλεονάζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκὶ ἤπερ τὸ ἀλγοῦν.* (Recte habere uidentur uerba *τὸ δὲ μόνον — συμβαίνει*, quæ omnes temptant; tres quasi gradus esse uolt: summus dolor breuissumus est; qui non summus et tantus tamen est, ut uoluptatem in corpore uiacat et obscuret, non longus; qui longus, ipse cedit sæpe uoluptati et per uices obscuratur). Multa alia conlegerunt Menagius ad Diog. 140 et Gatakerus ad Antonin. VII, 33; Cicero adtingit hoc libro

leat esse, ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem adleuatio consoletur. 41. Ad ea quom adcedit, ut neque diuinum numen horreat nec praeteritas uoluptates ecfluere patiatur, earumque assidua recordatione laetetur, quid est, quod huc possit, quod melius sit, adcedere?

ut) *et* E adleuatio) *eleuatio* EC 41. huc) *huic* MCR *hinc* L adcedere) *accidere* E

§ 49, II, 22 et 94, Tusc. V, 88. Breuitatem illam grauium dolorum mors adferebat: *οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν.* Plut. de aud. poët. c. 14 p. 36 B.

ut eius magnitudinem) *et* etiam Spir. et Gud. 2; necessarium *ut*, quo significatur, ex illa doloris natura hanc repeti consolationem. *Eleuatio* "bini" Gzi (alter Erl.), quod potius ex errore scribarum in conposito nomine quam ex simplici (*leuatio*) ortum st. *Eleuatio* ipsa nihil ad hunc locum.

41. *neque diuinum numen horreat*) quod di humanas res non curent neque iis irati offensique inmisceantur. Uid. Epic. sententia prima (Diog. X, 139), I N. D. 45 sqq., cett.

neque præteritas uoluptates ecfluere patiatur) Hanc uoluptatum memoriam Torquatus conmemorat etiam 55 et 62; cfr. II, 104 et 105, Tusc. V, 96, Senec. de uit. beata 6. E Græcis adtingit Diog. Laërt. X, 137 et, de Cyrenaicis dicens, II, 89: *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνήμην τῶν ἀγαθῶν ἢ προσδοκίαν ἡδονήν φασιν ἀποτελεῖσθαι, ὅπερ ἤρεσκεν Ἐπικούρῳ.* Quom uoluptas animi, qui ipse corporeus erat, ex adfectione corporis necessaria quadam ui oriretur, quærendum uidetur fuisse, qui posset memoria corporis aut etiam animi prius aliter adfecti uim ullam habere ad eam adfectionem corporis et propter id animi, quæ nunc esset, mutandam. Sed Epicurus hoc de memoria præteritorum, spe futurorum, ut alia, ex communi quadam opinione disciplinæ addiderat exornata et aucta.

quod huc possit — adcedere) *Huic* quattuor, ut uidetur, Pall. habebant, e Dauisianis Med., Ball., El. 1, C. C. C., Oxx. omnes (id est, tres præter duos Dauisi), *hinc* Gud. 2 et Bas. *Huc* profertur etiam e Spir. et duobus Pall. Tum *adcedere* fere Lbiniani, Pall. omnes, Dauisi saltem illi, quos dixi, Oxx., excepto ξ, Gzi Gud. 2 et "plerique." *Accidere* etiam Spir. (de relicuis melioribus tacetur). Tenendum uidetur *huc*, quod trahit *adcedere*; nec *accidere* aptum hoc quidem loco uidetur, de cumulo felicitatis. Offensio, quæ st in *adcedit* et *adcedere*, non durior est quam II

Statue contra aliquem confectum tantis animi corporisque doloribus, quanti in hominem maxumi cadere possunt, nulla spe proposita, fore leuius aliquando, nulla praeterea neque praesenti neque expectata uoluptate; quid eo miserius dici aut fingi potest? Quod si uita doloribus referta maxume fugienda st, summum profecto malum st uiuere cum dolore; cui sententiae consentaneum st, ultumum esse bonorum cum uoluptate uiuere. Nec enim habet nostra mens quicquam, ubi consistat, tamquam in extremo, omnesque et metus et aegritudines

hominem) *homine* LPMC maxumi) *maxime* ECR leuius aliquando) *cuius aliquanto* C præterea neque — neque) *terra nec — nec* C Quod si) *quid si* E cum dolore) *c. doloribus* C Nec) *hic* C

N. D. 145 in *cognoscunt* bis posito aut de Diuin. I, 129 (*sentiunt inter se, quid quisque sentiat*), maxumeque 1 Off. 8: *sic definiunt — ut — definiant.* In orationibus nihil huiusmodi.

nulla præterea neque) Pro *præterea*, quod tuentur cod. Mor., Uict., ego Crat., omnes Pall., Dauisi omnes, Oxx. præter ξ, Gzi omnes, unus, de quo constet, cod. ξ et aliquot edd. (Crat., Uict.) *præterita*, quod ortum st eorum correctione, qui tria tempora notari nec præteritarum uoluptatum memoriam prætermitti uolebant. Prætermisit eam Cicero etiam II, 63. Nimirum uix fingi quisquam poterat, qui nullam umquam uoluptatem cepisset; poterat, qui nec nunc ulla frueretur, nec spem definitam futuræ haberet. Et dixerat ante: *nullo dolore nec inpediente nec inpendente.*

Cui sententiæ consentaneum st &c.) Hanc sententiæ adpendiculam, qua in memoriam reuocatur, quod initio capitis positum erat, plures, Th. Bentleio principe, damnarunt. Recte Bremius, frustra Gzio contra clamante, melius hæc abfutura fuisse putat, quom de summo malo pergat oratio, sed similis adpendices sententiarum ad contrariam partem spectantis sæpius a Cicerone adiungi, uelut II, 86, ubi ad proxumam disputationem de beata uita nihil pertineant uerba: *item contra miseriam omnem in dolore.* Add. V, 90, ubi quom de solis *productis* Cicero loqueretur, adhæsit e contrario *et reducta*, in quo offendit Dauisius.

quicquam) Quod facile ex adiunctis auditur *aliud* (*præterea*), Lambinus addebat; similia adnotaui ad 18. Mox metus esse uenientium malorum, ægritudines præsentium, ut exponitur in tertio et quarto Tusculanarum, non dicerem, nisi Gzi et Ottonis adnotationem uiderem.

ad dolorem referuntur, nec praeterea st res ulla, quae sua natura aut sollicitare possit aut angere. **42.** Praeterea et adpetendi et refugiendi et omnino rerum gerendarum initia proficiscuntur aut a uoluptate aut a dolore. Quod quom ita sit, perspicuum st, omnis rectas res atque laudabilis eo referri, ut cum uoluptate uiuatur. Quoniam autem id est uel summum uel ultumum uel extremum bonorum (quod Graeci τέλος nominant), quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes, fatendum st, summum esse bonum iucunde uiuere.

XIII. Id qui in una uirtute ponunt et, splendore nominis capti, quid natura postulet, non intellegunt, errore maxumo, si Epicurum audire uoluerint, liberabun-

angere) *tangere* EPR *frangere* LMC 42. aut a) *aut* E Quod quom) *et quum* C referri) *ferri* LMC bonorum) transp. post *summum* PMCROrL (hic *bonum*) ipsum) *et ipsum* C ad aliam) *aliam ad* L referuntur) *feruntur* LCMR qui) *quidem* L una) om. C uoluerint) *uoluerunt* E liberabuntur) *liberentur* LPMCR

aut angere) Duplicata littera factum st *aut tangere* (in Pall. quinque, aliquot Dau., Oxx. Uχ, Gsi omnibus); hinc audaculus corrector in *Eξ* ecfecit *frangere*, quod Manutius et Lbinus receperunt. Uerum primus Uictorius edidit. *Angor* huc pertinet, qui cum sollicitudine coniungitur (Tusc. IV, 18). *Sollicitare et angere* Cicero aliquotiens dixit (ad Att. I, 18, ad Q. Fr. III, 3).

42. *extremum bonorum*) Hoc loco ponitur *bonorum* præter Erl. in Spir. et Gud. 2. Cod. Moreli omittere hoc uocabulum dicitur; uereor, ne tantum transposuerit.

quod ipsum — ad id autem) Relatiua sententia, quom aduersatiue sic continuatur, ut opus sit pronomine expresso, naturali quodam orationis flexu transit in demonstratiuam; cfr. II, 2, 5. Latini non solum hoc modo sæpe locuti sunt, sed, ut opinor, altero (*ad quod autem*) numquam, quod *qui autem*, *neque qui* non ferunt, nisi ubi sequitur altera sententia demonstratiua, ad quam pertineat *autem*, *neque* &c. Dixi de hoc genere in disput. alt. de Iuuenale (1837) p. 126, paullo distinctius quam Wopkensius, Heindorfius, Ellendtius (ad Brut. 158), Kritzius (ad Sallust. Jugurth. 101, 5).

Cap. XIII. *Liberabuntur*) *Liberantur* etiam Oxx. Uχ et sine

tur. Istae enim nostrae eximiae pulchraeque uirtutes nisi uoluptatem ecficerent, quis eas aut laudabilis aut expetendas arbitraretur? Ut enim medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonae ualetudinis caussa probamus, et gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur, sic sapientia, quae ars uiuendi putanda st, non expeteretur, si nihil ecficeret;

uostræ) *nostræ* C uoluptatem) *uoluptates* E scientiam) *sententiam* C

dubio deteriores longe plurumi, etsi tacent Dau. et Gzius. Gruterus, qui *liberabuntur*, nescio a quo primum ascitum (est in Crat., non apud Mars.), a Man. et Lbino neglectum, reuocauit, dicit esse "in membranis Pall.," opinor, primis et paucis præterea.

Istæ enim uostræ uirtutes) Nota Epicuri doctrina, *διὰ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτὰς, ὥσπερ τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν ὑγίειαν* (Diog. X, 138 ex Epilectis Diogenis Tarsensis; uides eam ipsam conparationem, quam Cicero posuit); superbius quodam modo ipse Epicurus in libro *περὶ τέλους* apud Athenæum XII, 546 F: *Τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ τοιουτότροπα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ, ἐὰν δὲ μὴ παρασκευάζῃ, χαίρειν ἐατέον.* Itaque instrumenti loco uirtutem uoluptati inseparabilem adhærere statuebat; est enim quinta Epicuri sententia (Diog 140): *Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως*, quæ uertuntur hic § 57. Sed inter uirtutes, quarum genera et discrimina ipse Epicurus subtiliter persequi omiserat, sic primo ponitur prudentia illa (*φρόνησις*), quæ proprie erat rerum expetendarum fugiendarumque scientia (ut a Stoicis definiebatur, Off. 1, 153), ut, quoniam hæc theoretica (ut nunc loquimur) uirtutis pars esset, cum ipsa sapientia (*τῇ σοφίᾳ*) confundatur, eique præter rerum bonarum et malarum cognitionem tribuatur etiam aliorum errorum, ut de dis, de morte, depulsio. Hanc etiam Epicurus (epist. ad Menoec. apud Diog. X, 132) ceterarum uirtutum matrem facit. Nec Stoici semper id discrimen seruarunt, quod I Off. 153 exponitur, quom præsertim sapientia omnis uitæ moderationem omnisque uirtutes conprehenderet.

sapientia — ars uiuendi) Tralaticium hoc apud omnis ueteres philosophos, ut satis sit ex hoc ipso opere citasse lib. III, 4 et V, 16 et Acad. II, 23; cfr. Sext. Emp. XI adu. Mathem. 168 sqq. (*εἰ ἔστι τις τέχνη περὶ τὸν βίον*). Ceterum non multum ab Epi-

nunc expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et conparandae uoluptatis. **43.** (Quam autem ego dicam uoluptatem, iam uidetis, ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea.) Nam quom ignoratione rerum bonarum et malarum maxume hominum uita uexetur, ob eumque errorem et uoluptatibus maxumis saepe priuentur et durissumis animi doloribus torqueantur, sapientia adhi-

43. ego) om. LPMCROr. et malarum) om. C durissumis) *purissimis* EPR *prauissimis* MC *grauissimis* Or. adhib. st) *est adhibenda* LPMCROr.

curo discedebat Carneades exemplisque utebatur isdem in illa sua parum seria de summo bono disputatione; uid. V, 16, ubi *prudentia* st, quæ hic *sapientia*. Sed omnino quom ueteres philosophi docerent fere communiter *τὴν φρόνησιν ποιητικὴν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας* (Plut. de Stoic. repugn. c. 26 p. 1046 E, Sext. Emp. adu. Mathem. XI, 110 et 170 &c.) et ideo omnes sapientem semper beatum inducerent, non tam in primo hoc gradu discedebat Epicurus quam quom, quæ esset et quo ecficeretur *ἡ εὐδαιμονία*, quærebatur. Paucis uerbis ante Cicero commodius uidetur dicturus fuisse *non sua sponte* quam (*ars*) *non arte*.

ego dicam) Pronomen addunt etiam Spir. et Gud. 2, id est meliores; se a Cyrenaicis et uolgo seiungit.

et durissumis animi doloribus) Sumptum hoc e codicibus corrigendo emendatis L, Pal. 2, Par. 2, sed proxume ad optumorum et mediocrium conplurium scripturam (*purissumis*) adcedit (Lbini omnium, Pall. 1, 4, 6, Paris. trium Dau., Ox. U); ceteri (Pall. 3, 5, Med., Ball. (ψ), C. C. C. (ξ) *Eχ*, Gzi aliquot) *prauissumis*, e quo Lamb. *grauissumis*. Fateor, *durum* dolorem Ciceronem nusquam alibi dixisse, et in hoc substantiuo scriptores prosæ orationis iis potius adiectiuis uti, quæ ab onere aut a tactu aut gustu imaginem traducant, quom hoc magis ad rigorem quendam spectet, ut aliter *dura condicio* dicatur et *seruitus*. Sed tamen tam propinqua hæc sunt, ut transiri facile potuerit; et transierunt finem illum poëtæ, quin ipse antiquos usus cotidianus, ut in *duro uino* apud Catonem.

adhibenda st) Sic, Gzio teste, etiam Gud. 2 et Bas. sed idem narrat, Erl. et Spir. omittere *est*, falso de Erl., nec minus, opinor, de Spir. Editiones omnes habent *est adh.* Fuerunt etiam nuper, qui hanc uocem, quæ et propter exiguitatem et propter ueterum codicum scripturam recentioribus librariis ignotam sæpe transponitur aut in uno et altero codice non optumo omittitur,

benda st, quae, et terroribus cupiditatibusque detractis et omnium falsarum opinionum temeritate derepta, certissumam se nobis ducem praebeat ad uoluptatem. Sapientia st enim una, quae maestitiam pellat ex animis, quae

quæ) *quod* P falsarum opinionum) *falsorum opinione* L derepta) *direpta* PMCR *directa* L nobis) om. L st enim) *est* E *enim est* ceteri.

ubique expellerent, etiam ubi a Cicerone nullo modo omitti poterat, ut in sententiis relatiuis. Horum etiam et præceptum, a Beiero ad Off. I p. 57 ita expositum, ut unius codicis (nec genera is discernere in talibus rebus solebat) errorem ceterorum consensui prælaturum se profiteatur, a Cicerone hoc uerbum omitti solere apud participia futuri passiui; numquam quidem nisi in breui sententia, initio periodi, cum rhetorica quadam grauitate.

terroribus) mortis et deorum, § 63; male Ox. E, tres Gsi *erroribus*.

temeritate derepta) Sic e suis Lbinus, Gruterus tacite; Gsi præter Erl. *direpta*, ut Dan. El. uterque, Med., C. C. C., Ball., uel *diremta* (*dirempta* cod. Urs.). Insolens est *deripere alicui temeritatem* pro eo, quod est *detrahere*; simile tamen pro Sulla 2: *quantum de mea auctoritate deripuisset*, et de prou. cons. 13: *hos uos de prouinciis, si non aliquando deducendi essent, non deripiendos putaretis?* Et dicitur a Cicerone *eripere alicui errorem* (ad Att. X, 4, 6), *dolorem* (ibd. X, 6) *timorem* (in Cat. I, 18). Significantur opiniones animo firmiter inhærentes. Dauisius e tribus Parisinis et deinde Ern. *dempta*. Dubito de codicibus. Sed idem dubito, num Ual. Max. II, 9, 8 scripserit *dereptis equis publicis* pro *ademptis*; etsi *demere* (nam poterat ibi quoque in mentem uenire *demptis*) non solet dici nisi de mala re et onere. Tacitus quidem Ann. II, 45 *tela Romanis derepta* dixit, sed de iis, quæ mortuis detracta essent.

Sapientia st enim) Sic Spir., Gud. 2, Bas., de quibus eo magis credendum Gzio st, quod recte de Erl. adnotauit. Ea st huius positus ratio, ut, elata uoce in primo uocabulo, quo grauissuma notio contineatur, obscuretur enclitica; in altero positu uox minus in primum uocabulum incidit potiusque ad sequentia trahitur et ea insignit, ut paullo post: *Cupiditates enim sunt insatiabiles*. Quomque in huiusmodi sententiis, non solum in negatiuis (*nemo, nihil est*) et interrogatiuis, Latini plerumque primarium uocabulum in initium periodi retrahere possint, multo sane sæ-

nos exhorrescere metu non sinat; qua praeceptrice in tranquillitate uiui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Cupiditates enim sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed uniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant saepe rem publicam. 44. Ex

pius Cicero scripsit *est* (*sunt*) *enim* (*autem*, *igitur*) quam *enim st*. Hic quoque sic scribendum erat, ut mox 47. Hæc regula, contraria prorsus Gzi aliorumque præceptis, qui, naturam encliticæ uocis ignorantes, adseuerationem aliquam in *est* secundo loco posito inesse putarunt, adhibito optumorum codicum testimonio in iis libris, quorum omnino boni codices sunt, et recta interpretatione, stabilietur in re parua sed multum iactata, ac ne ab Handio quidem (Tursell. I p. 578 sqq., II p. 400 sqq.) optume expedita; quamquam is principium ueri fere uidit, sed multa admiscuit nec uera (ut, quom diceretur: *imitator autem st Atticorum*, significari *re uera esse*, quasi altero positu non uere esse diceretur) et quæ inter se repugnarent, uelut, quom sic interrogaretur: *quis est enim*, expectari, ut responderetur: *nihil esse* aut *nihil aliud esse*, quom sic: *quid enim st*, expectari: *prorsus nihil esse*. Sed tamen ea fuit in re leui partim, opinor, scriptorum incuria partim librariorum licentia, ut loci aliquot uel in optumis codicibus repugnent, quos intactos relinquere præstat; uelut *neque enim st* (*sunt*) legitur de R. P. 1, 12, Læl. 47 et 48, contrarium Tusc. I, 46. Atque in hac quoque re (cfr. ad § 14 de genitiui forma) adparet diuersum iudicium librariorum eorum, a quorum codicibus singulorum librorum Ciceronianorum nostri deriuati sunt; nam in libris de Officiis in multo pluribus locis quam alibi optumi codices *est* tertio loco habent contra illam regulam (uid. ex libro I § 27, 42, 53, 56, 61 (in codd.) 64, 68, 102, 104, 129, 131, 140, 154). Nobis in huiusmodi rebus difficile st perpetuum quendam Ciceronis morem inuenire, periculosum in libris edendis sequi.

qua præceptrice — potest) Paullo durius hoc propter adiectum *præceptrice* seorsum extulit; expectabatur *possit*. Ceterum in *pellat* et *sinat* coniunctiuos potestatem rei, non ipsam rem directo significat. Nam § 47 dicitur: *temperantia st enim, quæ monet*, et Læl. 84: *Hæc est societas, in qua omnia insunt*, et ibd. 86: *Una st enim amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes consentiunt*. Hæc in II de N. D. 133 tueri uidentur receptam scripturam: *ratio st enim, quæ præstat omnibus*. Optumi tamen *præstet*. Et legitur hic § 54: *uoluptas est sola, quæ nos uocet ad se*.

cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. Nec eae sese foris solum iactant, nec tantum in alios caeco inpetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant; ex quo uitam amarissumam necesse st ecfici, ut sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus, sine aegritudine possit et sine metu uiuere. **45.** Quae st enim aut utilior aut ad bene uiuendum aptior partitio quam illa, qua st usus Epicurus?

44. discidia) *dissidia* Or. eæ sese) *eas se* E *hæ sese* PCROr. foris solum) *sol. f.* L necesse st) *esse* E amputata circumcisaque) *circumcisa amputataque* L

44. *odia, discidia*) Sic etiam Lbinus ex "omnibus suis uett. libris." *Dissidia* Dauisius intulit ex El. utroque et C. C. C. (at Oxx. ex ψ et ξ, hoc est, C. C. C. adferunt *discidia*) secutique ceteri tacite. Barbarum uocabulum st; uid. exc. ad h. l. Mox *nec hæ* omnes edd. taceturque de codd.

ut sapiens solum) Expectatur *solus*; est enim: *nemo nisi sapiens*; atque ita e Dauisi coniectura scripsit Ernestius. Defendit *solum* Bremius usu loquendi, quo Gzius non contentus ita disputat, ut eam ipsam regulam, quam illi in corrigendo secuti erant, proponat paullo minus recte (nam *solum* ad prædicatum pertinet, *solus* ad subiectum) et exempla peruersissuma interpretatione ad eam adcommodet. Latini solent adiectiuo subiecti unitatem significare; nihil tamen prohibet, quo minus aduerbium eodem modo ponant, quo *tantum*, *modo*; nam unitas subiecti ad totum enuntiatum transfertur. Itaque quod infra II, 45 est: *non sibi se soli natum*, id de Off. I, 22 est: *non nobis solum nati sumus*; cfr. Tusc. IV, 44: *neque uero s o l u m h a n c libidinem laudant, sed ipsum illud g e n u s libidinis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum.*

inanitate omni) *Κενοδοξίαν* appellat Epicurus apud Diog. X, 149.

45. *Quæ st enim utilior — partitio*) Tricesuma st Epicuri sententia apud Diog. X, 149: *Τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, αἱ δε φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι ἀλλὰ παρὰ κενὴν δόξαν γινόμεναι.* Addit deinde ipse Diogenes exempla. Ad primariam bipertitæ diuisionis formam, quam Cicero II, 26 postulat, ipse hæc reuocarat Epicurus in Ep. ad

qui unum genus posuit earum cupiditatum, quae essent et naturales et necessariae, alterum, quae naturales essent, nec tamen necessariae, tertium, quae nec naturales nec necessariae; quarum ea ratio st, ut necessariae nec opera multa nec inpensa expleantur. **46.** Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, et parabilis et terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inueniri potest.

XIV. Quod si uitam omnem perturbari uidemus errore et inscientia, sapientiamque esse solam, quae nos

45. posuit) *possit* E   et naturales) *natur.* EL   nec tamen) *non tamen* E
46. Ne) *Neo* L   inscientia) *inscitia* C

Menoec. apud Diog. X, 127. Pluribus Cicero hanc diuisionem a multis ueterum conmemoratam exponit Tusc. V, 93 sqq.

et naturales) Gzius scribit, multos codices tresque suos omittere *et*; nemo, quod sciam, superiorum quicquam adnotarat.

quarum ea ratio st) De orationis forma in uerbis *ne naturales quidem multa desiderant* ab instituto cursu deflectentis dixi in Exc. I ad § 23.

46. *propterea quod ipsa natura*) Epicurus in quarta decuma sententia (Diog. X, 144): *Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ εὐπόριστός ἐστιν, ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει*, et in Ep. ad Menoec. (§ 130): *Τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστι, τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον.* (Cfr. Tusc. l. c., ubi tollendum st graue mendum. Editur enim § 94: *eæque uoluptates singulatim extenuantur, quarum genera non contemnunt, quærunt tamen copiam.* Nec *extenuantur* et *non contemnunt*, nec *non contemnunt* et *quærunt tamen* conueniunt; multo minus, quæ de generibus secuntur. Hic, ut alibi sæpe, *non* natum ex *con*; fuerat enim scriptum: *quarum genera contemnunt, quærunt tamen copiam.* Generatim contemnebant et extenuabant, uelut obscoenas, cibi, ceteras; uiuere tamen in omnium copia malebant. Bentleius uitium orationis senserat, a sententia aberrauit, ad quam propius adcessit H. Wolfius, sed soloecam fecit orationem. Moserus nec retinere *non* nec tollere absurdum putat. O beatum criticum!) Coniuncta huic sententiæ erant, quæ de frugalitate præcipiebantur; uid. II, 90.

Cap. XIV. *inscientia*) *ignoratione rerum bonarum et malarum* § 43. Peruerse E𝔖, Spir., Bas. *inscitia*, quæ facultati aliquid

a libidinum inpetu et a formidinum terrore uindicet, et ipsius fortunae modice ferre doceat iniurias, et omnis monstret uias, quae ad quietem et tranquillitatem ferant, quid est, cur dubitemus dicere, et sapientiam propter uoluptatem expetendam et insipientiam propter molestias esse fugiendam? 47. Eademque ratione ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis adferat et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia st enim, quae in rebus aut expetendis aut fugiendis, ut rationem sequamur, monet. Nec enim satis est iudicare, quid faciendum non faciendumue sit, sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum. Plerique autem, quod tenere atque seruare id, quod ipsi statuerunt, non possunt, uicti et debilitati, obiecta specie uoluptatis, tradunt se libidinibus constringendos nec, quid euenturum sit, prouident, ob eamque

a libidinum) *et libid.* L et a) *et* LC modice) *modeste* C monstret) *doceat* LPR om. MC uoluptatem) *uoluptates* E 47. adferat) *affert* E eos) *eo* L ut rationem) *aut rat.* E *rat. ut* LOr. monet) *admonet* E sed) *et* E ipsi) om. LPMCROr. possunt) *possent* L specie) *spem* E euenturum) *prouenturum* LMCR *peruenturum* P

recte et ordine, hoc est, scite agendi contraria st (ut *inscitia loquendi, negoti gerendi*) non cognitioni et intellegentiæ. Uid. Gernhardus in exc. ad Cat. Maiorem; tractauit rem etiam Otto ad h. l. Nescio tamen, cur I Off. 144 *inscitia temporis* pro *inscitia temporis capiendi* nominatam non ferant.

a formidinum) Olim præpositio omittebatur, quam Dau. e Par. tribus et Med. addidit, habebantque Oxx. Eξχ, Gzi omnes.

monstret) Cum Erl. faciunt Pal. 1, codd. Scalig., Spir., Mor., mgo Crat. Excidit in uolgaribus (Pal. 5, *χψ*, Gud. 1); deinde substitutum *doceat* (Pall. quattuor, EUξ, Gud. 2). Mox *ἀπονία καὶ ἀταραξία* ab Epicuro laudata significatur.

47. ut rationem) In Manutianam irrepsisse puto *rationem ut* (nam altero ordine etiam P. Marsus, Crat.,) idque omnium silentio propagatum st.

ipsi statuerunt) Sic etiam Spir. Granius sic notatur mollis inconstantia, quam omisso pronomine.

nec quid euenturum) Sic etiam Pal. I, El. 2, Spir., mgo Crat. Idem ediderat Lbinus. Deteriores (Pall. et Dauisiani reliqui, Oxx.

caussam propter uoluptatem et paruam et non necessariam et quae uel aliter pararetur, et qua etiam carere possent sine dolore, tum in morbos grauis, tum in damna, tum in dedecora incurrunt, saepe etiam legum iudiciorumque poenis obligantur. **48.** Qui autem ita frui uolunt uoluptatibus, ut nulli propter eas dolores consequantur, et qui suum iudicium retinent, ne uoluptate uicti faciant id, quod sentiunt non esse faciendum, ii uoluptatem maxumam adipiscuntur praetermittenda uoluptate. Iidem etiam dolorem saepe perpetiuntur, ne, si id non faciant, incidant in maiorem. Ex quo intellegitur, nec intemperantiam propter se esse fugiendam temperantiamque expetendam, non quia uoluptates fugiat, sed quia maiores consequatur.

XV. **49.** Eadem fortitudinis ratio reperietur. Nam neque laborum perfunctio neque perpessio dolorum per se ipsa adlicit, nec patientia nec assiduitas nec uigiliae nec ipsa, quae laudatur, industria, ne fortitudo quidem,

uel) *ut* E etiam) om. C 48. nulli) *nulloe* E dolores) om. E ii) *hi* (PL) Or. Iidem) *cum idem* C nec) om. L esse fugiendam) *f. e.* LPMCROr. 49. assiduitas) *assiduitates* EPMCR ipsa) *ea ipsa* LMPCROr. ne) *nec* LC

Eψχ, Gziani tres) *prouenturum*; Ox. U *peruenturum*. Ursini codex, id est,. coniectura: *porro euenturum*. Nulla hic continuatio et progressio significatur. Mox *uel aliter* (quoniam Bremius hæsit) est: *si omnino quis eam desideraret, etiam aliter pararetur.*

48. *uoluptatem — adipiscuntur*) Uid. ad 33. Paullo post *esse fugiendam* etiam Spir.

Cap. XV, 49. *nec assiduitas*) Emendatio hæc Manuti et Lbini, et iam ante ueteris correctoris in L. Nam Pall. omnes *assiduitates*, tacentque Dau. et Oxx. Quod autem Gzius dicit, "potiores suos omnes" habere *assiduitas*, id, ut de Erl., sic de ceteris falsum st. Teneo tamen singularem, quod nullus omnino hic locus est notioni subiectorum aut rerum, in quibus uersetur, numero multiplicatæ, sed generali, ut est *patientia*, *industria*, uideturque pluralis ortus esse ex sequenti *uigiliæ*.

- *nec ipsa*) Sic etiam Spir., Gud. 2, Bas. Editiones ante Gzium omnes *nec ea ipsa* taceturque de codd., nisi quod in ξ omittitur *ipsa*, in E utrumque pronomen. Non hanc industriam ab aliis

sed ista sequimur, ut sine cura metuque uiuamus, animumque et corpus, quantum ecficere possimus, molestia liberemus. Ut enim mortis metu omnis quietae uitae status perturbatur, et ut succumbere doloribus eosque humili animo inbecilloque ferre miserum st, ob eamque debilitatem animi multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdiderunt, sic robustus animus et excelsus omni st liber cura et angore, quom et mortem contemnit, (qua qui adfecti sunt,

sed) *et* L metuque) *metuue* L possimus) *possumus* L quom) *tum* M om. C [quam] Or.

separat (uelut a praua), sed uniuerse industriam ab aliis rebus; itaque nihil omnino huc pertinet quæstio de pronomine *ipse* pro *is ipse* posito. Sed *ipsa, quæ laudatur*, ideo dicitur, quod hæc tamquam propria quædam uirtus laudari in hominibus solet, non uigiliæ, quæ in hominibus non sunt, nec assiduitas, quæ in certis actionibus spectatur, non in toto ingenio.

ne fortitudo quidem) Mali quidam codices, ut solent, *nec* (EUξ; multos Gzius dicit), quod si esset Latinum (uid. exc. ad II, 25), huius loci non esset, siue enumerationem finiri siue argumentum concludi iudicamus. Dubitatum st enim, quomodo extremo loco adhæreret ipsa fortitudo, cuius superiores partes essent. Itaque nuper Dietrichius (Quæstt. gramm. et critt. de locis aliquot Cic., Lips. 1835 p. 72) concludi rationem sic putauit: *itaque ne fortitudo quidem*, (ut esset: *also auch nicht*); et dicitur sic *ne — quidem*; sed neque particula conclusionis index omitti poterat, neque, si a partibus ad totum ratio transferretur, recte deesset periculorum susceptionis mentio. Itaque fortitudinem sic tamquam summum adiungi puto, ut, quom ante eæ res nominatæ sint, quæ sub ampliorem et latius patentem eius uirtutis notionem cadant nec tamen eo nomine appellari soleant, hic ea intellegatur, quæ magis proprie dicatur, quæ in periculis adeundis cernatur. Epicurus *τὴν ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ τοῦ συμφέροντος* putabat. (Diog. X, 120).

plerique — perdiderunt) Narrat, quid sæpe factum sit, ut intellegatur, quid fieri soleat. Dico propter Gzium, qui ludibrium illud aoristi adhibuit, de quo dixi in disputat. de nat. et usu form. quarundam uerbi Lat. (Hann. 1836) p. II p. 26 sqq.

quom et mortem contemnit) Non caussa indicatur, sed ipse sta-

in eadem caussa sunt, qua antequam nati,) et ita paratus est, ut meminerit, maxumos n paruos multa habere interualla requietis, ı nos esse dominos, ut, si tolerabiles sint, fe minus, aequo animo e uita, quom ea non pla quam e theatro exeamus. Quibus rebus iı nec timiditatem ignauiamque uituperari nec fo patientiamque laudari suo nomine, sed illas rı dolorem pariant, has optari, quia uoluptatem.

XVI. 50. Iustitia restat, ut de omni ı dictum; sed similia fere dici possunt. Ut enir tiam, temperantiam, fortitudinem copulatas e:

requietis) *quietis* C mediocrium) *medicorum* E sin minus) *si m* aequo an.) *an. aeq.* E intellegitur) om. LPR illas) om. E has) *hos* E uere E sapientiam, temp.) *temp. sap.* M

tus animi describitur adiungendis iis, in quibus adpareat § 10.

in eadem caussa, qua antequam nati) De re uid. ad § praepositione ante relatiuom omissa, quom audiatur, non tur idem uerbum, quod praecesserit, adnotatum breuiter peruagatum enim genus est et a multis conmemoratum. Ciceroniana conlegit Otto in exc. ad II, 13, 40. *Caussa*, ut statu et condicione saepe ponitur ea coniunctione, ut aut *aliqua caussa* aliquis dicatur aut *haec uel illa alicuius esse* Cicero (ad Att. XI, 13) dixit etiam *uenire in eam caussa* quemadmodum I de Orat. 159 scripsit *caussam inperi cog dam esse*, sic pro Sulla 32: *caussam rei publicae non tenes* XXXIX, 18, 5: *magna uis in utraque caussa uirorum mul que fuit*,

sin minus) Secutus sum Erl. et P. Et sic editum st inde a Cratandro. Gzius "suos ad unum omnis" *si habe* falso de Erl., ut opinor, etiam de Spir. De re cfr. ad 62 et Seneca epist. 12 Epicuri uocem ait esse: *Malum st in nece uiuere, sed in necessitate uiuere necessitas nulla st.* Alib memini conmemorari, Epicurum mortis sibi consciscendae auct fuisse; tantum eius timorem eximere studet. Sed tamen do asperitatem consolabatur mortis spe; uid. ad § 40. In pro *optari* apertam habet *optionis* significationem.

cum uoluptate, ut ab ea nullo modo nec diuelli nec distrahi possint, sic de iustitia iudicandum st, quae non modo numquam nocet cuiquam, sed contra semper aliquid** quom ui sua atque natura, quod tranquillet animos, tum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura non deprauata desideret. *Et* quemadmodum temeri-

numquam) om. C aliquid) *alit quid* LPMC *allicit* Or. quom) *tum* LMCR natura non) *natura* MPR *nostra* C desideret) *desiderat* C Et) om. omnes. temeritas et libido) *libido temeritas* L

Cap. XVI, 50. *nec diuelli nec distrahi*) Repetita particula oratorie unam notionem dissoluit in duas; cfr. ad § 34. Nam quod Gzius diuelli res uolt "extranea ui," distrahi sententia, utrumque ab ea ui, quæ corpore fit, transfertur ad rerum non corporearum in uita non solum sententia sed reapse diiunctionem. De iure et iustitia non ex natura ortis, sed in conseruando hominum pacto quodam tranquillitatis (τῆς ἀταραξίας) caussa positis præcipuus Epicuri locus est in sententia tricesuma tertia proxumisque ad 38 (Diog. X, 150 et 151); cfr. sent. XVI (Diog 146): ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος, ὁ δὲ ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων.

*aliquid*** *quom*) Notaui lacunam, quam ostendunt meliores codices (præter Erl. etiam Pal. 1, Spir., tum ex ceteris Pal. 8, Eξ, fortasse plures). In deterioribus temptata emendatio, ut esset: *alit quid* (in cod. Urs., Pall. plerisque, parte Diuisianorum, Oxx. Uψ, Gzianis reliquis), inepto uerbo et praua hoc loco pronominis forma. Ac sic ante Gzium edebatur. Is correctionem Rathi, F. A. Wolfio probatam (in censura Ienensi), recepit: *semper adlicit*, specie quam re meliorem. Nam adlicere iustitiam homines ad se, concedebatur ab omnibus; quærebatur, per se ipsane (49) an emolumentis. Itaque peruerse damno contraria ponitur ipsa illa conciliatio, quom significari debeat, qua utilitate adliciat. Accedit coniunctiuos *tranquillet*, qui, si *quod* coniunctio est, rationem non habet. Excidit igitur uerbum eiusmodi, ut hæc esset forma orationis et sententia: *aliquid* (*adfert*) *quom ui sua.* (De codicibus illis, in quibus Wolfius dicit esse *alit id*, *alli.. id*, uid. Proleg.). Edebatur *tum ui*; emendauit Gzius ex "suis omnibus" (Eξ).

natura non deprauata) inanibus cupiditatibus (§ 43); nam recte iudicanti εὐσυμπλήρωτόν τε καὶ εὐπόριστον τὸ τῶν ἀγαθῶν πέρας καὶ τὸ τῆς φύσεως τέλος (Diog. X, 133). Excidit *non* in codd. deterioribus; restituit primus Lbinus; habent (præter Erl.) cod. Urs. (?), Pal. 1, Scalig., Spir. In El. 2 erat *natura nondum de-*

tas et lubido et ignauia semper animum excruciant semper sollicitant turbulentaeque sunt: sic *inprobitas* cuius in mente consedit, hoc ipso, quod adest, turb

semper) om. L inprobitas si) om. omnes; *iniustitia* Or.

prauata, inutili mutatione. Si codicum diuersitas Bremio p specta fuisset, non rettulisset uir optumus Pantagathi aliorumq opinionem, *deprauata* ascriptum a librario aliquo esse, ut signi caret uerba mendosa esse. Omnino quæ de huiusmodi adnotat nibus criticis librariorum interdum narrantur, (præter dupli scripturæ coniunctionem) fere sine ulla caussa ficta sunt. *Desie ret*, quod paucæ ueteres editiones habebant (R, P. Marsus), dein Gruterus, Oxonienses, Dauisius ediderant, nulla adiecta codic mentione (nam Gruteri nota ad solam uocem *non* pertinet), in c dicibus esse, nunc demum confirmatur; nam Gzius rettulit *de derat*, nihilo plus dicens. Coniunctiuom postulat oratio obliqua.

Et quemadmodum) Retinui *et*, additum a Lbino et deinde A. Matthiæo, quod necessario hæc, quæ e contraria parte inius tiæ dicuntur, cum superioribus connectenda fuerunt.

sic improbitas si cuius) In meliorum codicum (Pal. 1, Ei Spir., mg. Crat.) scriptura (*sic cuius in mente consedit hoc ip quod adest turbulenta et si uero*) adparet excidisse subiectum se tentiæ, tum uerbum deesse ad adiectiuom *turbulenta*; nam re abesse posse in tali oratione, caue credas Gzio. Ac uerbum qu dem in *et* latere, quæ particula plane non conuenit cum *si ue* uidit iam Gruterus. Subiectum uarie addunt, plerique ex Urs codice, id est, coniectura: *sic iniustitia cuius*, paullo duriore u borum ordine et relatiui coniunctione; Lbinus: *sic cuius in mente ini stitia;* in nostra ratione (in quam inciderat etiam censor quidam edit nis Gzianæ) et facilior fit oratio et adparet, librari oculum ab rasse in litteris *sic*. Sed *inprobitas* scripsi potius quam *inius tia*, quod prudentiæ temeritatem, temperantiæ lubidinem Cic contrarias posuit, non inprudentiam et intemperantiam, et qu sequitur *inproborum facta* et (53) *fugiendam inprobitatem*. In quod I. F. Gronouio in mentem uenit: *Sic quom uis in men* prorsus desideratur propria eius, quod iustitiæ contrarium st, u nota. Uideamus nunc deteriores codices. Subiectum correct putauit *iustitiam*, non animaduertens, quod ne Clericus quid nec Dauisius intellexit, transiri hic ad uitiorum ecfectum et ce tribus ceteris uitiis conparari quartum. (In El., si Dauisio cr dimus, 2, sed opinor esse 1, scriptum st: *sic cuius in mente cons*

lenta st; si uero molita quidpiam st, quamuis occulte fecerit, numquam tamen id confidet fore semper occultum. Plerumque inproborum facta primo suspicio inse-

st; si) *et si* E *non potest fieri et si* LMPCR id confidet) *conf. id* LMPCR fore) om. C inproborum) *morum* C

dit *iustitia*). Itaque suppleuit: *turbulenta non potest fieri, et si uero* &c. (in Pall. præter 1, Dauisianis, Oxx., Gzianis præter duos illos), unde Lbinus, quom uerum subiectum repperisset, faciebat: *non potest non fieri*, quod prudentibus hominibus, si semel a bonis codicibus aberrarant, probandum erat, probatumque st ab I. F. Gronouio, aliis. Sed tum corrector hærebat in proxumis, quæ aliud subiectum requirebant. Itaque ibi P. Manuti liber, Par. unus Dauisi, El. 2 (?), ed. Uen. 1480 noua interpolatione habent: *etsi uero inpietas molita* &c., quod Dau. probabat. (*Etsi* sic ponitur, tamquam molitio sceleris soleat scelus occultare.) Patet erroris progressio. In uera scriptura omnia optume procedunt: ipsa iniustitiæ præsentia turbulenta mens est; si uero etiam suscepit aliquid, multo magis.

id confidet fore occultum) Expressit Cicero Epicuri sententiam 37 (apud Diog. X, 151): *Οὐκ ἔστι τὸν λάθρα τι ποιοῦντα ὧν συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους εἰς τὸ μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι, πιστεύειν ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ἐπὶ τοῦ παρόντος λανθάνῃ· μέχρι γὰρ καταστροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει.* *Id confidet* etiam Spir. Otto Lindemannum sequens (Lectt. Ciceron. Spec. 1, Zwickauiæ 1830, quem libellum non uidi), excursum conscripsit (ad V, 93) de positu pronominis personalis, quod subiecti locum in sententiis infinitis teneret, qui definitur pondere singularum notionum et deinde omnino numeris sententiæ. Sed is quom pronominis in sua sententia locum ab hac uerbi regentis interpositione non seiungeret, incidit in eum errorem, ut hic quoque singularem id uim adipisci et uoce insigniri putaret, quod et hoc loco et infinitis aliis redarguitur, quorum in uno et altero (uelut huius libri § 1, Acad. II, 10) mire ille argutatur. Natura quadam Latini sermonis inplicantur sententiæ et, quæ ipsa st origo accusatiui cum infinitiuo coniungendi, sic ex duabus una efficitur, ut idem uocabulum et obiecti et subiecti loco sit. Sed et numeris et licentia orationis libere fluentis hoc temperatur. Recte Gzius animaduertit, librarios interdum pronomen sic transponere, ut sententiæ dissoluantur (*confidet, id fore*), modo ne leuem rem intolerabiliter iactasset et obseruatiuncula interdum contra sententiam et codices abusus esset.

quitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum i dex; multi etiam, ut te consule, ipsi se indicaueru 51. Quod si qui satis sibi contra hominum conscienti saepti esse et muniti uidentur, deorum tamen horre easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi †noct que diesque exeduntur, a dis inmortalibus suppl caussa inportari putant. Quae autem tanta ex inpro

deinde) *dein* E accusator) *accusatorum* E 51. si qui satis) *sequ* sibi — conscientiam) *cum hominum sibi contra conscientiam* (*scientiam* LPMCR et) om. E deorum) *deos* L noctisque diesque) *noctes diesqu* *noctes atque dies* Or.

tum iudex) Pal. pr. *index*, ut ediderat Lbinus. Accusator præcedit index, sequitur *iudex* et poena; his, quæ gradatim fi respondet unum illud: *multi etiam* &c.

51. *sibi contra hominum conscientiam*) Sic primus Gruteru Pal. pr. Consentit (præter Erl.) mgo Crat., id est, meliorum milia, et, quod miror, ed. Uen. 1480, si Orellius recte adtendit. C Moreli, ut edidit P. Marsus: *satis hominum sibi contra consci tiam* (idem om. *et muniti*). Ut mei L M', habent Pall. 5, 6, P, Pall. 2, 4; utrisque adsentiuntur aliquot Dauisi; Pal. 8 et E (de Ball. et C. C. C. aliter Dauisius): *satis animi hominum contra conscientiam* (Pal 8 *scientiam*; Mead. *satis animi cum ho num contra scientiam*). Gzi Latinitas nihil adnotauit nisi "in uarimode transponendis peccare scribarum Latinitatem." Orta e uocabulo *animi* ad *hominum* ascripto, quom, *conscientia* esset, non intellegeretur. Hinc nescio quis primum finxit, q uolgo ante Gruterum (apud Crat. &c.) legebatur: *quod si satis opibus hominum sibi contra conscientiam.* Serpsit deinde terius corruptio, ut in aliquot edd. (Ascens., Crat., Lbin.) scri retur: *deorum tamen numen* (cfr. cod. L).

noctisque diesque) Expressi quod erat in codd., etiam a Dau. in Paris. tribus, Mead., El. 2, Ox. χ, Gzi omnibus. Q post Man. et Lbinum Gruterus tacite edidit: *noctis atque d* confirmatur, si ea confirmatio st, a C. C. C. et Ball., Ox. E L *noctes diesque*; alterutrum uerum uidetur; nam id, quod reli poëtarum st. Dixit Cicero alibi *noctis diesque* (Act. 1 in U 52, V in Uerr. 112), *noctis et dies* (de Orat. I, 260, Brul. Tusc. V, 70 &c.), *et dies et noctis* (ad Att. XII, 46), *dies noc que* (pro Deiot. 38).

factis ad minuendas uitae molestias adcessio fieri potest, quanta ad augendas, quom conscientia factorum, tum poena legum odioque ciuium? Et tamen in quibusdam neque pecuniae modus est neque honoris neque inperi nec lubidinum nec epularum nec relicuarum cupiditatum, quas nulla praeda umquam inprobe parta minuit, potiusque inflammat, ut coërcendi magis quam dedocendi esse uideantur. 52. Inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iustitiam, aequitatem, fidem. Neque homini infanti aut inpotenti iniuste facta conducunt, qui nec facile eeficere

fieri potest) *potest fieri* E quom) *tum* LMCR neque honoris neque) *nec hon. nec* C nulla) *nullas* E inprobe) om. E potiusque) *potius* E *potius atque* LPR *sed auget potius atque* MCOr. magis quam) *potiusque* L dedocendi) *docendi* E 52. aut) *atque* C

ad minuendas uitæ molestias adcessio) Paullo minus proprie dixit, ut concinne diceret: *quanta ad augendas.*

pecuniæ, honoris — relicuarum cupiditatum) Non prorsus adcurate coniunxit cupiditates et ea, quæ cupiuntur. Sed in huiusmodi inæqualitatem facile incidit libere currens oratio, festinantis præsertim. Durius etiam eidem uoci ex æquo adiunguntur, quæ ei recte singula, sed contraria ratione adiungi possunt, ut quom pro Balbo 41 Hispani dicuntur *agris stipendiisque multati*, id est, agris ademptis, stipendiis inpositis; cuiusmodi etiam illud est apud Xenophontem (Memor. 1, 5, 1) ἥττων γαστρὸς ἢ οἴνου ἢ ἀφροδισίων (ad abstinendum) ἢ πόνου (ad tolerandum). Ex alia forma, cognatum tamen, infra 72: *aut se in musicis, geometria, numeris, astris contereret.* Neque enim Cicero dicturus erat *conterere se in astris.*

minuit, potiusque inflammat) Non potest ferri, quod est in Erl. et Pal. 1; poterat in graui epiphonemate, inuerso ordine: *inflammat potius.* Sed tamen altera scriptura (Pal. 2, 4, Gud. 2, Spir.): *minuit potius atque inflammat*, non tam uerbi omissi indicium habet quam conatum grammaticam orationis formam etiam cum sententiæ interitu conseruandi; ex correctione ortum st, quod ceteri deteriores (Pal. 3, 6, Dauisiani, ut uidetur, Oxx., Gzi, ut uidetur, duo relicui) præbent: *sed auget potius atque inflammat.* In optumorum igitur scriptura copulatiuam particulam addidi, aduersatiua ui post negationem.

52. *infanti aut inpotenti*) *Aut* Dauisiani, Oxx., Gziani omnes. In uocabulo *infanti* incredibiliter nonnulli errarunt, non uidentes,

possit, quod conetur, nec obtinere, si ecfecerit, et o| uel fortunae uel ingeni liberalitati magis conueniu qua qui utuntur, beneuolentiam sibi conciliant et, qu aptissumum st ad quiete uiuendum, caritatem, praes tim quom omnino nulla sit caussa peccandi. **53.** Qu enim cupiditates a natura proficiscuntur, facile expl tur sine iniuria ulla; quae autem inanes sunt, iis par dum non est. Nihil enim desiderabile concupiscu plusque in ipsa iniuria detrimenti st, quam in iis bus emolumenti, quae pariuntur iniuria. Itaque ne stitiam quidem recte quis dixerit per se ipsam opta lem, sed quia iucunditatis uel plurumum adferat. N

quod) *qui* E fortunæ uel) *fortuna ut* E ingeni) *ingenia* ELPM qui *beate* L 53. proficiscuntur) *proficiscantur* PR iniuria ulla) *ulla* LPMCROr. iis) *his* EPROr. iis) *his* ER pariuntur ini.) *ini. par.* MC q dem) *quod* E

significari, ut aliis Ciceronis locis (uid. lexic.), eum, cui des eloquentiæ tela, quæ apud ueteres potentissuma erant; itaque altera parte ponuntur *opes uel fortunæ uel ingeni*, id est, ut s pissume, oratorii. *Inpotens* insolenter omnino dicitur, qui pot tiam et opes non habeat; sed eodem modo Cicero dixit pro M 59 et Sallustius, *inpotentia* apud Terentium sic ponitur; tolleba que ambiguitatem ipsa coniunctio cum altera uoce negatiua. I *ingenia* adnotatur etiam in marg. Crat. et e Mor. codice; mend sus igitur codex archetypus fuit; nam nominatiuo casu accipi, Morelius uolebat, neque particula *uel* sinit, quæ recte bis ponitu quom genus in duas species nullo discrimine diuiditur, non recte, tria diuersa coniunguntur, et *ingenium* dicendum erat de ui et f cultate, nec *fortunæ* simpliciter pro diuitiis dicuntur. Persequ hæc, quia nunc parati sunt omnium mendorum patroni. Pote hæc sententia commode superioribus adnecti, quomodo Schuetzi scripsit: *Nam neque*, aut ut Gzius uolebat: *Neque enim*; pla necesse non erat. Et tamen facile excidebat *enim*; cfr. ad § 58.

53. *Quæ enim cupiditates* &c.) Præter ea, quæ supra ascrip apte Dauisius citat Epicuri uerba apud Stobæum, Florileg. p. 1 Gesn.: *οὐ γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἡδονὴ τὴν ἀδικίαν ποιεῖ ἔξωθεν, ἀλλ' περὶ τὰς κενὰς δόξας ὄρεξις.*

iniuria ulla) Sic tres Gzi (opinor, Spir. et Gud. 2); om. *ul* Bas. et ed. Marsi. Mox Pal. 1 solus *plusque iniuria ipsa.*

diligi et carum esse iucundum st propterea, quia tutiorem uitam et pleniorem uoluptatem ecficit. Itaque non ob ea solum incommoda, quae eueniunt inprobis, fugiendam inprobitatem putamus, sed multo etiam magis, quod, cuius in animo uersatur, numquam sinit eum respirare, numquam acquiescere. 54. Quod si ne ipsarum quidem uirtutum laus, in qua maxume ceterorum philosophorum exultat oratio, reperire potest exitum, nisi dirigatur ad uoluptatem, uoluptas autem st sola, quae nos uocet ad se et adliciat suapte natura, non potest esse dubium, quin id sit summum atque extremum bonorum omnium, beateque uiuere nihil aliud sit, nisi cum uoluptate uiuere.

XVII. 55. Huic certae stabilique sententiae quae sint coniuncta, explicabo breui. Nullus in ipsis error est finibus bonorum et malorum, id est, in uoluptate aut in dolore, sed in iis rebus peccant, quom, e quibus haec ecficiantur, ignorant. Animi autem uoluptates et

tutiorem) *et tut.* L pleniorem uol. ecf.) *uol. eff. plen.* LPMCROr. quod cuius) *optimus* C 54. ne) *non* LPMR potest ex.) *ex. pot.* E st sola) *sola est* L om. *sola* C uocet ad se et adl.) *all. et uoc. ad se* L esse dub.) *dub. e.* L id sit) *id* R nihil) *nil* C 55. aut in) *aut* L iis) *his* ELPROr.

pleniorem uoluptatem ecficit) Sic etiam Spir., Gud 2 ("tres potiores" Gzi); per se alter ordo nihilo deterior, sonantior etiam.

Cap. XVII, 55. *Sed in iis rebus*) *Iis* debebat definiri adiecto relatiuo: *e quibus hæc ecficiuntur,* uel: *ecfici putant.* Deflexit oratio eo genere, de quo ad II, 39 dicetur; itaque *in iis rebus* est fere *in eo.* Eo prauius erat *his,* quoniam alio refertur *hæc.* Duo Gzi *iis.*

Animi autem uoluptates) Breuiter et apte rem conplectitur Clemens Alexandrinus II Stromat. p. 179 Sylb.: *ὁ δὲ Ἐπικοῦρος πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς οἴεται ἐπὶ προπεπονθούσῃ τῇ σαρκὶ γίνεσθαι.* Itaque Plutarchus (Non posse suauiter &c. c 4 p. 1088 E) Epicureos inducit *μαρτυρουμένους καὶ βοῶντας, ὡς ἐπ' οὐδενὶ ψυχὴ τῶν ὄντων πέφυκε χαίρειν καὶ γαληνίζειν πλὴν ἐπὶ σώματος ἡδοναῖς παρούσαις ἢ προσδοκωμέναις.* Alia Epicuri dicta, quæ idem magis articulatim significant, conmemorabuntur ad II, 7 et Metrodori ad II, 92. Sequebatur hoc necessario e corporea animi natura; uerum eadem Epicurum incuitabili inplicabat repugnantia, quom propriam quandam et separatam animi uoluptatem et lætitiam

dolores nasci fatemur e corporis uoluptatibus et dol bus. Itaque concedo, quod modo dicebas, cadere caus si qui e nostris aliter existumant; quos quidem ui esse multos, sed inperitos; quamquam autem et la tiam nobis uoluptas animi et molestiam dolor adfe

fatemur) *fateatur* C Itaque) *Ita* R cadere caussa) *cedere caussæ* om nostris) *uestris* C quidem) om. E autem et) *autem* E molestiam dolor) *d res molestiam* E adferat) *afferet* EC *afferret* LPMR

induceret. (Plutarchus, Non posse suauiter &c. c. 5 p. 1089 E, E cureorum exprimens sententiam, τὸ ἡδόμενον in corpore ponit, χαῖρον in animo, nescio, num etiam usum uerborum conserua Ne expectatio quidem illa futuræ uoluptatis aut memoria præter (§ 41) qui aut oriretur aut constaret, ratio reddi poterat, nec omni qui adficeretur animus, quom omnis ea, quæ nunc conscientia dicitur, ipseque sensus in atomis interiret. Rursus Epicurus, qu docuisset omnem animi dolorem e corpore esse, ob hoc ipsum prehendebat aliorum inanis angores et maerores, quod non ess orti e corpore, non animaduertens, se, quom negaret *dolend esse* nisi propter corpus (§ 69), concedere, sæpe *doleri* alia caus Non iniuria Plutarchus (Non posse suauiter &c. c. 5 p. 1089 D) E cureos ait: τὴν εἴτ' ἡδονὴν εἴτ' ἀπονίαν ἢ εὐπάθειαν ἄνω καὶ κά μεταίρειν ἐκ τοῦ σώματος εἰς τὴν ψυχήν, εἶτα πάλιν ἐκ ταύτης εἰς ἐκεῖ τῷ μὴ στέγειν ἀποῤῥέουσαν καὶ περιολισθαίνουσαν, ἀναγκαζομένους ἀρχῇ συνάπτειν.

cadere caussa) Codices *cedere caussæ*, (Pall., Dau., Oxx. E (ψ per aliquot paginas non nominatur) Gzi præter duos; hi cı χ *cedere caussa*, El. 2 *redire caussæ*. Uictorium primum re correxisse puto (cfr. II de Inuent. 57, ad Fam. VII, 14); na Marsus, Crat., ceteri uetus tenent, quod defendere conabatur Tu nebus Aduers. XXV, 2.

si qui — existumant) Ernestius *existument*. Uerum obliq orationis uis in huiusmodi sententiis, quæ a primæ personæ uer pendent, facile extinguitur, eaque, quæ in parte orationis pe dentis, uelut hic eius, quod conceditur, esse debebant, absolu ponuntur.

quamquam — adferat) Coniunctiuom ex oratione obliqua n tum, non, ut Gzius putauit, ob particulam positum, patet. S in codice archetypo fuit sine dubio *adferet*, unde deterior (EUξχ) *adferret* (Gzius: "alii codd. *adfert*, *adferet* et *adferret*" Non multo longius distabat *adfert*, quod P. Marsus habet; se

eorum tamen utrumque et ortum esse e corpore et ad corpus referri, nec ob eam caussam non multo maiores esse et uoluptates et dolores animi quam corporis. Nam corpore nihil nisi praesens, et quod adest, sentire possumus, animo autem et praeterita et futura. Ut enim aeque doleamus [animo], quom corpore dolemus, fieri

adest) *abest* L animo) *sine uncis* Or. corpore dolemus) *corpore non dol.* E

hic, longius iam progressa orationis inplicatione, minus probabilis indicatiuos erat.

nec ob eam caussam non &c.) Diog. X, 137: ἔτι πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς (διαφέρεται ὁ Ἐπίκουρος)· οἱ μὲν γὰρ χείρους τὰς σωματικὰς ἀλγηδόνας τῶν ψυχικῶν· κολάζεσθαι γοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας σώματι· ὁ δὲ τὰς ψυχικάς· τὴν γοῦν σάρκα τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρὸν καὶ τὸ μέλλον. οὕτως οὖν καὶ μείζονας ἡδονὰς εἶναι τῆς ψυχῆς. Eadem tractat Cicero in Tusc. V, 95 et 96. De usu particularum *nec* — *non* apud Ciceronem et eos, qui eandem consuetudinem secuntur, in tollenda negatione post Tursellinum exposuit Buttmannus ad Quinctilian. XII, 10 46; sed res peruagata st.

præsens, et quod adest) *Adesse* ad locum pertinere adnotant hic et ad I de Off. 11 (*ad id solum, quod adest quodque præsens est, se adcommodat, paullum admodum sentiens præteritum et futurum*), conparantque Tuscul. IV, 14. Sed *præsens* non minus a loco transfertur ad tempus, quod omnia uocabula illinc mutuatur; nec *adsum* minus dicitur de tempore; et adparet, prorsus hinc alienam esse loci notionem. Itaque confitendum st, uocibus coniunctis tantum grauius rei tempore præsentis notionem signari (das unmittelbar gegenwärtige), ut contra de loco Terentius dixit: *præsens ades.*

Ut enim æque doleamus [animo]) Notaui uocem suppositiciam, quæ si retinetur, sententia hæc est: Ut enim concedam, tum, quom corpore doleamus, non maiorem esse animi dolorem, potest tamen fieri maior &c. Sed nullo modo hæc uerba: *ut æque doleamus* in concedendo hanc minuendi uim habere possunt, sed contrariam: *ut non minus*, quo euertitur tota sententia; sic enim loquitur, qui ipse animi dolorem æque magnum esse non iudicans, hoc tamen concedit, sed ita, ut tamen aliquid in corpore adcedere possit. Deinde, etsi oritur Epicuri sententia animi dolor e corpore, tamen perinepta st hæc temporis significatio: *Ut æque doleamus animo, quom corpore dolemus;* nam sic contrarium aliud

tamen permagna adcessio potest, si aliquod aeternum infinitum inpendere malum nobis opinemur. Quod id licet transferre in uoluptatem, ut ea maior sit, si ni tale metuamus. 56. Iam illud quidem perspicuum maxumam animi aut uoluptatem aut molestiam plus ad beatam aut ad miseram uitam adferre momenti, qu eorum utrumuis, si aeque diu sit in corpore. Non p cet autem, detracta uoluptate, aegritudinem statim c

aliquod) *aliquid* omnes. 56. quidem) *quod* E ad) om. E (bis) beat add. *uitam* L utrumuis) *utriusque utrumuis* R

tempus cogitatur: *ac quom non dolemus corpore*, quod sensum n habet. Conparatio esse debebat: *atque corpore dolemus* (qu utroque dolemus). Deleta illa uoce, omnia recta erunt: Ut en tum, quom corpore dolemus, non minorem dolorem percipian (quam quom animo), ita ut nondum in ipso momento percipie præsentis doloris excellat animi dolor, tamen permagna adces fieri potest &c. Gzius tradit pro *enim* duos suos codices habe *non*, ex nota *n.* scilicet, duos: *æque non doleamus*. Paullo post *aliqu* sollemni in his libris permutatione etiam "plures scripti" Gzi χ; uid. ad § 18. Mox *ea* post *ut* Gzius in Bas. et ed. Marsi omi dicit, de Marso saltem falso.

56. *Iam illud quidem perspicuum st*) Perbreuiter adtingit res obscura, quæ nusquam alibi exponitur. Nam quom ante si gulas animi et corporis uoluptates doloresque conparasset, nu negat, utriusque generis eandem uim esse ad totum statum εὐδα μονίας efficiendum aut minuendum. In quo miror, quod nouo discrimen oriri possit præter gradus illos, quos ante posuit; na genere non differebat utraque uoluptas. Sed Epicurus, quæ co iunxerat, rursus diuellit et utitur incuriosus communi hominu opinione de animi uoluptatis et doloris ui.

Non placet autem &c.) Hæc Torquatus, id est, Cicero paull neglegentius exponit. Nam hæc, quæ de sublato medio inter u luptatem et dolorem dicuntur, neque hic cum ceteris cohærent posita erant iam § 38, et praue concluditur, hinc intellegi, quant uoluptas sit non dolere; nam Epicurus contra, quom ostendisse in non dolendo iam esse uoluptatem, hinc efficiebat, nihil es medium. Omnino hæc, quæ ad notionem uoluptatis explicandar pertinent, rectius initio posita essent; sed id ne ipse quidem Epi curus curasse uidetur, ut certo ordine hæc exponerentur. Quon in salebras inciderat, oriebatur noua sententia.

sequi, nisi in uoluptatis locum dolor forte successerit; at contra, gaudere nosmet omittendis doloribus, etiam si uoluptas ea, quae sensum moueat, nulla successerit; eoque intellegi potest, quanta uoluptas sit non dolere. 57. Sed ut iis bonis erigimur, quae expectamus, sic laetamur iis, quae recordamur. Stulti autem malorum memoria torquentur; sapientis bona praeterita, grata recordatione renouata, delectant. Est autem situm in nobis, ut et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus et secunda iucunde ac suauiter meminerimus. Sed quom

eoque) *eo* C sit non dolere) *non dol. sit* LMPCR 57. grata rec. renou.) *renou. gr. rec.* C ut et) *ut* E secunda) *secula* E

sit non dolere) Sic etiam Spir., ediderat que iam Gruterus, fortasse e Pal. 1, ceteri *non dol. sit*, minus bonis numeris.

57. *Est autem situm in nobis*) Enarrat Gzius: *A natura habemus*, et repetit Otto. Ergo etiam stulti hoc facient, si ipsa natura id efficit. Cicero, in nostra potestate esse, significat; uid. pro Arch. 1, Acad. II, 39: *Ubi igitur uirtus, si nihil situm st in ipsis nobis?* Ostendit, quid ex eo sequatur, quod ante exposuit, si nulli rei adsentiamur, nihil fore *in nostra potestate.* Sed cur tam inperitos puto lectores quam editores fuerunt? Rem ipsam exponit Cicero Tuscul. III, 32. Nihil Epicurus subtilius de hac animi nostri potestate disputasse uidetur, sed contentus fuisse communi opinione, multum in hac re ualere uoluntatem, alterum omisisse, non omnia eam posse. Quod deinde a Doederlinio poni uideo et ab Ottone ad hunc locum ascribi, *iucunde* referri ad animum, *suauiter* ad corpus, hoc quidem loco aperte utrumque dicitur de animi uoluptate, quæ ex memoria oriatur, et multis locis Cicero in uoluptate definienda iucundum motum sensus aut corporis dixit; utrumque coniunxit II, 13: *commotionem suauem iucunditatis in corpore*; cfr. de Orat. III, 56. *Iucundus* generalius est, *suauis* magis ad mollem quendam adfectum spectat. Sæpe uiri docti synonyma tali regula distinguunt, ut uocum flexus et in eosdem fines ex diuersa parte incursiones non animaduertant, cum tali quodam discrimine, quod non in singulis locis adpareat. Et hoc accidit iis, qui ueteres scriptores legerunt; quid iis censes, qui locos quosdam e lexicis adripiunt ac ne ipsos quidem totos perlegunt et intellegunt?

ea, quae praeterierunt, acri animo et intento intuem tum fit, ut aegritudo sequatur, si illa mala sint, si bo laetitia.

XVIII. O praeclaram beate uiuendi et apertam simplicem et directam uiam! Quom enim certe ni homini possit melius esse, quam uacare omni dolore molestia perfruique maxumis et animi et corporis u luptatibus, uidetisne, quam nihil praetermittatur, qu uitam adiuuet, quo facilius id, quod propositum summum bonum consequamur? Clamat Epicurus, quem uos nimis uoluptatibus esse deditum dicitis, n posse iucunde uiui, nisi sapienter, honeste iusteq uiuatur, nec sapienter, honeste, iuste, nisi iucunc 58. Neque [enim] ciuitas in seditione beata esse pote nec in discordia dominorum domus; quo minus anim

intento) *attento* LPMCR tum) *tunc* C sequatur) *sequitur* L si bona, la *læt.*, *si bona* PMCROr. O) *At* C apertam) *aptam* C uidetisne, quam) *uide in quam* R quod) *quo* C quo) om. C consequamur) *consequatur* C *proseq mur* E uos) om. LPR uolupt. esse ded.) *esse ded. uol.* L 58. enim) om. beata esse pot.) *pot. e. b.* C nec) *neque* L

et intento) Sic "tres optumi" Gzi, ut pro Flacco 26 Cice dixit: *intentis oculis acerrume contemplari*, et Tusc. IV, 3 *acrem aciem intendere*, quæ citat Gzius; contra de Orat. III, 1 *acerrumam atque adtentissumam cogitationem*. Deinde *tum* pro *tu* (quod post *quom* uitiosum erat) reuocauit Gzius e tribus su Oxx. Eξχ.

si bona, lætitia) Hic ordo codicis Erl., quo solo teste pro t familia utimur, habet inuersionem eam in contrariis membr quam Cicero amat; uid. Beier ad Cic. Off, 1 p. 25; in hoc ip opere III, 3: *ut commoneri satis sit*, *nihil adtineat doceri*; ibd. *nobis incognitis*, *usitatis sibi*; ibd. 10: *ratio nostra consentit*, *pugn oratio*; V, 28: *eligendam Metelli*, *Reguli reiciendam*; de R. P. 33: *matrem habemus*, *ignoramus patrem*.

Cap. XVIII. *Clamat Epicurus*) Uid. ad § 42 (Paullo ante Sp *uidetis* sine *ne*).

58. *Neque* [*enim*]) Necessarium uidetur *enim* in adnecten probatione et exemplo. Abest tamen etiam a Spir. et Gud. 2.

quo minus) Hoc est, *et tanto minus*. Dubito, num loco cede debuerit, quod erat de Fato 33: *Ita ne præterita quidem* — *Ap*

a se ipse dissidens secumque discordans gustare partem ullam liquidae uoluptatis et liberae potest. Atqui pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens nihil quieti uidere, nihil tranquilli potest. **59.** Quod si corporis grauioribus morbis uitae iucunditas inpeditur, quanto magis animi morbis inpediri necesse st! Animi autem morbi sunt cupiditates inmensae et inanes diuitiarum, gloriae, dominationis, lubidinosarum etiam uoluptatum.

ipse) *ipso* R dissidens) *discedens* C Atqui) *Atque* Or. quieti — tranquilli) *quiete* — *tranquille* C 59. uitæ — morbis) om. E necesse st) om. M inanes) *immenses* EPM *imanes* C

lixi nota esse censebat, *quo minus futura.* Tum Gzius incredibiliter (de Erl. falso) narrat, codices suos omnes *a se ipso* habere. Et defendit.

Atqui pugnantibus — potest) Hæsit Bremius in *atqui;* neque enim h. l. quicquam obici aut concludi; itaque malebat *atque*; id ex Spir. et ξ posuit Gzius. Sed perspicue concluditur (animus a se dissidens beatus esse non potest; atqui animus pugnantibus studiis utens, quod facit, si non honeste sapienterque uiuit, non est tranquillus et a se dissidet; ergo animus non honestus non est beatus), poniturque *atqui*, ut solet, in adsumenda ea, quam logici propositionem maiorem appellant. (Handius in Tursell. I p. 523, qui exempla habet, non satis perspicue dicit ita poni, ut aliquid ad demonstrandum ualere dicamus). Errauit in eodem huius particulæ usu Bremius in libro II, 5: *Atqui hæc patefactio quasi rerum opertarum — definitio st;* (ergo definitione carere non possumus. Gzius putat particulam indicare "obiectionem cum consecutione refutationemque"). Sed hoc loco Gzius longius progressus, postquam *atque* esse *atque ita* docuit, *potest*, quod sequitur, deleri uolt, ut per *atque* continuetur præcedentis uerbi uis. Itaque hæc fit sententia: *et eo minus animus a se ipse dissidens — potest — nihil quieti uidere*, id est, cogitur tranquillus esse; neque enim *atque — nihil* est: *aut quicquam.* Deleuit Schnetzius *potest* nec inprobauit Orellius.

59. *inmensæ et inanes*) Dauisius, ut aliquot superiores (Crat., Uict.) *inmanes* e Par 1, 3, Eliensi utroque, Ball. (Eξ, "binis" Gzi); sed nec τοῦ κενοῦ significatio recte omittitur (cfr. ad § 53) et nimium ac pæne ridiculum st *inmensæ et inmanes;* alius generis in Uerrinis *ingens et inmanis.* Paullo post *exedunt animos* etiam Spir.

Adcedunt aegritudines, molestiae, maerores, qui exed animos conficiuntque curis hominum non intellegenti nihil dolendum esse animo, quod sit a dolore corp praesenti futuroue seiunctum. Nec uero quisquam s tus non horum morborum aliquo laborat; nemo igi est non miser. 60. Adcedit etiam mors, quae, q saxum Tantalo, semper inpendet; tum superstitio, qui st inbutus, quietus esse numquam potest. Prae ea bona praeterita non meminerunt, praesentibus fruuntur; futura modo expectant, quae quia certa e non possunt, conficiuntur et angore et metu; maxu que cruciantur, quom sero sentiunt, frustra se aut pe niae studuisse aut inperiis aut opibus aut gloriae. N las enim consecuntur uoluptates, quarum potiendi

qui) *quæ* L exedunt animos) *exedunt* (*exced.*) *nos* PR *animos exed.* M(est) *eorum est* L *eorum* Or. 60. Adcedit — nunquam potest) Citat sine rietate Nonius p. 324 Merc. inpendet) *impedit* E pecuniæ) *pecuniis* E

dolendum esse animo) Uid. ad § 55. Quom in paucas quasd editiones (Crat., Uict.) irrepsisset *omnino*, et in marg. Crat. e cod. Mor. uerum adnotatum st.

est non miser) Ex Ursini codice, qui nullus erat, Dauisius Gzius *eorum* pro *est* asciuerunt, (Bremius dedit, quod est in ne nimis generalis sententia ipsum sapientem conprehenderet. non difficulter e proxumo auditur *stultus;* etsi melius illo m scriberetur. Mox de Tantali saxo, cuius similitudine Lucre III, 993 sqq. in deorum timore utitur, uid., si tanti st, Porsonus Eurip. Orest. u. 5.

60. *et angore et metu*) Quoniam hæc repetita particula stinxit, uidetur hoc dicere: non solum angore præsentium, etiam metu.

quarum potiendi spe) Incertum st, utrum Cicero *quarum* uerbo regi uoluerit an utrumque ad substantiuom referri. N *potior* cum genitiuo extra notissumam formulam dixit etiam ad Fam. 7, 4; aliud est enim longe (de Lentulo inperato *regni illius potiri*, aliud *regni potiri*, id est, regem fieri. tamen a substantiuo, quo magis inclino, usus est Cicero, ut V, (*eorum*, *quæ secundum naturam sunt*, *adipiscendi caussa*) n schemate, cuius exempla conlegerunt Ruddimannus II p. 2 Ramshornius p. 650, Kritzius ad Sallusti Catil. 31, rationem Sta

inflammati multos labores magnosque susceperant. 61. Ecce

61. Ecce — monstrosi) Citat Non. p. 345.

baumius et Kritzius minus recte explicuerunt. Primum etiamnunc ad hanc figuram referunt illa *sui purgandi caussa* (de pluribus) et similia, nec adtendunt, numquam quemquam dixisse *sui purgandorum*, quod *mei, tui, sui, nostri, uostri* genitiui sunt singularis numeri neutrius generis, de quo ipse Kritzius alibi disputauit. Deinde putant substantiuom prius (regens appellamus) et gerundium in unam notionem conflari, hinc alterum genitiuom pendere. Atque in hac explicatione ad singulos locos adcommodanda adeo non difficiles et delicati sunt, ut etiam ad illa omnia, de quibus dixi, in quibus numquam aliter Latini locuntur, eam aptam crediderint. Sunt pauca quædam eiusmodi exempla in Ciceronis scriptis, quæ posui in Emendatt. Ciceronianis p. 197 (Acad. II, 128, de Orat. III, 156) et alius conparatione declaraui (de Orat. III, 111: *res eandem habet naturam ambigendi;* addi potest pro Caelio 62). Sed longe plurumi loci uehementer repugnant, ut, si quis illam rationem sequi uelit, dicere debeat (quod in multis sane dicendum st, in quibus frustra laborant editores et grammatici, ut in singulis locis primariam significationem ostendant), illam fuisse huius constructionis originem, sed deinde eam, obscurata origine, ibi quoque positam esse, ubi sic concipi notio non posset. Quid est enim absurdius, quam apud Plautum in Capt. IV, 2, 72 (*Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia*), in illo præsertim uerborum ordine, *nominandi copiam* una notione conplecti, (at quam inepta ac non naturali?) aut apud Ciceronem in Philipp. V, 6 coniungere *facultatem condonandi*, ut tum adiungatur *agrorum?* Nam *agros condonare* naturalem habet notionem et definitam, *facultas condonandi* nullam. Sed considerent uerborum ordinem et quæ inter ea uerba, quæ coniungunt, interiecta sunt; de artificio desistent (*facultas detur opprimendæ reipublicæ, cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus condonandi*). Hoc igitur modo potius iudicandum st: In loquendo Latini utroque trahebantur, ut et gerundium tenerent ac uerbi notionem primariam facerent (*facultas condonandi agros*) et substantiuom substantiuo coniungerent subiecto participio (*facultas agrorum condonandorum*). Antiquo igitur tempore oratio interdum, uitans etiam occulte molestiam terminationis longioris et insuauioris repetendæ, in medio substitit, ut diceretur *facultas agrorum condonandi*. Illud addo, quod hanc explicationem ualde confirmat, neminem sic dixisse nisi in plurali, numquam *urbis condonandi;* de pronomini-

autem alii minuti et angusti, aut omnia semper de

miuuti) *inimici* E aut omnia) *ut omn.* E *et omn.* Non.

bus possessiuis, quæ pro personalibus habentur, dixi, quorum tio falsa analogiæ specie, quæ multa in linguis gignit, quom putaretur esse ab *ego*, traducta uidetur ad *eius* in Terenti III, 3, 12; nam in Phorm. 1, 3, 24 *eius* refertur ad *amorem*; semper *cius uidendæ* dicitur, (exempla uid. apud Periz. ad S Mineru. I, 2, 7, III, 8, 18). E contrario nescio, utrum Oui Epist. Heroid. XI, 106, ut erat nouator, dixerit in femina: *Am memores sed tamen este mei*, quod fore optumi codices persuad an ad regulam, sed dure (uitabant enim hanc coniunctionem in *sui* et futuro participi) *amissi; admissi* certe non scripsit. tremum illud sit, nulla huius generis exempla post Cicero reperiri; est enim unum ex iis, quæ ille cum antiquis comm habet quæque postea obsoleuerunt.

61. *minuti et angusti*) μικροψύχους Cicero ita dixit, q proprium nomen Latinum non haberet; *minutum animum* in exeu licentioris translationis ponit III de Orat. 169; *angustum* qu animum alibi dixit, non hominem; nec tamen ideo adsentien Gulielmo ex *aut* facienti *animi*. Contra Dauisium, qui a Noni sumi uolebat, quod iidem essent angusti illi et desperantes, r A. Matthiæus codicum scripturam tuetur (*ut* pro *aut* sæpe st in E duo genera minuti animi notari docens, alterum positum in t ditate quadam et desperatione, alterum in inuidia et morum ficultate. *Lucifugi* Lucretiano adiectiuo appellantur. Quod quitur *monstrosi*, id tenui propter coniunctam codicum et Noni ctoritatem; sed hunc locum in iis numero, in quibus iam No corrupto codice usus est (uid. ex hoc opere IV, 60, V, 86). neque *monstrosi* homines moribus et uitæ genere mirabiles posse uidentur (corporis monstrum significaretur), et, si sic d retur, summa et foedissuma peruersitas totius naturæ indic tur, non unum quoddam uitium cotidianum; neque a comico sumpta esse, quod Orellius suspicatur, ullum st indicium. Ita cum multis aliis probo Lambini coniecturam *morosi*, quod a sume cum ceteris coniungitur. Nam maledicentia et morositas nimio reprehendendi studio sunt, difficultas et lucis fuga in communis insuauitate. Otto fabulas narrat, "*morosum* nusq malo sensu dici, sed eum significari, qui animo beneuolo alio uitia corrigere conetur." Itaque Cicero iniuria I Off. 88 moros tem, quod inutilis et odiosa esset, uitari iussit, nec Cato

rantes aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi, alii autem etiam amatoriis leuitatibus dediti, alii petulantes, alii audaces, proterui, iidem intempe-

inuidi) *aut inuidi* R difficiles, lucif.) *luc. diff.* L monstrosi) *monstruosi* Non. alii autem etiam) *etiam alii autem* R *alii etiam* L petulantes) *appetendo omnia petulantes* C iidem) *id est* PR

cum reprehensione sibi obici putat, senes esse *morosos et anxios et iracundos et difficilis.*

alii autem etiam) Non ita raro in hac partitione uoci *alii* altero loco additur *autem*, ut IV, 28, ubi Lambinus *autem* post *alias* omisit, et pro Plancio 15, similiterque post *partim* I N. D. 66 (qui locus ex optumorum codd. indiciis sic scribendus est: *alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata forma, hamata quædam et quasi adunca;* pro *forma*, *hamata* in illis est *foramata, framata*; corpuscula ἀγκιστροειδῆ significantur). Sed Gzius "sine probato exemplo ullo" concurrere putat *autem* et *etiam;* itaque *autem* delet; addit alia, quæ refutari non debent. Repugnat Haudius Tursell. I p. 586 ita, ut rara tamen reperiri exempla putet, nec nisi unum Celsi ascribit. Cur non concurrant, quom in contrariis et transitu etiam gradatio aliqua sit? ut hoc loco; paullo enim peiores sunt ad turbandam animi tranquillitatem amatoriæ leuitates. Itaque in uno libro quinto tria sunt exempla, § 85: *Est autem etiam actio quædam corporis* (ut ex optumis codd. restituam) et 55: *sunt autem etiam clariora indicia naturæ* (ubi ipse Gzius ex optumis codicibus reuocauit inpudenterque et in obliuiscendo et in fingendo ascripsit: "Sed supra uidimus, *etiam* in transitione pro *adeo* post *autem* addi, atque tertio loco positum ubique a scribis sollicitari;") et 68: *quom autem etiam exitus ab utroque datur regi* &c.

alii petulantes, *alii audaces*, *proterui*) Mihi, ut aliis, non satis perspicuum st, quomodo hæc, quæ sub genus amatoriarum leuitatum cadunt, in species tribuantur. Sed tamen puto, primum partite *petulantis* dici, qui uerecundia aliorum non cohibeantur, *audacis*, qui amoris et libidinis caussa pericula non uitent, tum communiter *proteruos*, sine pudore et pudicitia; nam coniungi proteruos cum audacibus, ut contrarii sint petulantibus, neque membrorum æqualitas neque proxuma cognatio petulantium et proteruorum sinit. Hi igitur simul *iidem* (in quo uocabulo non recte nonnulli offenderunt et *item* maluerunt) et intemperantes et, dum cupiditatibus obsecuntur, ad agendum prompti, et ignaui,

rantes et ignaui, numquam in sententia permaner quas ob caussas in eorum uita nulla st intercapedo lestiae. Igitur neque stultorum quisquam beatus ne sapientium non beatus. Multoque hoc melius nos riusque quam Stoici. Illi enim negant esse quicq bonum nisi nescio quam illam umbram, quod appel honestum, non tam solido quam splendido nomine: tutem autem nixam hoc honesto nullam requirere luptatem atque ad beate uiuendum se ipsa esse tentam.

XIX. 62. Sed possunt haec quadam ratione non modo non repugnantibus, uerum etiam adproba bus nobis. Sic enim ab Epicuro sapiens semper be

neque stult.) *nec st.* C sapientium) *sapientum* L melius nos ueriu *uerius nos meliusque* L *que* om. E enim neg.) *neg. e.* E esse qu. bo *bon. esse qu.* LPCMROr. se ipsa) *se ipsam* C 62. beatus) om. PR

a uera industria et fortitudine remoti, sunt. E Par. 1, 3 1 pro *iidem* adnotat *id est,* frequens mendum; 2 omittebat.

Igitur neque stultorum) Exempla Ciceroniana uocis *igitur* tio sententiæ positæ in aperta et simplici conclusione, ubi n alia uox una præcipuam dignitatem haberet, conlegit Boetti in Lexico Taciteo p. 237, quom de eo ab ipsis Ciceronis edit bus dubitatum esset ob Quinctiliani auctoritatem (I, 5, 39) saltem, ut a Bremio, condiciones particulæ sic ponendæ non uerae scriptæ. De ipso Quinctiliano cfr. nunc Bonnellus. 1 a Uictorio ad Gzium fere editum *sapientum*; Ciceronianam mam hic reuocauit e quattuor suis codd. Paullo post *illi neg enim*, quod Gzius probabat (erat sic etiam in Gud. 2), ordi habet prosæ orationis scriptoribus non usitatum (uid. Hand. 1 sell. II p. 399). Deinde secutus sum Erl. Gzius narrat eun Gud. 2 omittere *esse*, Bas. autem et ed. Crat. *esse* post *negant* nere. (Crat. habet: *esse bonum quicquam esse*).

uirtutem nixam hoc honesto) Quid hoc et aliis locis int inter τὴν ἀρετήν et inter τὸ καλόν, breuissume significaro, si strorum philosophorum uerbis utens alteram subiectiuam noti partem dixero esse, alteram obiectiuam. Deinde *solidum* no æqualitatis caussa, ut contrarium esset *splendidum*, Cicero insol tius dixit pro eo, cui subesset res solida.

Cap. XIX, 62. *Sic enim ab Epicuro &c.*) Insitum erat

inducitur: finitas habet cupiditates, neglegit mortem; de dis inmortalibus sine ullo metu uera sentit; non dubitat, si ita melius sit, migrare de uita. His rebus instructus semper est in uoluptate. Neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat uoluptatum quam dolorum. Nam et praeterita grate meminit et praesentibus ita potitur, ut animaduertat, quanta sint ea quamque iucunda, neque pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur praesentibus, ab iisque uitiis, quae paullo ante conlegi, abest plurumum, et, quom stultorum uitam cum sua conparat, magna adficitur uoluptate. Dolores autem, si qui incurrunt, numquam uim tantam habent, ut non plus

uera) *uere* C His) *iis* M habeat uol.) *uol. habeat* E sint ea) *ea sint* L *sint in ea* E

ueteri philosophiæ, certe post Aristotelem, qui hanc rem non constantissume tractarat (Ethic. ad Nicom. 1 c. 8-10), philosophia non solum beatam uitam peti (V, 86) sed ecfici debere (cfr. ad § 12). Ipse Epicurus definiebat *τὴν φιλοσοφίαν ἐνέργειαν εἶναι λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσαν.* Sext. Emp. adu. Mathem. XI, 169. (Sceptici etiam gloriantur, *τῆς σκέψεως εἶναι τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιεῖν.* ibd. 140.) Itaque etiam Epicurus, Stoicis non cedens, sapientem inducit beatum, *κἂν στρεβλωθῇ* (Diog. Laërt. X, 118), idque qua ratione consequatur, dicit in epist. ad Menoec. iis uerbis, quæ ad § 40 ascripsi, post quæ hæc addit: *Ταῦτα οὖν καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ μελέτα διὰ παντὸς ἡμέρας καὶ νυκτὸς πρὸς σεαυτὸν καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον σεαυτῷ, καὶ οὐδέποτε οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ διαταραχθήσῃ, ζήσῃ δὲ ὡς θεὸς ἐν ἀνθρώποις.* Tantum liberæ mentis agitationi tribuebat, prorsus initia doctrinæ suæ deserens. Duplicem tamen *εὐδαιμονίαν* ponebat, certe interdum, *τήν τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστι περὶ τὸν θεόν, ἐπίτασιν οὐκ ἔχουσαν, καὶ τὴν προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν.* (Dure audias *ἔχουσαν*, quod priore loco non cum articulo coniungitur, sed adiectiuo additum st.) Diog. Laërt X, 121.

neglegit mortem &c.) De his omnibus dictum st ad § 41 et de morte subeunda ad § 49.

Neque enim tempus est ullum &c.) Cfr. II, 95. Græca uerba prorsus eiusdem sententiæ non repperi; sed ex uniuersa doctrina hoc sequitur; et simillumum st, quod de interuallis doloris mox dicit (*πλεόναζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἤπερ τὸ ἀλγοῦν*); uid ad 41.

habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatu
63. Optume uero Epicurus, quod exiguam dicit fortuna interuenire sapienti, maxumasque ab eo et grauissum res consilio ipsius et ratione administrari, neque mai rem uoluptatem ex infinito tempore aetatis percipi poss

63. dicit) *dixit* E ab eo) *et ab eo* E neque) *nec* C ætatis) om. E

quod gaudeat) Ernestius malebat *quo*, oblitus eius accusati de quo dixi ad § 14, qui in hac relatiui structura adeo freque est, ut hinc pro aduerbio sit, quom dicimus, *esse*, *quod quis* j *ciat aliquid*.

63. *Optume uero Epicurus*) Gud. 2, Bas., Oxx. E*ξ op'u autem*; utramque particulam Gzius tolli iubebat. Non possum in hoc transitu ad nouam et grauem partem eius, quod expo tur, carere particula *uero*, quæ si abesset, uideretur Cicero dis tationem aliquam ab alio initio ductam confirmare addita Epic auctoritate. Sententia Epicuri quinta decuma st, apud Diog. Laë X, 144: *Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυρι τατα ὁ λογισμὸς διῴκηκε καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τοῦ βίου διοι καὶ διοικήσει*, repetita in Stobæi Ecl. Eth. p. 355 Heer., expre breuius Tusc. V, 26, quam plures ueterum adtingunt.

maxumasque ab eo — consilio ipsius) Uoces *ab eo* non erant Moreli cod. et El. 1, tolliqne Morelius et Dauisius uoluerunt, qu in Græcis non essent; Dauisius etiam *ipsius*. Mutauit Cic actiuam sententiæ formam et ad ipsum sapientem rettulit, quod pientis *λογισμῷ* tributum erat. Quom posuisset *ab ipso*, non po rat tamen *ipsius* omittere, ne *consilio et ratione* esset *prudent non temere*. Poterat *suo* scribi, opus non erat.

nec maiorem uoluptatem &c.) Cfr. II, 87 sqq. Epicuri s tentia st XIX apud Diog. X, 145: *Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος, ἐάν τις αὐτῆς τὰ πέρατα καταμετρήσῃ λογισμῷ*. Uerebatur, ne alioqui mors timeretur; itaque in s tentia XXI dicit: *ἡ διάνοια τοῦ τῆς σαρκὸς τέλους καὶ πέρατος βοῦσα τὸν ἐπιλογισμὸν καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ αἰῶνος φόβους ἐκλύσασα, παντελῆ βίον παρεσκεύασε καὶ οὐθὲν ἔτι τοῦ ἀπείρου χρόνου π ἐδεήθημεν· ἀλλ' οὔτ' ἔφυγε τὴν ἡδονὴν οὔτ', ἡνίκα τὴν ἐξαγωγὴν τοῦ ζῆν τὰ πράγματα παρεσκεύαζεν, ὡς* (male contra edit. I, Arundel., interpretationem Ambrosi scribitur *ἀλλ' ὡς* nulla sent tia) *ἐλλείπουσά τι τοῦ ἀορίστου βίου κατέστρεφεν* (non ita mor mens tamquam fraudata parte aliqua uitæ certis terminis non finitæ; contenta st eo, quod habuit).

hoc percipiatur, quod uideamus esse finitum. .ctica autem uostra nullam uim existumauit esse d melius uiuendum neque ad commodius disserendum. icis plurumum posuit. Ea scientia et uerborum

astra hoc R uostra) *nostra* E uim) *uiam* LMCR om. E existu- *timat* L *existimant* MC neque) *nec* LMPCROr. bis. disserendum) *m uiam* E plurumum posuit) *quod cum plurimum posuit* (*possint* MCR

dialectica autem uostra) quam uos Academici cum Stoicis ... coluistis; uid. ad 22.

physicis plurumum posuit. Ea scientia) Sic etiam Pal. 1, ... Crat., cod. Mor. et Uict., id est, summo consensu me- ... recepit Gruterus. (Uictorius: *quidem plurimum posuit; ea* ...: Deteriores aliorum ut nostri primum inter *physicis* et ... interponunt *quod cum* (Par. 2, Mead., U) aut *quod* (*quid*) ...) aut *quodcunque* (χ) aut similia, deinde pro *posuit* ...*it* (E$\xi\psi$) aut *possint* (Uχ, Mead.) aut *prosit* (Par. 2; ...ius de suis non distincte dixerunt, sed eadem in iis ...cant; Dauisius de C. C. C. et Ball. paullo aliter quam ...). *Possit* ex *posuit* ortum (cfr. Erl. I, 45) fortasse ... illas genuit. Frustra Camerarius ecficiebat: *quidem* ...*mum posuit*; nihil, quod hic agat, *quidem* habet; *mul-* ...*mum* in aliqua re ponitur (Acad. II, 92, ad Att. II, 23. ... *plurumum*, quasi de potestate agatur. Ceterum Ci- ... mire scripsit et parum recte; nam in physicis uerborum ...que, quæ dicit, Epicurus non tractabat. (Contra Da- ...i *ea scientia* ad *dialecticam* referri putabat, neque ora- ... neque pronomen, quod ad proxuma adhæret, cu- ... est dicendum, quom præsertim hanc ecficiat sententiam, ...tus eius artis, quam ipse Epicurus reiecisset, ostendat ...). Nam quod Epicurei τὸ κανονικὸν ὁμοῦ τῷ φυσικῷ συντι- (Diog. X, 30), id est, proxumo loco tamquam adcessionem ...bant (Senec. Epist. 89, 9), non continuo, quæ ἐν τῷ κανο- ...tradebantur, ea in physicis tradi dici poterant; ipse Laërtius, ... τοίνυν, inquit, εἰς τρία, τό τε κανονικὸν καὶ φυσικὸν καὶ .... Et præterea κανονικόν illud adiungitur a Cicerone postea uerbis: *seruata illa, quæ quasi delapsa* &c. Tum in canonico ... sensuum indicio disputabatur (περὶ ἐναργῶν καὶ ἀδήλων καὶ τῶν ... ἀκολούθων, Sext. Emp. adu. Mathem. VII, 22); de natura ...tionis consequentiumque et repugnantium ibi expositum non puto, quæ omnino Epicurus non explicabat. Nec huc pertinet,

habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatu
63. Optume uero Epicurus, quod exiguam dicit fortuna interuenire sapienti, maxumasque ab eo et grauissuma res consilio ipsius et ratione administrari, neque maio rem uoluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse

63. dicit) *dixit* E ab eo) *et ab eo* E neque) *nec* C ætatis) om. E

quod gaudeat) Ernestius malebat *quo*, oblitus eius accusatiu de quo dixi ad § 14, qui in hac relatiui structura adeo freque est, ut hinc pro aduerbio sit, quom dicimus, *esse, quod quis fa ciat aliquid.*

63. *Optume uero Epicurus*) Gud. 2, Bas., Oxx. E§ *op'um autem*; utramque particulam Gzius tolli iubebat. Non possumu in hoc transitu ad nouam et grauem partem eius, quod exponi tur, carere particula *uero*, quæ si abesset, uideretur Cicero dispu tationem aliquam ab alio initio ductam confirmare addita Epicu auctoritate. Sententia Epicuri quinta decuma st, apud Diog. Laer X, 144: *Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώ τατα ὁ λογισμὸς διῴκηκε καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τοῦ βίου διοικ καὶ διοικήσει*, repetita in Stobæi Ecl. Eth. p. 355 Heer., express breuius Tusc. V, 26, quam plures ueterum adtingunt.

maxumasque ab eo — consilio ipsius) Uoces *ab eo* non erant i Moreli cod. et El. 1, tollique Morelius et Dauisius uoluerunt, quo in Græcis non essent; Dauisius etiam *ipsius*. Mutauit Cicer actiuam sententiæ formam et ad ipsum sapientem rettulit, quod sa pientis *λογισμῷ* tributum erat. Quom posuisset *ab ipso*, non pote rat tamen *ipsius* omittere, ne *consilio et ratione* esset *prudente non temere*. Poterat *suo* scribi, opus non erat.

nec maiorem uoluptatem &c.) Cfr. II, 87 sqq. Epicuri sen tentia st XIX apud Diog. X, 145: *Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τ ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος, ἐάν τις αὐτῆς τὰ πέρατα καταμετρήσῃ τ λογισμῷ*. Uerebatur, ne alioqui mors timeretur; itaque in sen tentia XXI dicit: *ἡ διάνοια τοῦ τῆς σαρκὸς τέλους καὶ πέρατος λα βοῦσα τὸν ἐπιλογισμὸν καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ αἰῶνος φόβους ἐκλύσασα, τ παντελῆ βίον παρεσκεύασε καὶ οὐθὲν ἔτι τοῦ ἀπείρου χρόνου προσ εδεήθημεν· ἀλλ' οὔτ' ἔφυγε τὴν ἡδονὴν οὔτ', ἡνίκα τὴν ἐξαγωγὴν τοῦ ζῆν τὰ πράγματα παρεσκεύαζεν, ὡς* (male contra edit. I, co Arundel., interpretationem Ambrosi scribitur *ἀλλ' ὡς* nulla senten tia) *ἐλλείπουσά τι τοῦ ἀρίστου βίου κατέστρεφεν* (non ita morit mens tamquam fraudata parte aliqua uitæ certis terminis non de finitæ; contenta st eo, quod habuit).

quam ex hoc percipiatur, quod uideamus esse finitum. In dialectica autem uostra nullam uim existumauit esse neque ad melius uiuendum neque ad commodius disserendum. In physicis plurumum posuit. Ea scientia et uerborum

ex hoc) *extra hoc* R uostra) *nostra* E uim) *uiam* LMCR om. E existumauit) *existimat* L *existimant* MC neque) *nec* LMPCROr. bis. disserendum) *disserendam uiam* E plurumum posuit) *quod cum plurimum possit* (*possint* PMC) LPMCR

In dialectica autem uostra) quam uos Academici cum Stoicis maxume excoluistis; uid. ad 22.

In physicis plurumum posuit. Ea scientia) Sic etiam Pal. 1, Spir., mgo Crat., cod. Mor. et Uict., id est, summo consensu meliores. Recepit Gruterus. (Uictorius: *quidem plurimum posuit; ea scientia*). Deteriores aliorum ut nostri primum inter *physicis* et *plurumum* interponunt *quod cum* (Par. 2, Mead., U) aut *quod* (*quid*) *tamen* (Eξψ) aut *quodcunque* (χ) aut similia, deinde pro *posuit* habent *possit* (Eξψ) aut *possint* (Uχ, Mead.) aut *prosit* (Par. 2; Grut. et Gzius de suis non distincte dixerunt, sed eadem in iis esse significant; Dauisius de C. C. C. et Ball. paullo aliter quam Oxx. de ξψ). *Possit* ex *posuit* ortum (cfr. Erl. I, 45) fortasse coniunctiones illas genuit. Frustra Camerarius ecficiebat: *quidem quam plurumum posuit*; nihil, quod hic agat, *quidem* habet; *multum*, *plurumum* in aliqua re ponitur (Acad. II, 92, ad Att. II, 23, 1), non *quam plurumum*, quasi de potestate agatur. Ceterum Cicero hæc mire scripsit et parum recte; nam in physicis uerborum uim ceteraque, quæ dicit, Epicurus non tractabat. (Contra Dauisium, qui *ea scientia* ad *dialecticam* referri putabat, neque orationis cursum neque pronomen, quod ad proxuma adhæret, curans, non est dicendum, quom præsertim hanc ecficiat sententiam, ut Torquatus eius artis, quam ipse Epicurus reiecisset, ostendat utilitatem). Nam quod Epicurei τὸ κανονικὸν ὁμοῦ τῷ φυσικῷ συνέταττον (Diog. X, 30), id est, proxumo loco tamquam adcessionem adiungebant (Senec. Epist. 89, 9), non continuo, quæ ἐν τῷ κανονικῷ tradebantur, ea in physicis tradi dici poterant; ipse Laërtius, διαιρεῖται τοίνυν, inquit, εἰς τρία, τό τε κανονικὸν καὶ φυσικὸν καὶ ἠθικόν. Et præterea κανονικόν illud adiungitur a Cicerone postea his uerbis: *seruata illa, quæ quasi delapsa* &c. Tum in canonico de sensuum iudicio disputabatur (περὶ ἐναργῶν καὶ ἀδήλων καὶ τῶν τούτοις ἀκολούθων, Sext. Emp. adu. Mathem. VII, 22); de natura orationis consequentiumque et repugnantium ibi expositum non puto, quæ omnino Epicurus non explicabat. Nec huc pertinet,

omnes ueri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique po terit aliquid cognosci et percipi. Quos qui tollunt et ni hil percipi posse dicunt, ii, remotis sensibus, ne i ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt. Praeter ea, sublata cognitione et scientia, tollitur omnis rati et uitae degendae et rerum gerendarum. Sic e physici et fortitudo sumitur contra mortis timorem et constanti contra metum religionis et sedatio animi, omnium rerun occultarum ignoratione sublata, et moderatio, natur cupiditatum generibusque earum explicatis, et, ut mod

64. et percipi) *et recipi* EMCR percipi posse) *posse pero.* LPMOROr. disserunt *dixerunt* R e) *a* E occultarum) om. EL natura) *uera* M earum) *eorum* I

suum actus (sensationes barbare appellamus) ut Acad. II, 40 e 41, de N. D. I, 70 &c. Deinde pinguius aliquanto Torquatu *tolli sensus* ab Academicis dicit; neque enim sensus tollebant sed eorum iudicium, quod tam falsi quam ueri esse nec, quale essent, distingui posset. Hoc Bremius animaduerso minime ab surde, ut ait Gzius, nihil ipse sentiens, sed non necessario e minus recte corrigebat: *quod qui tollunt*; neque enim *quod* rect refertur ad solos infinitiuos *cognosci et percipi.* Erat tamen quo in Uict. codice. (*Remoti* sensus recte dicuntur, a disputatione e ueri quæstione).

omnium rerum occultarum) in terra, aëre, cælo cett., quali explicat Lucretius in quinto et sexto libro; supra: (*non conturba mur ignoratione rerum, e qua ipsa &c.* Dixi propter stultissu mam Gzi adnotationem, quam post Beieri (ad Off. I p. 80) admo nitionem, si admonitione opus erat, repetiit Otto, et inde natan Orelli coniecturam, qui tamen uiderat, ignorationem non esse dis putationem. Excidit *occultarum* etiam in Gud. 2 (Erl. Gzius no nominat); non potest abesse nec potuit addi.

et moderatio, natura cupiditatum &c.) Non potest hoc, ut uo lunt enarratores, positum esse pro eo, quod est *moderatio cupidi tatum, natura earum*; sed *moderatio*, audito etiam ex superiori bus *animi*, per se dicitur, quemadmodum, nullo addito, Tusc. III 16. Maluit hoc Cicero quam *temperantiam* dicere, quod *sedati* præcedebat.

et, ut modo docui, &c.) Mendum, quod hic latebat, non du bitaui tollere. In uolgata scriptura, si *regula* nominatiuos es (nec potest non esse), diuelluntur *regula* et *iudicium*, quæ con iunctissuma sunt et eadem duplici nomine (*de regula et iudici*

docui, cognitionis regula et iudicio ab eodem illo constituto, ueri a falso distinctio traditur.

XX. 65. Restat locus huic disputationi uel maxume necessarius, de amicitia, quam, si uoluptas summum sit bonum, adfirmatis nullam omnino fore; de qua Epicurus quidem ita dicit, omnium rerum, quas ad beate uiuendum sapientia conparauerit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. Neque uero hoc oratione solum, sed multo magis uita et factis et mori-

docui) *docuimus* E eodem illo) *eadem illa* omnes, Or. 65. uel) transp. ante *huic* C sit bonum) *bon. sit* M nullam omnino) *omn. n.* C Neque uero) *Nec uero* E solum) om. L et factis) om. C *factisque* L

1 N. D. 43), coniungiturque regula, quæ ab Epicuro instrumenti loco data st, cum eefectu, distinctione ueri et falsi. Deinde iudicium *ab* regula constitutum dicitur, quod et re et orationis forma peruersissumum st; singula iudicia regula illa reguntur; tum, quod apertissumum st, ab *eadem illa* sic dicitur, tamquam aliud aliquid ab eadem ante constitutum sit; neque enim a Latinis umquam, quod nunc fit sæpe a male scribentibus, *idem* pro eo quod est *is*, ponitur. Ablatiuos autem *regula* esse nequit; nam si ad *regulam* et *iudicium* coniunctim refertur *constituto*, ad utrumque etiam pertinebit necessario *ab eadem illa;* quæ igitur hæc tertia erit? Sed ut fingamus sic hæc intellegi posse: *regula constituta*, *et ab eadem iudicio constituto*, cetera, quæ in nominatiuo erant, incommoda manent, iudicium a regula tamquam subsequens diuolsum et *ab* ea constitutum, tum pronomen *eadem* praue positum. Hæc qui considerauerit, non negabit, Ciceronem scripsisse: *et, ut modo docui, cognitionis regula et iudicio ab eodem illo* (qui physica docuit, Epicuro) *constituto, ueri a falsi distinctio traditur.* Sic etiam illud patet, hæc per se de canonicæ partis utilitate adiungi, neque ex illis *e physicis* durc ad *traditur* repetendum esse *in physicis*, quom præsertim rei ueritas, ut supra dixi, repugnet. Adparet etiam, cur de Epicuro, qui non proxume nominatus esset, additum sit *illo*. (Unus in hoc loco offenderat prudentis iudici homo, F. U. Reitzius, cumque in exemplo suo, quo Gzius usus est, notarat.)

Cap. XX, 65. *Epicurus ita dicit*) in sententia XXVIII, Diog. X, 148: *Ὧν ἡ σοφία παρασκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις.*

et factis) Excidit hoc etiam in Ox. χ et quibusdam uett. edi-

bus conprobauit. Quod quam magnum sit, fictae uete rum fabulae declarant, in quibus tam multis tamque ua riis, ab ultuma antiquitate repetitis, tria uix amicorum pa ria reperiuntur, ut ad Orestem peruenias profectus a Theseo. At uero Epicurus una in domo, et ea quidem angusta, quam magnos quantaque amoris conspiratione consentientis tenuit amicorum greges! quod fit etiam nunc ab Epicureis. Sed ad rem redeamus; de homini bus dici non necesse st. 66. Tribus igitur modis uideo a nostris esse de amicitia disputatum. Alii, quom eas uoluptates, quae ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tam expetendas, quam nostras expeteremus, quo loco uidetur quibusdam stabilitas amicitiae uacillare, tuentur tamen eum locum, seque facile, ut mihi uidetur,

conprobauit) *comprobatur* E Quod quam) *Quamquam* E tamque) *tam* E hominibus) *omnibus* LMPCR 66. igitur) *ergo* E a nostris esse) *esse a nostris* LPMCROr. pertinerent) *pertinent* L mihi uidetur) *uidentur mihi* L

tionibus. Igitur in mgine Crat. et e cod. Uict. adnotatur. De re multa narrat Diogenes X, 9, sqq.

tria uix amicorum paria) Læl. 15: *omnibus sæculis uix tria aut quattuor nominantur paria amicorum*; tertium illud præter Theseum et Pirithoum et Orestem atque Pyladem est Achillis atque Patrocli; uid. Plut. de amic. multitud. c. 2 p. 93 E, Lucian. Toxar. c. 10.

una in domo) Horti sunt Epicuri, quos testamento discipulis reliquit, quique ne abalienarentur, Ciceronis tempore Phædrus et Patro operam dederunt; uid. ad Famil. XIII, 1.

de hominibus) Sic etiam Pal. 1, Spir., cod. Gifani (in Burmanni Syll. Epist. II p. 309); ceteri mendum peruagatum habent.

Tribus igitur modis) *Ergo* tres Gzi. Alter modus explicatur § 69 (*Sunt autem quidam*), tertius § 70 (*Sunt autem, qui dicant*). De oratione in uoce *alii* interrupta uid. exc. ad § 23. Prima sententia Epicuri ipsius erat (II, 82) eaque constantissuma. Idem alibi docuerat (Diog. X, 120): *τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας γίνεσθαι· δεῖν μέντοι προκατάρχεσθαι· καὶ γὰρ τὴν γῆν σπείρομεν· συνίστασθαι δὲ αὐτὴν κατὰ κοινωνίαν ἐν ταῖς ἡδοναῖς.*

quo loco uidetur — tuentur tamen eum) Recte prorsus inter se referuntur *quo* et *eum*, nec *quo* adiungitur ad præcedentia; in

expediunt. Ut enim uirtutes, de quibus ante dictum est, sic amicitiam negant posse a uoluptate discedere. Nam quom solitudo et uita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias conparare, quibus partis confirmatur animus et a spe pariendarum uoluptatum seiungi non potest. 67. Atque ut odia, inuidiae, despicationes aduersantur uoluptatibus, sic amicitiae non modo fautrices fidelissumae, sed etiam ecfectrices sunt uoluptatum tam amicis, quam sibi; quibus non solum praesentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur conse-

uirtutes) *uirtus* E ante) *antea* E *supra* L posse a uol.) *a uol. posse* PMCR confirmatur) *confirmetur* E et a spe) *ad spem et* E 67. inuidiæ) *inuidia* EPCR ecfectrices) *efficatrices* E præsentibus) *pro præs.* E

quem errorem quom quidam incidissent, hæserunt. Tantum paullo durior fit relatiuæ et demonstratiuæ sententiæ transpositio, quod casu in hanc ambiguitatem, si qua st, incurrit.

confirmatur) *confirmetur* etiam Gud. 2, quod per se de consilio intellegi poterat, sed obstat *potest*. Nam Otto, qui in his: *et a spe — non potest* audiri posse putat subiectum *amicitia*, neque orationis formam neque sententiam curat; adparet enim hoc dici, partis amicitiis ea ecfici, quæ proposita sint.

quam sibi) Non sane *amicitiis*; sed reflexiuom refertur ad latentem personæ agentis notionem, ut sit: *einem selbst*, quemadmodum, quom actio aliqua infinitiue significata st, nulla definita persona, in sententiis adnexis sic utimur finita uerbi forma, ut *aliquis* audiri dicatur (Wopkens. Lectt. Tull. p. 2, Heusing. præfat. ad lib. de off. p. 45, Beier ad Off. 1 p. 256, II p. 76 &c.). Eodem modo dicitur infra II, 78: *amare st uelle bonis aliquem adfici quam maxumis, etiam si ad se nihil ex iis redeat;* de Inuent. 1, 97: *oratio, quæ aut sui laudem aut aduersari uituperationem contineat.* Interdum pro reflexiuo ponitur *ipse*, ut Legg. II, 55: *Eas* (ferias denicalis) *in eos dies conferre ius, ut ne ipsius* (eines selbst) *neue publicæ feriæ sint;* Wyttenbachius malebat *unius*; ibd. I, 56: *summum bonum st — naturam sequi, — id est, nihil, quantum in ipso sit, prætermittere* &c., pro Balb. 2: *Nihil umquam audiui, quod mihi de iure subtilius dici uideretur — nihil de re publica grauius, nihil de ipso* (id est, de ipso dicente) *modestius*; Garatonius malebat: *de se ipso*, quemadmodum I de Inuent. 80, ubi itidem *ipsum* est *ipsum dicentem*, (einen selbst) Iunta et Lbinus *se ipsum* ediderunt.

quentis ac posteri temporis. Quod quia nullo modo sine amicitia firmam et perpetuam iucunditatem uitae tenere possumus, neque uero ipsam amicitiam tueri, nisi aeque amicos et nosmet ipsos diligamus, idcirco et hoc ipsum efficitur in amicitia et amicitia cum uoluptate connectitur. Nam et laetamur amicorum laetitia aeque atque nostra et pariter dolemus angoribus. 68. Quocirca eodem modo sapiens erit adfectus erga amicum, quo in se

ac posteri temporis) *temporis ac post.* L possumus) *possimus* R neque uero) *nec uero* COr. *neque non* R nisi) *ipsi* P amicos et) *ut amicos et* L *amicos ac* R atque nostra) *ut nostra* LMPR *ac n.* C 68. eodem modo sap.) *sap. eod. modo* L

Quod quia nullo modo) Recte A. Matthiæus ad hunc locum adnotat, non alius generis hanc esse uocem, quæ coniunctionibus ex abundanti præponitur, nisi quod sententias coniungit, atque pronomen illud, quod initio sententiæ sic ponitur ad superiora relatum, ut deinde tota aliqua sententia explicetur. Sed origine hæc eadem sunt, non in singulis locis. Cfr. quæ in Opusc. Academ. p. 514 dixi de ambigua huius uocis in aliquot locis natura. (Paullo post *neque uero* omnes præter Uict. et Orell.)

amicos et nosmet ipsos) Urs. cod. et, quod miror, El. 2 (sed fortasse fuit 1) *ac nosm.* In hac quæstione de *et* pro *atque* posita post *æque* nec Handius (Tursell. I p. 190) nec Otto ad h. l. satis distinxit eos locos, in quibus de subiectis coniunctis dicatur *æque*, ut nihil prorsus singulare sit (uelut Tusc. II, 62: *eosdem labores non esse æque grauis imperatori et militi*), ab iis, in quibus ex uerborum positu (interiecto *æque*) et ex sententia intellegatur *æque* ad alterum subiectum pertinere et ad id referri *et*, ut IV, 64 (*cæci æque et ii, qui modo nati*); in his est enim illud, quod singulare putatur, quamquam ex altero ortum st. In quibusdam locis dubia ratio st, ut in hoc, etsi magis ad alterum genus inclinare uidetur. Cfr. ad II, 21.

æque atque nostra) Sic, ut fere ab omnibus editum st, etiam Spir. Deteriores (El. uterque, Mead., Oxx. omnes, Gsi præter duos illos) *æque ut nostra*, quod Gzius recepit, contra Ciceronis et antiquorum usum; uid. Haud. I p. 192, ubi quod citatur locus ex orat. pro domo 30, in quo sit *æque ut*, uetus mihi cantilena canenda st, prius purgari debere illas orationes quam de iis iudicium fiat; nam omnes 6 codices Oxx. (nec alios conlatos habemus) omittunt *ut*.

ipsum, quosque labores propter suam uoluptatem susciperet, eosdem suscipiet propter amici uoluptatem. Quaeque de uirtutibus dicta sunt, quemadmodum eae semper uoluptatibus inhaererent, eadem de amicitia dicenda sunt. Praeclare enim Epicurus his paene uerbis, *Eadem*, inquit, *sententia confirmauit animum, ne quod aut sempi-*

susciperet) *susceperit* LPMCROr. suscipiet) *susciperet* E *recipiet* MCOr. ea) *hae* PCROr. *haec* E inhaererent) *inhaerent* LPMCR his) *iis* M Eadem) trasp. ante *his* E sententia) *scientia* LPMCR

68. *susciperet, eosdem suscipiet*) Priore loco ceteri quoque deteriores *susceperit*, omnes Oxx., quattuor Gzi; (ergo etiam Spir. ?) *susciperet* editum a Crat., Uict., Grut., Dauisio sine uarietatis adnotatione. Altero loco *recipiet* Eχψ, quattuor Gzi, *suscipiet*, supra scripto *re*, U, *recipit*, *recipiet* ξ. *Recipiet* asciuit Gzius; superiores tenent *suscipiet* nec quicquam adnotant. Peruerse uariatur uerbum, primum per se; quom enim idem Torquatus sapientem dicat sua et amici caussa facturum, eodem uerbo bis uti debet, ut orationis pondus sit in contrariis *propter suam uoluptatem* et *propter amici uol.* Non minus praue nonnulli in orat. de inper. Pomp. 45 in his: *quid uirtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit*, uerbum uariandum putarunt, conclusionem tollentes. Deinde *recipere* ab hoc loco alienissumum st; nam recipiuntur tantum ea, quae demandata et tradita sic suscipimus, ut promittamus aliquid et rationem debeamus, (uid. disput. mea de Asconio p. 98 not.) hoc loco de subeunda amici caussa molestia agitur. Tum autem non minus sententiam turbat futurum exactum; significat enim, quidquid prius sapiens sua caussa fecerit, postea amici caussa facturum, quod ineptum discrimen est; dubitatiue illa forma in relatiua sententia poni nequit, quom in demonstratiua dubitationis significatio nulla sit. Aptissuma contra condicionalis significatio st: quidquid, si ita usus esset, sua caussa faceret, idem faciet amici caussa.

inhaererent) Coniecturam Ernesti e sermonis lege natam confirmat etiam Spir.

Eadem sententia confirmauit animum) Sic "libri ueteres aliquot" Lbini, tres optumi Gzi, ut malueral Morelius, edidit primus Dauisius. Graeca enim haec sunt, in sententia XXIX, Diog. X, 148: Ἡ αὐτὴ γνώμη θαῤῥεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηθὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν μηδὲ πολυχρόνιον καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν

ternum aut diuturnum timeret malum, quae perspexi in hoc ipso uitae spatio amicitiae praesidium esse fir missumum. 69. Sunt autem quidam Epicurei timidiore paullo contra uostra conuicia, sed tamen satis acuti, qu uerentur, ne, si amicitiam propter nostram uoluptaten expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare ui deatur. Itaque primos congressus copulationesque e consuetudinum instituendarum uoluntates fieri propte

perspexit) *prosp.* E ipso) om. L 69. uostra conuicia) *conuicia nostra* l qui uerentur) om. E et) om. MCR uoluntates) om. EC *uoluptatum* PMR c — uoluntates) *et consuetudines instituendarum amicitiarum consuetudinum instituendarum uoluptatum* L

φιλίας μάλιστα κατεῖναι συντελουμένην. (Pro κατεῖναι Gzius a Rathio adiutus scripsit κατιδεῖν εἶναι, quod Huebnerus recepit; debuit, ut adparet ex Ciceronis interpretatione, κατεῖδεν. Nam θάρσα ecficitur ex sententia, *uidere* et in ipsa sententia; sed εἶναι συντελουμένην pro συντελεῖσθαι probari non potest nec coniungi φιλίας εἶναι ut addatur seorsum συντελουμένην (quom perficiatur). Aut igitur cum censore quodam scribendum φιλίᾳ — κατεῖδε συντελουμένη aut potius φιλίᾳ — κατενόησε συντελουμένην. Otto multa de Diogenis loco ita dixit, ut transpositionem a Meibomio factam pro codicum scriptura haberet, codicum scripturam corrigendo ecfectam putaret.) Eandem sententiam Epicurus appellat eandem philosophandi rationem et primam sententiam, eamque recte potuit dicere *perspicere* aliquid, in quo turpissume Gzius et Otto lapsi sunt.

69. *Itaque primos congressus*) Durius h. l. omittitur *dicunt* eiusque significatio petitur ex superiore *uerentur;* nam sic *itaque* ad rem ipsam et argumenti conclusionem aliquam pertinere uidetur, quom ad omissum illud *dicunt* pertineat.

et consuetudinum instituendarum uoluntates) Huius loci restitutio debetur Pal. 1, quem Gruterus secutus est, et mgini Crat Codex Moreli una littera aberrat (*uoluptates*, mendo peruagato); Erl. hic neglegentia librari *uoluptates* omittentis corruptus est. Deteriores aberrant; *et* omitti notatur in Uχψ, in Gruteri nota ad hanc uocem non adtenditur; tum *uoluptatum* pro *uoluntates* Pall. ceteri, Oxx. χψ; Dauisius tantum se Pal. 1 sequi dicit, Gzius tacet. Ueteres editores, nescio a quo tempore (P. Marsus, Crat.) usque ad Gruterum scribebant: *copulationesque consuetudinum, instituendarum amicitiarum fieri &c.*

uoluptatem, quom autem usus progrediens familiaritatem ecfecerit, tum amorem ecflorescere tantum, ut, etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. Etenim si loca, si fana, si urbis, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra exercendi aut uenandi consuetudine adamare solemus,

ludicra) *ludicras* LOr. uenandi) *amandi* L consuetudine) *consuetudines* LPMCROr.

si ludicra exercendi aut uenandi consuetudine adamare) Habet tandem uera scriptura sponsorem Erl., non silentio, sed certum, quæ antea nitebatur ueterum quarundam editionum (Uen. 1480 et 1494, Iunt. apud Orell.) et Uictori fide, (nam Lallemando de codicibus regiis quantum credendum sit, nunc plerique sciunt,) sed probabatur ab intellegentibus (Man., Lbino, Dau., Ern., Bremio) propter sententiam. Concluditur enim sic, si alias res *consuetudine* amemus, idem fieri facilius in hominibus posse, quod illi Epicurei dicebant, ut eos consuetudine amemus; in ablatiuo *consuetudine* uertitur sententia. Inter ea, quæ exempli loco ponuntur, sunt *ludicra exercendi aut uenandi*, id est, ludicræ armorum et corporum exercitationes (*ludicram exercitationem* Cicero dicit I N. D. 102, I de Orat. 147) et uenationes, quæ ipsa erat ludicra et adsimulata exercitatio belli (N. D. II, 161). *Ludicrum* pro substantiuo Cicero dixit, ut Liuius aliquotiens de ludis, nec habuit aliud, quo uteretur; nam nec ludi hi erant, nec exercitationes non inutiles lusus recte appellari poterant. Dupliciter hæc scriptura corrupta st; nam in uolgaribus (Pall. præter I, Dauisianis, Oxx., Gzi, ut ipse ait, præter Spir., sed excipiendus erat saltem Erl.) ceteri accusatiui ecfecerunt, ut scriberetur *consuetudines*, retento tamen *ludicra*, ut nulla sit sententia. Sed in Pal. I et Spir. (et cod. Urs.), quod mirere, idem librariorum error ecfecit *ludicras* — *consuetudines*, quod a Grutero et Gzio receptum st. Sententiæ ne species quidem st; nam quom ex amoris in aliis rebus origine ratio concludi debeat de amicitia, nihil nunc de eo dicitur, sed, si loca et fana amemus, idem fieri iustius in hominibus dicitur; (tantum inepte *in hominum consuetudine* ponitur). Itaque enarrat Gzius: *Si loca*, *si fana* &c. *propter se ipsa amamus*, *multo facilius homines propter se ipsos amare poterimus*. Ubi illud est *propter se ipsa?* aut ubi esse potest, in Epicureorum sententia? Nam illi si tot res a primo initio propter se amari pu-

quanto id in hominum consuetudine facilius fieri potueri et iustius? 70. Sunt autem, qui dicant, foedus ess

potuerit) poterit C 70. dicant) dicunt BPMCR

tarent, concederent etiam de hominibus, nec tantis ambagibus ute rentur. Unum restat. Nam *exercendi* Cicero dixisse uidetur pro *s exercendi*, *exercitationis*, propria quadam gerundi potestate, qu quom inde orta esset, quod interdum gerundium non ad ipsun sententiæ subiectum, sed ad aliam cogitatam personam aut rem re ferretur (ut in noto illo: *urit uidendo femina*), paullatim eo pro gressa st, ut gerundium genitiuo casu non tam passiue quam pr substantiuo uerbali poneretur. (Et alii et Kritzius ad Sallust Iug. 62 in eodem sunt errore, de quo dixi ad § 69; non discer nunt primam originem constructionis et usum longius progressum itaque in contortas explicationes et falsas incidunt.) Sic Tusc. I 58 dicitur: *ceteris hoc principium et mouendi, id est, se mouendi motus* (ubi non contorte solum, sed absurde aliud subiectum quæ ratur), et Acad. II, 101: *ut ei uera multa uideantur neque tamen habere insignem illam percipiendi* (perceptionis) *notam*. Quod pos sit cuipiam in mentem uenire, in ipso *exercendi* uerbo, quom de hominibus se exercentibus dicatur, transitum aliquom eiusmodi fieri ad neutralem usum, quoniam etiam II de Orat. 287 dicatur *ceteris in campo exercentibus*, id non ad hoc uerbum, sed ad illiu participi proprietatem spectare doceat duo Suetoni loci nec a lexi cographis nec a Ciceronis editoribus animaduersi, in Iul. 26 (*ipsi que dictata exercentibus darent*) et Aug. 98; simile st igitur eius quod in *uehens* et eius conpositis, *gignens* cett. accidit (Rams horn. p. 171 ed. 2), quom deesset participium passiuom temporis præsentis.

potuerit) Parum aptus est usus dubitatiuæ formæ in huiusmodi interrogatione eius, qui concludendo urguet, nugasque agit Gœrenz de optatiua futuri exacti ui et 25 locis Ciceronis, ubi illud "citra ius" exterminatum sit, loquens; nec indicatiuos futuri exacti pro simplici h. l. ullam ex iis significationibus habere potest, quæ apud Ciceronem inesse solent; (uid. disputat. mea de formis qui busdam uerbi Lat. p. II p. 14). Itaque non reprehendo eos, qui *poterit* scripserunt (ed. Uen. 1480, Crat., Uict., Man., Lbin., alii). Oxx. ad *poterit* tantum ex uno χ adnotarunt *potuerit*, sed erat in Pall. omnibus et Gœrenzianis.

70. *Sunt autem, qui dicunt)* Correctio hæc est, quam præter

quoddam sapientium, ut ne minus amicos quam se ipsos diligant. Quod et fieri posse intellegimus et saepe †enim uidemus, et perspicuum st, nihil ad iucunde ui-

esse quoddam) *quoddam esse* COr. *quoddam* om. E sapientium) *sapientum* (LMP)CROr. amicos quam) *quam amicos* E *amicos quidem quam* ceteri. fieri posse) *p. f.* PLMCROr.

L habent etiam Ox. E et Bas., ed. Uen. 1480; (e Dauisi, qui sic edidit, silentio nihil concluditur). Mihi, ut corrigentes sequar, huiusmodi maxume loci persuadent, in quibus adparet librariorum etiam perantiquorum ad errandum in hac re procliuitas, ut Tusc. I, 18, ubi in sententiis ex æquo positis optumi codd., regius et Gud. 1, habent: *Sunt enim, qui — p u t a n t; sunt, qui c e n - s e a n t.*

ut ne minus amicos) Recte Manutius, Lbinus, Gzius deleuerunt *quidem*, quod siue post *minus* siue post *amicos* additum peruerse uocabulum præcedens insignit et extollit et praue cum *ne* coalescit. Edebatur ante Gruterum, exceptis Man. et Lambino, ut mei deteriores habent; Gruterus et Dauisius tacite transposuerunt *quidem amicos*; Oxx. E ξ omittunt *quidem*; e Gzianis Gud. 2 *quidem amicos minus*, Bas. *quidem minus amicos*, Gud. 1 *minus amicos quidem*. (Quid Spir?) Patet de optumis nihil constare, excepto Erl., qui leuiter corruptus rectum tamen ostendit. Dixi iam in Opusc. p. 406 et 407, sæpe nescio quo errore hanc particulam a librariis sic additam esse, ut aliqua uox praue insigniretur. In hoc ipso opere III, 28 et V, 28 huiusmodi menda optumorum codicum auxilio tollenda erunt.

fieri posse) *posse fieri*, ut nostri fere deteriores, Dau. tacite, Gzius e Spir., Gud. 1, 2. Prætuli certam Erl. incertæ Spirensis fidei, quom præsertim, quamuis aptius illud uideri possit, quoniam *posse* contrarium sit ipsi rei, tamen II, 88 legatur: *id et fieri posse et sæpe esse factum.*

et sæpe enim uidemus) Pro *enim* Dau. ex El. 1 scripsit *etiam*, Man. et alii *id*, Uict. e cod. *id fieri*, Gzius *sæpenumero* pro *sæpe enim*. Sed *uidemus* respondet præcedenti *intellegimus*; requiri, igitur uidetur, quod respondeat uerbis *fieri posse*; ergo Otto et Klotzius (Quæst. Tull. p. 48) scribunt: *et sæpe esse factum uidemus* ex II, 88; ad sententiam recte, sed facillume *enim* et *factum* propter simile conpendium confundi potuisse et *esse* propter *sæpe* excidere, Otto non facile cuiquam persuadebit. Fortasse sufficit Dauisi correctio, ut in uno *uidemus* (ipsam illam rem, quam fieri

uendum reperiri posse, quod coniunctione tali sit aptiu Quibus ex omnibus iudicari potest, non modo non inp diri rationem amicitiae, si summum bonum in uoluptat ponatur, sed sine hoc institutionem amicitiae omnin non posse reperiri.

XXI. 71. Quapropter si ea, quae dixi, sole ips inlustriora et clariora sunt, si omnia [dixi] hausta e font naturae, si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibu confirmat, id est, incorruptis atque integris testibus, infantes pueri, mutae etiam bestiae paene locuntur, ma gistra ac duce natura, nihil esse prosperum nisi uolu ptatem, nihil asperum nisi dolorem, de quibus neque de prauate iudicant neque corrupte, nonne ei maxuma gratiam habere debemus, qui hac exaudita quasi uoc

71. sole — clariora) *illustriora et sole clariora* L dixi) *sine uncis* O fidem sensibus) *sens. f.* L confirmat) om. E atque) *et* E hac) *hæc* LMC exaudita) *ex adito* C

posse intellegimus), omnia insint. Malui tamen mendum notatu relinquere.

Cap. XXI, 71. *si omnia [dixi] hausta*) Suspectum Th. Bent leio et Bremio *dixi*, non sine caussa; Gzio defendenti non de au ribus purgatis dicendum erat, sed quærendum, num hæc ha sententiam habere possent: *ita dixi*, *ut hausta essent e fonte na tura*, id est, *omnia, quæ dixi*, *hausta fuerunt.* Mihi id fieri pos non uidetur necessarioque coniungi: *dixi hausta*, ut audiatur *esse* atqui id ridiculum st, Torquatum eo niti, quod ipse ita esse di xerit. Librarius uerbum, quod deesse uidebatur, suppleuit, non ad tendens, *sunt* pertinere ad utrumque membrum.

confirmat) om. etiam Spir., Gud. 2. Fieri potest, ut in arche typo uerbum exciderit.

nihil esse prosperum) Nusquam alibi, quod sciam, aut Cicer aut quisquam alius *prosperum* dixit, quod iucundum esset et gra tum et ob hanc caussam expetendum, sed tantum quod felicite procederet. Uidetur Cicero lusisse in simili sono uerbi *asperum*.

qui hac exaudita &c.) Sic Pal. 1 et "tres optumi" Gzi; edi tum st inde a Crat., nisi quod Man. et Lbinus hanc uocem omi serunt. Ceteri Pall., Oxx., Uχ, Gzi relicui *hæc*. Paullo post plu ribus adiectiuis significauit τὴν τῆς ψυχῆς ἀταραξίαν.

naturae, sic eam firme grauiterque conprehenderit, ut omnis bene sanos in uiam placatae, tranquillae, quietae, beatae uitae deduceret? Qui quod tibi parum uidetur eruditus, ea caussa st, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae uitae disciplinam iuuaret. 72. An ille tempus aut in poëtis euoluendis (ut ego et Triarius, te hortatore, facimus) consumeret? in quibus nulla solida utilitas omnisque puerilis est delectatio, aut se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret? quae et, a falsis initiis profecta, uera esse non possunt et, si essent uera, nihil adferrent, quo iucundius, id est, quo melius uiueremus; — eas ergo artis persequeretur, uiuendi artem tantam tamque operosam et perinde fructuosam relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, quae pueros non didicisse turpe st, ea putant usque ad senectutem esse discenda. Quae quom

uitæ) om. E deducĕret) *deduceretur* R nullam) *ullam* E duxit) *dixit* R 72. facimus) *fecimus* C est) om. LMCR ut) *aut* E astris) *astrisque* L et a) *ea* L id est) *id* E tantam) om. E ii) *hi* L Quæ) *qui* E

duxit) Gœrenzius in suis omnibus præter Erl. ait esse aut *dixit* aut (ut in Gud. 2) *dixerit;* alius nemo quicquam adnotauit. Fuerunt ante hos non ita multos annos, qui dubitarent, num Latine diceretur *duco esse;* itaque post lexicorum auctores exempla conlegerunt Moserus ad Cic. de R. P. p. 13 et in Add. p. 562 sqq., Beneckius ad Catilin. p. 144. De re uid. ad § 26.

72. *An ille tempus* &c.) Hunc locum rectius distinxi, quom antea plene interpungeretur ante *Eas ergo.* Bimembris interrogationis forma ab initio instituta bis in priore membro obscuratur interpositis uerbis ad eleuandas artis et reprehendendas; itaque redintegratur oratio posita particula *ergo*, de qua dicetur ad II, 23. Prorsus idem in Tuscul. V, 78 factum esse ostendi in Emendd. Ciceron. p. 144. Uerba *quæ et a falsis initiis profecta* &c. non satis conueniunt cum *numeris* et *astris;* sed Cicero disciplinas harum rerum intellexit, quom musica, geometriam nominasset.

ea putant) *Putent*, quod orationis forma respuit (nulla st enim coniunctiui caussa) nescio an in nullo sit codice, quamquam, quom in Manutianam et proxumas editiones irrepsisset, Dauisius

dixisset, Explicaui, inquit, sententiam meam, et eo qu dem consilio, tuum iudicium ut cognoscerem, quae mil facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc temp numquam st data.

mihi) *mea* EP

tantum El. utriusque, C. C. C., Mead. testimonio coarguit, O (*putent*) tantum ex EU adferunt *putant*. Recte omnes Gzi.

M. TULLI CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

In hoc libro Epicuri decreta a Cicerone reprehenduntur et refutantur, qui initio non perpetua oratione utitur, sed mauolt in singulis insistens Torquatum interrogare et ex iis, quæ is concesserit, argumenta concludere (c. 1). Primum igitur Epicurum in ipsa ui et natura uoluptatis constituenda a se dissidere ostendit, breuiter subinde Torquato ad interrogata respondente; tum enim eam uoluptatem Epicurum dicere, quæ ab omnibus dicatur, quæ sit in iucundo motu sensus, tum eam, quæ posita sit in non dolendo; hæc autem diuersa esse, non eadem (c. 2, 3); nec omnino uoluptatem esse nihil dolere, sed inter uoluptatem et dolorem tertium hoc interiectum esse, quom neque in dolore neque in uoluptate simus (c. 4, 5). Hinc iam Torquato respondere nolente, quod dialecticis captionibus se irretiri putat, Cicero perpetua oratione idem explicare pergit, Epicurum, si duo illa coniungere uellet, duplici fine bonorum uti debuisse; duas enim esse res, non solum uerba (c. 6); nunc unum eum ex duobus facere conari; nam interdum ita loqui de motu uoluptatis in corpore, ut etiam luxuriæ patro-

cinium suscipere uideatur (c. 7), modo quis eleganter et caute luxuriosus sit; (et tamen luxuriosos suauiter uiuere, non bene, quæ longe sint diiuncta (c. 8); nec recte Epicurum cupiditates diuisisse, desideria naturæ cum cupiditatibus confundentem;) deinde autem, quom huius eum turpitudinis puduerit, sic alterum illud, non dolere, laudare, ut prior illa et uera uoluptas obscuretur (c. 9).[1] *Itaque non recte eum a pueris et bestiis argumentum sumere, quom eos suauem illam uoluptatem expetere dicat, summum autem bonum non dolere esse uelit (c. 10). Nec omnino animal primum ortum, ut uoluptatem petat, natura moueri, sed ut se diligat et conseruet; itaque in iis, quæ prima adpetantur, multa esse præter uoluptatem; atque ab horum primorum naturalium constitutione fluere omnem bonorum et malorum rationem;*[2] *ceteros philosophos sibi constitisse, ut iis, quæ prima posuissent, finis bonorum responderet, Epicurum a se discrepare (c. 11). Deinde Cicero disputat, non sensuum hoc esse de summo bono iudicium, sed rationis, quæ omnis sententias aut uoluptatis participes aut uirtutis expertis reiciat (c. 12). Huius se exemplo controuersiam minuere uelle, semoturumque a philosophia ceteras sententias, in quibus nulla sit uirtutis adiunctio (c. 13). Ita relinqui inter uirtutem et uoluptatem ab Epicuro defensam certamen; iam, si ostenderit aliquid honestum esse, quod sit sua ui propter seque expetendum, iacere putat totam Epicuri disciplinam (c. 14). Exponit igitur, quomodo e natura hominis omnis uirtus oriatur (c. 14), nec, ut Epicurus putet, id esse honestum, quod populari fama laudetur (c. 15); quod autem Epicurus uoluptatis caussa et incommodorum metu uirtutes expeti doceat, perinfirma ea inprobitatis uincula in callidis et potentibus hominibus esse, quom præsertim*

---

[1]) De progressu disputationis a c. 7 ad 9 uid., quæ ad § 20 dicentur.

[2]) De tota hac disputatione uid. adnot. et exc. ad § 33.

Epicuro et qui eum sequantur, etiam cum periculo magnæ uoluptates eaque, quibus illæ parentur, uelut pecuniæ, petenda sint (c. 16-18); *eandemque temperantiæ et fortitudinis rationem esse, ut eæ tum demum adpareant, si nullius commodi caussa honeste agatur* (c. 19). *Si Epicuri uera sit sententia, beatum dicendum esse, qui in omnium uoluptatum copia molliter, sed caute et prudenter uiuat, ut L. Thorius Balbus fecerit; sibi beatiorem uideri fuisse Regulum tum ipsum, quom cruciaretur* (c. 20). *Epicuri sententiam sequenti et Lucretiæ et L. Uergini facta uituperanda esse; nec omnino in illa schola claros uiros testis adhiberi, uirtutesque ipsas induci uoluptatis ancillulas* (c. 21). *Quod autem neget Epicurus quemquam, qui honeste non uiuat, iucunde uiuere posse, non posse uirtutem retineri, si omnia ad uoluptatem dirigantur, sed tantum fictam speciem* (c. 22). *Illud autem quale esse, quod ne profiteri quidem quisquam eam sententiam audeat apud populum, se omnia uoluptatis aut non dolendi caussa facere?* (c. 23). *Nec amicitiam consistere posse, quæ mutata utilitate ipsa mutetur necesse sit* (c. 24). *Quod ipse Epicurus amicitias cum fide coluerit, melius eum fecisse quam dixisse* (c. 25); *nec probandam esse ullam ex tribus rationibus, quam Torquatus de amicitia proposuisset* (c. 26). *Perfecto igitur et concluso, neque uirtuti neque amicitiæ in Epicuri disciplina locum esse; breuiter Cicero relicuæ Torquati orationi respondet; primum beatam uitam, si uoluptas sit summum bonum, in potestate sapientis non futuram; nec uerum esse, quod Epicurus dicat, non minorem uoluptatem ex breui tempore quam ex longinquo percipi* (c. 27). *Et si concedatur ipsam naturam sapientem locupletare et summam uoluptatem ex uilissumis rebus percipi, quid de dolore dicendum esse? qui si summum sit malum, omnem beatæ uitæ constitutionem euerti* (c. 28); *nam remedia doloris ab Epicuro proposita nullam uim habere; uirtutis potius et magnitudinis animi fomentis eum leniri, idque ex ipsius Epicuri epistula ad Hermar-*

chum adparere (c. 29, 30). Sed ut haec epistula laudand[a] sit, sic inprobandum Epicuri testamentum, in quo, qu[i] nihil ad quemquam post mortem pertinere statuerit, ta[men] diligenter de memoria sua caueat (c. 31). Percur[r]untur deinde, quae a Torquato de memoria uoluptatu[m] dicta erant (c. 32) et de animi uoluptatum et doloru[m] e corpore origine et magnitudine (c. 33). Peroratio li[bri] excellentiam humanae naturae praedicat, ex qua ad[pareat], nos ad altiora et magnificentiora quaedam nato[s] esse, uoluptate autem dominante, uitam confundi om[nis]que uirtutes iacere necesse esse (c. 34, 35).

I. 1. Hic quom uterque me intueretur seseque ad audiendum significarent paratos, Primum, inquam, deprecor, ne me tamquam philosophum putetis scholam

1. seseque) *seque* L

Cap. I, 1. *intueretur — significarent paratos*) Recte mutatio numeri notabilis uisa st grammaticis; non recte nonnulli eam sublatam uoluerunt; nam *uterque* cum plurali (*intuerentur*) Cicero numquam ponit; alterum temptari nisi uiolenter non potest. Transiit igitur Cicero in altero membro ad singulorum significationem, paullo durius quam I, 27, quod in copulatiuo orationis progressu. Similem transitum post uocabulum *quotusquisque* in orat. pro Flacco 104 Otto demonstrat.

deprecor) om. cod. Mor. (qui initio *sic* pro *hic*), quod ne cui esse aliquid uideatur, sciendum st, neque Ciceronem neque ceteros bonae aetatis prosae orationis scriptores umquam in prohibendo *ne facias* dicere pro *ne feceris*, quae res incredibiliter ignoratur. Uid. quae dixi in comment. de formis uerbi Lat. II p. 22 not. et in Admonitt. et obseruatt. de locis quibusdam gramm. Lat. (1887) p. 24 not.

scholam) quales sunt Tusculanae (I, 8), perpetuae de quaestione proposita disputationes. Et tamen facit fere postea Cicero, quod hic se facturum negat. *Magno opere* Gzius "in tribus suis optumis desiderari" narrat, falso de Erl. saltem.

uobis aliquam explicaturum, quod ne in ipsis quidem philosophis magno opere umquam probaui. Quando enim Socrates, qui parens philosophiae iure dici potest, quicquam tale fecit? Eorum erat iste mos, qui tum sophistae nominabantur; quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quaestionem, id est, iubere dicere, qua de re quis uellet audire. Audax negotium; dicerem inpudens, nisi hoc institutum postea translatum ad nostros philosophos esset. **2.** Sed et illum, quem nominaui, et ceteros sophistas, ut e Platone intellegi potest, lusos uidemus a Socrate. Is enim percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea, quae ii re-

uobis) om. E nobis aliqu.) *al. uob.* L. quod) *quid* E quidem) E in margine habet incerta sede. tum) *tunc* C e) *est* E quis) [*quisque* L nostros philosophos) *phil. n.* LPMCROr 2. ad ea) *ad hæc* LPMCROr. ii) *hi* ROr.

Leontinus Gorgias) Idem narratur de Orat. I, 102, III, 129. Res nota e Platonis Gorgia 447 C.

id est, iubere dicere — audire) Suspecta hæc Bremio erant, quod Torquato et Triario hoc explicari opus non esset. Sed ipse addit, quod ad defensionem satis est, Ciceronem, si hæc scripserit, lectorum potius quam eorum, quibuscum se conloqui fingat, rationem habuisse; uid. ad I, 17. *Quæstionem poscere* nondum apud Latinos certam et notam rem significabat. Tum Oxx. Eξ (edd. Uict. et Lamb.) *dicerem et inpudens*; non potest addi *etiam*, quod Cicero dubitat, utrum nomen eligat, non de altero adiungendo.

ad nostros philosophos) in scholis posteriorum, ex quo tempore, omnium dogmatis iam constitutis, quom quærendi studium exaruisset, iactabant se homines in iisdem sententiis oratorie exornandis et in perpetua aduersariorum insectatione, ut Stoici in Epicureorum. Academici autem uersatilem artem eandem rem defendendi et refellendi atque contra omnia disputandi addebant. Et Academicos præcipue Cicero significat. Itaque *nostros*, quod ad sectam pertinet, præposui; ceteri nihil e codd. adnotant.

2. *ad ea, quæ ii*) Bene, quod Erl. uerum tuetur, maxume in illo casu, qui difficilius mutatur (*ea*), contra deteriorum consensum; nam *hæc — hi* prauissuma tamquam præsentium demonstratione, e

spondissent, si quid uideretur, diceret. Qui mos quom a posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuocauit, instituitque, ut ii, qui se audire uellent, non de se quaererent, sed ipsi dicerent, quid sentirent; quod quom dixissent, ille contra. Sed eum qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam; apud ceteros autem philosophos, qui quaesiuit aliquid, tacet; quod quidem iam fit etiam in Academia. Ubi enim is, qui audire uolt, ita dixit: Uoluptas mihi uidetur esse summum bonum, perpetua oratione contra disputatur, ut facile intellegi possit, eos, qui aliquid sibi uideri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire uelle contraria. 3. Nos commodius agimus. Non enim solum Torquatus dixit, quid sentiret, sed etiam, cur. Ego autem arbitror, quamquam admodum delectatus sum eius oratione perpetua, tamen commodius, quom in rebus singulis insistas et intellegas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi, quod uelis,

diceret) *dicerent* L a) om. R audire) *audiri* E non de) *nondum* L quid) *quod* E cum qui) *qui* PLMROr. *contradicentem qui* C etiam) om. E 3. sed etiam) *sed esse* E in rebus) *uiribus* R

Dauisianis C. C. C., Mead., Ball. (Oxx. Eξχ,) Gzi quattuor, *hi*, ut ait, omnes, falso de Erl.

Arcesilas eum reuocauit) Instituit non, quid ipse sentiret, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare (III de Orat. 67.) Credebat enim Platoni, quem sequi uolebat, summam disputationis fuisse in iis, quæ contra alios diceret.

Sed eum qui audiebant) *eum* optume præter Erl. etiam Spir. et Bas. dederunt; contrarium huic est: *apud ceteros autem.* Diogenes Laërt. IV, 28 de Arcesila: *πρῶτος δὲ καὶ ἐς ἑκάτερον ἐπεχείρησε καὶ πρῶτος τὸν λόγον ἐκίνησε τὸν ὑπὸ Πλάτωνος παραδεδομένον καὶ ἐποίησε δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ἐριστικώτερον.*

iam fit etiam in Academia) Spir. quoque om. *etiam*; Bas, *iam etiam fit*, Gud. 2 *qui quidem etiam iam fit.* Omitti *etiam*, ut Otto fecit, non potest; illo enim modo dicendum erat de ea re, quæ quom antea facta omnino non esset, nunc fieret in Academia. Turbatum aliquid in uerborum ordine esse potest, etsi per se aptissumum st, quod editur.

et ad exitum perueniri. Quom enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil adprehendas, nusquam orationem rapidam coërceas.

Omnis autem in quaerendo, quae uia quadam et ratione habetur, oratio, praescribere primum debet, ut quibusdam in formulis: EA RES AGETUR, ut, inter quos

cuiusquemodi) *cuiusmodi* L adprehendas) *repr.* E et ratione) *et oratione* E oratio) *et orat.* C in) om. E agetur) *agitur* PL *agatur* MCHOr.

3. *in quærendo*) id est, quom quæritur de aliqua re. Mire Danisius, quod Latine non diceretur *oratio in quærendo*, deleri hæc uolebat.

ut quibusdam in formulis: ea res agetur) In optumis codd. excidit *in* post *ut* (præter Erl. in Spir., Gud. 2, opinor, etiam in Pal. 1; certe sic præscriptum notæ Gruteri, in qua dicit, se eius scripturam expressisse, etsi in contextu habet *in*); sed quod Gzius dicit *ea* omitti in Spir., Erl., Gud. 2, Bas., fallitur de Erl. (non ex silentio hoc coicio) cui quom Pal. 1 consentiat, ualde de ceteris dubito, de Spir. prorsus non dubito. Hinc tamen Gzius ecfecit: *debet (ut quibusdam formulis res agatur)*, *ut inter* &c., sequens simul deteriorum scripturam *agatur* (Pall. præter 1, 2, 4, Paris. 1, 2, El. utriusque, Mead., Oxx. omnium, Gzianorum præter Erl. et Gud. 2, opinor, etiam præter Spir.); nam Pal. 1 cum Erl. *agetur* ("uidebaturque etiam fuisse in Pal. 2"), Gud. 2 et Pal. 4 *agitur*. Omnia illa ratio perturbat, primum sententiam; neque enim iam postulatur, de qua Cicero dicit, definitio rei ad agendum propositæ, sed (cuius caussa illa requirebatur) consensus disputantium, et, inuerso ordine, ideo postulatur, ut conueniat, ut quibusdam formulis res agatur; quæ autem sint illæ *quædam formulæ*, quibus res agatur, frustra quæras; deinde conparationem cum formulis iurisconsultorum, (et tamen Otto, hæc sequens, de Gaio quædam descripsit ab Orellio); postremo orationis cohærentiam; nam post *præscribere* interponitur *ut — agatur*, et tamen non hoc eo refertur, sed *ut — conueniat*. De præscribendi uerbo et ipsa re nondum dico. Uiderant iam superiores, hoc dici, idem quod in formulis quibusdam iurisconsultorum fieret, in disputando fieri debere; sed quom *præscribere* uolgari significatione acciperent nec ipsa formularum uerba nossent, requirebant sententiam pendentem: *quæ res agatur* (Manut.) aut: *qua de re agatur* (Lbin.). Nunc res dubitationi exempta st. *Præscriptiones* enim

disseritur, conueniat, quid sit id, de quo disseratu

II. 4. Hoc positum in Phaedro a Platone probauit Epicurus, sensitque, in omni disputatione id fieri oportere. Se quod proxumum fuit, non uidit. Negat enim definir rem placere, sine quo fieri interdum non potest, ut inte eos, qui ambigunt, conueniat, quid sit id, de quo aga tur; uelut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Quae rimus enim finem bonorum; possumusne scire, hoc qual

4. proxumum) *primum* E scire, hoc) *hoc scire* E

apud iurisconsultos, qui etiam uerbo *præscribendi* sic utuntur appellabantur ipsa illa, quæ formulæ præponebantur, ut ea pe titoris caussa, ne formula caderet, ad eam rem, quæ ageretur certius adcommodaretur; uid. Gai Institt. IV § 130-137; earum commune initium erat: *ea res agatur*; tum sequebatur rei definitio. Exempla Gaius multa profert. (Dirksenius in libro, qui inscribitur: Versuche über die Quellen des römischen Rechts, p. non satis hæc uerba ab iis distinguit, quæ alium habebant usum *qua de re agitur*). Illa ipsa uerba Cicero ponit, uoltque in disputatione simili modo præscribi, hoc est, primum dici: *ea res agatur*, ceteraque, quæ ad ea uerba explenda pertinent, quæque illis significantur; significatur autem definitio rei, de qua agatur. Retinui tamen cum optumis codd. *agetur*, quod *agatur* manifestum et ortum esse ex præcedenti *ut;* fieri enim potest, ut aut antiquitus interdum formula aliter concepta sit aut Cicero eam a prætoris iubentis oratione transtulerit ad philosophorum disserentium rationem. Paulus Diac. de notis col. 1507 Gothofr. *ERA* explicat: *ea res igitur* (agitur). Orellius ueram scripturam, cui etiam Gai uerba ascripsit, sic interpungendo distraxit: *præscribere debet* (*ut quibusdam in formulis EA RES AGATUR*), *ut &c.*

Cap. II, 4. *in Phædro*) p. 237 B: *Περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.* De Epicuro uid. I, 29. Definitiones sustulisse dicitur I, 22. Nullas enim alias probabat, nisi quibus exprimeretur, quid inesset in communi hominum notione, idque sine ullo singulari artificio reperiri posse putabat. Sed quid de Cicerone dicemus, qui non sentiat, ipsam notionem boni in his suis libris nusquam ab origine sua explicari et certis finibus comprehendi? Ipsi illi definitionum artifices Stoici, dum singula uerbis definiunt, ipsam uim multiplicem notionum in his quæstionibus interdum non admodum adcurate persecuti esse uidentur.

sit, nisi contulerimus inter nos, quom finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam sit ipsum bonum? 5. Atqui haec patefactio quasi rerum opertarum, quom, quid quicque sit, aperitur, definitio st; qua tu etiam inprudens utebare nonnumquam. Nam hunc ipsum siue finem siue extremum siue ultumum definiebas id esse, quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur. Praeclare hoc quidem. Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses, aut, quod esset natura adpetendum, aut, quod prodesset, aut, quod iuuaret, aut, quod luberet modo. Nunc idem, nisi molestum st, quoniam tibi non omnino displicet definire, et id facis, quom uis, uelim definias, quid sit uoluptas, de quo omnis haec quaestio st. 6. Quis quaeso, inquit, est, qui, quid sit uoluptas, nesciat, aut

etiam) *esse* E *et* C 5. quid quicque) *quicquid quid* M *quid quicquam* L sit) om. E neque — referretur) om. L quidem) *quam* E Nunc) om. PLMCR definire) *finere* E definias) *diffinire* LPMCR uoluptas) om. R omnis haec) *haec omnis* R 6. Quis quaeso) *Quis quasi* E *quasi quis* ceteri.

5. *Atqui*) Uid. ad I, 58. Mox in uerbis *quid quicque* (ut scriptum st etiam in Spir. et margine Crat.) aberrant etiam aliorum codd. deteriores, ut χ *quicquid*, ψ *quicquid quid*. De iis, quae secuntur, quod ad orationis formam adtinet, uid. ad I, 42, de re I, 29.

Nunc idem) *Nunc* addidit Gruterus e Pal. 1; erat etiam in Spir. et Gud. 2; in ceteris (Pall., Dau., Oxx., Gzi) aberat; itaque olim distinguebatur: *luberet. Modo idem* &c. Iidem meliores (Pal. 1, mrge Crat., cod. Mor.) *definias* dederunt, quamquam *definire*, quod edebatur ante Gruterum, non adnotant Dau. et Gzius, Oxx. autem tantum e χ (ψ omittit *et id — definias*).

6. *Quis quaeso, inquit, est*) In uno uocabulo aberrant boni codices, pro *quaeso* aut, ut multis aliis locis (§ 80, IV, 72, Brut. 289, Philipp. XIII, 32, ad Attic. V, 1, ad Fam. V, 15), *quasi* habentes (E; Gud. 2 *quasi* sine *quis*) aut quae inde leuiter deflectant, Pal. 1 *quisquam si* (corrector non satis acutus syllabam *si* delere uoluit), Spir. *quisquesi*. Recte emendauit Gzius. Dauisius illam Pal. 1 correctionem secutus erat: *Quisquam, inquit, est*, prauo in tali interrogatione uerborum positu. Deteriores aliorum ut nostri, unde Man. et Lbinus, soloecismum in uerbi modo uitantes:

qui, quo magis id intellegat, definitionem aliquam desi deret? Me ipsum esse dicerem, inquam, nisi mihi uide rer habere bene cognitam uoluptatem et satis firme con ceptam animo atque conprehensam. Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire et in eo nutare, eumque, qu crebro dicat, diligenter oportere exprimi, quae uis sub iecta sit uocibus, non intellegere interdum, quid sone haec uox uoluptatis, id est, quae res huic uoci subi ciatur.

habere) om. E bene cognitam) *cogn. b.* E conceptam) *acceptam* E con prehensam) *compressam* C nutare) *mutare* E quæ res) *quæ uis* R

Quasi quis (Lbinus rectius *quisquam*), *inquit*, *sit*. Uoluptatis defi- nitio Epicurea uidetur esse apud Stobæum Eclog. Eth. p. 5 Heer., sed uidetur tantum; interpungenda enim uerba sic sunt *ἡδονὴ γάρ·* (auditur *τέλος ἐστὶν αὐτοῖς*; explentque hæc, quod dixe- rat, *παθητικὸν ὑποτίθεσθαι τὸ τέλος*, tum pergitur:) *ὅθεν καὶ τὴ ἔννοιαν ἀποδιδόασι τοῦ τέλους τὸ οἰκείως διατεθεῖσθαι* (legitur *διατι- θέναι*) *ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸν χωρὶς τῆς ἐπ᾽ ἄλλο τι ἀγούσης* (editur *ἁπάσης*) *ἐπιβολῆς*.

et in eo nutare) Idem uerbum de inconstantia eius, qui rem ali- quam non firme conprehenderit, I N. D. 120: *Mihi quidem etiam Democritus nutare uidetur in natura deorum.*

id est, *quæ res huic uoci subiciatur*) Iis, qui hæc uerba, præ- eunte P. Fabro Semestr. II, 24, damnarant, quod inanem et pror sus superfluam noti uocabuli explicationem haberent cum molesti repetitione, parum Gzius respondit; nam et recte cadit sententia exitus his omissis nec difficile fuit librario ex proxumo uersu hæ transferre. Sed Cicero quom sic *sonet* posuisset de ui et signifi catione uocabuli (cfr. Off. III, 83), ut simul in mentem uenire uox ab Epicuro frequentata, *φθόγγος*, addidit, hoc esse illu ipsum, quod Epicurus requireret, *τὸ ὑποτεταγμένον τῷ φθόγγῳ* (uid ad I, 29). Sic autem sæpissume ponitur *id est*, non ut superiu tamquam obscurum explicetur, sed ut adiungatur aliquid aut ne cessarium aut utile sententiæ et conclusioni, quom significetur, id quod dictum sit, aut nihil esse aliud nisi id ipsum, de quo aga tur, aut habere in se aliquid, quod animaduersione dignum si Huiusmodi hoc est in libro I § 72: *quo iucundius*, *id est*, *quo me lius* (in memoriam Torquatus reuocat, hæc non diiuncta esse) II, 90: *tenuissumo uictu*, *id est*, *contemptissumis escis et potioni bus* (auget Cicero explicando, ut ostendat inconstantiam Epicuri)

III. Tum ille ridens, Hoc uero, inquit, optumum, ut is, qui finem rerum expetendarum uoluptatem esse

Tum) *Tunc* (E)CR

ibd. 92: *dolor igitur, id est, summum malum;* (cfr. Tuscul. III, 27: *ægritudine, id est, miseria*); ibd. 115; III, 18: *iam membrorum, id est, partium corporis;* (admonet, quo iure membra conmemorentur; Gzius ad Acad. I, 21 e "tribus suis" corrigit *et partium;* ad ipsum locum et codicum, si qui fuerunt, et correctionis oblitus est); Tuscul. I, 75; Off. III, 23: *natura, id est, iure gentium;* (admonet, hæc eadem esse, ut apte a natura transeat ad singularum ciuitatum leges conmemorandas; non recte Beierus e codd. Gzi et aliquot uett. edd. scripsit *et iure*; Orellius, nescio quo casu, retenta Beieri scriptura, prorsus nihil adnotauit; nam si consilio de suis codicibus tacuisset, editionum et aliorum codicum dissensum conmemorasset); pro Balbo 54: *Latinis, id est, foederatis* (de quo genere agitur); ad Famil. II, 17, 4; ibd. IV, 4, 3 (ubi in temporis definita significatione rectius scribitur: *postquam coeptum st* quam: *postquam coeptum sit*); ibd. IV, 9, 2 (recte Orellius non credidit Ruhnkenio); ad Attic. XIII, 38, 2 (adcommodat, quod generalius et translate dicebatur, ad suam rem; frustra Ualckenarius temptauit). Hæc ut contra eos ualent, qui nimis facile in his uocibus interpretamenti notam se tenere putant, sic non eo disputata sunt, ut defendi etiam uelim Brut. 120, ubi, si retineatur uerba *id est, ex uetere Academia*, praue ante definitur relatiuom quam ad demonstratiuom uenitur, aut IV Catil. 2; ne de eo quidem Bruti loco, qui § 172 est, quicquam adfirmauerim.

Cap. III. *Tum ille*) Ante Manutium edebatur *tum* (Crat., Uict., sed iam ed. Uen. 1480); deinde ab eo ad Bremium *tunc*. Illud reuocauit Gzius e "scriptis suis omnibus" (etiam Oxx. EU$\xi\chi$), cui hic de Erl. credo. Debuit sic scribi in transitu; uid. ad I, 29.

Hoc uero optumum, ut is) Subtiliter de particula *ut* ibi posita, ubi infinita sententia requiri uideri possit, disputauit ante hos decem annos Edu. Wunderus (in Iahni Ann. a. 1827, tom. III fasc. 2 p. 151 ad 163), eo omnia deducens, ut particulam illam in his locis pro *quomodo* accipi debere iudicaret; quem sequens Otto ad h. l. multa exempla sine delectu et iudicio congessit. Sed ipse Wunderus mihi hic non satisfecit, plus tribuens, ut fit, unitati cuidam significationis et discrimini perpetuo quam sermonis natura permittit. Nam illam esse primam huius particulæ significa-

10

dicat, id extremum, id ultumum bonorum, id ipsum qui

quid et) *quid sit* LPMCR *quidem* EOr.

tionem, certum st; illud dubitatur, retineaturne sic modi interro gatiua significatio in hac, de qua agitur, coniunctione, ut adpa reat per se et sentiatur, et num hæc sit caussa hanc particu lam potius quam infinitam sententiam ponendi. Atqui ad illu *quomodo* in singulis locis adeo contorte peruenitur, ut non adpa reat, cur non æque in ceteris omnibus sententiarum coniunctioni bus tale aliquid excogitari possit, in quibus tamen non ponitu *ut* pro infinita oratione. Itaque nihil nos illa interpretatio adiu uat. Analogia autem, qua uir præstantissumus utitur, quo etiam dicatur: *non est ueri simile*, *quam* &c. (non solum apu Ciceronem, sed apud Senecam queque, de tranquill. animi 1 epist. 108), ea uero nulla st; nam de gradu hoc dicitur, non d facto. Multoque st alia propior et simplicior uia hæc expli candi et quæ ab ipsa natura sermonis proficiscatur. Nam quo multæ sententiæ obiectiuæ et subiectiuæ hanc haberent natura etiam propter primariæ sententiæ uerbi genus, ut facili transit earum formam subirent, in quibus ecfectus significatur, in i propter hanc inclinationem *ut* positum st, cuius particulæ (ut i in omnibus huiusmodi uocabulis) non iam certa aliqua prima signi catio, sed generalis quædam uis in sententiis uinciendis percipiebatu Manifesta st hæc ratio in iis uerbis, quæ proprie ecfectum signi cant, ut in hoc ipso *ecficio*, quom de conclusione ponitur, *sequ tur*, aliis. Sed quid horum similius quam hoc: *concedo, ut ita s* conflata sentiendi et permittendi notione? (cfr. quæ ad I, 14 dic sunt). Atque huic cognatum st *adsentior*, etiam *teneo*, *retine* ut sentiendo ecficere quodammodo uideamur, ut aliquid alicui modi sit. Perspicuum etiam illud, quod Cicero numquam dixi *probo, ut ita sit*, sed ter saltem (hic II, 108, Tusc. III, 5, p Flacco 33): *qui probari potest*, *ut* &c. (In hoc opere III, 43 non adnectitur adprobandi uerbo, sed toti sententiæ, hoc mod *ut hoc idem adprobandum sit nobis*, (ita) *ut* &c.) Jam in adiec uis eandem esse rationem, uel inde manifestum fit, quod Cice numquam dixit: *ueri simile st, ut*, sæpe: *non ueri simile st*, *ut*, est fere: *non fieri potest*, *ut*; similiterque dicitur *integrum es ut*, alia. Atque hinc particulæ *ut* usus transfertur ad omnia ill quæ per adiectiua sic enuntiantur, ut leuis aliqua sit ecfect consecutionisque significatio et a declaratione siue indicio de su iecta sententia declinatio. Pro Flacco 65 quom Cicero sic dic *Quid in Græco sermone tam tritum atque celebratum st*, *quam*,

et quale sit, nesciat! Atqui, inquam, aut Epicurus, quid sit uoluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt. Quonam, inquit, modo? Quia uoluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur et

sit) *nescit* L sit uoluptas) *uol. sett* (sic) L Quia) *quare* C esse) om. Or.

quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultumus esse dicatur? hoc significat: *quid tam uolge fit?* Si posuisset: *quam dici*, significasset: *quid tam notum et sæpe dictum st?* Atque hoc ad hunc quoque locum, a quo sum orsus dicere, pertinet. Nam si sic dixisset Torquatus: *eum — nescire*, tantum, mirum id esse, simpliciter iudicasset (*dass er nicht weisst*); nunc simul dubitare se ostendit, fierine possit (*dass er nicht wissen sollte.*) De Diuin. II, 5 (*Magnificum et gloriosum, ut*) et de Orat. II, 178 (*nihil est in dicendo maius, quam ut faueat oratori is* &c.) Ciceronis animo obuersabatur ecfectus notio (*ecficere, ut.*) Sed satis multa dixi uel potius nimis; uniuersam enim rem declarare uolui, non singula persequi.

quid et quale sit) Secutus sum cum Bremio optumorum codicum (etiam Pal. 1 et Spir.) non ipsam scripturam sed uestigia aperta; nam nec asyndeti uehementia, maior etiam in interrogando, ferri poterat, nec *quidem* hic poni, ubi nulla st circumscriptio et unius ab aliis separatio (uid. ad I, 70). *Quid et quale sit* prorsus eodem modo ponitur I, 29, Tusc. III, 11.

hanc esse sentiunt) *Esse* omisit Gzius, sequens Spir., quom in Gud. utroque et Bas. poneretur post *omnes*. Miror tantum dissensum, quom Ecl. cum ceteris meis consentiat; nec infinitiuom abesse posse credo. Nam pro eo, quod est *intellegunt*, quomodo § 50 *sentiat* ponitur, hic, omisso infinitiuo, dure diceretur, nec puto ita dici cum duplici accusatiuo; (sic enim accipiendum esset: uoluptatem quom dicunt, hanc sentiunt.) Multo autem minus prima et propria significatione accipi *sentiunt* potest; neque enim disputatur, quæ uoluptas sentiatur et percipiatur ab omnibus, sed quæ putetur et iudicetur uoluptas esse, ut ostendatur, Epicurum cum communi et insita animis notione pugnare. *Sentio esse* autem hac iudicandi (non uolgari animaduertendi) significatione rarius omnino, sed recte dicitur; Tusc. V, 82: *qui quom finem bonorum esse senserint, congruere naturæ; — sequatur, necesse st* &c.; Acad. I, 22: *omnis illa antiqua philosophia sensit, in una uirtute esse positam beatam uitam;* ad Attic. VII, 6: *sentiam, omnia facienda, ne armis decertetur.* Adparet, incipere hic incon-

iucunditate quadam perfunditur. 7. Quid ergo! istam uoluptatem, inquit, Epicurus ignorat? Non semper, inquam. Nam interdum nimis etiam nouit, quippe qui testificetur, ne intellegere quidem se posse, ubi sit aut

7. inquit) transp. post *ergo* PLMC quidem se) om. B *quidem* R

stantiæ Epicuri et ab usu loquendi discessionis expositionem, sed quom aliquamdiu subsistatur in ea parte uoluptatis Epicurea conmemoranda, in qua is cum uolgo consentiat, non statim ne recta uia eam reprehensionem perfici, sed inde a § 18, ubi de *indolentia* ab Epicuro in uoluptatis locum et nomen inducta disputatur. Itaque *quia* ea fere ratione positum st, de qua dixi ad I, 18.

7. *istam uoluptatem, inquit*) Sic etiam Pal. 1 et Spir. Editiones ante Gzium et ceteri eius codd. ut nostri deteriores; ne is ordo per se inprobandus est; uid. Acad. I, 13.

quippe qui testificetur) Uerba Epicuri e libro *περὶ τέλους* præter Diogenem (X, 6) et Hesychium Milesium Athenæus paullo pleniora ponit VII p. 280 A, conl. XII p. 546 E: *Οὐ γὰρ ἔγωγ δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν*, (*ἔχω, τί νοήσω τἀγαθόν*, Diog.) *ἀφαιρῶ μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι᾽ ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δ τὰς δι᾽ ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ᾽ ὄψιν ἡδείας κι νήσεις*. Transtulit paullo etiam plura Cicero in Tusc. III, 41 *Nec equidem habeo, quod intellegam bonum illud* (confirmat Diogenis scripturam) *detrahens illas uoluptates, quæ sapore percipiuntur, detrahens eas, quæ auditu et cantibus, detrahens eas etiam quæ ex formis percipiuntur oculis, suauis motiones siue quæ alii uoluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu. Nec uero it dici potest, mentis lætitiam solam esse in bonis. Lætantem enim mentem ita noui, spe eorum omnium, quæ supra dixi, fore, ut natura iis potiens dolore careat.* Eadem significantur 1 N. D. 111 Corrigendus est Ciceronis locus in oratione in Pison. 69, ubi eandem Epicuri sententiam adtingit; editur enim: *iste — testificari tabellas obsignare uelle, Epicurum d i s e r t u m dicere; e s t t a m e n: dicit, ut opinor, se nullum bonum intellegere posse dempti corporis uoluptatibus.* Eloquentiam Epicuri Piso non curabat nec ea a Philodemo in dubium uocata erat; scribendum st: *Epicurum d e s e r t u m dicere; e t e n i m dicit, ut opinor* &c. Desertum Epicurum clamabat ab iis, qui dogma de corporis uoluptate no tenerent.

quod sit ullum bonum praeter illud, quod cibo et potione et aurium delectatione et obscena uoluptate capiatur. An haec ab eo non dicuntur? Quasi uero me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere! Ego uero non dubito, inquam, quin facile possis, nec est, quod te pudeat sapienti adsentiri, qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus. Nam Metrodorum non puto ipsum professum, sed, quom appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse; septem autem illi non suo, sed populorum suffragio omnium nominati sunt. 8. Uerum hoc loco sumo,

quod) *quid* (LPM)Or. et potione) *aut pot.* COr. om. L et aurium) *aut auri* E uero) om. LMPCR ea) *ista* E puto) *putant* LMPCR beneficium) *bonum officium* E suffragio omn.) *om. suff.* M 8. Uerum — uocant) Non. p. 121; (uerum — uoluptatis, id. p. 396)

quod sit ullum bonum) Sic recte uett. edd. (etiam Mars., Crat., Uict.); postea irrepsit *quid*; quæritur, quodnam ullum præterea bonum sit. Tum *aut potione* ex. ed. 1 peruenit in Manuti edit. et deinceps in ceteras; *et* Mars., Crat., Uict., restituitque Dau. e Par. 2, Mead., Ball. (Eξχψ); repugnat Gzius, sed de codd. tacet. Mox *uero* post *quasi* Gruterus addidit e Pal. 1; erat etiam in Spir.

quemadmodum ea) *ista* etiam Spir. Incommode et putide idem pronomen repetitur.

sapienti) Non est in Pal. 1, nisi a manu longe recentiori. Grut. Etiamsi *ei* substitueris, deerit aliquid ad sententiam: sapienti et quidem ei sapienti, qui &c.

sapientem profiteri sit ausus) Cat. Mai. 43, Plut. Non posse suauiter &c. c. 18, p. 1100 A: *σοφὸν δὲ μηδένα φάναι πλὴν αὑτοῦ γεγονέναι.* (Uerba *ἐπὶ τῶν μαθητῶν* corrupta sunt; nam neque ad *φάναι* pertinere possunt neque memorabile erat, hoc coram discipulis dictum esse, ubi etiam minus offensionis haberet, quam si coram aliis.)

Nam Metrodorum non puto) Metrodorus Epicuri *conlega sapientiæ* appellatur I N. D. 113, *pæne alter Epicurus* hoc libro § 92. Itaque sæpe tamquam duo huius disciplinæ principes coniunguntur, Tusc. II, 8, N. D. I, 86, Plut. Non posse suauiter &c. c. 2, 8, 13. *Puto* etiam Pal. 1, Spir., Gud. 2, mgo Crat. Ceteri et edd. ante Gzium *putant*.

uerbis his eandem certe uim uoluptatis Epicurum nosse quam ceteros. Omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονήν, Latine *uoluptatem* uocant. Quid est igitur, inquit, quod requiras? Dicam, inquam, et quidem discendi caussa magis, quam quo te aut Epicurum reprehensum uelim. Ego quoque, inquit, didice-

uerbis) *de uerbis* Non. p. 396. his) *iis* LM nosse) *non nosse* Non. *notasse* Or. hilaretur) Non. *hiaretur* E *hiaret* L *hiarent* PMR *hiant* C inquam) *inquit* L quidem) om. E didicerim) *dicerem* L

8. *Epicurum nosse*) Est idem fere, ac si dixisset: *ostendere, se nosse*, agnoscere nec tamquam ignotam et alienam reicere. Sed Cicero dixit sic, quod supra posuerat *ignorat* et *nimis etiam nouit*. Nec coniungendum st *uerbis nosse*, quod quid sit, Dauisius iure dubitat, sed *his uerbis* est: *quom his uerbis utitur*. Eodem modo dixit in Tuscul III, 41, nisi quod ablatiuos ille abest: *Atque hæc quidem his uerbis, quiuis ut intellegat, quam uoluptatem norit Epicurus.* Dauisius et Gains scripserunt *notasse*, quod nec ad illa *quam ceteros* aptum st et aliter dicitur de nomine inponendo tamquam nota. Bremius *uerbis his* deleri uolebat. Pro codicum et Noni scriptura etiam Klotzius multis uerbis disputauit, Quæst. Tull. p. 51-54. Adtractionis genus, quo *quam ceteros* dicitur, id est, *quam ceteri norint*, nunc etiam in libris peruagatis conmemoratur; itaque hoc tantum addo, durissume eo usum Ciceronem in libro I N. D. 86: *Non animaduertunt, hic eum ambigue locutum esse, sed multis aliis locis et illum et Metrodorum tam aperte, quam paullo ante te*, id est, *tu locutus es*; nihil enim omnino hoc pertinet ad aliorum sententiam et animaduersionem, qui Uelleium non audierant, sed ab ipso Cotta additur. Liuius etiam, qui uolgaria exempla habet VIII, 14, XXXIX, 24, durius sic locutus est in participiali, non infinita, oratione XXXIV, 32: *nam et Messenem, uno atque eodem iure foederis, quo et* (expressit Græcum τῷ αὐτῷ, ᾧ καί contra Latinam consuetudinem) *Lacedæmonem, in amicitiam nostram receptam, — cepisti.* Idem Liuius contra insolenter adtractionem neglexit XLII, 37: *Achæis indignantibus, eodem se loco esse, — quo Messenii atque Elii.*

quo sensus hilaretur) Ad ueram scripturam, quam Nonius conseruauit, Uictorius restituit, proxume adcedunt cum Erl. consentientes Pal. 1, Spir., mgo Cratandri. Deteriores (Pall. cett., Dauisiani, Oxx., Gud. 1, 2) consentiunt in *hiarent*; Bas. *hilarent*.

rim libentius, si quid adtuleris, quam te reprehenderim. Tenesne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius quid dicat esse summum bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo, inquit, finem illi uideri nihil dolere. Quid? idem iste, inquam, de uoluptate quid sentit? 9. Negat esse eam, inquit, propter se expetendam. Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit, uehementer errat; nam, ut paullo ante docui, augendae uoluptatis finis est doloris omnis amotio. Non dolere,

te) om. LPMR reprehenderim) *deprehenderim* C *rem deprehenderim* PMR inquam) *inquit* E quid) *quod* LPMCROr. summum bonum) *bon. s.* E iste, inquam) *iste* LPMCROr. 9. eam) *causam* C se) *se ipsam* MCOr. Et quidem) *equidem* E Non dolere) *Cum non dolere* LPMR *Tum uero dol.* C

quid dicat) Recte hic Erl., etiam Eξ (ceteri editores nihil adnotant); nam quæritur, qua in re Hieronymus summum bonum ponat. Scripsit autem Cicero plene et summi boni nomini addidit illa *quo putet* &c., ut ostenderet, uitæ rationem mutari hac discrepantia. Non recte igitur Dauisius hæc (*quo* — *oportere*) omitti uolebat. De Hieronymo Rhodio nihil, quod ad philosophiam adtineat, præter hanc unam sententiam traditur, quæ conmemoratur V, 14, Acad. II, 131, cett.

idem iste, *inquam*) Recepi uerbum, quod cum Erl. consentiebant Eξ, ut idem in aliis bonis codd. fuisse putarem. Uidetur etiam offensionem habere uerbi eius in hac frequenti personarum mutatione uno et altero loco omissio, quom id longe plurumis locis ponatur; sed tamen mox omittitur (*Aliud igitur* &c.) et paullo post § 17 (*Ergo in eadem* &c.) et supra I, 28 *inquit* in simili orationis forma. Excidit interdum conpendio notatum; uid. uar. script. ad III, 14, IV, 2.

9. *propter se*) *ipsam*, quod uolgo additur, Gzius abesse ait in tribus suis codd. optumis, duobus Oxx. (in Halensi edit. notatur tantum E). Omittit etiam cod. Uict.

Et quidem, *inquit*) Multi codd. *equidem*. *Gzius*. Est ita in Eξ, peruagato errore. Concedit Torquatus et remotionem argumenti adiungit; uid. ad I, 35.

Non dolere) Sic etiam Pal. 1, Spir. (Gzius in eo et Erl. scribit esse *dolore*.) Ceteri Pall., Par. 1, 3, C. C. C., Mead., Ball, Oxx. Eξ, duo Gzi *cum non dolere*, El. 1, Par. 2, ξ (at is est C. C. C.) *tum non d.*, Gud. 2 *cum uero d.* Lbinus *tuum non dolere* coiciebat, praue posito pronomine et ab altero (*istud*) diiuncto.

inquam, istud quam uim habeat, postea uidero; alian uero uim uoluptatis esse, aliam nihil dolendi, nisi uald pertinax fueris, concedas necesse est. Atqui reperies inquit, in hoc quidem pertinacem; dici enim nihil potes uerius. Estne quaeso, inquam, sitienti in bibendo uolu ptas? Quis istud, inquit, possit negare? Eademne, [inquam, quae restincta siti? Immo alio genere. Restincta enin

istud) om. L uidero) *uideo* LP necesse est) *necesse* E quaeso, inquam) *quæso* istud) *ista* EOr. possit) *posset* LPMOR inquam) om. EPMC sine uncis Or. qu om. R siti — enim) om. LR Restincta enim) *Nam restincta* MC om. *enim*

Quis istud, inquit, possit negare) *Ista* "tres optumi" Gzi e Bas. Non secutus sum, quod hic necessario ad unam illam rem de qua quæsitum erat, refertur pronomen; euertatur conclusio, cum Gzio interpreteris *istud et talia*; et quæ sunt illa talia? I Tusc. I, 12 cod. regius recte tuetur *istuc* (non *istud*); paullo ant *ista* refertur ad plura illa, quæ alter dixerat. *Possit* iidem "tre optumi." Et recte sic scribi Ernestius uoluerat; condicionali illa interrogandi forma in negando, quæ et in scriptura olim uul gata, quam Bremius probat, Gzius, etsi primus *possit* edidit, mul torum locorum exemplo defendi putat, nec tamen ullum profert e medio nostro sermone et, non Latino, qui, quom quæritur, qui nunc fieri possit, unum fert: *quis dicat? credat?* similia. Long aliud est: *quis diceret?* Sed puerilia hæc sunt. *Inquit* "in scripti multis desiderari" Gzius ait, errans, ut solet; nam addit *inquam* post *eademne* seruare tris optumos suos, quod ex Erl. falsum ess perspicitur; perturbauit igitur hæc. Et *inquam* omittunt præte meos e Dau. Par. 2, 3, Mead., C. C. C. (ξ) Ball. (ψ), Oxx. Ex e opinor, pæne omnes; (in uno et altero ex *ne*, *que* (*quæ*) factu *æque*).

alio genere) Fuit, qui *alia genere* scribi mallet, non recte abundabit enim uitiose *genere*, quoniam de nulla alia diuersitat uelut gradus, cogitari potest. Nec tamen, quod non sine caus addubitatum st, ponitur pro *alius generis*, audito *uoluptas*, se auditur totum: *Est ei uoluptas*, adiungiturque *alio genere*, id e fere, alio modo, ut in Uerr. II, 149: *uno genere circumscribe* (excludere) *habetis in animo genus hoc oratorum*. Apud scripto res paullo inferioris ætatis interdum *genere* plane pro eo, que est *modo*, dicitur, maxume apud Senecam, ut *omni genere* de B nif. II, 8, et ibd. c. 10: *parum* (st), *si focnerare cogitas*, *sed dare*, *quo genere accipienti maxume profuturum st*, *dabis*. Co

sitis stabilitatem uoluptatis habet, illa autem uoluptas ipsius restinctionis in motu st. Cur igitur, inquam, res tam dissimilis eodem nomine appellas? 10. Quid paullo ante, inquit, dixerim, nonne meministi, quom omnis dolor detractus esset, uariari, non augeri uoluptatem? Memini uero, inquam. Sed tu istuc dixti bene Latine,

uoluptatis habet) *habet uoluptatis habet* R habet) *inquit* add. LPMCROr.) res) om. L tam) om. R 10. istuc) *istud* MC dixti) *dixisti* MCR

textus eris te teste. (Si sic interpunxeris, defensum erit *dabis*, quod Muretus omisit, Ruhkopfius reuocauit, non intellexit;) id. epist. 77, 11: *animam uariis generibus emittunt.* Nec aliter Quinctilianus X, 5, 2: *libros Platonis edidit hoc genere* (exercitationis caussa) *translatos.*

Restincta enim) Sic mgo Crat., et ita editum tacite a Uict., Grut., Dau. Confirmant etiam Spir. et Gud. 2. Oxx. EUχ, Gud. 1, Bas., aliquot edd. uett. *Nam restincta.* Exciderat *enim* in nonnullis, ut in cod. Uict.

uoluptatis habet) Quod uolgo additur *inquit*, omittit etiam Spir., nec uidetur sic e prima sententia (*Immo alio genere*) in alteram caussalem reici potuisse. (Repetitur in altera sententia ante uocatiuom 1 N. D. 17.)

nonne meministi) Non inprobabiliter Bremius: *non meministi*, si modo certum st, Latinos id constanter secutos esse, quod primum occurrit, ut *nonne* tum dicatur, quom adfirmatum aliquid iri putemus, *non*, quom quærentes admiremur aliquid non fieri. Hoc enim Torquatus dicit: *oblitusne es*; cfr. paullo post § 15: *Tu — non uides —?* Sed difficile st iudicium, quoniam in ipso ne a nostro sensu discedunt Latini, quom dicunt *Estne* et similia. Et uidentur interdum in illa quoque ratione *nonne* dixisse; certe eadem corrigendi necessitas et alibi erit et hic libro V, 86: *Nonne igitur tibi uidentur, inquit, mala?* Nam hoc dicit: Credis igitur non esse mala?

istuc dixti) *Istuc* fere antiquiores edd. (Marsi, Crat., Uict.); reuocauit Grut. e Pal. 1; tenuerunt relicui tacite, nisi quod Gzius item tacite *istud*, ut olim Man. et Lbinus (et codd. Oxx. EUχ). *Dixti* dedit Uict., tum Grut. e Pal. 1 et tenuerunt ceteri; habet etiam Spir. (Oxx. EUχ *dixisti.*) Nolui delere, quod fieri potest, ut ipse Cicero scripserit; etsi si is ea syncopa in loquendo et scribendo usus est, aut constanter id fecit aut saltem sæpius quam tribus locis (hic et III N. D. 23 et ad Att. XIII, 32; pro Cæcina

parum plane. *Uarietas* enim Latinum uerbum st, idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: *uarium* poëma, *uaria* oratio, *uarii* mores, *uaria* fortuna, uoluptas etiam *uaria* dici solet, quom percipitur e multis dissimilibus rebus dissimilis ecficientibus uoluptates. Eam si uarietatem diceres, intellegerem, ut etiam non dicente te intellego. Ista uarietas quae sit, non satis perspicio, quod ais, quom dolore careamus, tum in summa uoluptate nos esse, quom autem uescamur iis rebus, quae dulcem motum adferant sensibus, tum esse in motu uoluptatem, qui faciat uarietatem uoluptatum, sed non augeri illam

parum) om. PR proprie) *proprium* C in disparibus) *more paribus* E etiam uaria) *u. et.* C e) *ex* PC dissimilis) *dissimiliter* LPMCROr. ecficientibus) *efficientes* E te) transp. ante *non* L, ante *dicente* P iis) *his* LR adferant) *afferunt* E qui) *quæ* LPMCR

82 non reperitur hæc forma in codicibus Ciceronianis, sed e Quinctiliani codicibus arcessitur); nam propria caussa, cur his locis ita Cicero scripserit, nulla omnino st; ergo casus hic dominatur.

dissimilis ecficientibus uoluptates) Sic scriptum erat in "aliquot ueteribus libris" Lbini et edidit Gruterus e Pal. 1; solum etiam *dissimiles* in marg. Crat. adnotatur; Spir. cum Erl. præterea *ecficientes*, errore; ceteri, ut nostri deteriores. Adiectiuom merito tenuerunt Dauisius et Ernestius; neque enim de modo uoluptatis ecficiendæ agitur, sed de dissimilibus uoluptatibus in unam uariam confluentibus. *E multis* omnes Gzi codd. (Ox. ψ); in edd. erat fere *ex*. Mox I. F. Gronouius (ad Liu. XXII, 39) in codice optumæ, ut ait, fidei scriptum uidit *etiam dicente*, unde infelici coniectura ecfecit: *etiam indicente*.

quod ais) Dixit paullo breuius, hac sententia: *quæ in eo posita sit, quod, ut ais, — in summa uoluptate simus* &c. Hæsit Dauisius nec intellexit Gzius.

qui faciat) Sic scribendum esse, Dauisius uiderat; ex Erl. et Spir. edidit Gzius. In motu enim, non in uoluptate, caussa uarietatis est. Nec huc pertinet, quod § 75 ea uoluptas, quæ in motu sit, facere aliquam uarietatem dicitur. Nam hic nec in unam notionem coniungi potest *in motu uoluptatem*, ut *in motu* diuellatur a uerbo *esse* intelligaturque: ἡ ἐν κινήσει, et additur *uoluptatum*.

non dolendi uoluptatem; quam cur uoluptatem appelles, nescio.

IV. 11. An potest, [ille] inquit, quicquam esse suauius quam nihil dolere? Immo sit sane nihil melius, inquam, (nondum enim id quaero,) num propterea idem uoluptas est, quod, ut ita dicam, indolentia? (Plane [idem], inquit, et maxuma quidem, qua fieri nulla maior potest.) Quid dubitas igitur, inquam, summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit, id tenere unum, id tueri, id defendere? 12. Quid enim necesse st, tamquam meretricem in matronarum coetum, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere? Inuidio-

11. [ille] inquit) *inquit ille* MROr. (hic [*ille*]) *ille quicquam inquit* L enim) om. L id quaero) *quaero id* M propterea) *prope* PLCR *proprie* M [idem]) om. E sine uncis Or. inquam) *inquit* E ita) om. E 12. uirtutum conc.) *conc. u.* L inuidiosum) Ante hoc add. *Sed forte dicitis* LPMCR

Cap. IV, 11. [*ille*] *inquit*) Hoc ordine editiones ante Manutium et omnes Gzi codd. Ne ego quidem habeo, ubi Cicero sic uerbo *inquit* subiectum praeposuerit, praeter tris locos, quos Heindorfius ad I N. D. 17 citauit, de Orat. I, 149, II, 31, III, 90, propter id ipsum suspectos, quod omnes in uno opere sunt, cuius codices omnes recentes sunt. Itaque uocem ualde suspectam notaui.

indolentia) Utitur eadem uoce § 19 et in libris de officiis, usus postea Seneca st. Quod Sidonius Apollinaris in epist. ante carmen XIV Ciceronem *indoloriam* alicubi dixisse narrat (quamquam Sirmondus in antiquo cod. *indolentiam* inuenit), id etsi ab infimae aetatis scriptoribus dictum st (uid. Sauar. ad Sidon. Apoll. l. c.), adeo a Latina uocum deriuandarum lege abhorret, ut Ciceroni sub stilum subire non potuerit.

propterea) Sic etiam Spir., mgo Crat. Ceteri Gzi *proprie* (Gud. 2, Bas.) aut *probe* (etiam Oxx. Eξχψ) quod P. Marsus et Crat. ediderunt.

Plane [*idem*], *inquit*) *Idem* omittunt etiam Spir. et Bas. Superiores nullam scripturae discrepantiam adnotarunt. Recte una illa uoce adfirmari in respondendo potest, ut apud comicum utrumque dicitur *planissume*. Minus adcurate Cicero sic orationem continuauit ac si dixisset: *num indolentia idem st quod uoluptas?* Mox ante *constituto* excidit *ita* (ub *a te*) etiam in Spir. et Bas.

sum nomen est, infame, suspectum. Itaque hoc frequenter dici solet a uobis, non intellegere nos, quam dicat Epicurus uoluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum st, (est autem dictum non parum saepe,) etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Egone non intellego, quid sit ἡδονή Graece, Latine *uoluptas?* utram tandem linguam nescio? deinde qui fit, ut ego nesciam, sciant omnes, quicunque Epicurei esse uoluerint? Quod uostri quidem uel optume dis-

infame) *infane* E *infamiæ* LPM *et infamiæ* C suspectum) *subiectum* LPMCR hoc frequenter) *fr. h.* L quam) *quid* E dicat Ep.) *Ep. d.* L si quando) *quando* E sum in disp.) *in disp. sum* L qui fit) *qui sit* E *quid sit* R uoluerint) *uoluerunt* LPMCR uostri) *nostri* E

12. *Inuidiosum nomen st*) Stultum additamentum (neque enim ab Epicureorum parte hæc dicuntur) et in uoce *forte* (pro *fortasse*) soloecum omittunt etiam Pal. 1, Spir., cod. Uict., Eξ, ex editoribus primus Uictorius, nisi quod retinuit *sed* (*Sed inuidiosum*), quod sustulit Gruterus. Erant illa uerba in Pall. ceteris, Dauisianis (etsi eius C. C. C. est ξ,) Oxx. Uψχ, Gzianis reliquis tribus.

infame, suspectum) Sic Pal. 1, 3, Spir. (*insane*), mgo Crat., ξ, restituitque Gruterus. Quom *suspectum* transiisset in *subiectum* (χ), hinc factum st: *infamiæ subiectum*, (in ψ, Dauisianis, Gud. 2, Bas.,) in aliis præpositum *et* (in Pall. ceteris, si modo ad hoc Gruterus adtendit, et fortasse duobus Oxx. et Gud. 1,) quomodo ante Gruterum edebatur. *Suspectum* Bremio non placebat, quod minus esset quam *infame*; sed recte infamiæ nominis ipsius additur suspicio, quam de hominibus excitat.

uoluerint) Omnes scribunt *uoluerunt*, de codicibus tacent; nimirum etiam de Erl. Gzius tacuit, ne plus fidei de ceteris bonis silentio tribuas. Ad hanc quoque partem orationis pertinet uis sententiæ pendentis et tantum cogitatæ.

Quod uostri quidem) Pronomen *quod* quom Cicero rettulisset ad id, quod inuolutum erat in illis: *sciant, quicunque — uoluerint* (ut uoluntas sufficiat, nihil opus sit discere,) addidit epexegesin, explicatius idem subiungens, *nihil opus esse* &c., notissuma figura (ad Fam. XIII, 40: *si ulla mea apud te commendatio ualuit, quod scio multas plurumum ualuisse*; cfr. ad I, 67). Tamen hæserunt Dauisius et Ernestius; Bremius caussalem particulam putabat, respondérique superiori interrogationi, non sane apto responso;

putant, nihil opus esse, eum, qui futurus sit philosophus, scire literas. Itaque ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic uos de pagis omnibus conligitis bonos illos quidem uiros, sed

opus esse) *e. s.* E eum) om. C futurus s. philos.) *phil. fut. sit* LPMCROr. adduxerunt) *abd.* (LP)Or. om. R pagis) *plagis* E *pelagis* LM *pelasgis* (P)CR

Gzius autem, qui nihil non ecficit inauditis particularum significationibus, *quod* docet esse *quoad hoc* et *quidem* esse *sane.* Ne Matthiæus quidem recte hæc ab illo, quod dixi, epexegetico genere diiunxit, ut *quod* esset *in qua re*, quam significationem non habet. Tantum interdum, ut in Uerr. I, 119 (quem locum is citat) *quod* initio orationis ad totum referri uidetur, deinde explicatio subicitur paullo angustior. Deinde Ernestius, ironiam non animaduertens, malebat *uel optumi*, falsa sententia, quasi minus ab iis expectandum fuerit, quod ipsius scholæ auctoris dogma erat.

futurus sit philosophus) Sic etiam Spir., Gud. 2. De ceteris codd. nihil ab editoribus ad alterum ordinem adnotatum st.

adduxerunt) Sic "Pall. meliores," Ox. U (Dauisius et Gzius tacent) et debuit sic scribi; neque enim hoc præcipue significatur, remotum ab aratro Cincinnatum esse, sed arcessitum in urbem.

de pagis omnibus) Certa st hæc Turnebi emendatio, præcepta a correctore cod. El. prioris, proxumeque adcedens ad optumorum codicum scripturam *de plagis* (Pal. 1 et duorum præterea, Spir., Morel., mginis Crat., Gud. 1, Eξ). (*Plaga* de tractu et regione, ne quis id conetur defendere, si mirum Liui locum exceperis in libro IX, 41, poëtarum st et eorum, qui Plini Maioris ætate et exemplo poëtica sectantur; mirum illum locum dico, quod uox illa in partibus populi et exercitus conmemorandis de incolis definitæ cuiusdam et descriptæ Umbriæ partis ponitur, quo significatu nusquam omnino alibi dicitur. Hoc loco præterea neque præpositio *de* neque sententia illas *plagas* recipit.) Ex *plagis* factum *pelagis* est (in tribus Pall., Par. 3, Mead., Ball., Gud. 2, Bas.), tum *Pelasgis* (in C. C. C. Dauisi, etsi Oxx. diserte scribunt ; habere *plagis*, edd. antiquis, etiam Uen. 1480, exceptaque P. Marsi, omnibus, quas noui, ante Lallemandianam). Interpretari P. Uictorius conatus est ex eo, quod Stephanus Byzantinus p. 721 in uoce Χίος eumque secutus Eustathius ad Dionys. Perieg. 535 narrant, antiquitus Græcos in Italia (τοὺς Ἰταλιώτας) Pelasgis pro seruis, quemadmodum Spartanos Helotibus, usos esse. Et res

certe non pereruditos. 18. Ergo illi intellegunt, quid Epicurus dicat, ego non intellego? Ut scias me intellegere, primum idem [esse] dico *uoluptatem*, quod ille ἡδονήν. Et quidem saepe quaerimus uerbum Latinum par Graeco et quod idem ualeat; hic nihil fuit, quod quaereremus. Nullum inueniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Graece, quam declarat *uoluptas*.

certe) om. *L* 18. quid) *quod* E [esse]) sine uncis Or. dico uoluptatem) *uol. dico* MC Et quidem) *Equidem* E potest) *uerbum potest* E quod Graece) *quam Graece* E *quod Graece ἡδονή* Or.

tota Ciceroni sine dubio ignota erat ac fortasse multo post ficta st, et certe ab Epicureorum tempore et ab hac conparatione non minus remota quam a Ciceronis lectorum notitia; nec dici potest *conligere de Pelasgis.* Ceterum apud Stephanum uerissumum esse Pelasgorum nomen nec cum Rathio et Goerenzio (qui etiam de Eustathi fide in rebus ad Italiam spectantibus quaesisse uideri uolt,) subiciendos πελαστάς, inspicienti facile patebit.

18. *idem* [*esse*] *dico uoluptatem*) Si retinetur *esse*, haec est sententia: "Uoluptatem dico esse idem (id est, eandem rem) quod ille ἡδονήν esse dicit," quod totum peruersum st; nam siue *uoluptatem* et ἡδονήν subiecti loco habemus, non dicebat Epicurus neque Cicero, uoluptatem esse aliam aliquam rem, siue *idem* subiectum putatur, non quaeritur, quae res sit uoluptas (hoc est Latine, uoluptatem efficiat). Omnino non de re (*esse*), sed de nomine agitur, disputaturusque Cicero de ui ac notione rei primum dicit, pro Graece Epicuri nomine se Latinum substituere, quod idem significet: "Quam rem ille ἡδονήν appellat, eandem ego uoluptatem." Aut igitur delendum st *esse* aut potius scribendum: *idem e g o dico,* ut huic pronomini contrarium sit alterum *ille*. Conpendia similia sunt. *Dico uoluptatem* omnes Gai excepto Gud. 1 et sic fere edd. ante Manutium (P. Mars., Crat., Uict.); ab illo inde tacite editum *uol. dico.*

idem declarat Latine quod Graece) Aperta sententia st, nullum esse Latinum nomen, quod Graecum sibi respondens magis exprimat, quam uoluptas exprimat (id, quod ei respondeat); igitur in hoc nomine summam esse aequalitatem et maiorem fere quam alibi. Sed confusa notione nominis, quod duplex est, Graecum et Latinum, et rei, quae una st, neglegentius et breuius sic dixit, tamquam unum esset eiusdem rei nomen Graecum et Latinum, retinuitque idem subiectum in utraque parte sententiae (*idem decla-*

Huic uerbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiciunt, laetitiam in animo, conmotionem iucunditatis suauem in corpore. Nam et ille apud Trabeam *uoluptatem animi nimiam* laetitiam dicit, eandem,

qui ubique s., q. L. sciunt) *qui L. sc. q. ub. sunt* E lætitiam) om. C conmotionem) *ratiocinationem* PR iuc. suauem) *su. iuc.* MPCROr. om. *iucunditatis* L nimiam lætitiam) *læt. nim.* LPMCR

rat Latine quod Græce), quom alterum substitui deberet (*quod Græce Græcum*). Hanc sententiam quom Dauisius non perspexisset, post *Græce* e cod. Ursini (scimus, qualis sit) et quod in El. 1, omnium pessume, spatium uacuum esset, addidit ἡδονή, pessum dato toto loco. Sic enim hoc tantum dicitur, *uoluptatem* melius, quam alia *huius rei* nomina, exprimere Græcum ἡδονήν; non posse *in hoc nomine* meliorem reperiri interpretationem. Itaque poterat, quamuis nihil esset melius, tamen ipsum parum Græco respondere et summa esse caussa melioris interpretationis requirendæ. Et tamen non solum omnes uocem illam tenuerunt, sed Gzius in Erl. et Spir. narrat esse *hedone.* De Erl. fallitur; pæne dixi, mentitur, in tam diserta adfirmatione, in tali re; nam qui mihi codicem contulerunt, uocem, quæ erat in exemplo edito, deleuerunt. Non minus, mihi credo, errauit de Spir. Mox *iucunditatis suauem* etiam Spir. et Gud. 2. Ceteri editores tacent alterum ordinem tenentes.

Nam et ille apud Trabeam) De *et*, cui respondere debebat alterum *et* in ea sententia, qua de corpore explicaretur, dictum st in exc. ad I, 23. Trabeæ comici uersus fere integer prodit e Tusc. IV, 35: *ut ille*, *qui uoluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur;* initium tale fuisse: *ego uoluptatem animi nimiam*, adparet ex ep. ad Fam. II, 9. Recentiores editores hæc sic litterarum formis distinguunt, quasi *lætitiam* Trabeæ uerbum sit, quem Cicero interpretatur, quom uoluptatem animi nimiam dicat, uoluptatem intellegere. Adnotanda breuitas in *dicendi* uerbo, qua ipsa dicendi et significandi intelligendique potestas conflatur. *Lætitiam nimiam* transponebatur ante Uictorium; is e codice emendauit secutique ceteri sunt, de codd. tacentes; adparet ex Erl. in melioribus rectum fuisse. Cæcili quoque Stati uersum Cicero in eadem epistula significat: *Repente uero incessi omnibus lætitiis:* ubi etiamsi *incessi* quoque a poëta sumptum patetur, nihil tamen est, cur credamus aut perfectum, quod Cicero ad suam rem adcommodate posuit, apud poëtam fuisse

quam ille Caecilianus, qui *omnibus laetitiis laetum* esse se narrat. Sed hoc interest, quod uoluptas dicitur etiam in animo, (uitiosa res, ut Stoici putant, qui eam sic definiunt, sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui,) non dicitur laetitia nec gaudium in corpore. 14. In eo autem uoluptas omnium Latine loquentium more ponitur, quom percipitur ea, quae sensum aliquem moueat, iucunditas. Hanc quoque iucunditatem,

quod) *quo* L sic) om. E nec) *neque* R 14 moueat) *permoueat* L

aut id uerbum hic quoque a Cicerone positum esse. Dico propter Gzium.

qui eam sic definiunt, sublationem) Uidetur *sic* abundare, quom ipse accusatiuos subiciatur. Nec tamen unius Erl. auctoritate, in quo tam multa errore omissa sunt, delere ausus sum, quoniam defenditur similitudine eiusdem particulæ *statuendi* uerbo præpositæ, quom sequatur infinitiuos, pro Cluent. 47: *sic statuit, per C. Fabricium — insidias Habito conparare*, et pronominis *hoc* eodem modo abundantis in Uerr. II, 9: *hoc statuerunt, aut istius iniurias persequi aut — sedis suas relinquere.* Utrumque exemplum sumpsi a Wesenbergio, Obseruatt. crit. in orat. pro Sestio (Uiburgi 1837) p. 58. Definitio Zenonis extat apud Diog. Laërt. VII, 114: *ἡδονὴ δὲ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν*, quam Cicero Tusc. IV, 13 uertit: *sine ratione animi elationem*, ubi Danisius alios locos, in quibus idem dicitur, conlegit.

nec gaudium) Quom admonuisset, uoluptatem dici communiter, lætitiam tantum de animo, adiunxit, quod uicinum erat, gaudi eandem esse rationem; gaudium autem dixit philosophorum more de placido et constanti animi bono fruentis motu; uid. Tusc. l. c.

In eo autem) Nescio, num editores intellexerint; tacent enim; interpretes Germani non intellexerunt, qui coniungunt: *ponitur in eo, quom*, ut hæc cum superioribus prorsus non cohæreant et, quasi nihil ante dictum sit, nunc demum uniuerse definiatur, quid sit uoluptas. Sed Cicero, quom ad priorem partem generalis definitionis (*lætitiam in animo*) explicandam de animo dixisset et in ea conmemoratione corpus nominasset (*in corpore*) adiungit: *in eo autem*, id est, *de corpore ponitur uoluptas, quom* &c. Itaque hic explicatur *conmotio* illa *suauis iucunditatis in corpore.* Sed lætitia in solo animo dicebatur; iucunditas in utroque (*Hanc quoque* &c.). Ad etymologiam commendandam Gzius apte conparat *facundus, foecundus* (*iracundus.*)

si uis, transfer in animum; *iuuare* enim in utroque dicitur ex eoque *iucundum*; modo intellegas, inter illum, qui dicat:

Tanta laetitia auctu' sum, ut nihil constet,

et eum, qui:

Nunc demum mihi animus ardet,

quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium:

Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum st,

qui nec laetetur nec angâtur; itemque inter eum, qui potiatur corporis expetitis uoluptatibus, et eum, qui excrucietur summis doloribus, esse eum, qui utroque careat.

in animum) *in animo* PMCR eoque) *eo quo* L iucundum) *interdum* E auctu') Codd. *auctus* ut) *et* E nihil constet) *nihil constetur* E *mihi non constem* LMC et) om. E nuper) om. LPR lætetur — angatur) *lætentur — angantur* C corporis exp.) *exp. corp.* COr. excrucietur) *crucietur* LPMCR

ut nihil constet) Uerba sunt incerti comici, in quibus *constet* est *stabile firmumque sit;* omnia animo et sensibus confundi et perturbari significatur, ut homo, ubi sit, quid agat, nesciat. Similiter Cicero Tusc. IV, 35, fortasse hunc ipsum uersum in animo habens, etsi certum id mihi non uidetur, scripsit: *tum ecfertur alacritate, ut nihil ei constet, quod agat.* Nec tamen ideo hic requiri uidetur *mihi*, ut eodem modo expleta a poëta sententia credatur. Est autem hæc scriptura et bonorum codicum et, paucissumis exceptis, deteriorum (marg. Crat., El. utriusque, Par. 3 Dauisi, Oxx. omnium, Gzi item, nisi quod Erl. leuiter aberrat; Gruterus tacet); edidit sic Uictorius, reuocauitque, commendante Bentleio, Gzius. Quod edebatur: *ut mihi non constem*, Dauisius dicit esse in Par. 1 et 2, Ball. (Oxx. negant.) Nobbius sic hæc disposuit: *tanta lætitia auctu' sum, Ut nihil constet.* Sed potest initium esse uersus trochaici, *nihil* in unam syllabam contracto.

Nunc demum — ardet) Cæcili Stati uerba sunt ex patris seueri persona, quæ pleniora ponuntur pro Cael. 37: *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.* Numeros explere conatus est Beierus ad Off. I p. 178.

Quamquam hæc) Chremetis Terentiani sunt uerba, ipso initio Heautontimorumenu, ubi Menedemum increpat. *Nuper* excidit etiam in Gud. 1, Oxx. ψχ.

excrucietur) Conpositum uerbum pro simplici Gzius e quat-

V. 15. Satisne igitur uideor uim uerborum tenere an sum etiam nunc uel Graece loqui uel Latine docendus? Et tamen uide, ne, si ego non intellegam, quid Epicurus loquatur, quom Graece, ut uideor, luculente sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intellegatur. Quod duobus modis sine reprehensione fit, si aut de industria facias, ut Heraclitus, *cognomento qu*

15. uim) *uiam* E cognomento qui) *cognomento* L

tuor suis codd. sumpsit; superiores non adnotarant. Sed idem paullo ante in Erl. et Gud. 2 ait esse *item* pro *itemque*, quod mihi ex Erl. notatum non est.

Cap. V, 15. *qui ita loquatur*) Dauisius, ut tolleretur insuaui concursus membrorum similiter cadentium (*loquatur* — *intellegatur*) scribi uolebat *loquitur*, idque Gzius se in "tribus potioribus suis" repperisse scribit et probat; recepit Otto. Redarguit testimonium Erlangensis; ipse autem Gzius ad IV, 67 in "tribus optumis" non hic, sed paullo ante (*non intellegam, quid Epicurus loquatur*) *loquitur* legi narrat, non minus falso. (Ipse foedum soloecismum, quem finxerat, probabat et adripuit ac pro testimonio posuit Ramshornius p. 713, dignum relicuo mendorum aceruo.) Recte Bremius negauit indicatiuo illi, quem Dauisius probabat, locum esse; neque enim circumlocutio hæc est, absolutam notionem continens, ut quom dicitur: *qui audiunt*, sed necessaria pars sententiæ pendentis, in qua a certo subiecto (Epicuro) transitur ad generis notionem (*eius hominis, qui, ut hinc ecficitur, sic loquatur*) et caussali etiam nexu inplicata. Neque enim raro in huiusmodi notatione subiecti simul significatur caussa iudici, quod de eo fit et ob eam rem coniunctiuos ponitur, uelut I N. D. 55: *Quanti autem hæc philosophia æstumanda st, cui, tamquam aniculis et iis quidem indoctis, fato fieri uideantur omnia?* (Dau. *uidentur* malebat;) ibd. 116: *An quicquam eximium potest esse in ea natura, quæ nihil nec actura sit umquam neque agat neque egerit?* Insolenter Cicero eam significationem omisit paullo post 117: *Quid est autem, quod deos ueneremur propter admirationem eius naturæ, in qua egregium nihil uidemus?* Expectabam *uideamus*.

si aut) Offendit Lbinus, diligentissumus orationis ad regulam compositæ exactor, quod non ex eodem *si* aptum sequitur *aut*, sed *aut quom;* ergo transposuit, ut esset *aut si.* Cicero interdum in talia incidit; uid. ad I, 33 (Orat. 149.)

cognomento qui) Uerba esse ueteris poëtæ (Lucili, ut uidetur)

σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memorauit, aut quom rerum obscuritas, non uerborum, facit, ut non intellegatur oratio; qualis est in Timaeo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non uolt, si possit, plane et aperte loqui, nec de re obscura, ut physici, aut artificiosa, ut mathematici, sed de inlustri et facili et iam in uolgus peruagata loquitur. Quamquam

σκοτεινός) *scotinus* Codd. (*scontinus* P) nec non) *nec* L aperte) *apte* C aut) *nec de* L et iam) *etiam* omnes. peruagata) *peruulgata* LPMCR loquitur *loquatur* E

intellexerunt Muretus ad Aristot. Eth. II, 3 et F. U. Reitzius. Adparet ita esse, præterquam quod in uerbis *quia memorauit* uersus hexameter ipse auribus occurrit, *quia* in unam syllabam contracto, ex uoce *cognomenti*, quæ comicorum st et eorum scriptorum, qui antiqua aut obsolescentia retinuerunt aut obsoleta reuocarunt, Sallusti, Messallæ, Taciti (cfr. de *obsidi* nomine in exc. ad I, 44), tum ex uerbo *memorandi* absolute cum præpositione *de* posito; (ipsum *memorare* rarissumum st apud Ciceronem, qui *commemorare* dicit; uid. Zumptius ad Uerr. I, 122;) postremo ex positu uerborum *cognomento qui*. Etiam *perhibetur* fere poëticum st; uid. Opusc. nostra Acad. p. 200 (ubi *ter*, non *bis* dicere debebam; nam etiam de R. P. II, 4 Cicero orationem uarians scripsit: *dicetur — perhibetur — fertur*; saltem *doctum perhibere*, ut esset *appellare*, numquam Cicero dixit). In priore uersu *qui* a Cicerone positum uidetur orationis uinciendæ caussa, quom alia uox in uersu esset. *Σκοτεινός* a Latino poëta positum in memoriam reuocat Cassi Heminæ locum apud Nonium p. 515 uoc. *perplexim*: *Prudens perplexim scottino scribit*. In *scottino* latet *σκοτεινῶς*, a grammatico interpretandi et uertendi caussa additum. De Heraclito Cicero sine dubio famam sequitur, non ipse iudicat.

et iam) Recte Gzius separauit, quod erat *etiam*; inepta enim hic erat uehemens illa per asyndeton adiectio. Qui calumniari solet, quæret, quid ad Epicurum pertinuerit, quod *iam*, id est, post Epicurum illa peruagata in uolgus essent. *Peruagata* etiam mgo Crat., Spir., El. 2, restituitque Dauisius. Solebat uox, ubi de rebus notitia late manantibus ponitur, partim a librariis, partim a primis editoribus cum altera permutari, hic quidem eo ineptius, quod additur *in uolgus*; cfr. III, 5, in Uerr. II, 85, pro Mil. 33. *Peruolgantur* res usu et possessione, quom multorum fiunt et uolgares. Itaque probo eos, qui inuersa ratione de inuent. II, 113 scri-

non negatis nos intellegere, quid sit uoluptas, sed quid ille dicat; e quo ecficitur, non ut nos non intellegamus,

nos) *non* E e) *ex* COr. nos non) *non* LPR om. utramque uoc. MC

bunt: *ne is honos nimium peruolgetur*, ubi editur *peruagetur* (cfr. § 114, ad Herenn. IV, 11; Liu. 1, 10). E *peruolgata* natum in Gud. 2 *permulgata*, in Uict. cod. *promulgata*; qui error mihi uersatus esse uidetur in eo codice, e quo Zumptius et postea Klotzius in Uerr. II, 104 ediderunt: *in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso promulgata.* Nam *promulgare* nisi de lege et rogatione proponenda numquam aut Cicero aut alii in prosa oratione ponunt ante Plinium; nam pro Murena 30 *proeliis promulgatis* poëtæ sunt uerba; (significatur *edictis*, quasi signo proposito). *Peruagari* autem res *ab aliquo* sane non dicitur; itaque in illo codice latet, quod coniectura iam repertum erat, *peruolgata*, ut pro Sulla 42 tabulæ dicuntur *diuidi, peruolgari, edi pop. Romano.*

e quo ecficitur) Præter C aliæ quædam ueteres editiones (Uen. 1480, Crat., Uict.) *ex*, ut solet Cicero ante litteram *q* (Beier ad Læl. 78); sed in talibus optumos codd. sequor. Tum *ecficiatur* "tres illi optumi" Gzi, si ei creditur. De Erl. saltem errauit. Sed uereor, ne de *loquatur* dicere debuerit (ut errant etiam Eξ.)

non ut nos non) Sic meliores (Pal. 1 et "trini illi" Gzi); in uolgaribus partim excidit *nos*, cui *ille* contrarium st, ut in Pall. tribus, Mead., Eξ, Bas., partim *nos non* (in Pall. duobus, Uγψ, Gud. 1), quom librarii orationis structuram non expedirent. Sed uidetur aliquid esse, quod Dauisius et Bremius e Par. 1 et 2 ediderunt: *non ut ne intellegamus*, saltem si addatur *nos* (*ut nos ne*). Sed utroque modo dici potuisse, ut nulla sit caussa, cur incertissumam auctoritatem optumæ præferamus, ipse ostendit, quem illi citant, locus ex § 24: *ex quo ecficitur, non ut uoluptas n e sit uoluptas, sed ut uoluptas n o n sit summum bonum.* Totam quæstionem de *ut non* et *ut ne* erudite conplexus est Wesenbergius in Adnotationum in Cic. Tusc. specimine primo (Uiburgi 1830) p. 23 sqq., qui primum recte docet, *ut ne* poni in sententiis iis, quæ finales dicuntur, et in iis, quæ obiectiuæ, (h. e., quæ a uerbo agendi significationem adfirmatiuam habenti pendeant; nam negatiua, ut *caueo*, non recipere *ut ne* pro *ne*), *ut non* in ecfectiuis, hoc est, in quibus adiungitur et adnectitur ecfectus significatio. Deinde eos locos, qui repugnare uidentur, ad tria genera reuocat, primum, quom *ut non* uideatur poni in sententiis concessiuis, quem particulæ *ut* usum ostendit non a finis, sed a modi significatione ortum

quae uis sit istius uerbi, sed ut ille suo more loquatur, nostrum neglegat. 16. Si enim idem dicit, quod Hiero-

16. dicit) *dicat* LPMCR

esse, (sic enim dicere malo, quam illam modi significationem uere ipsam adesse, cfr. ad II, 71), alterum, quom *ut non* ponatur post uerba quædam agendi, ut post *facio* maxumeque post inpersonalia (*fit*, *restat*, *sequitur*, *ecficitur* cett.), tertium, quom *ut ne* sic ponatur post particulas modum significantis (*sic*, *ita*), ut insit significatio quædam curæ et prouidendi atque cauendi (*ita rem agere, ut ne*, id est, cum ea cautione, ne cett.).In altero tamen genere, ad quod hic, de quo agimus, locus pertinet, non recte secutus esse uidetur inanem, ut opinor, Grotefendi distinctionem, sic poni *ut non*, ut tantum *ratio* (Grund), non *caussa ecficiens* (Ursache) significetur. Nam hoc discrimen neque in particulis inest neque ad exempla adcommodatum st. Neque enim huius libri § 24, quo exemplo utitur, ullum tale st discrimen, sed, cuius rei caussa illa et ratio sit, cuius non sit, quæritur, et ut illo loco *ut ne* ponitur in eo, quod negatur ecfici (*non ut ne —, sed*), sic hoc loco in eodem ponitur *ut non* (*non ut non —, sed*). Res potius sic intellegenda st. Ea uerba, quæ uoluntatem et studium ecficiendi significant, ut pæne finalis notio insit, uelut *oro*, *peto*, *præcipio*, *curo*, cett., propterea semper habent aut *ne* aut *ut ne*; ea contra uerba, in quibus generalis inest significatio rei ecfectæ et consequentis, propter laxiorem hanc coniunctionem notionum, quod magis inclinant in sententiarum ecfectiuarum naturam, fere *ut non* habent, raro, nec tamen numquam, *ut ne*, adcedente leui significatione studi et uoluntatis; (*non ecficitur*, *ut ne*, hoc est, *non ecficitur, quod uoltis, ut ne*).

16. *Si enim idem dicit*) *Dicat* etiam in aliorum deterioribus libris fuisse, ostendunt Oxx. EUξ. Apud Marsum quoque (non apud Crat.) soloecus coniunctiuos legitur. Paullo post fuerunt, qui scribi mallent: *qui*, *quid dicat*, *intellegitur*, ut hoc contrarium esset illi, quod de Epicuro dictum erat: *ita loquitur, ut non intellegatur*. Uerum et parum commoda sententiæ forma st, (ut enim adpareret, Hieronymi perspicuitatem loquendi, non lectorum acumen laudari, sic potius scribendum erat: *ita dicit*, *ut intellegatur*,) nec necessaria aut apta mutatio; refertur enim hoc ad id, quod superius (§ 6) dictum erat, ipsum Epicurum nescire, quæ uis subiecta esset ei uoci, qua uteretur. Itaque laudatur Hieronymi prudens delectus uocabuli ad rem intellectam adcommodati.

nymus, qui censet, summum bonum esse sine ulla molestia uiuere, cur mauolt dicere uoluptatem quam uacuitatem doloris, ut ille facit, qui, quid dicat, intellegit? sin autem uoluptatem putat adiungendam eam, quae sit in motu (sic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate), quid tendit? quom efficere non possit, ut cuiquam, qui ipse sibi notus sit, hoc est, qui suam naturam sensumque perspexerit, uacuitas doloris et uoluptas idem esse uideatur. Hoc est uim adferre, Torquate, sensibus, extorquere ex animis cognitiones uerborum, quibus imbuti sumus. Quis est enim,

ulla) *aliqua* L putat) *putat dicat* LPMCR eam) *illam* LPCR sit) *fit* LR sit in motu) *in m. fit* MC sibi notus) *notus sibi* LPMCROr. perspexerit) *prosp.* E uim) *enim uim* L cognitiones) *cogitationes* PC est enim) *enim est* PMCR

putat adiungendam) Sic etiam Spir., et sic legendum esse, iam Lbinus et Danisius uiderant. Mire Gruterus etiam e Pal. 1 profert, quod est in malis codicibus (Pall., Dau., Gzianis, Oxx. χψ) *putat, dicat*, repetito uerbo e superioribus. In Eξ praua coniectura omissum st *putat*. Deinde *eam*, ut Uictorius et postea ceteri præter Dauisium, etiam Pal. 1, Spir. Ceteri *illam* (Pall. quinque, apud Dau. El. 1, Mead., Ball. (ψ,) Ox. χ, Gud. 1, 2, Bas.) In loco planissumo turbatum st a Rathio. Hoc Cicero dicit: Sin Epicurus, ut expleatur finis bonorum, ad doloris uacuitatem adiungendam putat eam uoluptatem, quæ sit in motu, cur hæc diuersa conflare in unum et alteri illi etiam principatum tribuere conatur? *Tendit* paullo breuius dixit de conatu rem contra repugnantis obtinendi, ut fere idem sit ac *contendit*, quemadmodum Lbinus scripsit. Liuius *tendere* sic ponere solet, apud Ciceronem nihil plane simile legi. (Gzius ascribit *κατά τί τείνει*, fingens, ut solet, inaudita Græcis, ut Latina explicet, si aliæ nugæ paratæ non sunt.) Alterum *in motu*, quod particulæ *sic* ex abundanti superadditur, ut respondeat sequenti *in stabilitate*, Dauisius tolli uolebat, eodem iure, quo paullo post § 20 Ernestius uerba *ex duabus*, quæ propter *unam* addita sunt, tolli iubebat, quod præcederet *ex his*, id est, nullo. Tum *notus sibi* omnes tacite.

cognitiones uerborum) *Cogitationes*, frequenti permutatione, "quattuor priores" Pall. (miror de 1) Oxx. Uχ; Dau. et Gzius silent. Satis insolenter *cognitiones* dicuntur, quæ *notiones* uidentur potius appellandæ fuisse, quemadmodum Ursinus, ut solet, in suo

qui non uideat, haec esse in natura rerum tria? unum, quom in noluptate sumus, alterum, quom in dolore, tertium hoc, in quo nunc equidem sum, credo item uos,

quom in) *quom* E hoc) add. *quidem* C equidem sum) *sumus* EC *quidem sumus* LPMROr. item) *idem* EOr. *quidem* ceteri.

se codice repperisse scribit. Nam cognitio uerbi aliter dici uidetur de cognoscendo uerbo, ut *cognitiones rerum* III, 17 *καταλήψεις* sunt. Sed ipsa uerba ignota fieri uidebantur, quom sic alio detorquerentur. Et alio quoque modo cognitiones pro notionibus Cicero dixit de N. D. 1, 36: *cognitiones deorum* et ibd. 44: *insitas eorum* (deorum) *uel potius innatas cognitiones habemus.* Mox *est enim* Gzius e "tribus optumis;" ante erat *enim st.*

equidem sum, credo item uos) *ἐν ᾧ ἐγώ εἰμι, οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς* (*οἶμαι δὲ καὶ Πρόδικον*, Plat. Protag. p. 314 B; uid. Heindorfius p. 479;) Cic. Læl. 7: *ex me quærunt, credo ex hoc item Scæuola;* huius operis libr. V, 76, ubi scripsit: *quod item fratri puto*, poterat scribere: *credo item fratri.* Latebat hæc scriptura non obscure in optumis et fere omnibus codicibus: *quidem* (hoc in Erl. casu excidit) *sumus, credo idem uos*, (*idem* ergo Crat., cod. Mor., Pall., si Gruterus recte scripsit, omnes; *credo quidem*, quod ante Gruterum edebatur, Dau. adnotat ex Mead. et Ball., uideturque fuisse in Oxx. Gzius oblitus est de suis codd. dicere. Deinde *nos* est in EUξχ; ex ceteris non adnotatur.) Quid enim apertius quam Ciceronem, quem prius de se adfirmarit, adiungere, se idem de Torquato et Triario credere? Itaque contraria sunt *equidem* et *uos*, (habent *equidem* Eξ felici emendatione;) nec *sumus* dicere Cicero potuit, quo communiter de se et alteris posito, perinepte additur cum dubitatione (*credo*) id ipsum, quod iam adfirmatum st; (itaque Dauisius legebat: *credo enim nos*, ut caussa adfirmandi significaretur). Nam quod Gzius *sumus* ad solum Ciceronem referri narrat, ne hoc quidem intellexit, ubi contrarii ego et alii simus, non posse me dicere: *sumus* (de me ipso) — *uos. Item* Ernestio debetur, qui sensit, *idem* (id est, ego idem, qui aliud præterea dixi,) sic dici tamquam aliud prolatum esset Ciceronis iudicium, quocum hoc conpararetur. Deinde *credo idem* integram postulat sententiam; itaque ante Schuetzium, qui recte uerba distinxit, *idem* reliquit, sic hæc continuabant: *credo idem uos nec in dolore nec in uoluptate esse*, seiuncta descriptione generis ab eo, cui necessario adiungenda st, *tertium hoc.* Sed illud *esse*, sine quo hæc ne speciem quidem rectæ orationis habent, mira neglegentia editores non animaduerterunt, in nullo omnino esse codice, quod

nec in dolore nec in uoluptate; ut in uoluptate sit, qu epuletur, in dolore, qui torqueatur. Tu autem inte haec tantam multitudinem hominum [interiectam] no uides nec laetantium nec dolentium? 17. Non prorsus inquit, omnisque, qui sine dolore sint, in uoluptate, e

nec in uoluptate) add. *esse* Or. sit — epuletur — torqueatur) *sint* — *ep lentur* — *torqueantur* R (*torquentur* P) [interiectam]) om. E sine uncis O 17. omnisque) *omnemque* R sint) *sit* LPMCR

satis ostendit eorum, qui conmemorantur, consensus (Pall. omnium et meorum et cod. Uict. et, quos alia de caussa Dauisius nominat Ball. et Mead., quamquam de Oxoniensibus tacetur). Gzius quomodo "iustæ dubitationi locum exemerit," lepidum st uidere, inducta parenthesi a uerbis *in quo* usque ad *esse*, ut miserum illud *hoc*, abiuncto relatiuo, iam nihil habeat, ad quod referatur.

ut in uoluptate sit) Uberius res exemplis declaratur (*ita u &c.*), sed duobus tantum primis generibus positis (*in uoluptate in dolore*,) quom sequi tertium deberet (*nec in uoluptate autem nec in dolore, qui &c*), quod difficile erat relatiuam sententiam apte specialibus exemplis explere, quoniam in eam omnia cadebant quæ duobus primis generibus non continebantur, orationis progressum abrupit aliterque absoluit: *Tu autem &c.*, prorsus eodem modo, quo in libro I, 45 et 46. Hoc quom non intellegerent ueteres quidam editores, pro *ut* scripserunt *quom* (P. Mars., Crat. Uict., ceteri ante Gruterum,) ut hæc contraria ponerentur proximo superiori (*quom contra*), non recte, quoniam illa definitio et superioribusque adiungitur, hæc exempla. Inutili correctione E et ueteres quædam editiones (Mars., Crat., Uict.) pluralia uerba habent, ut R.

[*interiectam*] *non uides*) Participium omittit etiam Spir., it Gud 2 transponitur: *interiectam hominum*. Potest abesse, etsi paullo breuius dicitur (*quæ inter hæc est*); sed librariorum addi tamenti non admodum simile st; itaque dubitans, an horum codicum mendum, non familiæ testimonium esset, notaui, non expuli.

17. *Non prorsus, inquit*) Tuscul. IV, 8 est: *Prorsus non arbitror.* Gzius sic differre tradit, ut hoc sit *gar nicht*, illud *nicht gar*, quod sane qu'uis dicat nullo præcipiente; quis enim nescit *omnino non* et *non omnino?* sed hoc ipsum *nicht gar* uehementer ab hoc loco abhorret; non enim Torquatus se ex aliqua tantum

ea quidem summa, esse dico. Ergo in eadem uoluptate eum, qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, et eum, qui illud sitiens bibat?

VI. Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, si uidetur, quod quidem ego a principio ita me malle dixe-

quidem) *quam* E esse) om. M ergo) *enim* C inquit) om. C

parte, non omnino, uidere dicit, sed prorsus negat. Sed eodem modo Cicero III de N. D. 21 dixit: *Nullo modo prorsus adsentior,* id est, *prorsus nullo modo.* Itaque talis erat huius particulæ natura, ut ne præposita quidem negatio ad eam pertineret, sed ad uerbum, augereturque particulæ ui; idque significauit Ernestius sic interpungens: *Non, prorsus,* incommode, sed longe Gzio, a quo reprehenditur, prudentior. Nec ullo, opinor, loco eo modo positum reperitur *non prorsus,* quo *non omnino.* Mox de copulatiua particula (*omnisque*) ibi posita, ubi nos aduersatiuam expectabamus, pleni sunt commentarii his uiginti annis scripti. Scilicet eadem sententia continuatur primum negando, deinde adfirmando. Uetus accusatiui forma ignorata in deterioribus codd. (etiam χ, Gud. 2, Bas.) genuit *sit.* Deinde, quom praue distinctum esset: *esse. Dico ergo,* ortus error unus et alter conmemoratione indignus. De omisso *inquam* uid. ad § 9.

Cap. VI. *Finem, inquit, interrogandi*) Ad orationis formam cfr. N. D. III, 94: *Cotta finem;* uid. ad I, 9; sed inperatiui omissionem ne nostræ quidem linguæ respuunt, animo in una notione obiecti hærente. Græca exempla in uetando (μή, μή μοι) conlegerunt Brunckius ad Sophoclis Antig. u. 577, L. Bosius p. 636 Schæf.

quod quidem — ita me malle) Est aliqua non magna abundantia orationis, id, quod in relatiuo generaliter inest, distinctius per expexegesin exprimentis addito *ita.* Prorsus eodem modo II de Diuin. 21 (*quod certe uobis ita dicendum est,*) ubi Dauisius offendit, et I de N. D. 84: *Istud quidem ita uobis dicere necesse est;* item ad Attic. XVI, 9: *quod quidem ita credo.* Alia quædam exempla habet Handius in Tursell. III p. 485, qui miro errore p. 492 in hoc et alio simili loco, quem non reperio (ad Att. IX, 14 non est) *ita* uolt esse *tantopere,* opinor, etiam nouo modo, (quoniam hæc diiungit ab aliis, quæ posuerat p. 471 et 487,) ut absolute intellegatur pæne pro *ualde* (was ich sagte, dass ich so sehr wünsche). Quinctiliani locus pertinebat ad p. 496, monueratque iam Spaldingius, Plauti ad p. 488 (cfr. n. 44).

ram, hoc ipsum prouidens, dialecticas captiones. Rhetorice igitur, inquam, nos mauis quam dialectice disputare? Quasi uero, inquit, perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. Zenonis est, inquam, hoc Stoici; omnem uim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partis, rhetoricam palmae, dialecticam pugni similem esse, dicebat, quod la-

prouidens) *prouideas* P *prouideras* L Aristoteles) *Aristotelem* L partis] add. *dicere* LPMCR pugni) *pugnis* LPMCR

Rhetorum solum non etiam philosophorum) Omittit *solum* cod. nullius preti, Gud. 1; ut dici possit *non* — *sed etiam*, tamen ad hanc formam nihil id pertinet. Ceterum ad id, quod hic obicitur, non satis respondet Cicero, sed, quicquid continua oratione dicatur, rhetorice dici statuit.

Zenonis est hoc Stoici; omnem — dicebat) In edd. (etsi in antiquioribus non facile intellegas, utrum uelint) fere post *partis* plenius inciditur, ut prior sententia infinita pendeat a uerbis *est hoc*, in quo et male diuellitur oratio (nam Zenonis propria non tam hæc diuisio erat quam conparatio illa) et, quod sensit Walkerus (ad Cic. N. D. III, c. 9), hæc omnia: *ut* — *Aristoteles* alieno loco posita sunt; nam post *Stoici* poni debebant, frustra obloquente Gzio. Propter prauam distinctionem in deterioribus codd. (Pall. quinque, sine dubio Dauisianis, etsi tacet, Oxx. Eξψχ, Gud. utroque) et edd. ante Gruterum, excepta Manutiana, additur *dicere* post *partis* (*Zenonis est hoc — dicere*). Gzius audiri putat! Poterat etiam in illa distinctione offendere nominatiuos *Aristoteles* non plane adcommodatus grammatice ad structuram; sed hunc defenderent similia exempla, ut Acad. II, 124: *ut Xenocrates* (Lbinus *Xenocrati*,) de Diuinat. I, 72, Tusc. V, 49. De re uidendus Sext. Emp. adu. Mathem. II § 7: *Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ἐρωτηθείς, ὅτῳ διαφέρει διαλεκτικὴ ῥητορικῆς, συστρέψας τὴν χεῖρα καὶ πάλιν ἐξαπλώσας, ἔφη, Τούτῳ· κατὰ μὲν τὴν συστροφὴν τὸ στρογγύλον καὶ βραχὺ τῆς διαλεκτικῆς τάττων ἰδίωμα, διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως τῶν δακτύλων τὸ πλατὺ τῆς ῥητορικῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος.* Alios ueterum locos ibi conlegit Fabricius. (Orat. § 113).

pugni similem) Non adnotatur hoc ex aliis codd. *Pugnis* habebant Dauisiani (Par. 1, 2, Mead., El. unus,) Oxx. EUχ, nam ξ *pinguis*, Gzi relicui. Ante Dauisium edebatur *pugno*, nulla auctoritate, nescio a quo primum inuectum. Est apud Crat., non apud Marsum.

tius loquerentur rhetores, dialectici autem conpressius. Obsequar igitur uoluntati tuae dicamque, si potero, rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse st, quom populariter loquatur, esse interdum paullo hebetiorem. 18. Sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quae una continet omnem et perspiciendi, quid in quaque re sit, scientiam et iudicandi, quale quicque sit, et ratione ac uia disputandi, ruit in dicendo, ut mihi quidem uidetur, nec ea, quae docere uolt, ulla arte distinguit; ut haec ipsa, quae modo loquebamur. Summum a uobis bonum uoluptas dicitur. Aperiendum st igitur, quid sit uoluptas; aliter enim explicari, quod quaeritur, non potest. Quam si explicauisset, non tam haesitaret; aut enim eam uoluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter ac iucunde mouetur, quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent uoluptatem, aut, si magis placeret suo more loqui quam ut

conpressius) *comprehensius* R loquatur) *loquamur* C 18. dum) *cum* LC contemnit) *contempnendi* E et ratione ac) *ac rat. et* C docere) *docet* LPMCR ulla) *illa* E distinguit) *distingui* LPMCR hæsitaret) *exhitaret* (sic) L possent) *scirent* C

docere uolt, — distinguit) Sic etiam Pal. pr. et Spir., edideratque iam Lambinus, dein Gruterus; in Morelii codice erat, ut "adscriptum habuit" Scaliger, *doceri uolt*. Deteriorum scriptura adnotatur tantum ex Oxx. ψχ; itaque Eξ h. l. rectum habuerunt. Paullo ante *et ratione ac uia* adnotatur in mgine Crat. (pro *ac rat. et u.*) editurque tacite inde a Grutero.

suo more loqui quam ut) Miro errore Marklandus (ad Statium p. 330), quom *quam* pronomen relatiuom putaret (*uoluptatem*), deleto *ut*, omnem sententiam pessum dedit, habuitque obsequentis Ernestium et Bremium. Contraria sunt enim *loqui suo more* et *loqui ut omnes Danai locuntur*, conparaturque, uter modus magis placeat. Itaque Bremius, semel deceptus, plura et maiora molitus est. Gzius *ut* restituit, sed rem adeo non intellexit, ut, ne animaduertens quidem, illos *quam* pro pronomine habuisse, post conparatiuam particulam abesse posse *ut* et sæpius omitti a Cicerone scriberet, similemque putaret locum, qui est in VIII ad Att.

Omnes Danai atque Mycenenses,
Attica pubes, —

relicuique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret, illud Aristippeum contemneret, aut, si utrumque probaret, ut probat, coniungeret doloris uacuitatem cum uoluptate et duobus ultumis uteretur. 19. Multi enim et magni philosophi haec ultuma bonorum iuncta fecerunt; ut Aristoteles

atque) *aut* LPCR attica) *ut artica* E appellaret) *appellant* E ut) *aut* EM probat) *probet* R 19. enim et) *autem* E ut Aristoteles) *ut Aristoteles, qui* LPMCROr.

11 B: *commodiora esse multo quam ut nobis erat nuntiatum*, ubi Ernestius dubitabat, rectene *ut* additum esset.

atque Mycenenses) Sic, ut uersus postulat, Lambinus (et Turnebus Aduersar. II, 17), confirmatque præter Erl. "Scaligeri uetus" et Eliensis (2?) apud. Dau. Ceteri *aut*, quod Gruterus ait in omnibus Pall. esse, Gzius etiam in Spir. et Erl. (contra meæ conlationis silentium). *Ut* ante *Attica* (*attita* Gud. 2, *arctica* Bas.) etiam Spir., praua repetitione; nam ne quis scribat: *quam ut omnes Danai, ut Mycenenses, ut Attica pubes*, non solum ineptissuma diiunctio, quom nominum coniunctione omnes, qui ubique sint, significentur, sed uersus dissolutio prohibet, quem seruatum esse et Ciceronis mos et uerba *hoc anapæsto* ostendunt. Est ex incerta tragoedia. *Citantur* ne hic quidem est, ut in lexicis explicari uideo, *nominantur*, sed fuit in illo cantico uocatio quædam et citatio, ut adesseat. *Anapæstum* pro carmine anapæstis scripto dixit etiam Tusc. III, 57 (τὸ ἀνάπαιστον, τὰ ἀνάπαιστα).

19. *hæc ultuma bonorum*) Generale hoc est, non de certis quibusdam dictum, cui deinde subiciuntur exempla; itaque Bremius hæret in *hæc*, quem Gzius ita refutat, ut nihil intellegat. Sed Cicero quom dicturus esset: *hoc* (de quo quærimus) *ultumum bonorum*, simul autem coniunctio illa pluralitatis (licet, opinor, grammaticorum more loqui) notionem ita adferret, ut minus recte *hoc — iunctum* dici uideretur, *hæc* dixit.

fecerunt; ut Aristoteles — coniunxit) Particula *ut* non solum ita exemplum adiungitur, ut idem uerbum audiatur (*ut Aristoteles fecit, qui*) sed etiam ita, ut res nouo uerbo statim definiatur, ut § 58 (*ut Sex. Peducæus — uenit*) et Læl. 73. Hac forma Ciceronem hic usum esse, perspici poterat ex proxumis, ubi alioqui scripsisset: *Callipho, qui — Diodorus, qui.* Eo minus ferendum st, codicis Erl. scripturam a Gzio et sine dubio ceterorum bonorum ab aliis ne adnotatam quidem esse.

uirtutis usum cum uitae perfectae prosperitate coniunxit; Callipho adiunxit ad honestatem uoluptatem, Diodorus ad eandem honestatem addidit uacuitatem doloris. Idem fecisset Epicurus, si sententiam hanc, quae nunc Hieronymi est, coniunxisset cum Aristippi uetere sententia. Illi enim inter se dissentiunt; propterea singulis finibus utuntur, et, quom uterque Graece egregie loquatur, nec Aristippus, qui uoluptatem summum bonum dicit, in uoluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere, uoluptatis nomine umquam utitur pro illa indolentia; quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret uoluptatem.

VII, 20. Duae sunt enim res quoque, ne tu uerba solum putes. Unum st sine dolore esse, alterum cum uoluptate. Uos ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum (nam id facilius paterer,) sed etiam rem

usum) *summi* E Callipho) *Calliphon* Or. adiunxit) *adiungit* E ad honestatem uol.) *ad uol. hon.* P nunc) *nec* L om. C nec Arist.) *hæc A.* E ponit non dolere) *ponit non doloribus* P quidem rebus) *reb. qu.* E 20. quoque) *quarum* E uerba solum) *s. u.* LP his) *iis* LM modo) *mihi* C paterer) *pateret* LMPR

Callipho) Non ausus sum contra codicum consensum hic et infra IV, 50, V, 73, Acad. II, 131 et Tusc. V, 85 in nomine peregrino solam analogiam similium nominum sequi, ut *Calliphon* scriberetur; etsi *Antipho* non Ciceronis est, sed comici alicuius (II de Orat. 242). Sententiam Calliphontis Cicero præter locos iam citatos non plenius conmemorat hoc libro 34 et infra V, 21, tum Acad. II, 139, Off. III, 119, distinctius autem paullo Clemens Alexandr. Strom. II p. 415: *κατὰ δὲ τοὺς περὶ Καλλιφῶντα ἕνεκα μὲν τῆς ἡδονῆς παρεισῆλθεν ἡ ἀρετή, χρόνῳ δὲ ὕστερον, τὸ περὶ αὐτὴν κάλλος κατιδοῦσα, ἰσότιμον ἑαυτὴν τῇ ἀρχῇ, τοῦτ' ἔστι τῇ ἡδονῇ, παρέσχεν.* Quis fuerit, non magis constat, quam de eo, qui infra V, 21 et de Off. et Tusc. l. c. tum apud Clementem sententiæ eiusdem socius adiungitur, Dinomachus.

Diodorus) Hic quoque Peripateticus, Critolai auditor et in schola successor (infra V, 14, de Orat. I, 11), propter hanc fere unam de summo bono sententiam nominatur (libro V, 14 et 21, Tusc. V, 87, Acad. II, 131, et apud alios; uid. Krug. Gesch. der alt. Philos. p. 355 ed. 2).

unam ex duabus facere conamini; quod fieri nullo modo potest. Hic, qui utrumque probat, ambobus debuit uti, sicut facit re, neque tamen diuidit uerbis. Quom enim eam ipsam uoluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurumis, audet dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum seiunctum ab illo Aristippeo genere uoluptatis; atque ibi hoc dicit, ubi omnis oratio eius est de summo bono. In alio uero libro, in quo,

duabus) *duobus* MCR fieri nullo modo) *n. m. f.* E utrumque) *utramque* PMCR debuit uti) *u. d.* L sicut) *sic* E re neque) *neque* E *remque* LPMCR eam ipsam) *ipsam eam* LPMCR omnes) om. R seiunctum) *seminuum* P oratio eius est) *eius est orat.* PMCROr. *eius orat. est* L in quo) *ubi* C

Cap. VII, 20. *ex duabus*) uid. paullo ante ad § 16.

utrumque) Sic "tres optumi" Gzi, Uict. cod. Hic quidem pæne necessarium neutrum genus, quo obscuratur separata notio singularum rerum ceditque coniunctionis significationi (Drakenb. ad Liu. XLIV, 36); nam *rem* nimis infinite repeteretur in hac sententia; in superiore recte *uerbo* contrarium erat.

re, neque) Editum st hoc e Pal. primo, coniectura antea Lambini repertum, nec discrepare adnotantur Eξ; hinc ortus uolgarium codd. (Uχ, cett. Gzi) scriptura *remque*; in Spir., marg. Crat., uet. lib. Manut. cod. Uict. excidit *re* ante *neque*; requiritur propter sequens *uerbis*.

Quom enim eam ipsam) Non apertissuma nec rectissuma uia ad propositum tendere uidetur ea, quæ hic incipit disputatio. Uolt enim Cicero ostendere, confundi ab Epicuro utrumque genus uoluptatis. Primum de Aristippeo dicit. Jam ubi ad illa uentum st: *In alio uero libro*, putet aliquis, nunc de contrario genere dictum iri. Uerum ibi uberius confirmatur, Epicurum Aristippeam illam luxuriosorumque uoluptatem non inprobare. Deinde in hanc Cicero inuehitur lateque digreditur. Itaque ad alterum genus uoluptatis ab Epicuro probatum (quod leuissume significatur § 22) peruenitur c. 9, 28 (*Deinde ubi erubuit* &c.), nec ita transitur, ut admodum admoneatur lector de initio disputationis et progressu.

eam ipsam) Sic primus Grut. Firmat etiam Spir. Ceteri Gzi ut nostri deteriores.

ne suspicari quidem se) οὐδὲ νοῆσαι; eodem modo uertit I Acad. 7.

ubi omnis oratio eius est) in libro περὶ τέλους, ut dictum st ad

breuiter conprehensis grauissumis sententiis, quasi oracula edidisse sapientiae dicitur, scribit his uerbis, quae nota tibi profecto, Torquate, sunt: — quis enim uostrum non edidicit Epicuri *κυρίας δόξας*, id est, quasi maxume ratas, quia grauissumae sint ad beate uiuendum breuiter enuntiatae sententiae? — Animaduerte igitur, rectene hanc sententiam interpreter: 21. "Si ea, quae sunt luxuriosis

his) *tis* LM uostrum) *nostrum* R quasi) om. LPMCR ratas) *tritas* E sint) *sunt* L beate) *bene* L

§ 7. Ordinem hunc uerborum dedit etiam Spir.; uolgo edebatur, ut in nostris deter., incommode præposito *est;* cum L facit cod. Bas., ed. Crat., Uict. Male Gzius Gud. 2 sequens *est* deleuit, quod nec in sententia relatiua omitti potuit nec omnino in hoc usu, ubi ei tantum præpositio adiungitur.

id est, quasi) Particulam e Pal. primo addidit Gruterus; non deesset Spir., nisi Gzius omnino oblitus esset de codd. dicere. Omnia hæc uerba usque ad *sententiæ* fuerunt, qui damnarent, iniuria; Latinam enim interpretationem uerbi non tam per se obscuri, quam, quomodo et qua de caussa de his sententiis diceretur, dubitationem adferentis Cicero posuit, ut ei huius ipsius rei explicationem adiungeret; eamque ob caussam, quom, cur hæ potissumum sententiæ sic appellatæ essent, significaret, *maxume* addidit et, quom Latinum uocabulum in tali re parum usitatum esset, *quasi;* neque prorsus Latinum Græco respondet; nam *ratum* st quod confirmatur nec mutatur, *κύριος* quod uim obtinet; itaque in altero stabilitatis, in altero auctoritatis notio eminet, quamquam ne hæc quidem in *ratus* excluditur. *Ad beate uiuendum* non tam ad *enuntiatæ sint* (in quo hæret Dauisius) quam ad *grauissumæ* pertinet. Librarius nemo talem explicationem nominis addidisset. Ceterum quom Cicero iam dixisset: *breuiter conprehensis grauissumis sententiis,* non nimis eleganter in idem eum rursus incidere, non nego.

21. *Si ea, quæ sunt* &c.) Græca sunt apud Diogen. X, 142 in sententia nona: *Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν, ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅ, τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς πανταχόθεν εἰσπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν καὶ οὐδαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν.* Pro *μετεώροις* deos Cicero posuit, a re non aber-

ecficientia uoluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum, nihil haberemus, *quod reprehenderemus*, quom undique conplerentur uoluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut aegrum, id est autem malum." Hoc loco tenere se Triarius non potuit. Obsecro, inquit, Torquate, haec dicit Epicurus? Quod mihi quidem uisus est, quom sciret, uelle tamen confitentem audire Torquatum. At ille non pertimuit, saneque fidenter, Istis quidem ipsis uerbis, inquit; sed quid sentiat,

21. ecficientia uoluptatum) *efficientiam uoluptatem* E haberemus) *hærreremus* MCR *quod reprehenderemus*) om. omnes. quom) *quin* L dolens) *doloris* C id est) *idem* E autem) *aut* LPMCR tenere se) *se ten.* C Obsecro) *obsecro te* P hæc) *hoc* L saneque) *sane* E ipsis) om. L uerbis, inquit) *inq. uerb.* L

rane; minus expressit discrimen *τοῦ ἀλγοῦντος* et *τοῦ λυπουμένου*, quorum illud ad corpus, hoc ad animum pertinet.

haberemus, quod reprehenderemus) Duo postrema uerba, quæ § 23 seruata sunt (paullulum mutata forma, quod ibi Cicero cum uno Epicuro quasi familiariter sermocinatur), hic exciderunt propter similis terminationes (*eremus*); pauci codd. (tres Pall., Bas., Gud. 1 cett.), *haberemus* in *hærreremus* mutato, sententiam sarcire conantur. Marg. Crat. h. l. non cod. scripturam sed supplementum e § 23 sumptum habet (*haberem quod reprehenderem*,) Ox. U: *haberemus unde eos reprehenderem*.

id est autem) Sic Grut. et, excepto Bremio, ceteri e Pal 1; est etiam in Spir. et Mead. Dauisi, significatque: in hoc autem ipso, quod dixi dolens et ægrum, est omne malum (*ὅπερ ἐστί*, non *τοῦτ' ἐστί*). Non memini tamen, alibi sic posi *id est autem*, quia continuatiua huius particulæ significatio ab hac breui adiunctione alienior uidetur; sæpius sic dicitur ipsum *id est* (uid. ad I, 33) et, alia sententiæ forma, *id est enim*. Deteriores codd. etiam aliorum (ut Oxx. tres; nam Eξ prorsus omittunt, Gzi tres) *aut*, praue, quoniam ad hoc, quod utrumque superius conplectitur, nihil pertinet diiunctio.

tenere se) Sic e Gud. 1 Gzius (poterat sane e pluribus) quom inde a Manutio in edd. fuisset *se tenere*, minus bono ordine; nam aliter Acad. II, 12 *nec se tenuit*.

Obsecro, inquit) Lbinus (e uet. cod.) et Dau. ex uno Paris. *obsecro te*, sine caussa.

saneque fidenter) "Tres ex nostris *que* ignorant." Gzius. Unus

non uidetis. Si alia sentit, inquam, alia loquitur, numquam intellegam, quid sentiat; sed plane dicit, quod intellegam. Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, dicit absurde, similiter et si dicat, non reprehendendos parricidas, si nec cupidi sint

uidetis) *uidet* E intellegam) *intellegit* E non reprehendendos) *non esse repr.* L

ex his est Erl. Fieri potest, si hæc melioris familiæ scriptura st, ut olim scriptum fuerit: *pertimuit, et sane fidenter.*

sed plane dicit, quod intellegam) Non potui sequi h. l. optumos codd. (Pal. 1 et Erl., sine dubio etiam relicuos); obstabat, quod ex illis: *numquam intellegam* manifestum st de Ciceronis intellegentia dici; et si *intellegit* sic interpretaremur (nec possemus aliter): *er sagt, was er versteht, spricht, so gut als er die Sache versteht*, incommodissume aliter *intellegit* (de rei intellectu et de sententia), aliter *intellegam* (de uerborum alius intellectu) posita essent. Adcedit, ut simillume de eodem Epicuro dicatur I, 15: *dicit plane, quod intellegam.*

similiter et si dicat) Tuetur hanc scripturam quod IV, 31 dicitur: *similem habeat uoltum et si &c.* Ceterum confitendum st, multo durius hoc esse et longius progressum, quam ubi in duorum nominum conparatione *et* pro *ac* ponitur, ut post *æque* (uid. ad I, 67); nam ea exempla multo propius adcedunt ad primam formam copulationis, uelut ea, in quibus est *alius et* (Hand. II p. 482). (Nonnulla quidem prorsus praue ad illud genus referuntur, ut apud Hand. II p. 481 hoc: *Clodius eadem hora Interamnæ fuerat et Romæ*, Ter. Ad. V, 8, 43 &c.) Nec hic usus defenditur iis locis, in quibus post *idem* noua sententia per *et* adnectitur, ut apud Cæs. B. G. I, 37; nam ibi quoque hæc et illa res eodem tempore facta dicitur. Ne Græci quidem longius progressi uidentur, quam ut unum uerbum uerbo sic conpararent, ut fecit Thucydides (V, 112, VII, 71); *παραπλησίως, ὁμοίως καὶ εἰ* nemo, opinor, dixit pro *ὥσπερ εἰ*. Lambinus scripsit *similiter ut si;* recepit Otto, quomodo Cicero dixit Tusc. IV, 41, Cat. 17, de Off. I, 87. Ceterum Cicero in toto hoc loco non uidetur satis certo ictu statim eam partem petisse, quæ exposita erat. Conparatio parricidarum quam absurditatem ostendat, non adparet, nisi hoc dicit, inaniter totum hoc ab Epicuro poni, quod adiungat condicionem, quæ numquam ecfici possit. Atqui Epicurus non docebat, asotos aliquando non reprehendendos *esse*, sed non *fore* reprehendendos, nisi

Epicure, luxuriosos ob eam ipsam caussam, quod ita uiuerent, ut persequerentur cuiusquemodi uoluptates, quom esset praesertim, ut ais tu, summa uoluptas nihil dolere? Atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella; deinde ita mortem non timentis, ut illud in ore habeant ex Hymnide:

Mihi sex menses sati' sunt uitae; septumum Orco spondeo.

Iam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio proment: *si grauis, breuis, si longus, leuis.* Unum nescio, quomodo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere.

22. quod) *quo* L ut persequ.) *quod pers.* E ut) om. E nihil) *mihi* E edant) om. E ex Hymnide) *exenemide* L *exonimide* M *exiunde* C sati') *satis* omnes, Or. narthecio) *nartheo* LPMR *narceo* C proment) *p̄oment* LPMCR

lius *duntaxat*, *si*, Otto *eo nomine*, *dummodo*). Sed sana omnia esse, ipsum uerbum *fingere* ostendit; nam fingebantur animo, qui illam condicionem inplerent, quod cetera illa, quæ reprehendi possent, cauerent. Tantummodo minus commode Cicero in hac fictione (quom sic fere scribere posset: *qui, quom luxuriosi essent, non reprehenderentur, quod ipsa luxuria per se sine reprehensione esset, cetera cauerent*) retinuit eam formam orationis, quæ aptior erat in ipsa condicione proponenda (*non reprehenduntur, eo nomine dumtaxat, dummodo — caueant*).

22. *ut ais tu) ut* om. etiam Spir., *tu* Bas. et ed. P. Mars. Nihil eeficio, quod aptius sit quam quod editur.

ut edant de patella) *sacra cultrice foci*, ut appellat Persius III, 26, præripientes dapes, quæ dis et laribus ferantur. (Pal. 1 *edent*, a prima manu *edient.*)

ex Hymnide) fabula Cæcili Stati a Menandro conuersa. Dauisius similem Lucili uersum ascribit, seruatum a Nonio p. 283 et 526 Merc.: *Qui sex mensis uitam ducunt, Orco spondent septumum.*

de narthecio proment) Sic Pal. 1 et Spir. recepitque primus Dauisius; non hortatur, sed describit, qualis reperturus sit. De sententia Epicurea uid. ad I, 40.

quomodo possit, si luxuriosus sit) Quom nihil interesset, utrum pluris an, pro toto genere qui esset, unum nominaret, transiit subito a plurali numero ad singularem. Recte Bremius conparat

VIII, 23. Quid ergo adtinet dicere: *nihil haberem, quod reprehenderem, si finitas cupiditates haberent?* hoc est, dicere: *non reprehenderem asotos, si non essent asoti;* isto modo, ne inprobos quidem, si essent boni uiri. Hic homo seuerus luxuriam ipsam per se reprehendendam non putat. Et hercule, Torquate, ut uerum loquamur, si summum bonum uoluptas est, rectissume non putat. Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam uomant, et qui de conuiuiis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent; qui solem, ut

23. Quid) *quod* E haberem) *habere* LPM quidem) *quam* E Hic) *hac* E ipsam per se) *per se ipsam* LPMCR summum bon. uol.) *uol. s. b.* PC non) *om.* L mihi fing.) *fing. m.* L in mensam) *in mensa* L

I de N. D. 50: *Et quærere a nobis, Balbe, soletis, quæ uita deorum sit quæque ab iis degatur ætas. Ea uidelicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis adfluentius cogitari potest. Nihil enim agit* &c. (*est, molitur*), et, ubi a singulari ad pluralem transitur, ibd. I, 107: *hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atque æterni intellegantur.* Similia exempla sunt in deo et dis Epicureis ibd. 101 et 102 et 114; Græca Dauisius adnotauit ad I N. D. c. 19, 50, plura Heindorfius ad Plat. Gorg. § 75, ad Protag. § 28, Stallbaumius ad Protag. p. 53 et 66. Gzius maluit suus uideri: "cogitabis *aliquis* idque plane ex Græco omissi τὶς more, toties apud Platonem obuio." Poëtæ Græci sic locuntur; de Platone non memini; sed quid hoc ad Ciceronem? Th. Bentleius maluerat: *possint — sint*, Ernestius: *possit, qui.*

Cap. VIII, 23. *Hic homo seuerus*) Id est, hoc loco, quom sic disputat; (adnoto propter Ernestium). *Ipsam per se* habent etiam Spir. et margo Crat., restituit Gzius.

summum bonum uol. est) Sic etiam omnes Gziani et fere uett. edd. (Mars., Crat., Uict.); in aliis uett. edd. et a Manutio ad Bremium erat: *uol. s. bon. st.* Mox in uerbis *rectissume non putat* repetitur necessario *non;* uid. Epist. mea ad Orell. p. 121, Opusc. Acad. p. 383 not.

ut soletis) quom, pudore quodam, ostendere noltis, luxuriam, quam per se reprehendere constanter non potestis, tamen a nobis reici ob ea, quæ eam consequantur, incommoda. Mox margo Crat. *postero die.*

nec deos metuant nec mortem nec dolorem. Et tamen, quid adtinet luxuriosis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui, quom luxuriose uiuerent, a summo

nec deos m. n. mortem) *nec mort. m. n. deos* C luxuriosis) om. LPR

iis necessario adiuncta prauitas aliqua esset. Et ipse statim Cicero ostendit, non esse illam necessario adiunctam, posseque esse talis luxuriosos. Nec Epicurus de asotis dixit, quos Cicero negat finitas cupiditates habere posse, sed de genere illo uoluptatis, quo uterentur. Deinde, si in coniunctione rerum prorsus separatarum absurdum illud esse uolt, minume, ut parricidium et doloris mortisue metus plane seiuncta sunt, sic in Epicuri sententia luxuriosa uoluptas et relicua illa. Quom enim in uoluptate summum bonum poneret, ostendit, cur in corporis et luxuriosa uoluptate non ponat beatam uitam eosque reprehendat, qui in illa uolutentur. Epicuri sententia, si formam spectes, in eo uitiosa st, quod nulla ex eo caussa reprehendendæ luxuriæ nascitur, quod non omnia contineat, quæ ad beatam uitam pertineant, nec adparet, gigni mortis et deorum timorem ex luxuria. Itaque quoniam et uoluptates percipiunt luxuriosi et possunt esse luxuriosi nec deos nec mortem timentes, Epicurus reapse luxuriosam uoluptatem eiusque studium probat, quom tamen alibi nihil ea opus esse iudicet. Atque huius repugnantiæ, quam mox adtingit, notatione Cicero contentus esse debuit hoc loco in præparatione disputationis; cetera de ipsa luxuriosæ uoluptatis reprehensione hoc loco declamatorie adiunguntur et turbant legentem. Mox *neque cupidi* Spir., uett. quædam edd. (P. Mars., Uict.)

exceptionem dari aut fingere) Liberius oratio post inpersonale uerbum transit a passiua forma accusatiui cum infinitiuo (de re facienda) ad actiuam simplicis infinitiui (de homine faciente), non sine exemplo. De Fato 23: *Id fuit defendi melius quam introducere declinationem*; ibd. 46: *Hoc modo hanc caussam disceptari oportet, non ab atomis — petere præsidium*; Brut. c. 196: *quam captiosum esset populo, quod scriptum esset, neglegi — et interpretatione disertorum scripta simplicium hominum peruertere;* II de Orat. 177: *proponi oportet, quid adferas, et, id quare ita sit, ostendere.* Legg. I, 56, de Inuent. II, 36 et 117. Addit Gzius V Philipp. 39. Alia conlegerunt Wopkensius p. 307 et Heldius ad Cæs. de B. C. I, 32 (*permisceri quam dimittere*). Eademne licentia post *iubeo* Cicero usus sit I de Diuin. 77, incertum st, quoniam ipsa signa *sequi ducem* dici possunt, quom proferuntur; usus est

philosopho non reprehenderentur eo nomine dumtaxat, cetera cauerent? **22.** Sed tamen nonne reprehenderes,

dumtaxat) *dum tamen* L

Uirgil. Aen. V, 773. Simile st apud Cicer. pro Cael. 79: *Nolite aut hunc — uelle maturius extingui uolnere uostro quam suo fato, aut hunc — subita tempestate peruertere.* Sed alterum secuturum et oriturum ex iudicum facto, alterum ipsos facere, significare uoluit; similiterque in Pis. 90 (*lex et decerni et accipere uetabat*) sic locutus est, ne prouincialis nominando (*prouincialis decernere*) a Pisonis scelere cogitationem abduceret. De uerbis *uiuerent — reprehenderentur — cauerent* sic positis, tamquam præcedat *adtinuit*, uid. ad III, 67.

eo nomine dumtaxat, cetera cauerent) Hæc uerba quid significent, obscurum non est; nihil enim dicunt aliud, nisi hoc certo nomine eos non reprehendi, cetera autem, quæ reprehendi possint, cauere. Particulæ sic positæ exempla conlegit Handius in Tursellino II p. 336, quæ augeri facile possunt; (uid. ad Fam. XII, et XVI, 26, de Diuin. II, 80 et 90; quem locum cum altero de N. D. II, 47 mire enarrat Handius II p. 333). Handius quomodo hunc locum intellexerit, qui eum inter eos ponat, in quibus hæc particula significet *tantum, solum*, nescio (ibd p. 335). Asyndeton in contrariis membris breuis orationis recte habere uidetur: *hoc saltem nomine non reprehenduntur, cetera cauent.* Aliam tamen sententiam multi requisiuerunt, puto, primum quod ipsa hæc forma: *eo nomine dumtaxat* postulare uidetur, ut de ceteris cum condicione dicatur; nam incertum esse significatur, num aliis nominibus reprehendantur; deinde fortasse, quod Epicuri sententiam nonnihil mutari putarunt; neque enim Epicurus talis esse luxuriosos dicebat, qui cetera illa cauerent, sed ob id ipsum luxuriam reprehendendam indicabat, quod, qui luxuriosus esset, non posset fieri, quin idem in illa incideret, mortis timorem deorumue et infinitas cupiditates. Itaque multi editores sic orationem interpunxerunt: *eo nomine, dumtaxat cetera cauerent*, quasi *dumtaxat* coniunctio ac non aduerbium esset. (Stupide Gzius primum docet esse aduerbium et significare *certe*, deinde coniungit: *eo nomine dumtaxat cetera cauerent*, et enarrat: *modo, cum sic appellentur* (!), *cetera cauerent.* Nescio, cur Handius p. 337 locos quosdam a ceteris seiunxerit, tamquam propius adcedentis ad coniunctionis naturam, nisi forte, quom dico: *excipiam certe eos*, aut: *certe quom potero*, mutatur aduerbi significatio). Alii uerba mutanda putarunt, (Lbinus *dumtaxat, si modo*, postea *dumtaxat, dummodo*, Orel-

Epicure, luxuriosos ob eam ipsam caussam, quod ita uiuerent, ut persequerentur cuiusquemodi uoluptates, quom esset praesertim, ut ais tu, summa uoluptas nihil dolere? Atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella; deinde ita mortem non timentis, ut illud in ore habeant ex Hymnide:

Mihi sex menses sati' sunt uitae; septumum Orco spondeo.

Iam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio proment: *si grauis, breuis, si longus, leuis.* Unum nescio, quomodo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere.

22. quod) *quo* L ut persequ.) *quod pers.* E ut) om. E nihil) *mihi* E edant) om. E ex Hymnide) *exenemide* L *exonimide* M *exiunde* C sati') *satis* omnes, Or. narthecio) *nartheo* LPMR *narceo* C proment) *p-omant* LPMCR

lius *dumtaxat*, *si*, Otto *eo nomine*, *dummodo*). Sed sana omnia esse, ipsum uerbum *fingere* ostendit; nam fingebantur animo, qui illam condicionem inplerent, quod cetera illa, quæ reprehendi possent, cauerent. Tantummodo minus commode Cicero in hac fictione (quom sic fere scribere posset: *qui, quom luxuriosi essent, non reprehenderentur, quod ipsa luxuria per se sine reprehensione esset, cetera cauerent*) retinuit eam formam orationis, quæ aptior erat in ipsa condicione proponenda (*non reprehenduntur, eo nomine dumtaxat, dummodo — caueant*).

22. *ut ais tu) ut* om. etiam Spir., *tu* Bas. et ed. P. Mars. Nihil ecficio, quod aptius sit quam quod editur.

ut edant de patella) *sacra cultrice foci*, ut appellat Persius III, 26, præripientes dapes, quæ dis et laribus ferantur. (Pal. 1 *edent*, a prima manu *edient*.)

ex Hymnide) fabula Cæcili Stati a Menandro conuersa. Dauisius similem Lucili uersum ascribit, seruatum a Nonio p. 283 et 526 Merc.: *Qui sex mensis uitam ducunt, Orco spondent septumum.*

de narthecio proment) Sic Pal. 1 et Spir. recepitque primus Dauisius; non hortatur, sed describit, qualis reperturus sit. De sententia Epicurea uid. ad I, 40.

quomodo possit, si luxuriosus sit) Quom nihil interesset, utrum pluris an, pro toto genere qui esset, unum nominaret, transiit subito a plurali numero ad singularem. Recte Bremius conparat

VIII, 23. Quid ergo adtinet dicere: *nihil haberem, quod reprehenderem, si finitas cupiditates haberent?* hoc est, dicere: *non reprehenderem asotos, si non essent asoti;* isto modo, ne inprobos quidem, si essent boni uiri. Hic homo seuerus luxuriam ipsam per se reprehendendam non putat. Et hercule, Torquate, ut uerum loquamur, si summum bonum uoluptas est, rectissume non putat. Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam uomant, et qui de conuiuiis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent; qui solem, ut

23. Quid) *quod* E haberem) *habere* LPM quidem) *quam* E Hic) *hac* E ipsam per se) *per se ipsam* LPMCR summum bon. uol.) *uol. s. b.* PC non) om. L mihi fing.) *fing. m.* L in mensam) *in mensa* L

I de N. D. 50: *Et quærere a nobis, Balbe, soletis, quæ uita deorum sit quæque ab iis degatur ætas. Ea uidelicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis adfluentius cogitari potest. Nihil enim agit* &c. (*est, molitur*), et, ubi a singulari ad pluralem transitur, ibd. I, 107: *hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atque æterni intellegantur.* Similia exempla sunt in deo et dis Epicureis ibd. 101 et 102 et 114; Græca Dauisius adnotauit ad I N. D. c. 19, 50, plura Heindorfius ad Plat. Gorg. § 75, ad Protag. § 28, Stallbaumius ad Protag. p. 52 et 66. Gzius manolt suus uideri: "cogitabis *aliquis* idque plane ex Græco omissi τὶς more, toties apud Platonem obuio." Poëtæ Græci sic locuntur; de Platone non memini; sed quid hoc ad Ciceronem? Th. Bentleius maluerat: *possint — sint*, Ernestius: *possit, qui.*

Cap. VIII, 23. *Hic homo seuerus*) Id est, hoc loco, quom sic disputat; (adnoto propter Ernestium). *Ipsam per se* habent etiam Spir. et mgo Crat., restituit Gzius.

summum bonum uol. est) Sic etiam omnes Gziani et fere uett. edd. (Mars., Crat., Uict.); in aliis uett. edd. et a Manutio ad Bremium erat: *uol. s. bon. st.* Mox in uerbis *rectissume non putat* repetitur necessario *non;* uid. Epist. mea ad Orell. p. 121, Opusc. Acad. p. 333 not.

ut soletis) quom, pudore quodam, ostendere noltis, luxuriam, quam per se reprehendere constanter non potestis, tamen a nobis reici ob ea, quæ eam consequantur, incommoda. Mox margo Crat. *postero die.*

aiunt, nec occidentem umquam uiderint nec orientem; qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrum istius generis asotos iucunde putat uiuere. Mundos, elegantis,

istius — uenatione) Non. p. 217. elegantis) *eligentis* PR (— *tes* M) *deligentis* C

ut aiunt) Dicebatur enim hoc uolgo in iis, qui omnium obliti et temporis incuriosi uino, epulis, lubidinibus se traderent. Dauisius citat Athenæi lib. VI p. 273 C (de Smindyride Sybarita, qui, quom fortunam suam iactaret, intra uiginti annos se solem aut orientem aut occidentem uidisse negauit), XII 520 A et 526 B, tum e Latinis Catonem Maiorem apud Senec. Epist. 122 et Colum. I præf. § 16.

Mundos, *elegantis* &c.) Mire uolgo et cum sententiæ interitu sic hæc interpungebantur, ut primum hæc adhærerent superioribus (*uiuere*, *mundos*), adposita (ut grammatici locuntur) illis *istius generis asotos*, usque ad *ædificium*. Ex quo efficitur, ut confundantur in unum duo genera luxuriosorum, quæ Cicero diligenter contraria posuit, alterum eorum, quos Epicurei fingere solebant, pecudum ritu uiuentis, alterum eorum, quos Cicero fingi uolebat, cum elegantia quadam et prudentia inter opes adfluentis uoluptatem sectantis, qualis fuit Thorius Balbus (infra § 63). Atque eadem duo genera prorsus simili modo distinguit Cicero in Pis. 66 et 67. Deinde adnectebatur: *Hos ego asotos bene quidem uiuere* &c., quæ sic posita necessario idem significare debeat, quod de iisdem hominibus ante dixerit: *iucunde uiuere nemo putat*. Atqui diuersissuma hæc sunt; iucunde enim elegantis illos uiuere, negare Cicero non poterat; et hoc ipsum ostendit, esse luxuriosos, qui iucundam uitam (quam Epicurus bonam et beatam putet,) satis consequantur, sed tamen eos abesse a bona et beata. Uerum distinctionem facile erat restituere, quom præsertim recta scriptura (*ergo*) non solum in optumo cod., sed etiam in minus bonis reperiretur (meo M et ed. R et Uen. 1480, Ox χ, Gzi Gud. 1 et Bas; de Erl. tacet, ne dubites de Spir.; ceteri editores turpiter silent). Sed res minus latuisset, nisi Cicero studio insectandi Epicurum orationem paullo celerius auertisset, quæ sic procedere potius debebat: *Mundos* &c. — *iucunde uiuere dico*, (ut ex Epicuri sententia reprehendi non possint, cogaturque is eorum uoluptatis genus a se expeti confiteri); addi poterat: *bene uiuere numquam dixerim*. Sed hoc, quod minus ad rem pertinebat, Cicero adripuit tamquam principale et id persecutus est; sed tamen sententia pellucet ex adiectis: *ex quo* &c., quibus significatur, eos

optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, uenatione, his omnibus exquisitis, uitantis cruditatem:

— — — — *quibu' uinum*
Defusum e pleno siet, † *ir siphoue* (ut ait Lucilius)
cui nil

piscatu) *piscatoribus piscatu* R his) *iis* LM quibu') *quibus* omnes. defusum) *diffusum* MCR siet) *sit* omnes. hir siphoue) sine nota Or. *hrysizon* E *hir siphon* (P) *hirsyphon* C *heminymphon* L *hynimphon* M *hymniphon* R nil) *nihil* ECR

uoluptate frui negari sane non posse. De *ergo* in conligenda oratione interrupta cfr. ad 1, 72. Similiter positum non minus fefellit editores in II de Diuin. 11, qui locus sic scribendus est: *Quomodo autem mentientem (quem ψευδόμενον uocant) dissoluas aut quemadmodum soriti resistas (quem, si necesse sit, Latino uerbo liceat acerualem appellare; sed nihil opus est; ut enim ipsa philosophia et multa uerba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est); — ergo hæc quoque dialectici dicent, non diuini.* Peruerse uolgo tamquam de re, quæ fieri nequeat, interrogat Marcus: *quomodo — dissoluas?* Noni nulla prorsus est in uerborum coniunctione auctoritas, qui truncata et confusa sæpe citat. Lateantne iam in proxumis uerba quædam Lucili in prosæ orationis formam dissoluta, non potest decerni.

Defusum e pleno &c.) Plura ac prope omnia sunt in his uerbis ualde dubia. *Defusum* pro *diffusum* primus Lbinus et deinceps relicui; Gzius omnis suos *diffusum* habere (falso de Erl.) tradit; est sic in Oxx. EUξ; de uino ex maiore uase transfuso illud præstat. Tum e codicum mendis (Pal. 1 *hirsizon*, Spir. *hyrsizon*, Gud 2 *hisyrphon*, Gud. 1 *hynim* et in margine *tyrsiphoro* et *oenophoro*, Pall. aliquot et Ox. U *hirsiphon*, Ox. E *hyrumptio*, ξ *hyrumpho*, ψ *hyrumphon*; Dau. tacet;) Scaligerus (App. Coniect. ad Uarr. p. 182), quom ante aut *hirsiphon* ederetur aut interpolate *oenophoro* (Crat., Man., Lamb. &c.), eruit *hir*, *siphon*; in quo quom esset durum asyndeton, Orellius *hir siphoue* fecit, quod retinui, quia nihil habebam melius; tantum cum omnibus grammaticis (Char. p. 12, Prisc. p. 648 et 698 P., Probo, Phoca, Alcuino) et glossario Philox. (p. 125 et 126 Uolcan.; errat Beierus ad Cic. oratt. fragm. p. 204, in duobus glossariis repertum putans) scripsi *ir*, quod in gloss. redditur *θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός*. Gzius *hir siphone* fecerat. Interpretatur Scaligerus de uino integerrumo et quod ne acescat, nullum periclum sit; nam facilius acescere, quom aliquid detractum et depletum sit; id fieri siphone hauriri-

Dempsit, uis et sacculus abstulerit,

Dempsit) *Dum sit* M *dempserit* L *dimisit* E uis) *ius* (P) et) *aut* Or(M) sacculus) *sarculos* LPMCR

que, quod furtim depleatur, uola manus. De *pleno* uase uinum conseruante uere; (cfr. pro Scauro § 48: *quom integri nihil fuerit in hac gente plena, quam ualde eam putamus tot transfusionibus coacuisse?*) de *siphone* etiam; de uola manus hæreo; nam qui siphone utitur, in uas infundere aut de siphone bibere solet, nec, etiamsi uola manus utitur, hæc, quæ tantum receptaclum st, demere aliquid dici potest; (multo minus uola manus *siphone* demit; nam in siphone regendo nemo uola utitur). Adcedit, ut magis dubitem, aspiratio in codd. omnibus addita. Dubito etiam, num *cui* pro duabus syllabis Lucilius posuerit. Postremo uerba *ut ait Lucilius* tam longe ab initio reiecta Cicero uix inter uerba proxume coniuncta interiecit, sed, quæ fuit caussa reiciendi, ubi inter sententias commode subirent, quemadmodum 1 de Diu. 24 uoces *ut ait Pacuuius* ponuntur post primum membrum finitum. Nec certiora proxuma.

Nil Dempsit) Pal. 1, mg. Cr., cod. Uict., Eξψ *dum sit;* Dau. et Gzius silent. *Dempsit* deteriorum codd. est, nec recte coniungitur *dempsit — abstulerit*; nam quod *dempsit* putant esse pro *dempserit*, dixi alibi (comment. de form. quib. uerb. Lat. part. 1 p. 11) numquam uetustas has futuri formas *faxo*, *faxim* (quæ non syncopa ortæ, sed ut τύψω deductæ a præsenti sunt) præteriti, quæ hic requiritur, significationem accepisse.

uis et sacculus) Uolgo erat *ius* et sic Grut. in Pal. 1 et aliis repperit; Dauisius *uis*, id est, *uires*, dedit ex Mead., Ball., C. C. C. (at Oxx. ex ψξ solis proferunt *ius;* et uix hæc in codd. discernuntur). *Sacculus* (quod iam apud P. Mars. est) Pal. 1 et alii, ut uidetur; Dau. et Gzius tacent; ex Ox. tantum E notatur *sarculos*. Sacculus uinarius, quo uina defæcabantur et, austeritate uiribusque fractis, mitiora fiebant, res nota e Plinio (uid. lex. u. *saccus* et Heind. ad Hor. Sat. II, 4, 54). Ualde falsi sunt editores fere omnes, qui uires uini sacco fractas in uitio ponentes, quom apud ueteres ad uini suauitatem necessario pertinuerit hæc, ut Plinius appellat, castratio, negatiuam hanc sententiam ecficere student, partim contra sermonem peccantes, qui *aut* legunt, quasi negatio ex *nil* ad alteram partem suum substantiuom habentem pertineat, (Dau., Gzius, Orell.), partim grammaticam seruantes, qui pro *et* scripserunt *nec*. *Et* recte habet, modo uerum sit *dempsit*, *uis*, de quo ualde dubito. Manutius et Lambinus, retenta interpola-

adhibentis ludos et quae secuntur, illa, quibus detractis, clamat Epicurus se nescire, quid sit bonum; adsint etiam formosi pueri, qui ministrent; respondeat his uestis, argentum, Corinthium, locus ipse, aedificium; — hos ergo asotos bene quidem uiuere aut beate, numquam dixerim. **24.** Ex quo ecficitur, non ut uoluptas ne sit uoluptas, sed ut uoluptas non sit summum bonum. Nec ille, qui Diogenem Stoicum adulescens, post autem

detractis) *extr.* C his) *iis* LMR Corinthium) *odrilicium* LPMC *uel Corinthium odrilicium* R; in P in marg. ascr. *Corinthium.* ergo) *ego* LPCOr. aut beate) *at b.* E *beate quidem* L

tione uetere *oenophoro*, cetera sic scripserunt: *cui nil dempsit* (*nihil dempserit* Lb.) *nix et* (*nec* Lb.) *sacculus abstulerit.*

adhibentis ludos) Hæc uolgo Lucili putantur, sed seiunguntur a superiore uersu, nescio cur, quom *abstulerit* ultumam in cæsura producere potuerit. Sed quamquam ludos et alia (*quæ secuntur*) nominarat Lucilius, tamen participio illo (*adhibentis*) hæc ad reliquam orationem ab ipso Cicerone adcommodata uidentur.

Corinthium) absolute dixit pro supellectili Corinthia (in Uerr. II, 83) siue pro Corinthiis. Ueram scripturam seruarunt etiam Pal. 1, 3, 6, mg. Crat., cod. Mor. (de Dauis. et Gzi codd. nihil distincte traditur). Ceteri (Pal. 2, 5, Oxx. U$\xi\chi$, Gud. 2) *odrilicium* u. *ordrilicium* u. *atrilicium*, Eξ *uel Corinthum odrylicium.* Quod Mureto (Uar. Lectt. VI, 20) commendante Lbnus recepit: *æs Corinthium aut Deliacum*, in nullo cod. credo repertum; interpolauerat iam ita P. Marsus: *Corinthium æs aut Deliacum*, *atrilicium* (pro *ædificium*). Alias coniecturas inanis ex his erroribus ductas omitto.

ædificium) Nihil erat, cur hanc uocem Dau. et Gzius damnarent; nec enim eadem st loci, in quo ædificium st, amoenitas et ipsius ædifici elegantia.

aut beate) *at b.*, ut Lbnus et Grut. tacite ediderunt, duo Gzi, id est, Erl. et Spir. Sed *bene* et *beate* coniuncta sunt.

24. *Diogenem Stoicum*) quom in nota illa legatione a. 155 Romam uenisset; cfr. Tusc. IV, 5. Nec tamen admodum tum adulescens Lælius, qui P. Africanum ætate antecedebat (de rep. I, 18, Læl. 15); Africanus autem tum aut triginta aut undetriginta annos habebat, natus a. 185 aut 184 a. Chr., ut ecficitur e Liu. XLIV, 44 et Diod. Sic. II p. 580, qui tamen p. 585 extr. nescio quo errore (opinor, quod Polybius simul conmemorarat mortem

Is haec loquitur, qui, in uoluptate nihil ponens, negat eum bene coenare, qui omnia ponat in uoluptate; et tamen non negat, lubenter umquam coenasse Gallonium; mentiretur enim; sed bene. Ita grauiter et seuere uoluptatem secernit a bono. Ex quo illud ecficitur, qui bene coenent, omnis lubenter coenare, qui lubenter, non continuo bene. Semper Laelius bene. **25.** Quid bene? Dicet Lucilius:

cocto,
Condito;
sed cedo caput coenae:
sermone bono;
quid ex eo?
si quaeri', lubenter;

hæc) *hic* EL qui) om. C ponat) *ponit* E non) om. E umquam) *nunquam* E *nonnunquam* L secernit) *secuit* E coenent) *caenant* C continuo) *continue* C bene) add. *caenare* L 25. Dicet) *dicit* E cocto) *orto* LPC *horto* MR cedo) *celo* (*caelo*) PLMR si quæri') *si quæris* EC *sequeris* P *si se quæris* L *si sequeris* MR

omnia — cum decumano,) secutus est Orellius; quasi *in* squilla et cum acipensere (mirum, ni eo una coenante) omnia Gallonius consumpserit. Repetendane cum coniunctione etiam præpositio fuerit propter notionum separationem, ut Lbinus et Dau. putarunt (*quom in dec.*), quæri potest. Mihi in uersu et in hac licentia, quom præcedat *acipensere*, necessarium non uidetur. De *decumano* uid. lex. Rideamus aliquando. Billerbeckius hanc scripsit notam: "*cum decumano* in Verbindung mit *consumis omnia:* du verzehrst Alles sammt deinem Zehntfelde darin." Paullo post *non* ante *negat* omittit etiam Pal. 1.

25. *Dicet*) *dicit* Grut. sine dubio errore typorum; corrigunt Dau. ex El. utroque, Gzius e Gud. 1, Bas. Ceterine cum Erl.? Non credo.

Cocto, Condito) Sic (ut emendauit Manutius et post eum editur) etiam mg. Crat. *Herto* Oxx. tantum ex ψχ citant. Ceteri tacent. Ad Attic. XIII, 52 de Cæsare dicitur: *Edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipare sane et adparate, nec id solum, sed Bene cocto, Condito, sermone bono et, si quæri', lubenter;* ubi adparet, *bene* esse Lucili; nam de *bene coenando*, ut id diuersum sit *a iucunde coenando*, ibi non quæritur. Id aduerbium h. l. Cicero omisit, quod in ipsius oratione longe alia significatione poneretur. *Si sequeris* etiam Uχψ.

ueniebat enim ad coenam, ut animo quieto satiaret desideria naturae. Recte ergo is negat, umquam bene coenasse Gallonium; recte, miserum, quom praesertim in eo omne studium consumeret. Quem lubenter coe-

enim) *autem* E animo) *in animo* E (*satiaret an. qu.* R) ergo) *enim* C is) om. L umquam bene) *b. u.* LP in eo) om. E studium consumeret) *quod sument* E

recte miserum) Durissume hoc loco ex *negat* auditur *dicit*, non solum ob propinquitatem, sed quod idem aduerbium repetitur, ut eadem uerbi notio ipsa anaphoræ figura seruari uideatur, et quod uariatur paullum significatio, ut sit *appellat*. Nam plerumque ita ex uerbo negatiuo auditur adfirmatiuom, aut ubi negatiue continuatur oratio (ut in *nescio* Tusc. V, 116, quo loco Klotzius reuocauit foedum additamentum *Epicurei;* quasi Stoici et Peripatetici magis Latine sciuerint quam Epicurei aut Epicureorum contemptus artium ad sermonis peregrini peritiam pertinuerit aut ulla ratio sit ibi philosophorum certæ disciplinæ exemplo utendi) aut ubi aduersatiue conuertitur; durius igitur fit hoc schema, ubi oratio non conuertitur, sed continuatur per *autem*, ut supra I, 61, aut ubi partitio st, ut infra 68: *alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit, alteri plurumum se et longe longeque plurumum tribuere honestati* &c. Nam ibi quoque uox *alteri* idem uerbum animo obicit. Ne illud quidem molle, quod in interrogatione continuata legitur IV, 22: *Patronusne caussæ — negaret esse malum exilium, publicationem bonorum? hæc reicienda esse, non fugienda?* durum etiam, quod V, 88 in particula *tamen: Ille Metelli uitam negat beatiorem quam Reguli; præponendam tamen, nec* &c. Nullus tamen locus hoc, de quo agimus, durior, ut excusetur Lbinus, qui *recte dicit* scripsit; probari non debet. De ipso uniuerso genere nihil est cur dicam post eos, quos citauit Stallb. ad Ruddim. II p. 361, quorum nominibus facile erat unum et alterum ascribere, ut Beieri ad Læl. § 59. Sed qui totum conprehendere uolet uno conspectu, huc adiunget *ut* sumendum interdum ex *ne*, tum illa, in quibus ex sequenti uerbo tantum adfirmatiua pars ad prius membrum pertinet, ut in Brut. 259 durissume: *Existumabatur bene Latine, sed litteras nesciebat*, et non pauca apud Tacitum ad hunc modum (Ann. XII, 64): *quæ filio dare imperium, tolerare imperantem nequibat.*

quom præsertim in eo &c.) Intellegant sine dubio plerique: *eo quidem magis miserum, quod* &c. Mihi hoc parum ad rem perti-

nasse nemo negat. Cur igitur non bene? Quia, quod bene, id recte, frugaliter, honeste; ille porro [male,]

male) sine uncis Or.

nere uidetur, non fuisse tantum studium in eo ponendum, nec uideo, cur eo miserior fuerit. Itaque Ciceronem hic, ut alibi, sic illas particulas posuisse puto, ut significarent *quamuis* (*und das, obgleich*). Nam quom *præsertim* significet, adiungi aliquid singulatim ad id, quod generalius dictum sit, quo id augeatur, hoc speciale apud Latinos, maxume Ciceronem, sæpe ex contrario genere st, ut ideo maius esse uideatur id, quod dicatur, quod tamen nihilo minus sit. Atque hic transitus ad significandam rem eo memorabilem, quod aliud expectetur, fit iam in simplici particula, ut II de Diu. 142: *nec tam multum dormiens ullo somnio sum admonitus, tantis præsertim de rebus*, id est, quamuis tantæ essent res, ut uel præcipue admoneri debuerim. Sed sæpissume *quom præsertim* et *præsertim quom* (nullo, quod animaduerterim, discrimine,) et *qui præsertim* eandem uim habent ac si dicas: *idque quom tamen*, *quamuis*, *qui tamen*. Hoc quia a nullo uideo adnotatum, exempla ascribam. Cic. pro Rosc. Am. 66 (ubi st: *quom præsertim — tamen*), in Uerr. II, 118: *ut ex oppido Thermis — nihil ex sacro, nihil de publico adtingeres, quom præsertim* (ↄ: quom tamen, siue: quod eo magis mirum st, quom) *essent multa præclara &c.*, ibd. 155, pro Sulla 6 (*Nemo adfuit Uarguntcio, ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui* (ↄ: quod eo memorabilius est, quom) *illum solus antea de ambitu defendisset*), Philipp. II, 60 (ubi sententia st: non destitisti me prouocare, quamuis uideres &c.), ibd. 64 et 106, ad Fam. XV, 21 (*qui præsertim*), ad Attic. XIV, 18, Brut. 267, Orat. 32 (qui locus, mire ab interpretibus uexatus, hanc habet apertam sententiam, quam intellexisset Orellius, si non *quom*, sed *quom præsertim* pro *quamuis* accepisset: nec Thucydidis, quamuis fuisset honoratus et nobilis, nomen ad posteros extaret, nisi historiam scripsisset); de Off. II, 56 (ubi Stuerenburgius non magis hoc intellexit quam quid esset *necessitati, periculis, fluctibus, tempestati, grauedini subuenire*, et incredibili illa leuitate locum corrupit). Postremus sit locus ex hoc ipso opere IV, 36.

ille porro [*male*]) *Porro*, quod "rarissumo exemplo in oppositione poni" Gzius putat, non ita raro ponitur in adsumendo, quom concludimus, quoniam in hoc progressus est aliquis orationis; uid. (quem locum iam Tursell. citat inter alios minus aptos) pro Mil.

praue, nequiter, turpiter coenabat; non igitur *bene*. Nec

igitur *bene*. Nec) *igitur nec* omnes, Or.

25: *occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram consule Milone; eum porro summo consensu populi R. consulem fieri uidebat. Contulit se* &c.; ad Fam. IV, 9 init. *Multa uidebis fortasse, quæ nolis; non plura tamen, quam audis cotidie. Non est porro tuum uno sensu solum oculorum moueri, quom idem illud auribus accipias, quod etiam maius uideri solet, minus laborare.* Frequentior tamen in hoc usu Quinctilianus, de quo uid. Bonnellus, qui tamen locos non recte ordinauit; nam ad conclusionis significationem (β) aperte pertinent, quos ultumos posuit (δ) 1, 5, 46, XII, 1, 38 (cfr. Spald. ad priorem loc. et ad II, 8, 5); add. Dial. de orat. c. 5. Deinde autem apud Quinctilianum transit ad oppositionem simpliciter notandam; sed iam apud Sallustium et *rursus, ex altera parte*, Catil. 46, Iug. 25 (cfr. Cic. Uerr. 1, 121). Uocem *male* delendam esse, uidit Wesenbergius, quod quom uel sola concinnitas aduerbiorum inter se relatorum, *recte* et *praue*, *frugaliter* et *nequiter* (cfr. *frugi* et *nequam*), *honeste* et *turpiter*, ostendere posset, tum clamat sententia; neque enim in adsumptione illud ipsum poni potest, quod concluditur, *male*, id est, *non bene*. Atque hæc non pendent ex proxumorum correctione. Nam quid concludatur, patet iam ex illis: *Cur igitur non bene?*

non igitur bene. Nec) Inserui uocem necessariam in archetypo omissam (uid. Prolegg.). In uolgata scriptura *Non igitur nec lap.* primum multi senserunt uitiose abundare *nec*, quod ideo quattuor codd. Oxx. EUξψ omittunt (miror tot esse, quom nullus alius conmemoretur,) et ed. Marsi; Dauisius et Bremius librarium ueri uestigia occultantem secuti sunt; qui autem defendunt, ut sit *ne — quidem*, illis duo obstant, primum quod omnino Cicero *nec* pro *ne — quidem* non dicit (de quo exposui in excursu ad h. l.), alterum manifestius, quod saltem præcedente *non* illa particula, quæ a copulatione remoueri non potest, ita poni nequit nec a quoquam umquam posita st; nec aptum *ne — quidem*, quasi Lælius sic laudasset lapathum, ut suauitate ceteris longe præstantem. Qui aliud uocabulum cum lapathi suauitate coniunctum excidisse putant, illi, quod ponant, non reperiunt; sola enim hæc, lapathum et acipenserem, Cicero conparauerat; itaque Lbinus inanem tautologiam induxit: *lapathum nec lapathi suauitatem.* Deinde autem sententia eam correctionem flagitat. Nam manifesto instituta forma syllogismi (*Quia quod* &c., *is porro* &c.), non solum per se necessario concludendum argumentum fuit, sed quom etiam subi-

lapathi suauitatem acipenseri Galloni Laelius anteponebat, sed suauitatem ipsam neglegebat; quod non faceret, si in uoluptate summum bonum poneret.

IX. Semouenda st igitur uoluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. 26. Possumusne ergo in uita summum bonum dicere,

acipenseri) *accubanti* (*accubans* E *accubantis* C) *ære* (*ere*) EPMCR *accubanti ære aliene* L anteponebat) add. *aliis que erant in mensa tanquam suum* C sequamini) *sequamur* R 26. ergo) *igitur* LPMCROr.

ciatur: *Non igitur*, nemo non cogitur conclusionis finem expectare; atqui illud de Lælio habet adiectam explicationem et quasi, ut ita dicam, corollarium. Ne quis autem putet dicendum fuisse: *Ne bene quidem igitur* (ut Tusc. 1, 71 in recta scriptura: *ne interire quidem igitur*), ita dicitur, si in eodem genere negatiue concluditur (*non distrahi, igitur ne interire quidem*), hic ad contrarium transitur (*praue; non igitur bene*).

anteponebat) Mirum additamentum, quod in *C* legitur, ortum, quom *acipenseri* corruptum esset, habet etiam ed. Uen. 1480. Corruptelas eius uocabuli similis habent Oxx. χUEξ (hi *accipienti ore*) et margo Crat. (*accubans ære*); Grut., Dau., Gzius tacent; quis emendarit, nescio.

Cap. IX. *ut loqui deceat frugaliter*) Quom hæsissent alii, recte Dauisius et Bremius sententiam expediuerunt: Non solum ut recta in uita sequamini, (*sequamur*, inutili correctione, cod. Urs., Bas., Eξ), sed etiam ut conueniat nobis frugi hominum sermone uti, dicentibus, summum bonum percipi non dolendo, tenui uictu, quæque sint similia, semouenda uoluptas est, quæ tota in motu illo et titillatione posita st. Tamen Gzius *deceat* putat esse *decere intellegatur*. Otto enarrat: *ut intellegatis loqui decere frugaliter*, sed coicit (et longe ante Nodellus), pro *deceat* scribendum esse *discatis*.

26. *Possumusne ergo in uita &c.*) *Ergo* etiam Spir. Sed dure admodum omittitur prior accusatiuos, quom etiam in eo ipsa uis sententiæ sit, (Lbinus: *igitur uoluptatem*); nam quod Gzius *aliquid* "cogitandum omitti" dicit, est ex eodem fingendi genere, quo solet uti. Neque recte h. l. *id* addi uidetur, etsi rectissume adderetur, si quæreretur, possetne alia aliqua res fieri in uita, in coena, ut si dicas: *possumusne in bello quiete frui, quom id* (quiete frui) *ne in pace quidem possimus?* h. l. artius cohærent *in uita* et *in coena* cum uerbo. Itaque non inprobabilis est Dauisi suspi-

quom id ne in coena quidem posse uideamur? Quomodo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum, naturalis et necessarias, naturalis et non necessarias, nec naturalis nec necessarias? Primum diuisit ineleganter; duo enim genera quae erant, fecit tria. Hoc est non diuidere, sed frangere. Qui haec didicerunt, quae ille contemnit, sic solent: Duo genera cupidi-

Quomodo) *quo* C   et non necessarias) *et innecessarias* E om. *et* PMCR   frangere) *frangere rem* LPMCR   Qui hæc — solent) transp. post *confecta res esset* Or. om. LPMCR   Duo genera cupiditatum) *Qui si diceret, cupiditatum esse duo genera* LMPCROr.

cio: *quod ne* &c. Coniunctiuos huic relatiuo eo modo subiectus erit, de quo dictum st ad § 15.

loquitur tria genera cupiditatum) Speciem habet Orelli distinctio: *loquitur? "Tria — nec necessarias."* Sed præterquam quod generalis illa interrogatio minus apta st, quoniam superius quoque Epicurum parum distincte locutum esse ostendere conatus est, accusatiuos in imitanda ipsius Epicuri oratione locum non habet. *Loqui genera* dixit insolentius, quod ipsum huius diuisionis et uerborum et nominum eo pertinentium usum in schola frequentatum significare uolebat, non ea, quæ de cupiditatum generibus deinde separatim disputarentur. Est igitur hic fere, ut alibi, *in ore habere, crepare.* Nam plane pro eo, quod est *loqui de aliquo,* uix a Cicerone dicitur nisi in pronomine cum breuitate paullo neglegentiore, ut supra 18. Aliter Liuius V, 54 et Tacitus Hist. IV, 12.

et non necessarias) Secutus sum uestigia Erl. et edit. Crat. et Uict., ceteri editores tacent; uidebatur *et* prorsus requiri ad membrorum æqualitatem; et est Græcum φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι.

ineleganter) *neglegenter* cod. Mor., ex interpolatione. De reprehensione cfr. ad I, 45.

frangere. Qui hæc didicerunt &c.) Primum *rem,* quod post *frangere* addebatur, excludunt etiam Pal. 1, El. 2, Spir., mgo Crat., damnatumque ab aliis sustulit Gzius. Deinde sic edidi, ut est in optumis codd., Pal. 1, Erl., Spir., mg. Crat. (quamquam ex Pal. 1 et Spir. Gruterus et Gzius tantum transpositionem sententiarum et ex Spir. omissionem uocum *quoque item* adnotarunt, ad cetera non adtenderunt). Cod. Mor. eundem habebat ordinem, sed exciderant in eo uerba: *didicerunt — naturales et;* deinde erat *confecta est.* Facillume in uerbis *confecta res esset* suppletur condicio: "si

lapathi suauitatem acipenseri Galloni Laelius anteponebat, sed suauitatem ipsam neglegebat; quod non faceret, si in uoluptate summum bonum poneret.

IX. Semouenda st igitur uoluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. 26. Possumusne ergo in uita summum bonum dicere,

acipenseri) *accubanti* (*accubans* E *accubantis* C) *ære* (*ere*) EPMCR *accubanti ære alieno* L anteponebat) add. *aliis que erant in mensa tanquam suum* C sequamini) *sequamur* R 26. ergo) *igitur* LPMCROr.

ciatur: *Non igitur*, nemo non cogitur conclusionis finem expectare; atqui illud de Lælio habet adiectam explicationem et quasi, ut ita dicam, corollarium. Ne quis autem putet dicendum fuisse: *Ne bene quidem igitur* (ut Tusc. 1, 71 in recta scriptura: *ne interire quidem igitur*), ita dicitur, si in eodem genere negatiue concluditur (*non distrahi, igitur ne interire quidem*), hic ad contrarium transitur (*praue*; *non igitur bene*).

anteponebat) Mirum additamentum, quod in *C* legitur, ortum, quom *acipenseri* corruptum esset, habet etiam ed. Uen. 1480. Corruptelas eius uocabuli similis habent Oxx. χUEξ (hi *accipienti ore*) et margo Crat. (*accubans ære*); Grut., Dau., Gzius tacent; quis emendarit, nescio.

Cap. IX. *ut loqui deceat frugaliter*) Quom hæsissent alii, recte Dauisius et Bremius sententiam expediuerunt: Non solum ut recta in uita sequamini, (*sequamur*, inutili correctione, cod. Urs., Bas., Eξ), sed etiam ut conueniat uobis frugi hominum sermone uti, dicentibus, summum bonum percipi non dolendo, tenui uictu, quæque sint similia, semouenda uoluptas est, quæ tota in motu illo et titillatione posita st. Tamen Gzius *deceat* putat esse *decere intellegatur*. Otto enarrat: *ut intellegatis loqui decere frugaliter*, sed coicit (et longe ante Nodellus), pro *deceat* scribendum esse *discatis*.

26. *Possumusne ergo in uita &c.*) *Ergo* etiam Spir. Sed dure admodum omittitur prior accusatiuos, quom etiam in eo ipsa uis sententiæ sit, (Lbinus: *igitur uoluptatem*); nam quod Gzius *aliquid* "cogitandum omitti" dicit, est ex eodem fingendi genere, quo solet uti. Neque recte h. l. *id* addi uidetur, etsi rectissume adderetur, si quæreretur, possetne alia aliqua res fieri in uita, in coena, ut si dicas: *possumusne in bello quiete frui, quom id* (quiete frui) *ne in pace quidem possimus?* h. l. artius cohærent *in uita* et *in coena* cum uerbo. Itaque non inprobabilis est Dauisi suspi-

dicitus. Quis est enim, in quo sit cupiditas, quin recte cupidus dici possit? Ergo et auarus erit, sed finite, et adulter, uerum habebit modum, et luxuriosus eodem modo. Qualis ista philosophia st, quae non interitum adferat prauitatis, sed sit contenta mediocritate uitiorum? Quamquam in hac diuisione rem ipsam prorsus probo,

est enim) *et* E sit cup.) *cup. sit* MCR quin) *qui non* E uerum) om. R rem ipsam) *remissam* EP

quin recte cupidus) *qui non* etiam Spir. "atque sic hac in formula proprie Cicero" *Gzius*. Idem in Acad. II, 20 retinens *quis est, quin* et reiciens *qui non*, Scribæ, inquit, in hac structura hæserunt. In hoc autem opere V, 63 ex isdem codd. *quin* edens, Scribit, inquit, Cicero ex more *nemo est, quin*. At paucis uersibus post (64) edidit cum ceteris *quis est, qui non*, tacuitque, eosdem libros ibi quoque *quin* habere. Nescio, supinam obliuionem an audaciam, quicquid in buccam uenerit, deblaterandi magis admirer; nisi magis etiam eorum, qui has quisquilias non tulerunt sed laudarunt, patientiam miror. Otto etiam aliquid dicere, noluit; *quin* esse modestius quam *qui non*. Mihi et multo sæpius *quin* a scribis dissolutum esse uidetur quam *qui non* contractum, et ubi non simpliciter præcedat *quis est, nemo st*, sed, ut h. l., definitio quædam (*in quo sit cupiditas*), ex qua aliquid necessario sequatur, fere semper dici *quin*. Mox Gzius, Or., Otto ediderunt *et adulter uerum habebit modum*, dormitantes plus iusto.

interitum adferat prauitatis) Licuit et sic dicere substantiuis coniunctis, ut significaretur, in hominibus ecfici illum interitum prauitatis, et *prauitati*, ut ipsa pati interitum cogitaretur; nec erat, cur hoc Uict. et Dau. contra codd. præferrent. Simile st infra 118: *uoluptatis aditus* (id est, quos ea habere possit) *intercludat*. Alia conlegit Bremius, ut *litem alicuius æstumare* et *alicui* (uid. Drakenb. ad Liu. XLV, 24, ubi tamen foede confunditur *æstumare litem hominis* et *peccati*, quin etiam *litem capitis æstumare*): poterat addi *locum seditionis quærere* (Liu. III, 46 et 50) et *seditioni, inhibere modum nimiæ potestatis* (Liu. III, 59, hoc etiam durius, quia *modus potestatis* proprie non *inhibetur*); ex Cicerone Gzius citat *facere fidem iudici sui* (Acad. II, 19, nam III de Orat. 104 non iniuria dubitatur, quia *fides orationis* uix sic absolute dicitur). Alia minus huc pertinent, quia in iis necessaria prorsus est una ea et definita notio, quæ ex substantiuis coniunctis ecficitur.

elegantiam desidero. Appellet haec desideria naturae; cupiditatis nomen seruet alio, ut eam, quom de auaritia, quom de intemperantia, quom de maxumis uitiis loquetur, tamquam capitis accuset. **28.** Sed haec quidem liberius ab eo dicuntur et saepius. Quod equidem non reprehendo; est enim tanti philosophi tamque nobilis audacter sua decreta defendere; sed tamen ex eo, quod eam uoluptatem, quam omnes gentes hoc nomine appellant, uidetur amplexari saepe uehementius, in magnis interdum uersatur angustiis, ut, hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod uoluptatis caussa non uideatur esse facturus. Deinde, ubi erubuit, (uis est enim permagna naturae,) confugit illuc, ut neget accedere quicquam posse ad uoluptatem nihil dolentis. At iste non dolendi status non uocatur uoluptas. Non laboro, inquit, de nomine. — Quid, quod res alia tota st! — Reperiam multos uel innumerabilis potius non tam curiosos nec tam molestos, quam uos estis, quibus, quidquid uelim, facile persuadeam. — Quid ergo dubita-

Appellet) *appellat* E eam) transp. ante *tamquam* LPMCR (*ea* LP) 28. liberius ab eo) *ab eo lib.* L hoc) om. E sæpe) *sæpius* C sæpe uehem.) *uehem. sæpe* E quod) *quid* E caussa non uideatur) *uideatur caussa* E ubi) *enim ubi* E est enim) *est* E *enim* C *enim est* ceteri, Or. nihil) *mihi* E

ut eam) Pronomen, quod etiam Pal. 1 et Spir. tenent, e deterioribus codd. excidit; deinde ante *tamquam* additum st. Inde Dan. e uetere Lbini cod., Pal. 2, Par. 1, 2 edidit *ea tamquam*, ut ad *uitia* referretur.

28. *quod uoluptatis caussa non uideatur*) E scriptura Erl. possit aliquis efficere *quin uoluptatis caussa uideatur*, ut *quin* raro exemplo (uid. Opusc. mea Acad. præf. p. 5) accusatiui *quod* locum teneat. Sed frustra ex huiusmodi mendis codicis genere optumi, diligentia scriptoris non commendabilis coniectura temptatur, quom præsertim etiam *caussa* transponatur.

uis est enim) Hoc suasit Erl., quocum consentiunt Eξ. De ceteris tacetur. Uid. ad I, 43.

non tam curiosos) *πολυπράγμονας*, qui non necessaria subtiliter exquirant. Cfr. ad I, 3.

Quid ergo dubitamus) Pertinent hæc ad ea, quæ I, 37 et 38

mus, quin si non dolere uoluptas sit summa, non esse in uoluptate dolor sit maxumus? cur id non ita fit? — Quia dolori non uoluptas contraria st, sed doloris priuatio.

X, 29. Hoc uero non uidere, maxumo argumento

29. Hoc) hic L

ab Epicurea parte exposita sunt. Nec tamen ualde subtiliter disputantur; neque enim dissoluitur ipsa Epicuri doctrina et repugnare ostenditur, sed, intermixtis inter notiones Epicureas iis, quas ille non probabat, sic concluditur. Quasi enim concedat Epicurus, uoluptatem in motu eodem modo, quo dolorem, ueram uim per se habere, quod ipsum Epicurus negat et tantum uariationem eam esse ait, concluditur, *uoluptatis in motu* priuationem dolorem adferre et quidem summum. Deinde ea, quæ Epicurum Cicero dicentem facit: *quia dolori* &c., ad Epicuri mentem sic dicenda erant: Quia dolori uoluptas stans, non mouens contraria st. Nam uoluptatem, sed stantem, is quoque dolori contrariam ponebat. Et tamen facile fuerat ostendere, hominem sui (ut loquimur) conscium numquam esse in nudo illo non dolendi statu, in quo tamquam fundo omnia Epicurus extruxerat, sed, quom hoc, non dolere se, sentiret (negatiue), simul sentire, se esse et uigere (positiue), in quo motus et iucunditas esset.

Cap. X, 29. *Hoc uero non uidere*) Infinitiuos est exclamantis cum admiratione (*Hoc uero credibile st*, *eum non uidere &c.?*), id unum non prorsus uolgare habens, quod subiectum non additur; plane eodem modo libr. IV, 76: *Hoc non uidere*. Nam ipsam rem uniuerse Cicero admiratur, non solum in certo homine. Sed quom sic orsus esset, ut dicendum esset: *maxumo argumento esse, illam uoluptatem, —, ne adpetendam quidem esse, quod eam non desideremus &c.*, quoniam longior, addita parenthesi, facta erat definitio illius uoluptatis, omissa ea orationis structura, quam instituerat, et noua per *igitur* inducta, quod antea mirandum significarat, nunc narrando persequitur: *hoc igitur non uidet* &c. Expediuit locum antea addubitatum A. Matthiæus, in eo uno leuiter errans, quod *hoc* initio positum coniungi uolt cum *esse* contra similitudinem loci illius libri quarti. Ponitur enim id pronomen initio omnia conplectens, quæ deinde dicuntur. *Uero* (dico propter Ottonem) significat ascensum orationis et transitum ad rem nouam et maiorem. Priores partim lacunæ notam adposuerant, partim uerba mutarant, a sententia etiam aberrantes præter Bremium,

esse, uoluptatem illam, qua sublata, neget se intellegere omnino, quid sit bonum, (eam autem ita persequitur, quae palato percipiatur, quae auribus; cetera addit, quae si appelles, honos praefandus sit;) — hoc igitur, quod solum bonum seuerus et grauis philosophus nouit, idem non uidet ne expetendum quidem esse, quod eam uoluptatem hoc eodem auctore non desideremus, quom dolore careamus. Quam haec sunt contraria! **30.** Hic si definire, si diuidere didicisset, si loquendi uim, si denique consuetudinem uerborum teneret, numquam in tantas salebras incidisset. Nunc uides, quid faciat. Quam nemo umquam uoluptatem appellauit, appellat; quae

esse) om. LPMCR illam) *ullam* PMCR ita) om. L percipiatur) *percipitur* E addit) *addidit* C honos) *bonos* EC præfandus) *præfraudus* E *præstandus* LMC uidet) *uidit* E quam) *quamquam* LMPCR **30.** Hic — incidisset) Non. p. 177. si diuidere) *uel diuidere* LPMCR didicisset) *potuisset* Non. salebras) *insanias* C

qui *uidet* scripsit, tantum rectam formam et sententiarum coniunctionem turbans. Tum enim dici debuit: *Ne illud quidem uidet.* Nam *Hoc uero non uidet* significat, dictum ante esse, alia eum uidere. *Esse* om. etiam χψ, unus U *est* habet. Tum *illam* est etiam in mg. Crat., Pal. 1, Spir., id est optumis; editur inde a Grutero; ceteri *ullam*, Eξ *nullam.*

eam autem ita persequitur) Uid. ad § 7. *Cetera* sunt τὰ ἀφροδίσια. Pro *præfandus* (cod. Uict., Mor.) χ, ψ *præstandus*, ut etiam tum Crat. Eξ *pondus*; ceteri tacent.

hoc eodem auctore non desideremus) *Aliquo auctore fieri* semper dicitur, quod eius fiat opera et inpulsu, ut auctor fuerit faciendi; quomodo nunc uolgo locuntur: *Epicuro auctore, Di mundum non regunt*, ut sit: *si Epicuro credimus*, *Epicuri iudicio*, ueteres, quod sciam, locuti non sunt. Credimus et tradimus aliquid aliquo auctore, quom is nobis auctor rem præstat (auf seine Auctorität). Ei obseruationi hic locus repugnare uidetur, sed ita intellegi debet: *quod is nos moneat et hortetur, ne desideremus,* non: *tradat, nos non desiderare*).

Quam hæc) Sic etiam mg. Crat., cod. Mor., Pal. 1, El. 2, Spir. Restituit Gruterus; ceteri *quamquam.*

30. *si diuidere*) Sic etiam Spir. Ante Gzium tacite editum st *uel*, a Uict. et Lbino *et.*

appellauit, appellat &c.) Hunc quoque locum redintegrarunt

duo sunt, unum facit. Hanc in motu uoluptatem (sic enim has suanis et quasi dulcis uoluptates appellat,) interdum ita extennat, ut M'. Curium putes loqui, interdum ita laudat, ut, quid praeterea sit bonum, negat se posse ne suspicari quidem. Quae iam oratio non a philosopho aliquo, sed a censore opprimenda st. Non est enim uitium in oratione solum, sed etiam in moribus. Luxuriam non reprehendit, modo sit uacua infinita cupiditate et timore. Hoc loco discipulos quaerere uidetur, ut, qui asoti esse uelint, philosophi ante fiant. 31. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. Simul atque natum animal est, gaudet uoluptate et eam adpetit ut bonum, aspernatur dolorem ut malum. De malis autem et bonis ab iis animalibus, quae nondum deprauata sint, ait optume iudicari. Haec

appellauit, appellat —. interdum) *appellat* (*appellauit* L) *et hanc in motu uoluptatem, quae duo sunt, unum facit. Sic enim h. s. et q. d. uol. appellat. Interdum* LPMCR *appellauit*, *appellat* [*atque*] *quae* (cetera ut nos) Or. M') *Marcum* E *M.* ceteri. putes loqui) *l. p.* L sit bonum) *b. s.* L ne) *nec* E in orat. solum) *sol. in orat.* LMCR 31. animal) *animale* E ab iis) *ab his* L

optumi codices, Erl. et Spir., quos Gzius secutus est, nisi quod, sublata aptissuma orationis figura et breuitate, scripsit: *appellat atque quae*. E Morel. cod. adnotatur tantum: *appellauit, appellat,* "quomodo suo ascripsit libro Scaliger;" noli dubitare, quin cetera quoque recta fuerint; e Pal. pr. tantum *appellauit* pro *appellat*. In uolgaribus codd. quom excidisset *appellauit*, ut manca esset sententia, uide, quam audacter et artificiose transponendo fracta membra coniunxerit emendator; nam ut nostri, ceterorum omnes; tantum Eξ *appellaret*.

M'. Curium) Praenomen, ut solet, corruptum erat etiam in Gzianis. "Pertinet huc maxume uersus ille, etiam (!) Rosae laudatus: *Qui Curios simulant, asoti cetera uiuont*." *Gzius*. Uolt uideri uersum nosse, quem deprauatum a Rosa sumpsit; est Iuuenalis in sat. II, 3: *Qui Curios simulant et Bacchanalia uiuont*. M'. Dentatum quis ignorat?

in oratione solum) Sic Spir., edd. inde a Grut. (e Pal. 1?). Antea et relicui Gziani ut nostri deteriores.

et tu ita posuisti et uerba nostra sunt. Quam multa uitiosa! Summum enim bonum et malum uagiens puer utra uoluptate diiudicabit, stante an mouente? quoniam, si dis placet, ab Epicuro loqui discimus. Si stante, hoc natura uidelicet uolt, saluam esse se, quod concedimus; si mouente, quod tamen dicitis, nulla turpis uoluptas erit, quae praetermittenda sit, et simul non

Quam) *quare* C *quamquam* R multa) *multum* R an) *ante* E dis placet) *displicet* E loqui discimus) *d. l.* E

31. *quam multa*) *quamquam multa* Gud. 1 et Bas., *quamquam multum* Gud. 2 (*multum* etiam U). Ueram scripturam a Manutio reuocatam confirmant cod. Mor., Spir., mg. Crat. tenentque tacite Grut., Dau., Oxx.

stante an mouente) Uid. ad I, 37. Stantem et mouentem Cicero dixit breuitatis caussa pro ea, quæ in statu et in motu esset, altero participio intransitiue utens, ut iis, de quibus ad I, 69 dictum st, sic ut prope adcederet ad medii uerbi naturam; commodius fere dicas motoriam et statariam, grammaticorum fabularum scenicarum genera diuidentium exemplo.

si dis placet) Omnes Gzi codd. *si displicet*.

hoc natura uidelicet uolt) Id, quod Epicurus uoluptatis studium interpretatur, nihil esse aliud Cicero dicit nisi sui conseruandi studium, quod omnes animalibus a natura insitum esse concedant. *Uidelicet* ponit, manifestam rem et perspicuam adferens ad Epicuri argumentum euertendum.

quod tamen dicitis) Etsi tam multa de illa indolentia disputatis et eam tam extollitis. Gzius *tamen* uolt esse *certe, saltem*, et sententiæ repugnans (neque enim aliud Epicureos sentire, aliud dicere, Cicero significat) et usui loquendi; neque enim ad eam significationem *tamen* inclinat, nisi quom ita postponitur uocabulo, ut, quicquid de aliis rebus fiat, hanc tamen, id est, saltem excipiamus. Dupliciter autem reprehenditur Epicurus, si manente uoluptate puerum duci dicat, quod turpem uoluptatem excludere non possit, et quod præterea sic animal illud, quod totiens usurpet, modo natum et ortum ab alia uoluptate proficiscatur et initium adpetendi capiat atque ea, in qua summum bonum Epicurus ponat, ut initium a fine discrepet. Sententiæ satis facilis enarrandæ necessitatem imposuit Gzi inscitia, adeo aberrantis, ut *aliud animal* scripserit, et Orelli prorsus falsa explicatio. Quid esset *proficisci*, intellegi poterat, si opus erat, e § 32 extr.

proficiscitur animal illud modo natum a summa uoluptate, quae st a te posita in non dolendo. **32.** Nec tamen argumentum hoc Epicurus a paruis petiuit aut etiam a bestiis, quae putat esse specula naturae, ut diceret, ab iis, duce natura, hanc uoluptatem expeti nihil dolendi. Neque enim haec mouere potest adpetitum animi, nec ullum habet ictum, quo pellat animum, status hic non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum uoluptate. Itaque Epicurus semper hoc utitur, ut probet, uoluptatem natura expeti, quod ea uoluptas, quae in motu sit, et paruos ad se adliciat et bestias, non illa stabilis, in

32. aut etiam) *ante et* E quæ) om. E specula) *spicula* E iis) *his* EPOr. expeti nih. dol.) *n. d. e.* L Neque) *Nec* E ullum) *illum* R ictum) *ritum* E animum, status) *animi statum* omnes. utitur) *utatur* E *nititur* L

32. *quæ putat esse specula naturæ*) Ut quæ incorrupte indicarent, natura non deprauata. Lenis est irrisio Epicuri a bestiis argumenta ducentis. Nam de pueris similiter alii philosophi loquebantur, apud ipsum Ciceronem Peripateticus Piso V § 61 et maxume § 55.

nec *ullum*) *illum* edd. quædam, ut P. Mars., Man. Grut., (non cod. Mor., ut Or. ait), *nullum* Uχ, C. C. C.

animum, status) Euidens emendatio debetur, opinor, Uictorio. Codd. omnes (Pall., Oxx., Gzi) ut mei, edd. quoque P. Mars. et Crat. Librarius sententiarum membra non discernens hic simile aliquid efficere noluit superioris *adpetitum animi*.

at ille pellit) Is demum status pellit et animum et adpetitum mouet, qui permulcet sensum mouente et uera uoluptate, hoc est, ipsa uoluptas mouens. Nam *status* nomen, in quo quies aliqua significatur, hic minus commodum Cicero retinuit æqualitatis gratia. Hic quoque fuerunt, qui aberrarent.

Itaque — utitur) Bas., Gud. 1 *atque*. Aperta st conclusio. Tum in Pal. 1 superscriptum alteri uerbo *nititur*, eaque correctio peruenit in Pal. 2, Leidensis mei geminum. Id uerbum alienam ab h. l. habet difficultatis et uehementis studi notionem; cfr. IV, 67.

non illa stabilis) Rectius Cicero dixisset: *non quod illa &c.* Nec enim Epicurus hoc negatiue adiungebat, sed Cicero, ita ut illi: *hoc utitur*, *quod* contrarium esse debeat: *non hoc*, *quod*.

qua tantum inest nihil dolere. Qui igitur conuenit, ab alia uoluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere?

XI, 33. Bestiarum uero nullum iudicium puto. Quamuis enim deprauatae non sint, prauae tamen esse possunt. Ut bacillum aliud est inflexum et incuruatum de industria, aliud ita natum, sic ferarum natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. Nec uero, ut uoluptatem expetat, natura mouet infantem, sed tantum ut se ipse diligat, ut integrum se

nihil) *non* E Qui) *quid* omnes. 33. possunt) *possint* C Ut — natum) Non. p. 78 (om. *de industria*) quidem) om. L uero) *ergo* LPC ipse) *ipsum* CR

Qui igitur conuenit) Sic Lbinus, et inuentum Dau. ait in Par. 2; Oxoniensium silentio de *E* parum, de *U* omnino non confidi potest; Gzius oblitus est codd. inspicere. Uidetur recte emendatum. Longe enim diuersa sunt: *quid opus est?* et quæ illo modo dicuntur (id est fere: *ad quid, cur*); simile esset *quid potest?* pro *qui potest?* quod non dicitur.

Cap. XI, 33. *sed natura sua*) Neglegenter Cicero scripsit, primum sic contraria ponens *malam disciplinam* (aliorum) et *naturam suam* (quæ ipsa figura defendit scripturam), ut obliuisceretur, subiectum esse non *feras*, sed *naturam ferarum*. Itaque prius hoc cogitur lector, detracta proprietate, pinguius de feris eorumque habitu intellegere. Quos Bremius et Gzius conparant locos, nihil habent nisi repetitionem eiusdem nominis de diuersis rebus, quæ eo recte appellantur, positi. Deinde, quom seiunxisset *deprauati* et *praui* notionem, hic tamen, omnia coiciens in illam oppositionem disciplinæ et naturæ, *deprauata* communiter posuit, ut etiam *praua* (in secundo membro) conprehenderetur. Et possunt per se aliquo modo bestiæ dici ipsa natura deprauatæ, hoc est, a perfecta specie et forma (*der Idee*) detorta. Nec enim ausim *praua* post *sua* addere; nam in hac huius oppositionis diligentia multo magis sentietur prius incommodum, concurrente nominatiuo et ablatiuo (*praua natura naturā suā*).

Nec uero, ut uoluptatem expetat) Hoc Cicero magis instituit explicare quam explicat; nam mox, omissa difficili quæstione (§ 34 *magna quæstio st*), tantum inconstantiam reprehendit Epicuri. Pro *uero* Spir. (Gzius addit Erl.) *uere*, Gud. 1, 2, Bas., Ox. χ *ergo*. Mox pro *se ipse* in edd. usque ad Uict. et apud hunc ipsum fuit *se ipsum*. Postea nemo id adnotauit.

saluomque uelit. Omne enim animal, simul [ut] ortum st, et se ipsum et omnis partis suas diligit, duasque, quae maxumae sunt, in primis amplectitur, animum et corpus, deinde utriusque partis. Nam sunt et in animo praecipua quaedam et in corpore, quae quom leuiter adgnouit,

simul [ut]) sine uncis Or. *simul et* ELP est) om. LP quae) om. C adgnouit) *nouit* B

Omne enim animal) Quae hic breuiter adtinguntur, fusius explicantur Stoice in libro III § 16 sqq., Peripateticorum uel potius Antiochi more in libro V, 24 sqq.

simul [*ut*] *ortum st*) *Simul ut* pro *simulac* Dukerus ad Liu. VI, 1 Ciceronem non raro posuisse dicit, Goerenzius ad Acad. II, 51, saepe. Ego tris omnino locos esse puto, ubi a codicibus constanter confirmetur illa forma, Academicorum illum, Tusc. IV, 5; Uerr. I, 67; in ceteris satis dubiam sedem habet aut nullo iure editur, ut VI ad Fam. 18 init. Nec uerius erat apud Catullum 61, 31. Uniuerse autem eo defenditur, quod origo facile intellegitur. Neque enim *ut* est pro *ac*, sed tempus significans (*ut uidit*) coaluit cum *simul*, sic, ut et consecutio et res eodem fere momento gestae significarentur. Hoc loco omnes editores quasi conpacto tacent, et tamen, quom in tribus meis codd. e quattuor, interque eos optumo illo, sit *simul et*, facile intellegas, quid in aliis fuerit, e quibus Oxx. Eg neque *et* neque *ut* habent. Contra V, 24 omnes (casum enim, non consilium sequebantur) adnotarunt, in codd. esse *simul et*. Hoc num Cicero pro *simul ac* dixerit, ualde dubito, qui omnino particulae *et* pro *atque* usum certis et angustis finibus terminari putem; uid. ad § 21. Sunt huius generis exempla aliquot in epistularum ad Atticum codice Mediceo, ut II, 20, 2 (*simul et quid erit certi*), X, 4 extr. (*simul et uidero Curionem*; hoc quidem etiam in Bosi codd., qui meliores erant), X, 16, 4 (*simul et in Cumanum ueni*), XVI, 11, 6 (*simul et constituero*). Sed hoc ipsum, quod in uno illo epistularum uolumine totiens, alibi numquam legitur, facit, ut suspicer, ueterem librarium *simul* pro *simul ac* positum non tulisse atque constanter *et* addidisse, quemadmodum alibi *atque* uel *ut* addiderunt; uid. Drakenb. ad Liu. VI, 1 et quos illo citat. Legitur *simul et* etiam ad Qu. Fr. II, 6, 3 a prima manu cod. Medicei; altera substituit *simul ut*. Pro Planc. 14 editur: *simul ut, qui sint professi, uidero, dicam*; in Erf. cod. est *simul ut et qui*; mihi utrumque suspectum fit; itaque hunc locum supra non posui.

bus', quos dixi, consequentes sunt fines bonorum, Ari-

quos) quæ C sunt fines) *fines sunt* E

Ilis omnibus, quos dixi, &c.) Hæc uerba, ut nunc cetera sunt, inexplicabilem habent difficultatem. Nam primum *consequentes*, (id est, consentanei alii rei præcedenti) sic dicitur, tamquam, positis horum philosophorum primis naturæ, nunc demum adiungat, iis consequentis esse fines. Atqui iam de finibus dixit. Itaque hæc sententia generalem laudem continet; sic *consequens* absolute dicitur pro eo, in quo ipso constantia adpareat nec quicquam repugnet, quod barbarum st; neque satis Bremius adtendit, illa adhibens exempla, in quibus *consequens est superiori consentiens*. Et hæc laus ad eos etiam, qui secuntur, pertinet, ut mire tamquam horum propria ponatur. Sed grauius illud: datiui, qui subiciuntur, *Aristippo*, *Stoicis* &c. necessario per adpositionem sic adhærent uerbis *his omnibus*, ut singulatim ostendatur, qui sint illi omnes et qui consequentes illi fines bonorum; ut tamquam diuersi adiungantur, fieri nullo modo potest per sermonis naturam. Et tamen repugnant uerba *quos dixi*. Postremo in Peripateticis et Academicis primum Cicero principia naturæ nominauit, deinde finis adiunxit, ut, quod erat propositum, cohærere ea ostenderet. In his, qui secuntur, nulla omnino significantur primà, sed tantum fines ponuntur, ut ne umbra quidem eius conuenientiæ adpareat, quam Cicero ostendere uolebat. Horum omnium incommodorum una st leuatio, ut statuamus, ante uerba *his omnibus* nonnulla excidisse, quibus Cicero simili forma atque supra (*Polemoni et Aristoteli ea prima uisa sunt* &c.) dixerit, quæ alii prima posuissent; tam rectissume (quemadmodum ante: *Ergo nata st* &c.) subiciebatur de finibus: *his omnibus, quos dixi, consequentes* (consentanei iis, quæ posita sunt prima,) *sunt fines bonorum*. Et fortasse etiam Carneadem et Hieronymum nominarat, sed hic exempli caussa solos Aristippum et Stoicos ponit. Tantum id nescio, quæ alia prima Stoicis quam Peripateticis et Academicis dare potuerit; nam quæ his dat, ipsa sunt Stoica; sed ut paullum inflecteret, postulabat tota disputationis forma instituta. Ex editoribus primus Ernestius locum obscurum esse senserat et post eum Rathius, qui ex C et fortasse una et altera præterea uetere editione malebat *quæ*, quo tollitur barbaries in uoce *consequentes*, cetera incommoda etiam augentur; ipsum illud, *omnibus* primis naturæ respondere finis Peripateticorum, Calliphontis, Diodori, ineptum st. Matthiæus, quom distinctius partem uitiorum uideret, mala tamen medicina hæc omnia uerba tolli uolebat, quo facto ea, quæ se-

stippo simplex uoluptas, Stoicis consentire naturae, quod esse uolunt e uirtute, id est, honeste uiuere, quod ita interpretantur, uiuere cum intellegentia rerum earum, quae natura euenirent, eligentem ea, quae essent secundum naturam reicientemque contraria. **35.** Ita tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi uel Epicuri, alter Hieronymi, Carneadi tertius, tres, in quibus honestas cum aliqua adcessione, Polemonis, Calliphontis,

Stoicis) *Stoici* E rerum earum) *ear. rer.* CROr. eligentem — reicientem) *eligente — reiciente* LPMCR 35. unus) om. L Carneadi) *Carneadis* LPMCROr. Calliphontis) *Calliphonte* C

cuntur, pertinebunt ad illud: *prima uisa sunt*, ut audiatur: *primum uisum st.* Atqui Stoicis *naturæ conuenire* summum et extremum st, prima naturæ longe alia. Gzius *consequentes* putat esse *conformes* (ipsius est uerbum), hoc est, consentientes, satis contra sermonis usum; et discrepant aliquantum Calliphou et Diodorus ab Aristotele. Et, ut exposui, tum etiam Aristippi et Stoicorum fines inter se consentire dicentur, non, ut ille putat, repugnare. Omnino non agitur hic de diuersorum philosophorum finibus inter se conferendis, sed de primorum et finium conuenientia. Orellio tamen Gzius satisfecisse uidetur; Otto ne admonitione quidem quicquam egere putauit.

id est, honeste uiuere) Interpretatur, quod paullo minus usitate dixerat, *e uirtute*, id est, *secundum uirtutem*, *κατ᾽ ἀρετήν*, (uid. ad V, 26; ἐξ ἀρετῆς ζῆν, quod Gzius ait sæpe Stoicos dicere, nemo Stoicus, imo nemo Græcus dixit umquam,) et simul duplicem formulam idem significantem coniungit, ut III, 29 inuerso ordine: *honeste, id est, cum uirtute.* Male Dau. e cod. Par. 1, 2 (Ox. U) *honestate*; longius progressus Eliensis (uter ?): *cum honestate.*

quod ita interpretatur &c.) *ζῆν κατ᾽ ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων, ἐκλεγόμενον μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ἀπεκλεγόμενον δὲ τὰ παρὰ φύσιν.* Uid. ad IV, 14. *Eligentem — reicientem* habuit cod. bonorum archetypus (Spir., Mor.), restituit Dauisius. In uolgarium archetypo aut excidit casu lineola aut corrigendo relatum st ad *intellegentia.* Reditum tamen ad uerum in El. 1, Εξψ. Sed notanda *euenirent* et *essent* post *interpretantur* posita, quod Cicero subito cogitationem a suo tempore rettulit ad ueteres Stoicos, huius interpretationis auctores, de quo genere dicetur ad III, 67.

35. *Carneadi*) uid. ad I, 14.

Calliphontis) Sic Pall. omnes, Oxx., Gziani. Monuit Grute-

Diodori; una simplex, cuius Zeno auctor, posita in decore tota, id est, in honestate; nam Pyrrho, Aristo, Herillus iam diu abiecti. Relicui sibi constiterunt, ut extrema cum initiis conuenirent, ut Aristippo uoluptas, Hieronymo doloris uacuitas, Carneadi frui principiis naturalibus esset extremum. XII. Epicurus autem quom in prima commendatione uoluptatem dixisset, si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit ultumum bonorum, quod ille; sin eam, quam Hieronymus, fecisset idem, ut uoluptatem illam [Aristippi] in prima commendatione poneret.

id est in) *id est* PMC   si eam) *sed eam* E *si ea* L   illam) om. L   [Aristippi]) *Aristippo* E *illam, non Aristippi*, Or. cum nota mendi ante *uoluptatem.*

rus. Tamen mendum, quod alibi (V, 8 et Off. III, 119) etiam codd. occupauit, in edd. hæsit ad Goerenzium.

Una simplex) Loquitur tamquam præcedat *sententia*, non *finis*; nam in hoc uocabulo neque genus uariare poterat neque omnino id hoc significatu umquam feminino genere dictum st. Synesin hanc appellant, et optumis scriptoribus usitatam dicunt; nos simplicius neglegentiæ excusationem quærimus. Uid. Prolegg. de oratione horum librorum.

posita in decore tota) *Decus* sæpius pro *honesto* dixit, τὸ καλὸν exprimens, ut h. libro 44, 56, Legg. I, 55; alibi *decus honestatis*.

Pyrrho, Aristo, Herillus) uid. 43.

Relicui sibi constiterunt — Epicurus autem) Incommodam capitum, quæ uocantur, distinctionem sequentes editores prorsus obscurarant cohærentiam disputationis, dum hæc uerba: *Epicurus autem* &c. usque ad *poneret*, in quibus Epicuri inconstantia cum ceterorum constantia conparatur, cum iis connectunt, quæ secuntur.

Cap. XII. *in prima commendatione*) h. e., in prima conciliatione naturæ, tamquam id, quod primum adpeteretur. Uid. exc. de primis naturæ. *Dixisset* est *nominasset* (posuisset), ut non opus sit Lambini coniectura, *esse dixisset* scribentis.

fecisset idem, ut uoluptatem illam &c.) Hic locus, quem ex parua parte interpretes adtigerunt, sic inplicatus est ipsius Ciceronis culpa, ante, quam satis perspicue conclusionis partis et ordinem animo concepisset, orationi habenas permittentis, ut recta

36. Nam quod ait, sensibus ipsis iudicari uolupta-.

sententia ecfici nequeat, sed tantum ostendi, quid uoluerit dicere et in quid inciderit. Uolt Epicurum dilemmate premere. Incipit ab uoluptatis notione tamquam ambigua, quasi demonstraturus, quom Epicurus hanc primam posuisset, prout eam explicasset, aut ad Aristippi aut ad Hieronymi summum bonum peruenire debuisse. Itaque priori e duobus, quæ fieri possent, quod hoc est: *si eam* (dixisset), *quam Aristippus, idem tenere debuit ultumum*, respondere alterum huiusmodi debuit: *sin eam, quam Hieronymus, idem, quod hic, ultumum tenere.* Sed quom ad alteram partem peruenisset, animaduertit, sic non ecfici conclusionem et reprehensionem. Responderi enim poterat: Eam dixi, quam Hieronymus et ideo idem summum bonum pono. Urgendus igitur alia forma erat aduersarius, dicendumque, si hoc summum bonum tenere uoluisset, talem etiam uoluptatem (non dolendi) in prima commendatione ponendam fuisse; positam esse autem alteram, mouentem, quae uere uoluptas appellaretur (§ 32). Premenda igitur erat specialis notio uoluptatis, non ambigua illa utendum. Sed Cicero protasin retinuit ex ante instituta dilemmatis forma, apodosin ad hanc nouam adcommodauit. Itaque incidit in inanissumam tautologiam: *si eam (in prima commendatione uoluptatem dixisset,) quam Hieronymus, fecisset* (id est, facere debuit), *ut uoluptatem illam in prima commendatione poneret. Fecisset* est ex eo genere coniunctiuorum, quod post condicionem (siue ea uerbis expressa st siue intellegitur,) ponitur ad significandum non id, quod fieret factumue esset, sed quod fieri debuerit. Adtigit rem a grammaticis fere neglectam Zumptius § 529 not. Exempla (nemo enim adhuc nisi unum et alterum posuit) sunt in Uerr. I § 107 (*Imitatus esses*), V, 168 (*Adseruasses hominem*), de N. D. I, 89 (*sumpsisses tuo iure*), Offic. III, 88 (*Potius diceret*); Liu. XLV, 37 (*non triumphum impedire debuit, — sed postero die — nomen deferret* &c.), Propert. IV, 7, 29 et 30 (*at iussisses*), Terent. Andr. IV, 4, 54 (*prædiceres*), Hecyr. II, 1, 33 (*curares*). Iussiuos est modus; itaque in negando dicitur *ne*, ut ad Att. II, 1 § 3 (*aut ne poposcisses*), in Uerr. III, 195 (*ne emisses*). Sed restat id, in quo uno hæserunt editores, quom sic scriberetur: *ut uoluptatem illam Aristippi* &c. Apertum st enim, non id postulare Ciceronem, ut Hieronymi sententia cum Aristippi contraria coniungatur, sed ut in Hieronymi persistatur. Itaque e cod. El. 2 (fuitne potius 1 ?) Dauisius et recentiores, excepto Schuetzio, scribunt: *uoluptatem illam, non Aristippi*, &c. Mihi multo probabilius uisum st, *Ari-*

tem bonum esse, dolorem malum, plus tribuit sensibus, quam nobis leges permittunt, *quom* priuatarum litium iudices sumus. Nihil enim possumus iudicare, nisi quod est nostri iudici. In quo frustra iudices solent, quom sententiam pronuntiant, addere: SI QUID MEI IUDICI ST. Si enim non fuit eorum iudici, nihilo magis, hoc non

38. *quom*) om. omnes; Or. inserit post *litium*. si quid) *si quod* E non) [*non*] Or.

stippi peruersum esse additamentum librari *illam* infelici conatu definientis. Uiderant idem P. Marsus, Ursinus, Schuetzius. Hoc unum addendum, ne frustra laboretur et plura turbentur, tautologiam illam adeo esse insitam et expressam in uerbis: *sin eam* (dixit in prima commendatione), *quam Hieronymus* et: *in prima commendatione poneret*, ut nulla eam reliquorum uerborum mutatio adtingat.

36. *Nam quod ait*) Nouom capit initium, sensuum testimonium, quo Epicurus utebatur (I, 30), reiciens.

quom priuatarum litium iudices sumus) Coniunctionem necessariam addidit Orellius, sed contra naturalem sermonis ordinem transpositam post *litium*. Testimonium, quo utitur, codicum duorum censoris Ienensis, nullum st; uid. Prolegg. Ineptissume uolgo separata hæc leguntur: *Priuatarum* — *sumus*; nam nec cetera apta sunt ullo modo ad fingendi figuram (*Fingamus nos esse*), et ea absolui longe aliter debebat, et repugnat uehementissume *enim*, quod proxume adiungitur illi: *quam leges nobis permittunt*. Pal. pr. *priuarum litium*.

nihilo magis, hoc non addito) Miro errore Bremius et Orellius (Ottonem non miror) tolli *non* uolunt, id est, sententiam prorsus pessum dari, quæ hæc est: "Frustra iudices, cauentes, ne de alieni iudici re iudicent, ascribunt: *si quid mei iudici st;* nihil enim opus est illo additamento; nam si res eorum iudici non fuit, iudicium ab iis factum, etiam illo non ascripto, tamen irritum erit." Mutatio illa inducit iudices Romanos sollemni formula res alieni iudici ad se trahere conantis. Sed decepit uiros doctos *frustra*, quo putarunt significari, iudices consilium suum non adsequi. *Frustra* est *sine caussa*; frustra enim (ut ipse hoc significatu utar) Handius Tursell. II p. 747 hunc usum a Cicerone abiudicat; uid. Tusc. I, 21. Formulam ipsam eo pertinere, ne quid de eo iudicatum sit, cuius quis iudex competens non fuerit, non monerem, nisi Goerenzium sic enarrare uiderem: *Nam si*

addito, illud est iudicatum. Quid iudicant sensus? Dulce, amarum, lene, asperum, prope, longe, stare, mouere, quadratum, rotundum. 37. Aequam igitur pronuntiabit sen-

Quid) *quod* EPMCR iudicant) *iudicat* omnes. stare, mouere) *mouere stare* E 37. Æquam) *Quam* omnes, Or.

uel iudices rei iudicandæ rationem non teneant (!), *nihilo tamen* (!) *magis illud, quod iudicarunt, ualebit* &c.

quid iudicant sensus?) Ut mei, sic aliorum codices *quod* habent, male conflatis sententiis (*iudicatum, quod iudicat sensus*). Interrogationem a superioribus diiunxit P. Faber, sed reliquit *iudicat*, quod ferri h. l. non potest, non solum quod Cicero bis *sensus*, non *sensum* nominauit, sed quod aperte de singulis sensibus, non de communi corporis ui sentiendi, loquitur exemplaque subicit plurium. Itaque Ernestius *iudicant*, secutique recentiores. Dau., quom in El. 1 esset *sensibus*, ecfecit: *Quid iudicatur sensibus?* Deinde Ernestius aspere *leue* contrarium esse uolebat; et sunt illa contraria ad tactum (uid. N. D. 1, 66, Acad. II, 121). Sed Cicero ut tria proxuma exempla a uisu sumpsit, sic duo priora a gustu sumpsisse uidetur, quo *lenia* et aspera iudicantur, ut uinum (Terent. Heaut. III, 1, 50).

37. *Æquam igitur*) Secutus sum ueterem emendationem, quam Dauisius e cod. Par. 8 protulit quæque st in ed. Ascensiana et Crat. Nam codex archetypus habuit *quam*. Sed ea scriptura summam peruersitatem habet, quom Cicero, sententiam a duplici ablatiuo absoluto ordiens subito, nulla caussa, nulla orationis inflexione, nullis interpositis, relatiuom pro demonstratiuo ponat. Talia frustra anacoluthi nomine obteguntur. Nam in anacolutho et caussa et modus est. Si cui autem interrogationem continuari usque ad *uoluisti* in mentem uenerit, primum ineptissume hæc omnia, quæ ad iudicandi modum pertinent, in interrogationem includentur, quæ breuis esse debet et celeriter proferri; deinde non minus peruerse responsum incipiet a pronomino relatiuo ad eam uocem adiuncto, quæ in interrogatione posita sit. Itaque prudentiores editores inde a Lambino *harum* aut scribunt aut probant. Sed ipsa interrogatio non recta st. Quasi enim *rationi* antea iudicandi munus datum sit, quæritur tantum, *quid* iudicatura sit. Atqui sensus a iudicio remoti erant; alius index nondum datus. Ab hoc igitur incipere debet oratio: Ueram igitur et æquam sententiam, quæ a sensibus expectari nequit, pronuntiabit ratio adhibita sapientia et uirtutibus. Sic etiam hæc ipsa de adhibenda sapientia et uirtutibus multo fiunt aptiora, quom simul ratio index constituatur. Multo

14*.

tentiam ratio, adhibita primum diuinarum humanarumque rerum scientia, quae potest appellari rite sapientia, deinde adiunctis uirtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu uoluptatum satellites et ministras esse uoluisti; quarum adeo omnium sententia pronuntiabit primum de uoluptate, nihil esse ei loci, non modo ut sola ponatur in summi boni sede, quam quaerimus, sed ne illo quidem modo, ut ad honestatem adplicetur. De uacuitate doloris eadem sententia erit. **38.** Reicietur etiam Carneades, nec ulla de summo bono ratio aut uoluptatis non

diuinarum humanarumque) *humanarum diuinarumque* PM rite) transp. ante *potest* E rerum omnium) *omn. rer.* R ministras) *mirriferas* P primum primo C erit) *est* omnes, Or. 38. etiam) *autem* E ulla) *illa* LPMCR summo bono ratio) *summa honoratio* E

igitur melius uetus ille emendator *æquam* quam posteriores *harum*. *Adeo* non, ut Gzius putat, cum *omnium* coniungitur, ut sit *uel omnium*, quasi mirandus sit consensus et fortasse dissensus expectandus; nec umquam sic dicitur *adeo*; (aliam rationem habent, quæ Handius I p. 150 congessit, ab ipso fere explicatam). Itaque *adeo* subicitur pronomini, ut alibi demonstratiuis in transitu, quom ad ipsam rem adceditur; cfr. Hand. I p. 143 et 145 sq.

sententia erit) Prorsus necessaria erat Th. Bentlei emendatio, a multis probata aut recepta, quamquam mire *erit* et *est* permutantur. Præsenti neque per se locus est, quom, quid ratio iudicatura sit, significetur, neque in hac serie: *pronuntiabit*, *reicietur*, *probabitur*, *relinquetur* cett. Klotzius tamen (Quæst. Tull. p. 57) nos docet, in ceteris conmemorari, quale sit futurum rationis iudicium, hæc uniuerse dici: de uacuitate doloris eandem esse sentiendi condicionem ac legem. Hoc scilicet significat *sententia est*; et in ceteris Cicero sententiam ipsam rationis et iudicium posuit, hic sentiendi condicionem conmemorauit. Septem Cicero (35) finis posuerat, qui defendi possent; hos nunc percurrit, primum uoluptatem remouens siue solam (Aristippi) siue cum uirtute coniunctam (Calliphontis); uoluptatem sequitur uacuitas doloris siue sola (Hieronymi) siue adiuncta (Diodori); his adicitur Carneadis sententia, generaliterque pronuntiatur (*nec ulla* &c.). Tum ad Stoicos et Polemonem uenitur. Et in hac serie Gzius "interiorem disputationis nexum" turbatum esse putauit!

38. *nec ulla*) Primus e Pal. primo restituit Dau., retinuerunt recentiores taciti. Habent etiam E .

dolendiue particeps aut honestatis expers probabitur. Ita relinquet duas, de quibus etiam atque etiam consideret. Aut enim statuet, nihil esse bonum nisi honestum, nihil malum nisi turpe, cetera aut omnino nihil habere momenti aut tantum, ut nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modo aut reicienda sint, aut anteponet eam, quam quom honestate ornatissumam, tum etiam ipsis initiis naturae et totius perfectione uitae locupletatam uidebit. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit, rerum inter eas uerborumne sit controuersia.

XIII, 39. Huius ego nunc auctoritatem sequens idem faciam. Quantum enim potero, minuam contentiones, omnisque simplicis sententias eorum, in quibus

relinquet) *relinquunt* PMCR statuet) *statuit* C omnino) om. L nec fugienda — aut reicienda) *nec eligenda modo sed fugienda aut reicienda* L anteponet) *interponet* L ipsis) om. E locupletatam) *locupletam* E *locupletem* R 39. enim) om. P

aut tantum, ut &c.) *τὰ προηγμένα* et *τὰ ἀποπροηγμένα* Stoicorum significat, quæ *ἀξίαν* habebant quandam, ut in libro III exponitur.

tum etiam ipsis initiis naturæ) primis naturæ, quæ corporis bona et externa appellabant Peripatetici et Academici. Uid. exc. ad § 33. Huic appellationi a Stoicis traductæ adiungit Aristoteliam formulam, *βίον τέλειον* cum uirtute coniungentem, eadem sententia. Uid. ad V, 26. Ipse Cicero, Antiochum sequens, re idem sentire Stoicos et Peripateticos statuebat.

Cap. XIII, 39. *sententias eorum, in quibus*) Mire et dure, quom eorum sic posuisset, ut relatiuo addito definiendum esset, relatiuom ad *sententias* rettulit, quasi dixisset *sententias eas*. Et commodius sic scripsisset; nam putidius erat: *in quorum sententiis*. Minus offensionis ea exempla habent, in quibus relatiuom non refertur ad *illud* uniuerse ad nouam rem significandam præmissum, sed ad personam, uelut III de Orat. 184: *illud adsentior Theophrasto, qui putat*, &c. (ubi Henrichsenius duos alios locos ascripsit). Sed pæne similis neglegentiæ et duritiæ et hoc in orat. pro Balb. 32: *quædam foedera extant, ut Cenomanorum, Insubrium, Heluetiorum, Iapidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in foederibus exceptum et &c.*; debebat enim esse: *in quibus*; nomina tamen interiecta obscurant uitium orationis. Illud prorsus

nulla st uirtutis adiunctio, omnino a philosophia semouendas putabo, primum Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est ueritum in ea uoluptate, quae maxuma dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere, contemnentis istam uacuitatem doloris. 40. Hi non uiderunt, ut ad cursum equom, ad arandum bouem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intellegendum et ad agendum esse na-

st) *inest* Or. adiunctio, omnino) *omnino adiunctio* E semouendas) *semouenda* E primum — ponere) citat Gellius XV, 13. Cyrenaicorumque) add. *quod* E maxuma) *maxime* C 40. Hi) *ii* MR ad duas) *duas* E ad intell. et ad ag.) *intell. et ag.* PLMR *intelleg. et ad ag.* C

nostri loci simile etiam in pronomine *eorum*, quod in eadem oratione legitur 48: *num quis eorum, qui de foederatis ciuitatibus esset ciuitate donatus, in iudicium st uocatus?* Incipit a generis definitione, quæ hæc est: *eorum, qui — erant donati* (non *essent*); transit ad unum aliquem, de quo recte diceretur, omisso *eorum*: *num quis, qui* &c. Ex eodem genere relatiui non adcurate demonstratiuo redditi erat, quod in libr. I, 55 notauimus.

nulla st) Sic edd. ante Crat. (præter CR, Uen. 1480, P. Mars., Ascens. cett.) et cum meis codd. Oxonn. omnes; *inest* a Crat. acceptum omnes præter Manutium et Lbinum tenuerunt, ceteri taciti, Gzius in quattuor suis esse testans, quod uix credibile st, et Spir. ab Erl. et deteriores a meis et Oxx. dissentire.

quos non est ueritum) Rariorem et antiquam formam uerbi inpersonalis passiui ex eodem genere, quo *puditum st*, *pigitum*, *miseretur*, adnotauit Gellius. Ueterum poëtarum et Uarronis exempla Nonius habet p. 196.

40. *ad cursum*) Eξ, Gud. 1, Bas. *ad currendum*; æqualitatis studiosus fuit corrector.

ad intellegendum et ad agendum) Optume hoc confirmat Erl. Nam ante Ernestium edebatur, Grutero tacente, *intellegendum et agendum*, omissa utraque præpositione, nisi quod pars ueterum edd. ante Crat. (Uen. 1480, P. Mars.) altero loco præpositionem addit, Dauisius e Par. 1 priore. Gzius priore loco præpositionem in paucis modo codicibus legi, posteriore in nullo tradit. Numquam gerundium sic substantiuo a præpositione pendenti præpositione non repetita adponitur; nec in hac diligenti distinctione duarum rerum semel præpositio poni poterat. Gud. 2 *intellegendi et agendi*. Non potest huc aduocari genitiuos ille in explicando et

tum, quasi mortalem deum, contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi uoluptatem hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt, quo nihil mihi uidetur absurdius. 41. Atque haec contra Aristippum, qui eam uoluptatem non modo summam, sed solam etiam ducit, quam omnes unam appellamus uoluptatem. Aliter autem uobis placet. Sed ille, ut dixi, uitiose. Nec enim figura corporis nec ratio excellens ingeni humani significat, ad unam hanc rem natum hominem, ut frueretur uoluptatibus. Nec uero audiendus Hieronymus, cui summum bonum st idem, quod

procreandi) *procreandam* M absurdius) *esse abs.* C 41. non modo) Post hæc uerba in C transpositione facta secuntur, quæ leguntur § 45 *multa simul agitantem* ad § 50 extr. *sua ui, sua natura,* tum autem pergitur: *summam sed solam* usque ad *celerrumeque* (§ 45); deinde (§ 50 extr.) *sua sit sponte laudabile* et relicua. ducit) *dicit* ECR uobis) *nobis* LPMCR ille) om. E figura corp.) *corp. fig.* L ratio) *nō* C unam hanc) *hanc unam* LPMCROr.

definiendo usitatus, de quo dixi Epist. ad Orell. p. 79, (pro Planc. 30: *nonnullis rebus, generis dico et nominis*). Aristotelis in iis, quæ extant, scriptis nullus est locus, ubi his ipsis uerbis utatur, etsi res plane conuenit cum relicua Aristotelis doctrina et diuisione uirtutis, quæ partim in scientia sit, partim in agendo. Uid. Ritteri Hist. Philos. uol. III p. 302 sqq., 335 sqq, infra V, 36. (*Ἀναγκαῖον τὸν τέλειον ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων καὶ ποιητικὸν τῶν δεόντων*, Plut. de plac. philos. I, 1 e sententia Aristotelis et Theophrasti).

quasi mortalem deum) Uix putem Ciceroni in facili et obuia conparatione obuersatam esse, quod Dauisius credit, obscuram et abstrusam Heracliti sententiam: *ἄνθρωποι θεοὶ θνητοὶ θεοί τ' ἄνθρωποι ἀθάνατοι*, de qua uid. Schleiermacher in Wolfi et Buttm. Museo Antiq. Stud. German. p. 498.

hoc diuinum) *hi hoc* Dau. e Par. 1; Urs. cod. *sic hoc*, El. 2 (?) *sic hi hoc*. Tum locum haberet *sic hoc*, si in duobus subiectis duo prædicata conpararentur, ut paullo ante.

41. *solam etiam ducit*) *Dicit* etiam ξ et sic Man. et Lamb. ediderunt; uix abesse poterat *esse*; *ducit* omnes Pall. et Gzi (cui tamen Erl. excipiendus fuerat).

ad unam hanc rem) Sic etiam Spir. Ceteri nihil adnotarunt; grauius præponitur.

uos interdum uel potius nimium saepe dicitis, nihil dolere. Non enim, si malum st dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit potius Ennius:

Nimium boni st, cui nihil est mali.

Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus, nec eam cessando, siue gaudentem, ut Aristippus, siue non dolentem, ut hic, sed agendo aliquid considerandoue quaeramus. **42.** Quae possunt eadem contra Carneadeum illud summum bonum dici, quod is non tam, ut probaret, protulit, quam ut Stoicis,

potius nimium sæpe) *sæpe minimum* E   Non enim — nihil est mali) om. P   st dolor) *dolor* LMCR *dolor est* Or.   iudicemus) *dicemus* E   gaudentem) *gaudendo* C   dolentem) *dolendo* PMCR   42. possunt) *possint* C   Carneadeum) *Carneadis* C

st dolor) *est* omittitur in El. 1, C. C. C. (ξ), Mead., Ball. (ψ), E, Gud. 1, Bas., dure post *si*, in hac præsertim conpositione: *Non enim, si.* Edebatur ab omnibus *dolor est*; secutus sum eos codices, qui uerbum habebant.

Nimium boni st &c.) Uersus est ex Medea, respondens his Euripideis (622 et 623 Matth.): *κεῖνος ὀλβιώτατος, Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.* Ne *cui* disyllabum sit, transponunt nonnulli *mali st.* Nobbius *nimium boni* in fine uersus, cetera in initio posuit, Græcum sequens.

siue gaudentem — siue non dolentem) Sic Pal. 1, e quo restituit Grut., Spir. Generale st *cessando*, cui respondet *agendo* de eo, quod ecficiat beatam uitam; ea duplicem habet formam, ut aut *gaudeat* aut *non doleat.* Primum, non animaduersa membrorum ratione, corruptum st *dolentem* factumque *dolendo*, retento *gaudentem*, ut in Lambinianis, Pall. relicuis, Ox. U; deinde etiam *gaudendo* (Eξχψ, Gud. 1, 2). De Dauisianis tacetur. Qui haberet *gaudendo — dolentem*, solus uidit Gzius Basileensem, eodem errore, quo id in cd. Crat. esse putauit.

42. *non tam, ut probaret*) De eadem re Acad. II, 131: *Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui iis rebus, quas primas natura conciliauisset.* Itaque hic quoque Dauisius *ut* pro *quo* poni putat in caussa indicanda (*quod ipse id probaret*). Non patitur particulæ natura, quom præsertim contraria sint *non tam ut* et *quam ut.* Itaque Gzius uolt esse: *non tam ut aliis probaret*, (etsi non

quibuscum bellum gerebat, opponeret. Id autem eiusmodi st, ut additum ad uirtutem auctoritatem uideatur habiturum et expleturum cumulate uitam beatam, de quo omnis haec quaestio st. Nam qui ad uirtutem adiungunt uel uoluptatem, quam unam uirtus minumi facit, uel uacuitatem doloris, quae, etiam si malo caret, tamen non est summum bonum, adcessione utuntur non ita probabili, nec tamen, cur id tam parce tamque restricte faciant, intellego. Quasi enim emendum eis sit, quod addant ad uirtutem, primum uilissumas res addunt, deinde singulas potius, quam omnia, quae prima natura adprobauisset, ea cum ho-

opponeret) *opponeretur* R *apponerent* E cumulate) *accumulate* C intellego) *intelligunt* E Quasi) *Cum* E emendum) *dandum* E addant) *addunt* E

his uerbis utitur, sed uti debuit, si quid efficere uellet). Ne hoc quidem procedit, non solum quod alibi quoque Cicero in hac re ipsius Carneadis ueram mentem a sententia disputandi caussa proposita distinguit (Acad. II, 139), sed quod aliis probare eam sententiam, id est, in disputando probabiliorem et superiorem efficere, Carneades sane nolebat; neque enim aliter noceret Stoicis, aduersariis suis. Itaque hoc significatu Carneadem Cicero ait (de Orat. I, 161) *nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendisse, quam non probarit*; ergo hanc quoque aliis probabat, saltem argumentorum specie, non probabat ipse apud se. Quid dicemus igitur? Cicero, trahente membrorum aequalitate, in priore membro consili notionem minus proprie substituit caussae, hac fere sententia: *non tam ut haberet ipse, quod probaret et in quo acquiesceret.* Quod autem Danisius ad illam significationem particulae *ut* defendendam aduocat de Fat. 35: *non ut eae res caussam adferrent amoris*, ibi *ut* modum significat cum breuitate aliqua orationis (non ita, eo sensu, ut eae res caussam adferre putarentur). Ad Attic. etiam XIV, 17 (*Earum exempla tibi misi, non ut diliberarem, reddendaene essent —, sed quod non dubito &c.*) retinenda st consili significatio (*ut, audita tua sententia, deliberarem*), sed, ut saepe, consilium simul caussam rei continet. Pro *opponeret* quom ante Manutium fere ederetur *opponeretur*, uerum e cod. Mor. et in mg. Crat. adnotatum st.

ea — coniungerent) Expectet aliquis *coniungant*. Sed illa uerbi forma id, quod fieri debuerit, in aliud tempus reicit, qua figura orationis Ciceronem etiam IV, 39 usum esse, duorum optumorum codicum consensus declarat. Obuersabantur Ciceronis animo sen-

nestate coniungerent. 42. Quae quod Aristoni et Pyrrhoni

ea cum hon. coniungerent) *ea cum uoluptate coni.*: PMR om. Or. 42. quod) quum omnes, Or.

tentiæ iam pridem constitutæ. (In IV, 20 *dicerent* aliam simul inperfecti temporis caussam habet). Atque ex hoc inperfecto pendet tempus et modus uerbi *adprobauisset*, pro quo aliter necessario scribendum erat *adprobauit*. Sic autem (*cum honestate*) scriptum erat etiam in Pal. 3, quinque Oxx. (ψ alia manu *uoluptate*), Gzi uno præter Erl. Reliqui codices (Pall. Gruterus appellat, Gzius Spir.) et editiones: *cum uoluptate*, absurde, quoniam de iis agitur, quæ ad uirtutem addantur. Itaque P. Marsus, tum Lbinus quattuor uerba sustulit, hic ab suo codice longe optumo abesse testans, de quo ualde dubito, postremo, a Dauisio, Ernestio, Bremio damnata Gzius. Qui quod *coniungunt* scribendum fuisse putant, grauiter errant. Nam qui sic loquitur, is hoc potius quam illud nomen ei, quod fiat, conuenire dicit, non hoc fieri, alterum non fieri. Deinde his omissis formæ uerbi *adprobauisset* ratio reddi nequit. Postremo Erlangensis cum magna parte alterius familiæ coniunctus Pal. 1 et Spir., qui etiam I, 69 in interpolatione conspirabant, uincit, quom præsertim excogitari nequeat, cur falsum quisquam additamentum (*ea c. uoluptate coni.*) addere uoluerit.

42. *Quæ quod*) Sic necessario scribendum fuit; nam quod in codicibus legitur editumque ab omnibus est, nihil aliud potest significare nisi: *quo tempore* aut: *quotiens uisa sunt*, quorum utrumque ineptissumum st. Itaque Ernestius *sint* corrigebat, Otto *quoniam*, uterque incidens in caussalem sententiam, quasi ideo, quod aliquid illi dixerint, contra hoc ipsum disputari sit desitum. Dici poterat: *quæ quom — uisa essent*, ut ostenderetur occasio disputationis ortæ, quæ postea desiisset. Sed indicatiuos et tempus uerbi ostendebant, scriptum esse a Cicerone *quod*, aptissuma sententia: Nam quod ad Pyrrhonis et Aristonis sententiam adtinet, quibus hæc &c. Ex *quod* sæpius factum st *quom*; uid. Opusc. mea Acad. p. 510.

Aristoni et Pyrrhoni) De Aristonis sententia, qua omnia, quæ inter honestum et turpe interiecta essent, ἀδιάφορα sic relinquebantur, ut nihil alteri præponeretur ulla æstumatione, ipsumque summum bonum in ἀδιαφορίᾳ animi nusquam inclinantis ponebatur, (III, 11 et 12, IV, 43, V, 73, Off. I, 6, Acad. II, 130) ueterum testimonia coulegit Ritterus in Hist. Philos. uol. III p. 507. De Pyrrhone, qui, quom omnia addubitasset, uirtutis tamen et uiti notionem tueri conatus est et beatam uitam ἀπαθείᾳ quadam animi

omnino uisa sunt pro nihilo, ut inter optume ualere et grauissume aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte iam pridem contra eos desitum st disputari. Dum enim in una uirtute sic omnia esse uoluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent nec ei quicquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur, uirtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Herillus autem, ad scientiam omnia reuocans, unum quoddam bonum uidit, sed nec optumum nec quo uita gubernari possit. Itaque hic

omnino) om L interesse dic.) *dic. int.* L contra eos des. est) *des. est c. eos* E omnia esse) *e. omn.* L eam) *earum* L selectione expoliarent) *electione spoliauerunt* E oriretur, darent) *ore retunderet* E

consequi, idem Ritterus p. 428 et 430. Cicero ubique eum cum Aristone coniungit; hic neglegentius postponit longe posteriori. Quæ Tennemanno (Hist. Phil. IV p. 219) inter hunc locum et ea, quæ IV, 43 de Aristone dicuntur, discrepantia esse uidetur, facile tollitur; nam ne ibi quidem interesse quicquam inter singulas res, si æstumentur, Aristo putasse dicitur. Gœrenzius suo utitur artificio, ut *omnino* neget coniungi cum uerbis *pro nihilo*, sed esse: *si in uniuersum rem spectes*, obliuiscens, proxumo uersu dici *nihil prorsus interesse.*

inter optume ualere) Notant grammatici insolentiam locutionis in infinitiuo præpositioni subiecto et præter Ouidium (add. Horat. Sat. II, 5, 69) eodem modo etiam Senecam dixisse demonstrant de Benef. V, 10 (*multum* et tum *nihil interest inter dare et accipere*). Aliud enim futurum erat *inter ægrotandum.* Mox in Erl. mendo latet *oreretur*, ut sæpe in Liui codd. scribitur; sed idem § 69 *oriretur.*

Herillus) De huius sententia, qua summum sapientis bonum in *τῇ ἐπιστήμῃ* ponebatur, simul autem alius quidam finis inferior, quo communis uita regeretur (*ὑποτελίς*), inducebatur nec tamen satis firmiter constitui poterat (cfr. Cic. IV, 40 cum Diog. VII, 165), uid. Ritter. l. c. p. 508 sqq., qui de nomine *τῆς ὑποτελίδος* non conparauit Stob. Ecl. Eth. p. 60 et 62; ibi, quod Herillus primus *ὑποτελίδα*, id alii *τὸ ὑποτελές* appellasse dicuntur et eo nomine significasse ea, quæ natura animalis primo ortu adpeteret. Cum Pyrrhonis et Aristonis explosis pridem sententiis Herilli coniungitur etiam de Off. l. c. nec seiungitur Acad. I, 129, ubi eius nomen restitui.

ipse iam pridem st reiectus; post enim Chrysippum non sane st disputatum.

XIV. Restatis igitur uos; nam cum Academicis incerta luctatio st, qui nihil adfirmant et, quasi desperata cognitione certi, id sequi uolunt, quodcunque ueri simile uideatur. 44. Cum Epicuro autem hoc plus est negoti, quod e duplici genere uoluptatis coniunctus est, quodque et ipse et amici eius et multi postea defensores eius sententiae fuerunt, et nescio quomodo is, qui auctoritatem minumam habet, maxumam uim, populus cum

reiectus) om., relicto spatio, in E. incerta) *iuncta* E luctatio) *locutio* E 44. plus est) *est plus* Or. e) *ex* C populus cum illis) *cum ill. pop.* ER

post enim Chrysippum) Requirent fortasse alii, quod Lambinus: *post Chrysippum enim.* Sed III, 36 est: *præter enim tris disciplinas,* et Off. II, 27: *post uero Sullæ uictoriam,* et II de Diuin. 59: *ante uero Marsicum bellum.* Corneli Nepotis duos locos addit Ramshornius Gramm. Lat. p. 477 ed. 2. Suet. Gramm. 16: *Post deinde damnationem Galli.* Quod Gzius et Otto *non sane* leuiorem negationem habere putant (nicht sonderlich), quam si *sane non* dicatur, sine caussa fingitur; nam de Diuin. II, 67 et Parad. 2 satis simpliciter negatur.

Cap. XIV. *incerta*) Pal. 1 *uncta*, si recte uidit Gruterus; et hoc et *iuncta* ortum ex conpendio. Gzius *incerta* in Erl. et Spir. esse adfirmat.

44. *plus est*) Sic ante Manutium omnes; deinde *est plus* propagatum st. Gzius narrat "Gud. 1, Bas., editosque ueteres permultos cum Marso, Crat." habere *plus negoti est.* Marsus et Crat. habent, quod et Erl. et ceteri hominis socordissumi codices habuerunt.

e duplici genere — coniunctus) Rarius *coniungi* aliquid dicitur, quom conponitur et conflatur e partibus, et fortasse Cicero *coniunctus* sic nusquam præterea posuit, sed posuit *iunctus ex duplici genere* de Inuent. II, 157 et 158, ad Att. IV, 15: *ut est ex me et ex te iunctus Dionysius M. Pomponius;* add. Acad. I, 40, quem locum in exc. I uindicaui. Sed durius Cicero ad ipsum Epicurum transtulit, quod de summo eius bono proprie diceretur.

populus cum illis) Ex scriptura Erl. et R ortum st in ueteribus quibusdam edd. (Marsi, Crat.) *cum illis populis.* Itaque in mgine Crat. et e cod. Mor. adnotatur hæc et scriptura et ordo uerborum.

illis facit. Quos nisi redarguimus, omnis uirtus, omne decus, omnis uera laus deserenda st. Ita ceterorum sententiis semotis, relinquitur non mihi cum Torquato, sed uirtuti cum uoluptate certatio. Quam quidem certationem homo et acutus et diligens, Chrysippus, non contemnit, totumque discrimen summi boni in earum conparatione positum putat. Ego autem existumo, si hone-

redarguimus) *arguimus* LPMCR non mihi) *enim mihi* E homo — putat) Non. p. 282 et acutus) *acut.* C et dil.) *sed dil.* P earum) *eam rerum* Non. Aldi, *eadem rerum* Non. Merc. *eadem* LPMCROr. existumo) om. E

redarguimus) Recte hoc restituit Gzius, quod in ed. P. Marsi, Crat. aliis eiusdem ætatis est, nescio unde; nam in uetustissimis non est; idem omnis suos codd. sic habere dicit, nisi quod Gud. 2 cum Oxx. Eξ *redarguamus*. Non arguendi tantum et accusandi, sed conuincendi etiam erant Epicurei.

Chrysippus non contemnit) qui in opere περὶ τελῶν cum Stoicæ doctrinæ confirmatione perpetuam Epicureæ refutationem coniunxisse uidetur. Cfr. Acad. II, 138 et 140.

in earum conparatione) Edebatur *in eadem conparatione*, aperto mendo, quoniam nihil ante de hac conparatione dictum erat; neque umquam aut apud Ciceronem aut apud alios scriptores *idem* est *hic ipse*, qui nunc demum nominatur; recentiores interdum satis barbare pro demonstratiuo ponunt. Atque *earum* habet Erl., de quo uno ex melioribus constat, tum Oxx. Eξ, ubi cum illo consentiunt, non leues testes, Mead. Dauisi, qui id probabat, postremo, si Goerenzio credimus, Bas. et Gud. 1; sed idem narrat, in melioribus uolgatum esse, qui quom in Erl. redarguatur non silentio, sed testimonio, merito suspicor eum scribere debuisse, *earum* etiam in Spir. et Gud. 2 esse, alterum in duobus illis pessumis. Apud Nonium *eadem* a Mercerio e Ciceronis libris scriptum st; nam codicis Scti Uictoris, e quo is Nonium restituit, diligentissumam conlationem habeo in bibl. uniuersitatis nostræ, in qua scribitur: *in eā rem rerum conparatione.* Dauisio etiam *earum rerum* scribi posse uisum st; sed *res* inepte hic dicantur. Guyeto in mentem uenerat: *in ea demum,* non inscite, sed tum aliæ uidentur præcedere conparationes, nec aptum st ad *totum.* In *conparationis* uocabulo editores imaginem esse uolunt a gladiatoribus ad pugnandum conparatis ductam; sed neque substantiuom sic alibi dicitur (in Liu. 32, 18 sic accipi nullo modo potest) nec in conpositione sed in ipsa certatione discrimen erat; itaque illa imago

stum aliquid esse ostendero, quod sit ipsum ui sua propter seque expetendum, iacere uostra omnia. Itaque eo, quale sit, breuiter, ut tempus postulat, constituto, adcedam ad omnia tua, Torquate, nisi memoria forte defecerit. 45. Honestum igitur id intellegimus, quod tale st, ut, detracta omni utilitate, sine ullis praemiis fructibusue per se ipsum possit iure laudari. Quod quale sit, non tam definitione, qua sum usus, intellegi potest, (quamquam aliquantum potest,) quam communi omnium iudicio et optumi cuiusque studiis atque factis, qui per-

esse) om. LMPCR seque) *se* C *se quoque* L tua) *uia* EOr. forte) om. E nisi — defecerit) *ubi si* (om. LP) *memoria* (*mea* add. L, *tua* P) *forte defecerit, tuum est ut suggeras* LMPCR 45. quod tale) *tale quod* |E est ut) om. E fructibusue) *fructibusque* C iure laud.) *laud. iure* L atque) *et* ER qui) *quod* L

in superioribus uerbis est, hoc sine imagine ponitur, ut *contentio et conparatio* de Off. I, 58 et 152. In Eξ est *compositione*.

esse ostendero) *Esse* aberat ante Gzium, qui addidisse se ait ex omnibus suis, excepto Gud. 2. Mox Pal. 1 *sua ui*.

ad omnia tua) In Spir. etiam erat *uia*, quod Gzius recepit, et potest fieri, ut sic in archetypo fuerit; mendum tamen est uolgaris generis ex ambiguitate ductuum ortum, quom *tu*, *ui*, *ut* difficillume discernerentur. Nam nec abesse *tua* ullo modo potest, quom hactenus libere disputarit, nunc demum ea, quæ a Torquato dicta essent, se refutaturum promittat, nec *uia* est *ordine*, sic ut nihil omittatur; ne pro eo quidem, quod alibi dicitur: *uia quadam ac ratione*, *ratione ac uia* (supra § 3, I, 29, III, 18, Tusc. II, 6), quamquam ea significatio ab h. l. aliena st, umquam simpliciter ponitur; nam quod Gzius adnorat II N. D. 57, ibi presse uertitur Græca definitio, in qua erat ὁδῷ βαδίζειν. Apud Terent. in Andr. II, 6, 11 nunc omnes edunt: *recta reputauit uia*.

nisi — defecerit) Restituit hunc locum Grut. e Pal. 1, cui consentiunt etiam Spir. et mgo Crat. Morelius e suo adnotat: *nisi ubi mem. f. defecerit*. Relicui (Pall., Oxx., Gzi; nam Dau. tacet) eadem addunt, quæ nostri deteriores, cum exigua discrepantia.

45. *fructibusue*) A Manutio (nam superiores R, non C secuti erant) ad Lambinum, Dau., Ern. propagatum st *fructibusque*, quod Gzius suorum omnium auctoritate sustulit. Ipsa hæc honesti adumbratio simillumis uerbis exponitur I Off. § 11 sqq., traducta fortasse tota e Chrysippi libro.

multa ob eam caussam unam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum st, etsi nullum consecuturum emolumentum uident. Homines enim, etsi aliis multis, tamen hoc uno plurumum a bestiis differunt, quod rationem habent a natura datam mentemque acrem et uigentem celerrumeque multa simul agitantem et, ut ita dicam, sagacem, quae et caussas rerum et consecutiones uideat et similitudines transferat et diiuncta coniungat et cum praesentibus futura copulet, omnemque conplectatur uitae consequentis statum. Eademque ratio fecit

caussam unam) *causam* C *causam .... faciunt* (uacuo spatio) P *unam causam* L *unam causam misericordiam* (*misericordiater* R) MR aliis multis) *m. al.* LPMCR uno) om. LC plurumum a best.) *a best. plur.* LPMCR habent) *habeant* omnes, excepto (L). datam mentemque acrem) *menti datam et acrem* LMCR *menti datam que hanc rem* P *datam mentemque et acrem* Or. uigentem) *ingentem* PR multa simul) *sim. m.* E consequentis) *præsentis* E fecit hom.) *hom. fec.* E

caussam unam) Sic Gzius etiam e Sp. et Bas., et, Orellio teste, ed. Uen. 1480. Gud. autem 2 *ob eam c. unam*, Mars. *ob eam caussa una.* Ceteri ediderant *eam unam caussam*; (χψ ut MR). Paullo post *aliis multis* Gruterus tacite edidit (e Pal. 1, opinor), tenuerunt recentiores; antea erat *multis aliis*. Tum *uno* om. etiam e Gzianis (nam Grut. et Dau. tacent) Gud. 1, Bas., ed. Marsi. *Plur. a best.* (edd. *a best. pl.*) Gzius adnotat e Bas. et Gud. 1; debuit ex Erl. et Spir.

quod — habent) Necessaria correctio, quam Ernestius coniectura præceperat, auctores habet parum locupletes, Bas., Gud. 1. In cod. archetypo mendum fuit. Frustra enim Bremius orationem in obliquam formam transire putat, in tali re et sententia; III, 17 ipsum *arbitramur* ostendit Catonis orationem mixtam esse ex sua et ex uniuersæ scholæ.

datam mentemque acrem) Sic etiam margo Crat., et, si silentio fides, Ox. E, nec aliter Pal. 1 et Spir., etsi Grut. et Gzius incuriose sic scribunt, tamquam in iis ante *acrem* sit *et*, quod retinuerat Uictorius, quem primus meliorum scripturam restituit. Pall. 3 et 4, Ox. ξ *mentemque datam et acrem* (ξ om. *et*), χ *mentem datam et ac.*, Pall. 2, 5, 6, Uψ *menti datam et ac.* Eadem menda habebant Gziani deteriores. Dau. tacet.

et, ut ita dicam, sagacem) Admonet legentis primæ et propriæ uocabuli significationis.

uitæ consequentis statum) De Off. I. c. est: *facile totius uitæ cursum uidet ad eamque degendam præparat res necessarias.* Si

hominem hominum adpetentem cumque iis natura et sermone et usu congruentem, ut, profectus a caritate domesticorum ac suorum, serpat longius et se inplicet primum ciuium, deinde omnium mortalium societate, atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum

iis) *his* EPOr. a) om. E serpat) *currat* LPMCR omnium mort.) *mort. omn.* E soli)| *solo* E

ceteri meliores cum Erl. consentirent (et quis silenti fidem præstet?) utrumque participium in suspicionem ueniret a librariis additum esse, alterum in meliorum codicum principe, alterum in deteriorum. Neque enim in *statu omni* uitæ opus est futuri temporis significatione.

ratio fecit) A prudentia transitur ad iustitiæ notionem constituendam. Dau. ex El. utroque *facit*, ut a Cratandro ad Gruterum editum erat. Potest defendi, quod in codd. (Palatt., Oxx., Gzianis) est, ut ad primum ecfectum ingeneratæ rationis referatur; recte sequitur præsens de eo, quod ex illa qualitate (*adpetens*) nunc in omnibus ecficiatur. Nam Gzius quidem, rationem uniuersi intellegens et *ut* pro *eo consilio*, *ut* accipiens, nugatur. Est enim ea ratio, quam *habent a natura datam.*

serpat longius) Sic etiam Pal. 1 (et 3), Scalig., Spir., Mor., mgo Crat., restituitque Gruterus. Ceteri Pall., Oxx., Gziani *currat*; cod. Uict. *cernat.* Tum *mortalium omnium* etiam Spir. (Gzi nota perturbata st); sed sæpissume Cicero altero ordine utitur, hoc numquam. Deinde *societati* Ox. E, Urs. cod., ed. Uen. 1480, Lbinus, contra Ciceronis usum.

ut ad Archytam scripsit Plato) in epistula, quæ nunc quoque circumfertur, nona: *Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.* Eadem Cicero transtulit I de Off. 22, ubi, si codices sequimur, *τοὺς γεννήσαντας καὶ τοὺς λοιποὺς φίλους* conprehendit uno *amicorum* nomine, ut hic *suorum.* Eandem sententiam Cicero posuit in orat. pro Mur. 83, ubi editur: *est tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, uidere* &c. Cui tandem in mentem ueniebat, Ciceroni natum esse Catonem? et quidem prius quam sibi (*non mihi, non tibi*)? Recte igitur codd. (Oxx. omnes; nec meliores habentur,) omittunt *non*, eidemque (tres Oxx.) *esse* pro *es* habent; scripsit enim Cicero: *qui mihi non tibi, sed patriæ natus esse uideris, uidere* &c.

meminerit, sed patriae, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur. 46. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri uidendi, quod facillume adparet, quom uacui curis etiam, quid in caelo fiat, scire auemus, his initiis inducti omnia uera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia, tum uana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Eadem ratio habet in se quiddam amplum atque magnificum, ad inperandum magis quam ad parendum adcommodatum, omnia humana non tolerabilia solum, sed etiam leuia ducens, altum quiddam et excelsum, nihil timens, nemini cedens, semper inuictum. 47. Atque his

meminerit) *meminisse* L 46. uidendi) *inueniendi* LPMCR etiam quid) *et quid iam* E fiat) *fit* R auemus) *habemus* EPC malitiam) om. E Eadem) *Eadem enim* E quiddam) *quoddam* E altum quiddam et) *alterum quiddam* (om. *et*) LPMCR nemini) *nulli* E

sed patriæ, sed suis) Rara apud Ciceronem hæc particulæ *sed* anaphora; itaque Lambinus *et suis*; sed eodem modo III Tusc. 82: *quod non natura exoriatur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam inuitatione ad dolendum.* Non solum apud poëtas (de quibus uid. lex.), Ouidium maxume, sed etiam apud Tacitum, Senecam, eiusdem ætatis alios, qui uehementem et, ut ita dicam, motoriam orationem sectabantur, frequens est; uid. Wolf. ad Tac. Ann. I, 10, Senec. de Const. Sap. 13, 6, de Benef. I, 1, 5; I, 7 extr. Cfr. Drakenb. ad Liu. III, 11, 2.

46. *ueri uidendi*) Sic etiam Pal. 1 et Spir., restituitque Gzius; cfr. Tusc. I, 44 (ubi de cod. regio Bouherius errauit) et Off. I, 13. Ceterum notabilis est hic Stoicorum conatus iustitiæ notionem, quam fere a societate repetunt, ex amore ueritatis eruendi, in quo ab illis initiis progreditur Cicero siue potius Chrysippus, quæ prorsus ad ipsam rerum cognitionem et meditationem pertineat. Nihil apud Græcos simile legi. *Initia* autem quæ dicit, ipsa sunt illius cupiditatis ueri uidendi primordia, e quibus sensim ad illam in agendo ueritatem deducimur. Mox *malitiam* in solo Erl. excidisse uidetur; Spir. habuit, nisi plane dormitauit Gzius.

altum quiddam et) Sic iam in ed. P. Marsi et Crat. recte scribitur; *alterum* adnotatur ex $\chi\psi$, omissum *et* in Uψ. Fortitudinem describi, manifestum st.

tribus generibus honestorum notatis, quartum sequitur et in eadem pulchritudine et aptum ex illis tribus, in quo inest ordo et moderatio. Cuius similitudine perspecta in formarum specie ac dignitate, transitum st ad

47. specie) *spem* E ac) *a* omnes.

47. *in eadem pulchritudine*) hoc est, non minus pulchrum, genere loquendi paullo insolentiore; sed eodem modo dixit Tusc. III, 42: *quæ secuntur, in eadem sententia sunt*, hoc est, eiusdem sententiæ, et Tusc. I § 94: *in eadem breuitate reperiemur*, et I N. D. 31: *quæ sunt isdem in erratis fere.* Minus miram st, quod in *generis* uocabulo Cicero sæpe sic loquitur, ut hic III, 69 (*in eodem genere sunt*, hoc est, eiusdem generis), Uerr. III, 92, de Diuin. I, 89, Topic. 76, (cfr. Rhetor. ad Herenn. I, 14; II, 19); nam genere res conprehenduntur singulæ; sed hinc illud ortum st durius, quod legitur hic IV, 36: *animus est in quodam genere corporis*, id est, genus quoddam corporis. Ab eadem origine dicitur *esse in uitio*, non solum uniuerse (quod peruagatum st), sed definite, de R. P. I, 44: *quæ genera sunt in iis singula uitiis, quæ ante dixi.* Nec hinc discedit illud in Tusc. IV, 42: *ægritudines susceptæ continuo in magna pestis parte uersantur*, id est, magnam partem continent. Bremius præpositionem fortasse delendam esse putabat; audacior Lambinus sustulerat; uenia dignus uterque, non Gzius, qui primum, adhibita etiam Græca interpretatione, uerba hoc significare docet: *ad eandem pulchritudinem referendum st*, et pulchritudinem internum animi decorem intellegendum esse, quasi aut illo modo dicatur *in* aut hanc pulchritudinem ante Cicero conmemorarit in eaque uirtutes tamquam partis posuerit; deinde mirificus nugator omnia plana fieri putat, si *et — et* pro *non solum — sed etiam* accipiantur. At quærebatur de *in* præpositione.

Cuius similitudine perspecta) Hoc est, quom aliquid eius simile perspectum esset; uid. ad V, 42. Tum *a dign.* etiam aliorum codd., nisi quod in El. 2 *ac* dicitur esse; emendatum iam in Uen. 1480 (Orellio teste) et apud P. Marsum, etsi mansit in edd. plerisque ad Dauisium. Adnotanda deinde singularis orationis breuitas in hac forma: *ex his tribus laudibus — et temeritatem reformidat* &c. Uidetur Cicero significare noluisse, quid ex singulis illis hæc quarta haberet et traheret, ut hæc fere sententia sit: ex his laudibus oritur partim temeritatis reformidatio, partim proteruiæ &c.

honestatem dictorum atque factorum. Nam ex his tribus laudibus, quas ante dixi, et temeritatem reformidat et non audet cuiquam aut dicto proteruo aut facto nocere, ueretarque quidquam aut facere aut eloqui, quod parum uirile uideatur.

XV. 48. Habes undique expletam et perfectam, Torquate, formam honestatis, quae tota his quattuor uirtutibus, quae a te quoque conmemoratae sunt, continetur. Hanc se tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem esse uelint ii, qui honestate summum bonum metiantur. Si enim ad honestatem omnia referantur, neque in ea uoluptatem dicant inesse, ait, eos uoce inani sonare (his enim ipsis uerbis utitur,) neque

audet) *audi* E aut eloqui) *aut loqui* COr. *aut* om. E 48. et) *atque* R se) *et* E ii) om. LPMCROr. honestate) *honestatem* ELPMR neque) *nec* C dicant) *dicunt* E inesse) *esse* C (*inesse dic.* L) uoce inani) *in. uoce* LPMCROr.

aut eloqui) Sic etiam Oxx. omnes, ut non dubitem, quin idem in relicuis fuerit, etsi neque in ed. ulla præter R inuenio neque ab editore adnotatum quoquam. *Eloqui* ad uerborum honestorum delectum pertinet, *loqui* magis ad omne sermonis argumentum.

Cap. XV, 48. *uelint ii, qui*) Est ab Erl. (*hii*) et Spir. (*hi*, si Gzio credas); cfr. V, 93: *quom tantum igitur in uirtute ponant ii, qui fatentur se &c.*; eodem modo positum pronomen deteriores libri et editiones excluserant V, 80.

omnia referantur neque — dicant) Durissumus transitus a passiua sententia ad actiuam in breuissuma oratione et uerbis particula coniunctis, quem non satis excusant (hoc est, a Cicerone commissum probant; nam inelegans nihilo minus erit,) loci a Wopkensio conlecti (Lectt. Tull. p. 61), Tusc. II, 37, III, 71 (de IV, 21 dubito), N. D. III, 26, nec ea sententiæ infinitæ passiuæ et infinitiui actiui coniunctio, de qua ad § 21 dictum st. Non sine caussa igitur Th. Bentleio in mentem uenit *referant* scribere; sed adfirmari nihil potest.

uoce inani sonare) Sic etiam Spir. (de Marso aut Gzius errat aut Hertelius). Recte Dauisius comparat Tusc. V, 73: *inanis sonos fundere*; sed multo propius erat, quod Cicero in ipsa interpretatione Epicuri uerborum ex libro περὶ τέλους posuit, Tusc. III, 42: *uoces inanis fundere.* Hic unam honestatis uocem significat

intellegere nec uidere, sub hanc uocem honestatis quae

intellegere) *intelligitur* E nec) *neque* MCBOr. hanc uocem) *hac uoce* omnes, Or.

Quod Dauisio in mentem uenit, *uoces inanis sonare*, totum poëtarum st. De *neque uidere* dictum ad I, 30.

sub hanc uocem honestatis) Quod editum hactenus est, *sub hac uoce*, uere correxit Wesenbergius meus. Ueteres aut *subicere aliquid rei* aut *sub rem* dixerunt, *sub re* non magis dixisse uidentur, obstante motus notione, quam *sub oculis cadere*, *sub potestate*, *sub ictu uenire*, *sub muris mittere*, similia. Datiuom nunc omittimus. Accusatiui præpositioni additi ex aliis scriptoribus exempla hæc sunto, partim a lexicographis sumpta: Uarr. R. R. II, 1, 20 et 2, 11, III, 16, Corn. Nep. Pelop. 3 (*sub puluinum*, quod Plinio H. N. XXVI, 11, 69 et Senecæ de Benef. II, 10 est *puluino*), Colum. XII, 39, 2, Rhet. ad Herenn. II § 50 (*sub potestatem subicere*; Cic. Off. II, 22: *potestati subicere*), IV, 3 et 12 (*sub hostilem lubidinem subicere*, quod in orat. pro Dom. 106 est *lubidini*) et IV, 30. Apud hunc ipsum scriptorem III, 7 editur: *quæ subiciuntur sub uocabulo recti*, sed tres codices apud Oudendorpium habent *uocabulum*; ubi ablatiuos auctoritatem habeat, unum noui locum, in codicibus Quinctiliani VIII, 6, 19: *signandis rebus ac sub oculis subiciendis*; atqui idem Quinctilianus et (IX, 1, 27), e Cicerone posuit *sub aspectum pæne subiectio*, et ipse paullulum declinans dixit (IX, 2, 40): *illa uero (ut ait Cicero) sub oculos subiectio*. Iam Ciceroni ter relictus est sine controuersia accusatiuos, quod eripi nisi aperta ui non poterat, primum Tusc. V, 2: *uirtus subiecta sub uarios incertosque casus*, ubi, si umquam locus esset ablatiuo, positus esset; nam quom *subiecta* sit *exposita et obnoxia*, motus significatio obscurari uidetur; deinde Acad. II, 74: *quæ sub eos (sensus) subiecta sunt* (quod I, 31 et Finn. V, 36 est: *subiectus sensibus*); tum de Inuent. I, 98: *res — unum sub aspectum subiciuntur*. Nec a quoquam adtemptatum st, quod III de Orat. 202 legitur: *sub aspectum pæne subiectio*. Ter contra optumos codices partim recentiores et inperiti scribæ, partim editores ablatiuom substituerunt: Tusc. IV, 16, ubi in cod. reg., Gud. 1 et optumis quibusque (addo Pithoeanum perbonum a M. Gudio conlatum) est: *Sub metum autem subiecta sunt pigritia, pudor* &c., in pessumis *metu*, et ibd. 18, ubi legitur: *quæ autem subiecta sunt sub metum*, eodem codicum dissensu, et Topic. 58, ubi tres optumi Orelli codd. (in editione minore) et Erfurtensis habent: *quod sub eam uim subiectum st*, deteriores aut *sub*

sit subicienda sententia. Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. Quod, inquit, quamquam uoluptatibus quibusdam st saepe iucundius, tamen expetitur propter uoluptatem. **49.** Uidesne, quam sit magna dissensio? Philosophus nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria conmota st, honestum quid sit, si id non sit in uoluptate, negat se intellegere, nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur. Ego autem, hoc etiam turpe esse saepe iudico, et, si quando turpe non sit, tum esse non turpe, quom id a multitudine lau-

quibusdam) *dam* E 49. nobilis) *nobis hijs* E quid) *quod* E laudetur(*laudatur* (L)CROr. esse) om. E tum esse) *tamen esse* R *tum non esse* EMOr. *tamen non esse* LPC

ea si aut solum *sub ea*. Iam perspecto in his locis et Ciceronis more et librariorum errore, nemo prudens dubitabit pro Quinct. 19 et pro domo 52 (quarum orationum quales codices et quomodo conlati sint, notum st) cum Wesenbergio lineolæ adiectione *sub præconem* facere pro eo, quod editur, *sub præcone;* nec a ceteris locis hunc, a quo digressi sumus, seiunget. Apud Uirgilium Georg. II, 19 (*laurus Parua sub ingenti matris se subicit umbra*) absolute dicitur *se subicere,* id est, *surgere, crescere, extollere sese* (ut *subicere aliquem in equom*), *sub umbra* per se adiungitur: tecta matris umbra. Recte iam Seruius.

Ut enim consuetudo loquitur) Ut solet Epicurus, e communi uolgi notione et usu uocis cotidiano argumentum ducit.

49. *si id non sit — laudetur*) Inde a Crat., exceptis Manutio et Lambino, edebatur: *si id non est — laudetur.* Gzius tamquam e Spir. et Erl. reuocauit, quod in antiquis editionibus (etiam Marsi) fuerat quodque illi tenuerant, *laudatur.* De codd., ut ex Erl. patet, errauit, huc transferens, quod paullo post (ante *a multis*) scriptum erat; illi coniunctiuom cum ceteris tuentur. Atque is adeo necessarius est in hac alienæ sententiæ, a qua Cicero longissume abhorret, per obliquam orationem significatione, ut non dubitarim etiam *sit* pro *est* reponere. Nam quod Gzius magno cum strepitu docet, particulis *nisi forte* indicatiuom subici solere, ne pueri quidem, si modo tolerabiliter instituti sunt, ignorant, id ad coniunctiuom ob aliam caussam obliquæ orationis positum nihil pertinere.

et, si quando turpe non sit &c.) Sententia nunc et aperta et

detur, quod sit ipsum per se rectum atque laudabile; tamen non ob eam caussam illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut, uel si ignorarent id homines uel si obmutuissent, sua tamen pul-

quod) *quod si* LPMCROr. per se rectum) *perfectum* LMCR tamen non ob eam caussam) *non ob eam c. tamen* LPMCROr. laudetur) *laudatur* E sed) *si* L sua tamen pulchrit.) *pul. s. tamen* LPMCR

recta: Si quando id, quod uolgo laudatur, turpe non est, id tum accidit, quom uolgus id laudat, quod sua natura rectum st, (ut turpitudinem remoueat non multitudinis uox sed rei ueritas,) et tamen tum nomen honesti ualebit non propter multitudinis laudem sed propter illam ipsam naturam. Scripturam autem partim Pal. 1 præstat, e quo et Pal. 4 adnotatum st *tum esse* pro *tum non esse*, partim Erl.; nam pleniora testimonia hominum socordia nobis subtraxit, quom Gruterus unum illud, ceteri nihil adnotarint de optumis codicibus. Uide nunc, quemadmodum hæc in malis codd. et in editionibus lacerata sint: *et, si quando turpe non sit, tamen* (*tum* Gzius ex Erl., Spir, Bas., Mead.) *non esse non turpe, quom id a multitudine laudetur. Quod si sit ipsum per se rectum* (sic cum Erl. mgo Crat., Pal. 1, Spir., ex editoribus primus Manutius; deteriores ceterorum, ut nostri, *perfectum*) *atque laudabile, non ob eam caussam tamen illud dici honestum esse* &c. Nihil potest peruersius dici, quam Ciceronem aut Stoicos putasse, id, quod turpe non esset (*si quando non sit turpe*), tamen semper turpe esse, (nam id est: *non esse non turpe*,) quom a multitudine laudaretur. Itaque sic interpretabantur, qui *tamen* retinebant, quasi esset: *non ideo esse non turpe;* atqui hoc *ideo*, in quo caput erat sententiæ, qui omitti poterat? deinde cogebantur pro *quom* scribere aut *quod* (Dau.) aut *quia* (Brem.). Gzius autem et Orellius, *tum* legentes, *tum non* uidentur ita accepisse, ac si esset *non tum*, (*nicht eben dann, wenn*); etsi Gzius quam sententiam subiceret, non dixit, de librariorum confusionibus disserens, et fortasse nullam subiecit. Et tamen inepta esset sententia; nam si quando *quod* laudaretur a populo, non turpe esset, esset sane etiam, *quom* laudaretur. Sed cur hæc exagitamus ueritate inuenta? Illud quæri potest, satisne uincta oratio sit in illo transitu: *tamen non ob eam caussam* &c. Mihi non uidetur et, geminatis duabus litteris, scribendum iudico: *laudabile; et tamen non* &c.

sua tamen pulchritudine) Hunc ordinem Uict. et Gruterus, ut nunc (ex Erl.) adparet, e bonis codd. sumpserunt; et uideretur eum Gzius, si quid silentio hominis credi posset, non solum in

chritudine esset specieque laudabile. Itaque idem natura uictus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id, quod a te etiam paullo ante dictum st, non posse iucunde uiui, nisi etiam honeste. 50. Quid nunc *honeste* dicit? idemne, quod *iucunde?* Ergo ita, non posse honeste uiui, nisi honeste uiuatur? An, nisi populari

Itaque idem) *Ita idemque* E quod) *quid* E paullo ante) *ante paullo* E etiam honeste) *honeste* Or. 50. dicit) *dicitur* C Ergo) *ego* E ita, non posse) *non posse ita* L

Spir., sed in Gud. utroque inuenisse. Uett. edd., Bas. ut nostri deteriores; ceteri de tali re tacent.

Itaque idem &c.) Uid. I, 57 et quæ ad I, 42 dicta sunt.

nisi etiam honeste) Omittunt *etiam* pleræque ueteres edd. (Uen. 1480, P. Mars., Crat., Uict.), non antiquissumæ, nec, quod sciam, codex ullus; (Gud. 1 et Bas. *et*, tralaticio errore). Non additur postea, nec addebatur in libro 1, nec tamen ulla caussa st, cur eiciatur.

50. *dicit*) *dicitur* una et altera uetus editio (Uen. 1480, Iunt.), tum Ern., Gzius tacite, contra codd. omnis, saltem Oxx.

non posse honeste uiui, nisi honeste uiuatur) Recte Cicero negat, honesti notionem in Epicuri disciplina ullam certam et suam uim habere et tamen in hac sententia habere debere ait, ut aliquid dictum sit. Sed si in Epicuri formula *honeste* intellegitur *iucunde*, hoc in eius loco substituto efficitur: *non potest iucunde uiui nisi iucunde.* Hoc sensit Pearcius, ut hominem ad rem et disputationem adtendentem nec hebetem par erat, sed sic scribi etiam uolebat, id, quod per se rectum esset, a uera Ciceronis scriptura non seiungens. Gzius omnia optume habere docet. Ego hoc loco et multis aliis, si eligendi necessitas esset, mallem non inscite errare quam, quom nihil intellegerem, superstitione et casu ueros apices relinquere.

An, nisi populari fama?) Altera temptatur interpretatio; respondere igitur hoc debebat illi: *idemne quod iucunde?* hac fere forma: *an populari fama?* (*An cum p. fama?* coiciebat Dauisius). Sed deceptus Cicero interiectæ sententiæ forma (cui interrogandi signum dedi, quom ἀποφαντικῶς scriberetur,) sic scripsit, tamquam supra posuisset: *Quid nunc nisi honeste dicit? Idemne quod nisi iucunde?* Est autem *populari fama uiuere* ita uiuere, ut ad eam agendi consilia dirigas.

intellegere nec uidere, sub hanc uocem honestatis quae

intellegere) *intelligitur* E nec) *neque* MCROr. hanc uocem) *hac uoce* omnes, Or.

Quod Dauisio in mentem uenit, *uoces inanis sonare*, totum poëtarum st. De *neque uidere* dictum ad I, 30.

sub hanc uocem honestatis) Quod editum hactenus est, *sub hac uoce*, uere correxit Wesenbergius meus. Ueteres aut *subicere aliquid rei* aut *sub rem* dixerunt, *sub re* non magis dixisse uideatur, obstante motus notione, quam *sub oculis cadere*, *sub potestate*, *sub ictu uenire*, *sub muris mittere*, similia. Datiuom nunc omittimus. Accusatiui præpositioni additi ex aliis scriptoribus exempla hæc sunto, partim a lexicographis sumpta: Uarr. R. R. II, 1, 20 et 2, 11, III, 16, Corn. Nep. Pelop. 3 (*sub puluinum*, quod Plinio H. N. XXVI, 11, 69 et Senecæ de Benef. II, 10 est *puluino*), Colum. XII, 39, 2, Rhet. ad Herenn. II § 50 (*sub potestatem subicere*; Cic. Off. II, 22: *potestati subicere*), IV, 3 et 12 (*sub hostilem lubidinem subicere*, quod in orat. pro Dom. 106 est *lubidini*) et IV, 30. Apud hunc ipsum scriptorem III, 7 editur: *quæ subiciuntur sub uocabulo recti*, sed tres codices apud Oudendorpium habent *uocabulum*; ubi ablatiuos auctoritatem habeat, unum noui locum, in codicibus Quinctiliani VIII, 6, 19: *signandis rebus ac sub oculis subiciendis*; atqui idem Quinctilianus et (IX, 1, 27), e Cicerone posuit *sub aspectum pæne subiectio*, et ipse paullulum declinans dixit (IX, 2, 40): *illa uero (ut ait Cicero) sub oculos subiectio*. Iam Ciceroni ter relictus est sine controuersia accusatiuos, quod eripi nisi aperta ui non poterat, primum Tusc. V, 2: *uirtus subiecta sub uarios incertosque casus*, ubi, si umquam locus esset ablatiuo, positus esset; nam quom *subiecta* sit *exposita et obnoxia*, motus significatio obscurari uidetur; deinde Acad. II, 74: *quæ sub eos (sensus) subiecta sunt* (quod I, 31 et Finn. V, 36 est: *subiectus sensibus*); tum de Inuent. I, 98: *res — unum sub aspectum subiciuntur*. Nec a quoquam adtemptatum st, quod III de Orat. 202 legitur: *sub aspectum pæne subiectio*. Ter contra optumos codices partim recentiores et inperiti scribæ, partim editores ablatiuom substituerunt: Tusc. IV, 16, ubi in cod. reg., Gud. 1 et optumis quibusque (addo Pithoeanum perbonum a M. Gudio conlatum) est: *Sub metum autem subiecta sunt pigritia, pudor* &c., in pessumis *metu*, et ibd. 18, ubi legitur: *quæ autem subiecta sunt sub metum*, eodem codicum dissensu, et Topic. 58, ubi tres optumi Orelli codd. (in editione minore) et Erfurtensis habent: *quod sub eam uim subiectum st*, deteriores aut *sub*

sit subicienda sententia. Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. Quod, inquit, quamquam uoluptatibus quibusdam st saepe iucundius, tamen expetitur propter uoluptatem. 49. Uidesne, quam sit magna dissensio? Philosophus nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria conmota st, honestum quid sit, si id non sit in uoluptate, negat se intellegere, nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur. Ego autem, hoc etiam turpe esse saepe iudico, et, si quando turpe non sit, tum esse non turpe, quom id a multitudine lau-

quibusdam) *dam* E 49. nobilis) *nobis hijs* E quid) *quod* E laudetur(*laudatur* (L)CROr. esse) om. E tum esse) *tamen esse* R *tum non esse* EMOr. *tamen non esse* LPC

ea ui aut solum *sub ea.* Iam perspecto in his locis et Ciceronis more et librariorum errore, nemo prudens dubitabit pro Quinct. 19 et pro domo 52 (quarum orationum quales codices et quomodo conlati sint, notum st) cum Wesenbergio lineolæ adiectione *sub præconem* facere pro eo, quod editur, *sub præcone;* nec a ceteris locis hunc, a quo digressi sumus, seiunget. Apud Uirgilium Georg. II, 19 (*laurus Parua sub ingenti matris se subicit umbra*) absolute dicitur *se subicere,* id est, *surgere, crescere, extollere sese* (ut *subicere aliquem in equom*), *sub umbra* per se adiungitur: tecta matris umbra. Recte iam Seruius.

Ut enim consuetudo loquitur) Ut solet Epicurus, e communi uolgi notione et usu uocis cotidiano argumentum ducit.

49. *si id non sit — laudetur*) Inde a Crat., exceptis Manutio et Lambino, edebatur: *si id non est — laudetur.* Gzius tamquam e Spir. et Erl. reuocauit, quod in antiquis editionibus (etiam Marsi) fuerat quodque illi tenuerant, *laudatur.* De codd., ut ex Erl. patet, errauit, huc transferens, quod paullo post (ante *a multis*) scriptum erat; illi coniunctiuom cum ceteris tuentur. Atque is adeo necessarius est in hac alienæ sententiæ, a qua Cicero longissume abhorret, per obliquam orationem significatione, ut non dubitarim etiam *sit* pro *est* reponere. Nam quod Gzius magno cum strepitu docet, particulis *nisi forte* indicatiuom subici solere, ne pueri quidem, si modo tolerabiliter instituti sunt, ignorant, id ad coniunctiuom ob aliam caussam obliquæ orationis positum nihil pertinere.

et, si quando turpe non sit &c.) Sententia nunc et aperta et

detur, quod sit ipsum per se rectum atque laudabile; tamen non ob eam caussam illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut, uel si ignorarent id homines uel si obmutuissent, sua tamen pul-

quod) *quod si* LPMCROr. per se rectum) *perfectum* LMCR tamen non ob eam caussam) *non ob eam c. tamen* LPMCROr. laudetur) *laudatur* E sed) *si* L sua tamen pulchrit.) *pul. s. tamen* LPMCR

recta: Si quando id, quod uolgo laudatur, turpe non est, id tum accidit, quom uolgus id laudat, quod sua natura rectum st, (ut turpitudinem remoueat non multitudinis uox sed rei ueritas,) et tamen tum nomen honesti ualebit non propter multitudinis laudem sed propter illam ipsam naturam. Scripturam autem partim Pal. 1 præstat, e quo et Pal. 4 adnotatum st *tum esse* pro *tum non esse*, partim Erl.; nam pleniora testimonia hominum socordia nobis subtraxit, quom Gruterus unum illud, ceteri nihil adnotarint de optumis codicibus. Uide nunc, quemadmodum hæc in malis codd. et in editionibus lacerata sint: *et, si quando turpe non sit, tamen* (*tum* Gzius ex Erl., Spir, Bas., Mead.) *non esse non turpe, quom id a multitudine laudetur. Quod si sit ipsum per se rectum* (sic cum Erl. mgo Crat., Pal. 1, Spir., ex editoribus primus Manutius; deteriores ceterorum, ut nostri, *perfectum*) *atque laudabile, non ob eam caussam tamen illud dici honestum esse* &c. Nihil potest peruersius dici, quam Ciceronem aut Stoicos putasse, id, quod turpe non esset (*si quando non sit turpe*), tamen semper turpe esse, (nam id est: *non esse non turpe*,) quom a multitudine laudaretur. Itaque sic interpretabantur, qui *tamen* retinebant, quasi esset: *non ideo esse non turpe;* atqui hoc *ideo*, in quo caput erat sententiæ, qui omitti poterat? deinde cogebantur pro *quom* scribere aut *quod* (Dau.) aut *quia* (Brem.). Gzius autem et Orellius, *tum* legentes, *tum non* uidentur ita accepisse, ac si esset *non tum*, (*nicht eben dann, wenn*); etsi Gzius quam sententiam subiceret, non dixit, de librariorum confusionibus disserens, et fortasse nullam subiecit Et tamen inepta esset sententia; nam si quando *quod* laudaretur a populo, non turpe esset, esset sane etiam, *quom* laudaretur. Sed cur hæc exagitamus ueritate inuenta? Illud quæri potest, satisne uincta oratio sit in illo transitu: *tamen non ob eam caussam* &c. Mihi non uidetur et, geminatis duabus litteris, scribendum iudico: *laudabile; et tamen non* &c.

sua tamen pulchritudine) Hunc ordinem Uict. et Gruterus, ut nunc (ex Erl.) adparet, e bonis codd. sumpserunt; et uideretur eum Gzius, si quid silentio hominis credi posset, non solum in

chritudine esset specieque laudabile. Itaque idem natura uictus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id, quod a te etiam paullo ante dictum st, non posse iucunde uiui, nisi etiam honeste. **50.** Quid nunc *honeste* dicit? idemne, quod *iucunde?* Ergo ita, non posse honeste uiui, nisi honeste uiuatur? An, nisi populari

Itaque idem) *Ita idemque* E quod) *quid* E paullo ante) *ante paullo* E etiam honeste) *honeste* Or. **50.** dicit) *dicitur* C Ergo) *ego* E ita, non posse) *non posse ita* L

Spir., sed in Gud. utroque inuenisse. Uett. edd., Bas. ut nostri deteriores; ceteri de tali re tacent.

Itaque idem &c.) Uid. I, 57 et quæ ad I, 42 dicta sunt.

nisi etiam honeste) Omittunt *etiam* pleræque ueteres edd. (Uen. 1480, P. Mars., Crat., Uict.), non antiquissumæ, nec, quod sciam, codex ullus; (Gud. 1 et Bas. *et*, tralaticio errore). Non additur postea, nec addebatur in libro I, nec tamen ulla caussa st, cur eiciatur.

50. *dicit*) *dicitur* una et altera uetus editio (Uen. 1480, Iunt.), tum Ern., Gzius tacite, contra codd. omnis, saltem Oxx.

non posse honeste uiui, nisi honeste uiuatur) Recte Cicero negat, honesti notionem in Epicuri disciplina ullam certam et suam uim habere et tamen in hac sententia habere debere ait, ut aliquid dictum sit. Sed si in Epicuri formula *honeste* intellegitur *iucunde*, hoc in eius loco substituto efficitur: *non potest iucunde uiui nisi iucunde.* Hoc sensit Pearcius, ut hominem ad rem et disputationem adtendentem nec hebetem par erat, sed sic scribi etiam nolebat, id, quod per se rectum esset, a uera Ciceronis scriptura non seiungens. Gzius omnia optume habere docet. Ego hoc loco et multis aliis, si eligendi necessitas esset, mallem non inscite errare quam, quom nihil intellegerem, superstitione et casu ueros apices relinquere.

An, nisi populari fama?) Altera temptatur interpretatio; respondere igitur hoc debebat illi: *idemne quod iucunde?* hac fere forma: *an populari fama?* (*An cum p. fama?* coiciebat Dauisius). Sed deceptus Cicero interiectæ sententiæ forma (cui interrogandi signum dedi, quom ἀποφαντικῶς scriberetur,) sic scripsit, tamquam supra posuisset: *Quid nunc n i s i h o n e s t e dicit? Idemne quod n i s i i u c u n d e?* Est autem *populari fama uiuere* ita uiuere, ut ad eam agendi consilia dirigas.

fama? Sine ea igitur iucunde negat posse uiui? Quid turpius, quam sapientis uitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intellegit honestum? Certe nihil, nisi quod possit ipsum propter se iure laudari. Nam si propter uoluptatem, quae st ista laus, quae possit e macello peti? Non is uir est, ut, quom honestatem eo loco habeat, ut sine ea iucunde neget posse uiui, illud honestum, quod populare sit, sentiat, et sine eo iucunde neget uiui posse, aut quicquam aliud honestum intellegat, nisi quod sit rectum ipsumque per se, sua ui, sua natura, sua sponte laudabile.

XVI. 51. Itaque, Torquate, quom diceres, clamare Epicurum, non posse iucunde uiui, nisi honeste et sapienter et iuste uiueretur, tu ipse mihi gloriari uidebare. Tanta uis inerat in uerbis propter earum rerum, quae significabantur his uerbis, dignitatem, ut altior fieres, ut interdum insisteres, ut nos intuens quasi testificarere, laudari honestatem et iustitiam aliquando ab

iuc. negat) *neg. iuc.* L posse uiui) *posse uiuere* omnes. sermone pend.) *pend. serm.* E peti) *petitur* E iucunde neg.) *neg. iuc.* E uiui posse) *posse uiui* MCR ipsumque) *ipsum quod* PMCR per) *propter* L sponte) *sit sponte* PMCR *sponte sit* L 51. tu) *tum* E testificarere) *testificari* E *testificare* L

negat posse uiui) Retinui, quod Lbinus, postea, Th. Bentleium secuentes, alii ediderunt. Nam in actiuo infinitiuo *quemquam* audire, quod Bremius uolebat, sermonis ratio non minus uetat, quam (de quo olim ad Iuuen. sat. III, 93 scripsi), quom sic interrogetur: *An melior est?* audire *quisquam*. Itaque *negat posse uiuere* esset: *negat se posse uiuere*. Uerum et Epicurus uniuerse, non de se, hæc dixerat, et Cicero tam sæpe eam formam et ante et post seruauit, ut credi non possit, hoc uno loco eum ab ea discessisse. Eodem errore in Tusc. III, 49 aliquot codices habent: *Negat Epicurus iucunde posse uiuere*, ubi meliores tenent *uiui* (et adiungitur *nisi cum uirtute u i u a t u r*).

ipsumque — sua sponte) Sic etiam Pal. 1 et Spir. (Uict. cod. saltem *sua sponte*); restituit Gruterus; ceteri codd. ut nostri deteriores. Pal. 1 (et ex eo Grut. et alii) præterea transponebat: *sua sp., sua nat.*

Epicuro. Quam te decebat iis uerbis uti, quibus si philosophi non uterentur, philosophia omnino non egeremus. Istorum enim uerborum amore, quae perraro appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis, iustitiae, temperantiae, praestantissumis ingeniis homines se ad philosophiae studium contulerunt. 52. Oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrumus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentis amores excitaret sui, si uideretur! Cur tandem? an quod ita callida st, ut optume possit architectari uoluptates? Cur iustitia laudatur? aut unde st hoc contritum uetustate prouerbium, *quicum in tenebris?* Hoc, dictum in una re, latissume

iis) *his* LMCROr. appellantur) om. L philosophiæ) *sapientiæ* L 52. si uideretur) om. E an — uoluptates) Nonius p. 70. (Antiquiores Noni edd. contra bonos codd. *Cur tandem sapientia tantopere laudatur? an* &c.) ut) *quod* L (s. *quo*, ambiguo conpendio) aut unde) *an uerum* MCR *an uero* L tenebris) add. *mices* LC Hoc) om. L dictum) *dicunt* MCR

Cap. XVI, 51. *his uerbis uti, quibus*) Non recte Orellius hæc sic distraxit: *his uerbis uti? quibus — non egeremus.* Definitur enim uerborum genus adiuncta proxume sententia relatiua, quæ Latino more sic inplicatur, ut relatiuom in protasi periodi sit, (iis uerbis, quæ ex eo erant genere, ut, si iis &c.) quemadmodum (si exempla ascribenda sunt) III, 9 et V, 76.

52. *inquit Plato*) in Phædro p. 250 D: *ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν.* Eadem Cicero uertit de Off. I, 14 ubi paullo neglegentius ab honesti uerbo et notione orditur, quam ipse tractabat, in sapientiæ, quam Plato nominarat, desinit. Formæ passiuæ *uideri* pro eo, quod est *cerni*, positæ exempla Otto ad h. l. conligens, illud quoque posuit, quod mira neglegentia natum omnes editiones inquinat de R. P. I, 31: *hæc, quæ uidentur ante oculos, esse magis* (scr. *ante oculos esse, magis*) *putem quærenda.*

quicum in tenebris) *Mices* addunt etiam ψ et tres Gzi (non Spir.) ueteresque fere editiones, breuem rei notæ significationem explentes. Non erat in Mor. nec in mg. Crat. De ipso digitis micandi lusu et prouerbio inde nato ad significandam alicuius fidem expositum st ab enarratoribus librorum de Off. ad III, 77.

patet, ut in omnibus factis re, non teste moueamur. 53. Sunt enim leuia et perinfirma, quae dicebantur a te, animi conscientia inprobos excruciari, tum etiam poenae timore, qua aut adficiantur aut semper sint in metu, ne adficiantur aliquando. Non oportet timidum aut inbecillo animo fingi non bonum illum uirum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet omniaque formidet, sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, uersutum, ueteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte,

53. animi) *cum animi* MCR *cum* L etiam) *enim* E adficiantur) *afficiuntur* PLMCR sint) *sunt* PLMR *sit* C oportet) *omnem* E inbecillo) *imbecilli* E quicquid) *quidquam* E uersutum) *uersatum* E excogitet) *excogitare* E quomodo) *quo* LPMCROr.

Paullo ante *aut unde* confirmat mgo Crat. et cod. Uict. Nam edebatur ut est in nostris et aliorum codd. deterioribus (Oxx. χψ, Gzi recentioribus; E *an non* ξ *an non uerum*).

53. *animi conscientia*) Sic, ut Gzius edidit, etiam Spir. et Bas. et ed. Crat. Dubito nonnihil, rectene hic illis codicibus pareatur. Nam *quom* (*cum*) et *animi* ut alibi propter conpendiorum similitudinem permutantur, sic alterum propter eandem caussam excidere poterat. Et ut nunc editur, loquimur, quom in primo membro nondum simul alterius expectatio præsumitur, quod hic fieri debuisse uidetur, quoniam poenæ timor uel præcipuum momentum faciebat; nec memini, *tum* sic posito, non præcedente *quom*, addi *etiam*. De re uid. I, 50 et 51.

adficiantur — sint) Coniunctiuom in reddenda Torquati sententia necessarium confirmant Pal. 1 et Spir. Restituit Ernestius.

fingi non bonum illum uirum) Prauissume uolgo distinguont: *fingi*, *non bonum illum uirum*. Itaque hærebat Lbinus in pronomine *illum*, recte hactenus requirens: *non bonum uirum* (fingi oportet). Atqui timidus fingi poterat inprobus, uir bonus fingi non poterat; repugnat enim. Hoc dicitur: ille, de quo loquimur, uir non bonus (noluit Cicero repetere inprobi nomen) non debet fingi timidus.

quomodo occulte) Ut nostri deteriores, sic alii aliquot, uelut χψ, Gud. uterque, Bas., *quo* (et sine dubio plures, etsi uix omnes; nam correctum iam et in uett. edd. ut in Marsi, Crat., qui bonis codd. usi non sunt). Id adripuit Gzius, ignorans ortum esse ex conpendio male intellecto, in quo in his libris sæpe peccatum st:

sine teste, sine ullo conscio fallat. 54. An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui, quom praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob

54. L. Tubulo) *Lucullo* C quæstionem int. sic.) *int. sic. qu.* L

uid., præter huius libri § 97, uar. script. et adnott. ad III, 67 (ubi plerique *quod* habent, etiam Oχx. EUξψ) IV, 7, 26, 50, 78. Non quæritur de instrumento occulte fallendi sed de modo et ratione. Gzius suo more conparat nescio quem locum ex epistulis ad Atticum (nam in numero erratum st), ubi legitur: *excogita, quo rectius ista curentur.* Nam quod quidam *quo* pro *quomodo* dici putant, contra omnem analogiam et usum nituntur duobus Ouidi locis admodum dubiis (A. A. I, 285 et 745).

54. *de L. Tubulo*) De hoc homine sceleratissumo, qui prætor a. 142 a. Ch. fuit, quæ apud Ciceronem traduntur, conlecta sunt in indice Orelliano (u. *L. Hostilius*). Cfr. Douza ad Lucil. p. 110 Hauerc. Idem IV, 77 et V, 62 nominatur. P. Scæuola pater est, qui postea pontifex maxumus fuit. Ordinariam de sicariis quæstionem iam tum fuisse et suum prætorem habuisse, aliunde non constat. Quod tribunus fert ad plebem, ut extra ordinem quæratur, eaque quæri iubet senatuique permittit, ut is ei quæstioni præficiat, quem uelit, ea illius ætatis legituma consuetudo fuit in iis rebus, quarum aut ordinarium iudicium nullum erat aut id parum sufficere putabatur, nisi quod etiam a consule senatus auctoritate ferri ad populum eiusmodi lex poterat. Uid. Liu. IV, 50 et 51, XXXVIII, 54, XLII, 21. Atque eodem modo rem actam esse, quotiens Liuius tantum quæstionem a senatu decretam alicui narrat, populum plebemue extra ordinem quæri iussisse non addit, ostenderem contra Dukerum (ad Liu. XXXIX, 14) et Dirksenium (Civilist. Abhandl. I, n. 2), si eiusmodi disputationi hic locus esset. Quod autem extra ordinem quæsitum st, quom sub repetundarum quæstionem, quæ iam tum erat, hoc genus captæ pecuniæ cadat, Klenzius (Prolegg. ad leg. Seruil. p. XIII) eam putat caussam esse, quod iniuria facta fuerit ciuibus, repetundarum autem accusatio tantum in eos institui potuerit, qui socios uexassent. In quo paullo plus, quam debuit, uir consultissumus e locis quibusdam Ciceronis ecficere uidetur. Et poterant aliæ esse caussæ, cur prima lex de repetundis parum apta esset ad tam foeda scelera in ipsa urbe commissa persequenda.

quom prætor exercuisset, — cepit) immo, *quom exerceret*, ut recte animaduertit Ernestius, in tempore hærens, non in modo

rem iudicandam, ut anno proxumo P. Scaeuola, tribunus plebis, ferret ad plebem, uellentne de ea re quaeri. Quo plebiscito decreta a senatu st consuli quaestio Cn. Caepioni; profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus; erat enim res aperta.

XVII. Non igitur de inprobo, sed de callido in-

uellentne) *uelletne* L Quo) *quæ* E st consuli) *cons. est* L Cæpioni) *Scipioni* omnes excepto (P). ausus) *ausus est* R. aperta) *apta* L sed de) *sed* omnes. callido) *callide* LCOr.

uerbi; qui poterat enim? Sed Cicero neglegentia quadam, quom cogitaret de proxumo anno et Scæuolæ lege, (quasi hoc diceretur: *quom exercuisset — et cepisset, legem Scæuola tulit,*) plusquamperfectum posuit. Similis ratio st in Cat. Mai. 41: *Hæc cum C. Pontio — locutum Archytam, Nearchus Tarentinus se a maioribus natu accepisse dicebat, quom quidem ei sermoni interfuisset Plato.* Rectum erat: *interesset*, sed ad *dicebat* rettulit.

quo plebiscito) quod de hac re ecfectum erat accepta Scæuolæ rogatione; uid. ad § 66. Quod Gzius dirimit (*quò plebi scito*) et enarrat *a plebe*, nemo sic locutus est.

Cn. Cæpioni) Certam per se Manuti emendationem confirmarunt Pal. 1 et Scaligeri codex; idem Pal. 1 uerum nomen tenet III, 8 priore loco; nam altero habet etiam Erl.

nec respondere ausus) Uellem Erl. dedisset, quod R, *ausus est*; nam plebiscito ecfectum st, ut quæstio decerneretur; tum quid secutum sit, per se narratur, ut minus commode idem uerbum ad hæc pertineat; omittere autem *est* in narrando Cicero non solet. De *est* post syllabam *us* omisso uid. Opusc. mea Acad. p. 448.

Cap. XVII. *sed de callido inprobo*) *De* præpositionem addidit Dau. ex Par. 1, 2, habebantque Oxx. EUξ, sed quod Gzius in omnibus suis adesse dicit, redarguitur in Erl. Uerum facile excidere potuit et necessaria st. Deinde *callide* fere editum st ante Gruterum; is ex omnibus Pall. *callido* (sic etiam Marsus); *callide* reuocauit Dau., utens testimonio ueteris editionis et "aliorum plurium," nec Oxx. *callido* adnotarunt nisi ex ξ. Gzius *callide* in tribus potioribus esse dicens rursus fallitur de Erl. et (ut ex Pal. 1 adparet) de ceteris. Tenui, quod in melioribus est, quod in hac coniunctione *inprobus* pro substantiuo alterum adiectiuom asciscere potuisse uidetur. Intellegitur calliditas inprobitati adiuncta tamquam altera ingeni pars. Exemplum eiusdem gene-

probo quaerimus, (qualis Q. Pompeius in foedere Numantino infitiando fuit,) nec uero omnia timente, sed primum qui animi conscientiam non curet, quam scilicet conprimere nihil est negoti. Is enim, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest, ut se indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius inprobe facto uideatur; quid est enim aliud esse uersutum? 55. Memini me adesse P. Sextilio Rufo, quom is rem ad amicos ita deferret,

timente) *timentem* omnes. abest) om. P etiam) *et* E est enim) *enim est* MCR 55. me adesse) *ad. me* L rem ad amicos) *ad am. rem* (P)COr.

ris non habeo, sed ne alterius quidem formæ in tali quidem coniunctione.

Q. Pompeius) Post consulatum (a. 141 a. Chr.) in Hispania bellum contra Numantinos gerens pacem et foedus facere coactus, quom successor ei uenisset, negauit, pacem factam esse, posteaque, quom lex de eo Numantinis dedendo ferretur, precibus periculum effugit. Freinshem. Supplem. Liu. LIV, 28 sq., 31, Beier ad Cic. Off. III, 109 p. 391, qui tamen, deceptus uerbis *in eadem caussa* (uid. ad libr. I, 49) non recte putat, Pompeium simul cum C. Mancino, quod eius foederis sponsor fuisset, in deditionis periculum adductum. Add. de R. P. III § 28. Ceterum, ut res ab Appiano narratur, non tam calliditas in infitiando foedere adparet quam inpudentia.

timente) Lambinus correxit; nam codd. etiam aliorum *timentem*. Mox *inprobo facto* El. 2 et mgo Crat., sine caussa probatum a Dauisio.

55. *rem ad amicos ita deferret*) Sic etiam Spir. et Gud. 2 ("tres optumi" Gzi) et ed. Marsi; ceteri tacent; sed patet e nostris LMR, eum codicem, e quo deteriores ducti sint, non discrepuisse a meliorum capite, ut hæc tollatur caussa uocis *rem* in suspicionem uocandæ, quam Gzius deleuit. Restat altera, quod alibi hæ uoces *res defertur* non, ut hic, abundantia quadam pro una deferendi notione poni uidentur, sed ita, ut *rei* nomen referatur ad id, quod antea conmemoratum et significatum sit (*die Sache*), uelut III Off. 112: *rem ad populum detulit* (quæ ante narrata sunt) et permultis locis. Unus tamen locus hunc tuetur, in Uerrem I, 64: *Is ad eum rem istam defert, Philodamum esse quendam &c.*, ubi *rem istam defert* simili modo atque hic *rem ita* dici uidetur; quamquam addito pronomine *res* apertius refertur ad id, quod subicitur. (*Sextilio Fuso* Pal. 1).

se esse heredem Q. Fadio Gallo, cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perueniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem inpune; quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat, eratque ueri similius, hunc mentiri, cuius interesset, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam, se in legem Uoconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi

Fadio) *Fabio* EMCR filiam) *filium* P Sextilius factum) *f. Sext.* E credebat) *negabat* PMCR hunc) *hanc* E id) om. E rogare) *rogasse* R

Q. Fadio) Mssti nostri hic omnes seruant *Fabio*, sed infra tamen plerique filiam uocant *Fadiam*. *Grut*. Oxx. hic *Fabio*, infra Uχψ *filiæ*, Eξ *filio*; mgo Crat. et Gzi omnes *Fadiæ*, nisi quod Gud. 2 *Fatidiæ*. Fadius, quod lege Uoconia uetabatur mulierem, etiam filiam et unicam, testamento heredem instituere, usus erat ea arte, quæ tum præter alias ad euitandam legem eam inuenta erat, ut fiduciarium heredem institueret, qui filiæ bona redderet, idque eum a se rogatum, scriptum reliquerat. Cogi Sextilius non poterat. Quæ fuerit caussa, cur Fadius hereditatem sine testamento ad filiam peruenire nollet aut id ecficere non posset, quod nec hac lege nec aliis uniuerse prohibitum fuisse iurisconsulti docent, e Ciceronis narratione non adparet nec ad eam intellegendam quæri opus est. Et notum st, quanta in hac parte legis Uoconiæ, quom eius argumentum cum legitumarum hereditatum iure conparatur, obscuritas sit, etiam post Sauini et Hassi disputationes. (Uid. Rein. Röm. Privatrecht p. 367 sqq.).

credebat) Sic Pal. 1, Scalig., Spir., mgo Crat., Mor., El. 2. Restituit Dauisius.

Addebat, se in legem Uoconiam iuratum) Quando ea iurisiurandi religione Sextilius astrictus sit, cuius calumnia tum usus est, interpretes non quærunt. Equidem nihil reperio, nisi Sextilium magistratum gessisse dicamus et tum communi more in leges iurasse; eo iureiurando etiam Uoconiam ceterasque singulas conprehensas esse. Nam singularis eiusmodi sanctio, qualem Appuleius agrariæ legi adiecit (Appian. Ciu. 1, 29, Plut. Mar. 29), C. Cæsar suæ de agro Campano (uid. Dio Cass. 38, 7, Plut. Cat. Min. 32, App. Ciu. II, 12, Cic. ad Att. II, 18) et cuius exemplum st in fragmento legis apud Hauboldum (Monum. Legal. p. 71), etiamsi legi Uoconiæ addita fuisset (cuius rei in lege factionum certami-

aliter amicis uideretur. Aderamus nos quidem adulescentes, sed multi amplissumi uiri; quorum nemo censuit plus Fadiae dandum, quam posset ad eam lege Uoconia peruenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde, si secutus esset eorum sententiam, qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent,

sed) *sed et* LR *sed etiam* MPCOr. Fadiæ) *ea die* L *filiæ* MCR

nibus non agitata caussa nulla erat), tamen uix ad posteritatem ea ita propagata esset, ut a communi iureiurando seiungeretur.

sed multi) Edebatur *sed etiam* (*et* a Manutio ad Gzium, qui *etiam* reuocauit ex tribus suis, Oxx. Eξχ). Melius omittitur post *nos quidem*.

plus, quam posset ad eam lege Uoconia peruenire) Perizonius (de lege Uoconia) et post eum alii hoc intellexerunt de certa quadam summa, quam lege Uoconia licuerit feminæ relinquere (centum quidem sestertia, male ad hanc partem transtulerunt ab eorum censu, de quibus lex scripta erat). Recentiores, maxumeque Sauinius (in scriptis Academiæ Berol. a. 1821 p. 229), recte disputant, omnino sublatas feminarum hereditates ex eorum testamentis, qui lege ea tenerentur. Et sane, etiamsi lege Fadio licuisset filiam ex aliqua parte heredem testamento relinquere, id hoc testamento non fecerat, quo heredem unum Sextilium scripserat, rogatum, ut ad filiam omnia peruenirent. (Multo minus legatum ei reliquerat, ad quam omnia uentura sperabat.) Sextilius igitur ex testamento aut omnia tradere debebat aut nihil dare. Itaque Sauinius uerba Ciceronis sic intellegit, ut putet legem Uoconiam uniuerse seruari iubere cum eiusmodi quadam uerborum moderatione, ut quasi incertum relinquatur, possitne aliquid ad eam peruenire, etsi certum fuerit, nihil peruenire posse. Dubito tamen, num id Cicero his uerbis significare potuerit; et occurrit præterea aliud. Præterita enim erat Fadia illo testamento, quod in filia prætorio iure non licebat. Itaque Fadia in dimidium Sextilio adcrescere uidetur debuisse, nisi quid inpedimenti nobis ignoti fuerit. Ea pars hactenus dici poterat lege Uoconia ad eam peruenire, quod, quom testamentum legis et iurisiurandi religione Sextilius tueretur, tamen, lege non prohibente, filiæ debebatur. Huiusmodi aliquid significasse mihi Cicero uidetur; sed timide hæc adtingo, qui iuris nodos et ænigmata non noram.

nummum nullum adtigisset. Num igitur eum postea censes anxio animo aut sollicito fuisse? Nihil minus, contraque illa hereditate diues, ob eamque rem laetus. Magni enim aestumabat pecuniam non modo non contra leges, sed etiam legibus partam; quae quidem uel cum periculo st quaerenda uobis. Est enim ecfectrix multarum et magnarum uoluptatum. 56. Ut igitur illis, qui, recta et honesta quae sunt, ea statuunt per se expetenda, adeunda sunt quaeuis pericula decoris honestatisque caussa, sic uostris, qui omnia uoluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, ut adipiscantur magnas uoluptates. Si magna res, magna hereditas agetur, quom pecu-

nummum nullum) *ne nummum quidem unum* LPMCROr. eum) om. LMCR eamque) *eam* E aestumabat) *existimabat* L non contra) *contra* LPMR partam) *paratam* L 56. qui) *quæ* E ea) *eaque* R quæuis) *sæpe* E

nummum nullum) Sic præter Erl. mgo Crat. et cod. Uict., id est, optumi, et sic loquitur Cicero; in Uerr. II, 60: *Debebat Epicrates nummum nullum nemini;* pro Font. 1: *nummus in Gallia nullus sine ciuium Romanorum tabulis conmouetur*; pro Flacco 47: *neminem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Edebatur: *ne nummum quidem unum*, nec quicquam adnotatum ante Gzium st; debebat saltem dici *ne unum quidem nummum.* Quænam sint formulæ et inscriptiones, in quibus Orellius sæpe *nummum unum* pro minuma summa dici scribit, nescio; *nummo* aut *nummo sestertio addici* et similia noui. Gzius in Spir. ait esse *ne numum ullum*, in Bas. *ne numerum ullum*, in Gud. 1 *ne minimum quidem unum;* ipse hinc ecfecit *ne numulum*, id est, ut interpretatur, *ne numulum quidem.*

Num igitur eum) Pronomen omittunt etiam alii deteriores, Uχ Gud. 2, Mars. (errat Gzius); Gud. 1 *censes eum* habet.

56. *quæuis*) Pal. 1 uidetur initio habuisse: *adeunda sunt seu pericula*, factumque inde *ceu* subductumque lineola tamquam superfluum. *Grut. Sæpe* reprehendi non potest; sed quom obscurum esset melioris familiæ testimonium, *quæuis* reliqui.

Si magna res &c.) Hæc sic distinguebantur et scribebantur: *ut adipiscantur magnas uoluptates: si magna res, magna hereditas agetur, quom pecunia uoluptates pariantur plurumæ: idemque erit Epicuro faciendum &c.*, in qua sententiarum distinctione primum prioris sententiæ et conparationis concinnitas, ubi illis *decoris ho-*

nia uoluptates pariantur plurumae, idem erit Epicuro uostro faciendum, si suum finem bonorum sequi uolet, quod Scipioni, magna gloria proposita, si Hannibalem in Africam retraxisset. Itaque quantum adiit periculum! Ad honestatem enim illum omnem conatum suum referebat, non ad uoluptatem. Sic uoster sapiens, magno aliquo emolumento conmotus, †cum caussa, si opus fue-

idem) *idemque* omnes, Or. **uostro)** *nescio* E **illum)** *ille* MCROr. **uoster)** *uir* C **cum caussa)** *animi caussa* EPCOr.

uestatisque caussa respondent hæc: *ut adipiscantur magnas uoluptates*, plane euertitur, adiuncta hac adpendicula *si magna* &c. Deinde hæc ipsa plane orationis et sententiæ progressum turbat; quom enim recte uniuerse dictum esset, uoluptatum caussa pericula adeunda esse, hæc adiungitur condicio, si pecunia agatur, quasi alioquin uoluptas petenda non sit, et caussa adfertur, quod pecunia uoluptates pariantur, quasi ante præceperit pecuniam cum periculo quærendam. Tum in altera sententia apertissume inperfecta et conparatio Scipionis et Epicuri; quod enim Scipioni magna proposita gloria faciendum erat, idem Epicuro faciendum esse dici debet non uniuerse, sed proposita magna aliqua uoluptate aut utilitate. Hæc uitia sic tolluntur ea sententiarum coniunctione, quam iam Manutius et Lambinus taciti secuti erant, omniaque sic recta fiunt, ut dubitari nequeat. Ceterum antiquos est error, quoniam *idemque*, quod ex eo natum st, iam in nostrorum codicum principe fuit. Unus Bas., casu an emendatione, *idem*; nam de EU, e quibus Oxx. nihil ad Lambini scripturam adnotarunt, confidi non potest.

Itaque quantum &c.) Iam explicat Cicero, quid uterque facturus sit, alter gloriæ, alter uoluptatis caussa; et incipit ab eo, quem ex historia ad conparandum asciuerat: *Itaque* (quom illa esset ei gloria proposita) &c., deinde transit ad similitudinem sapientis Epicurei. Exposui hæc, quia animaduerti dubitatum esse. El. 1 *periculorum*, quod, Dauisio suadente, Bremius recepit; ed. Uict. *periculi*. Cicero omnia uno periculo conprehendit.

illum omnem conatum) Sic Pall. omnes, Gziani, excepto Gud. 1, ξ; recepit Gruterus; Dau. e uett. edd. et codd. El. (utro?) Par. 2, 3, C. C. C. (ɔ : ξ), Ball. reuocauit *ille*. Non Scipionem aliis contrarium Cicero ponit, sed ostendit, consentaneum ei fuisse tantum periculum adire.

cum caussa) Sic, ut plerique ediderunt, Pall. omnes, Daui-

fama? Sine ea igitur iucunde negat posse uiui? Quid turpius, quam sapientis uitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intellegit honestum? Certe nihil, nisi quod possit ipsum propter se iure laudari. Nam si propter uoluptatem, quae st ista laus, quae possit e macello peti? Non is uir est, ut, quom honestatem eo loco habeat, ut sine ea iucunde neget posse uiui, illud honestum, quod populare sit, sentiat, et sine eo iucunde neget uiui posse, aut quicquam aliud honestum intellegat, nisi quod sit rectum ipsumque per se, sua ui, sua natura, sua sponte laudabile.

XVI. 51. Itaque, Torquate, quom diceres, clamare Epicurum, non posse iucunde uiui, nisi honeste et sapienter et iuste uiueretur, tu ipse mihi gloriari uidebare. Tanta uis inerat in uerbis propter earum rerum, quae significabantur his uerbis, dignitatem, ut altior fieres, ut interdum insisteres, ut nos intuens quasi testificarere, laudari honestatem et iustitiam aliquando ab

iuc. negat) *neg. iuc.* L   posse uiui) *posse uiuere* omnes.   sermone pend.) *pend. serm.* E   peti) *petitur* E   iucunde neg.) *neg. iuc.* E   uiui posse) *posse uiui* MCR   ipsumque) *ipsum quod* PMCR   per) *propter* L   sponte) *sit sponte* PMCR *sponte sit* L   51. tu) *tum* E   testificarere) *testificari* E *testificare* L

negat posse uiui) Retinui, quod Lbinus, postea, Th. Bentleium sequentes, alii ediderunt. Nam in actiuo infinitiuo *quemquam* audire, quod Bremius uolebat, sermonis ratio non minus uetat, quam (de quo olim ad Iuuen. sat. III, 93 scripsi), quom sic interrogetur: *An melior est?* audire *quisquam*. Itaque *negat posse uiuere* esset: *negat se posse uiuere*. Uerum et Epicurus uniuerse, non de se, hæc dixerat, et Cicero tam sæpe eam formam et ante et post seruauit, ut credi non possit, hoc uno loco eum ab ea discessisse. Eodem errore in Tusc. III, 49 aliquot codices habent: *Negat Epicurus iucunde posse uiuere*, ubi meliores tenent *uiui* (et adiungitur *nisi cum uirtute u i u a t u r*).

ipsumque — sua sponte) Sic etiam Pal. 1 et Spir. (Uict. cod. saltem *sua sponte*); restituit Gruterus; ceteri codd. ut nostri deteriores. Pal. 1 (et ex eo Grut. et alii) præterea trausponebat: *sua sp., sua nat.*

Epicuro. Quam te decebat iis uerbis uti, quibus si philosophi non uterentur, philosophia omnino non egeremus. Istorum enim uerborum amore, quae perraro appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis, iustitiae, temperantiae, praestantissumis ingeniis homines se ad philosophiae studium contulerunt. 52. Oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrumus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentis amores excitaret sui, si uideretur! Cur tandem? an quod ita callida st, ut optume possit architectari uoluptates? Cur iustitia laudatur? aut unde st hoc contritum uetustate prouerbium, *quicum in tenebris?* Hoc, dictum in una re, latissume

iis) *his* LMCROr. appellantur) om. L philosophiæ) *sapientiæ* L 52. si uideretur) om. E an — uoluptates) Nonius p. 70. (Antiquiores Noni edd. contra bonos codd. *Cur tandem sapientia tantopere laudatur? an* &c.) ut) *quod* L (s. quo, ambiguo conpendio) aut unde) *an uerum* MCR *an uero* L tenebris) add. *mices* LC Hoc) om. L dictum) *dicunt* MCR

Cap. XVI, 51. *his uerbis uti, quibus*) Non recte Orellius hæc sic distraxit: *his uerbis uti? quibus — non egeremus.* Definitur enim uerborum genus adiuncta proxume sententia relatiua, quæ Latino more sic inplicatur, ut relatiuom in protasi periodi sit, (iis uerbis, quæ ex co erant genere, ut, si iis &c.) quemadmodum (si exempla ascribenda sunt) III, 9 et V, 76.

52. *inquit Plato*) in Phædro p. 250 D: *ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν.* Eadem Cicero uertit de Off. I, 14 ubi paullo neglegentius ab honesti uerbo et notione orditur, quam ipse tractabat, in sapientiæ, quam Plato nominarat, desinit. Formæ passiuæ *uideri* pro eo, quod est *cerni*, positæ exempla Otto ad h. l. conligens, illud quoque posuit, quod mira neglegentia natum omnes editiones inquinat de R. P. I, 31: *hæc, quæ uidentur ante oculos, esse magis* (scr. *ante oculos esse, magis*) putem *quærenda.*

quicum in tenebris) *Mices* addunt etiam ψ et tres Gzi (non Spir.) ueteresque fere editiones, breuem rei notæ significationem explentes. Non erat in Mor. nec in mg. Crat. De ipso digitis micandi lusu et prouerbio inde nato ad significandam alicuius fidem expositum st ab enarratoribus librorum de Off. ad III, 77.

patet, ut in omnibus factis re, non teste moueamur. **53.** Sunt enim leuia et perinfirma, quae dicebantur a te, animi conscientia inprobos excruciari, tum etiam poenae timore, qua aut adficiantur aut semper sint in metu, ne adficiantur aliquando. Non oportet timidum aut inbecillo animo fingi non bonum illum uirum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet omniaque formidet, sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, uersutum, ueteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte,

53. animi) *cum animi* MCR *cum* L etiam) *enim* E adficiantur) *afficiuntur* PLMCR sint) *sunt* PLMŔ *sit* C oportet) *omnem* E inbecillo) *imbecilli* E quicquid) *quidquam* E uersutum) *uersatum* E excogitet) *excogitare* E quomodo) *quo* LPMCROr.

Paullo ante *aut unde* confirmat mgo Crat. et cod. Uict. Nam edebatur ut est in nostris et aliorum codd. deterioribus (Oxx. χψ, Gzi recentioribus; E *an non* ξ *an non uerum*).

53. *animi conscientia*) Sic, ut Gzius edidit, etiam Spir. et Bas. et ed. Crat. Dubito nonnihil, rectene hic illis codicibus pareatur. Nam *quom* (*cum*) et *animi* ut alibi propter conpendiorum similitudinem permutantur, sic alterum propter eandem caussam excidere poterat. Et ut nunc editur, loquimur, quom in primo membro nondum simul alterius expectatio præsumitur, quod hic fieri debuisse uidetur, quoniam poenæ timor uel præcipuum momentum faciebat; nec memini, *tum* sic posito, non præcedente *quom*, addi *etiam*. De re uid. I, 50 et 51.

adficiantur — sint) Coniunctiuom in reddenda Torquati sententia necessarium confirmant Pal. 1 et Spir. Restituit Ernestius.

fingi non bonum illum uirum) Prauissume uolgo distinguont: *fingi*, *non bonum illum uirum*. Itaque hærebat Lbinus in pronomine *illum*, recte hactenus requirens: *non bonum uirum* (fingi oportet). Atqui timidus fingi poterat inprobus, uir bonus fingi non poterat; repugnat enim. Hoc dicitur: ille, de quo loquimur, uir non bonus (noluit Cicero repetere inprobi nomen) non debet fingi timidus.

quomodo occulte) Ut nostri deteriores, sic alii aliquot, uelut χψ, Gud. uterque, Bas., *quo* (et sine dubio plures, etsi nix omnes; nam correctum iam et in uett. edd. ut in Marsi, Crat., qui bonis codd. usi non sunt). Id adripuit Gzius, ignorans ortum esse ex conpendio male intellecto, in quo in his libris sæpe peccatum est;

sine teste, sine ullo conscio fallat. 54. An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui, quom praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob

54. L. Tubulo) *Lucullo* C quæstionem int. sic.) *int. sic. qu.* L

uid., præter huius libri § 97, uar. script. et adnott. ad III, 67 (ubi plerique *quod* habent, etiam Oχx. EUξψ) IV, 7, 26, 50, 73. Non quæritur de instrumento occulte fallendi sed de modo et ratione. Grzius suo more comparat nescio quem locum ex epistulis ad Atticum (nam in numero erratum st), ubi legitur: *excogita, quo rectius ista curentur.* Nam quod quidam *quo* pro *quomodo* dici putant, contra omnem analogiam et usum nituntur duobus Ouidi locis admodum dubiis (A. A. I, 285 et 745).

54. *de L. Tubulo*) De hoc homine sceleratissumo, qui prætor a. 142 a. Ch. fuit, quæ apud Ciceronem traduntur, conlecta sunt in indice Orelliano (u. *L. Hostilius*). Cfr. Douza ad Lucil. p. 110 Hauerc. Idem IV, 77 et V, 62 nominatur. P. Scæuola pater est, qui postea pontifex maxumus fuit. Ordinariam de sicariis quæstionem iam tum fuisse et suum prætorem habuisse, aliunde non constat. Quod tribunus fert ad plebem, ut extra ordinem quæratur, eaque quæri iubet senatuique permittit, ut is ei quæstioni præficiat, quem uelit, ea illius ætatis legituma consuetudo fuit in iis rebus, quarum aut ordinarium iudicium nullum erat aut id parum sufficere putabatur, nisi quod etiam a consule senatus auctoritate ferri ad populum eiusmodi lex poterat. Uid. Liu. IV, 50 et 51, XXXVIII, 54, XLII, 21. Atque eodem modo rem actum esse, quotiens Liuius tantum quæstionem a senatu decretam alicui, narrat, populum plebemue extra ordinem quæri iussisse non addit, ostenderem contra Dukerum (ad Liu. XXXIX, 14) et Dirksenium (Civilist. Abhandl. I, n. 2), si eiusmodi disputationi hic locus esset. Quod autem extra ordinem quæsitum st, quom sub repetundarum quæstionem, quæ iam tum erat, hoc genus captæ pecuniæ cadat, Klenzius (Prolegg. ad leg. Seruil. p. XIII) eam putat caussam esse, quod iniuria facta fuerit ciuibus, repetundarum autem accusatio tantum in eos institui potuerit, qui socios uexassent. In quo paullo plus, quam debuit, uir consultissumus e locis quibusdam Ciceronis ecficere uidetur. Et poterant aliæ esse caussæ, cur prima lex de repetundis parum apta esset ad tam foeda scelera in ipsa urbe commissa persequenda.

quom prætor exercuisset, — cepit) immo, *quom exerceret*, ut recte animaduertit Ernestius, in tempore hærens, non in modo

rem iudicandam, ut anno proxumo P. Scaeuola, tribunus plebis, ferret ad plebem, uellentne de ea re quaeri. Quo plebiscito decreta a senatu st consuli quaestio Cn. Caepioni; profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus; erat enim res aperta.

XVII. Non igitur de inprobo, sed de callido in-

uellentne) *uelletne* L Quo) *quæ* E st consuli) *cons. est* L Cæpioni) *Scipioni* omnes excepto (P). ausus) *ausus est* R. aperta) *apta* L sed de) *sed* omnes. callido) *callide* LCOr.

uerbi; qui poterat enim? Sed Cicero neglegentia quadam, quom cogitaret de proxumo anno et Scæuolæ lege, (quasi hoc diceretur: *quom exercuisset — et cepisset, legem Scæuola tulit,*) plusquamperfectum posuit. Similis ratio st in Cat. Mai. 41: *Hæc cum C. Pontio — locutum Archytam, Nearchus Tarentinus se a maioribus natu accepisse dicebat, quom quidem ei sermoni interfuisset Plato.* Rectum erat: *interesset,* sed ad *dicebat* rettulit.

quo plebiscito) quod de hac re ecfectum erat accepta Scæuolæ rogatione; uid. ad § 66. Quod Gzius dirimit (*quò plebi scito*) et enarrat *a plebe,* nemo sic locutus est.

Cn. Cæpioni) Certam per se Manuti emendationem confirmarunt Pal. 1 et Scaligeri codex; idem Pal. 1 uerum nomen tenet III, 8 priore loco; nam altero habet etiam Erl.

nec respondere ausus) Uellem Erl. dedisset, quod R, *ausus est*; nam plebiscito ecfectum st, ut quæstio decerneretur; tum quid secutum sit, per se narratur, ut minus commode idem uerbum ad hæc pertineat; omittere autem *est* in narrando Cicero non solet. De *est* post syllabam *us* omisso uid. Opusc. mea Acad. p. 448.

Cap. XVII. *sed de callido inprobo*) *De* præpositionem addidit Dau. ex Par. 1, 2, habebantque Oxx. EUξ, sed quod Gzius in omnibus suis adesse dicit, redarguitur in Erl. Uerum facile excidere potuit et necessaria st. Deinde *callide* fere editum st ante Gruterum; is ex omnibus Pall. *callido* (sic etiam Marsus); *callide* reuocauit Dau., utens testimonio ueteris editionis et "aliorum plurium," nec Oxx. *callido* adnotarunt nisi ex ξ. Gzius *callide* in tribus potioribus esse dicens rursus fallitur de Erl. et (ut ex Pal. 1 adparet) de ceteris. Tenui, quod in melioribus est, quod in hac coniunctione *inprobus* pro substantiuo alterum adiectiuom asciscere potuisse uidetur. Intellegitur calliditas inprobitati adiuncta tamquam altera ingeni pars. Exemplum eiusdem gene-

probo quaerimus, (qualis Q. Pompeius in foedere Numantino infitiando fuit,) nec uero omnia timente, sed primum qui animi conscientiam non curet, quam scilicet conprimere nihil est negoti. Is enim, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest, ut se indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius inprobe facto uideatur; quid est enim aliud esse uersutum? 55. Memini me adesse P. Sextilio Rufo, quom is rem ad amicos ita deferret,

timente) *timentem* omnes. abest) om. P etiam) *et* E est enim) *enim est* MCR 55. me adesse) *ad. me* L rem ad amicos) *ad am. rem* (P)COr.

ra non habeo, sed ne alterius quidem formæ in tali quidem coniunctione.

Q. Pompeius) Post consulatum (a. 141 a. Chr.) in Hispania bellum contra Numantinos gerens pacem et foedus facere coactus, quom successor ei uenisset, negauit, pacem factam esse, posteaque, quom lex de eo Numantinis dedendo ferretur, precibus periculum ecfugit. Freinshem. Supplem. Liu. LIV, 28 sq., 31, Beier ad Cic. Off. III, 109 p. 391, qui tamen, deceptus uerbis *in eadem caussa* (uid. ad libr. I, 49) non recte putat, Pompeium simul cum C. Mancino, quod eius foederis sponsor fuisset, in deditionis periculum adductum. Add. de R. P. III § 28. Ceterum, ut res ab Appiano narratur, non tam calliditas in infitiando foedere adparet quam inpudentia.

timente) Lambinus correxit; nam codd. etiam aliorum *timentem*. Mox *inprobo facto* El. 2 et mgo Crat., sine caussa probatum a Danisio.

55. *rem ad amicos ita deferret*) Sic etiam Spir. et Gud. 2 ("tres optumi" Gzi) et ed. Marsi; ceteri tacent; sed patet e nostris LMR, eum codicem, e quo deteriores ducti sint, non discrepuisse a meliorum capite, ut hæc tollatur caussa uocis *rem* in suspicionem uocandæ, quam Gzius deleuit. Restat altera, quod alibi hæ uoces *res defertur* non, ut hic, abundantia quadam pro una deferendi notione poni uidentur, sed ita, ut *rei* nomen referatur ad id, quod antea conmemoratum et significatum sit (*die Sache*), uelut III Off. 112: *rem ad populum detulit* (quæ ante narrata st) et permultis locis. Unus tamen locus hunc tuetur, in Uerrem I, 64: *Is ad eum rem istam defert, Philodamum esse quendam* &c., ubi *rem istam defert* simili modo atque hic *rem ita* dici uidetur; quamquam addito pronomine *res* apertius refertur ad id, quod subicitur. (*Sextilio Fuso* Pal. 1).

se esse heredem Q. Fadio Gallo, cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perueniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem inpune; quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat, eratque ueri similius, hunc mentiri, cuius interesset, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam, se in legem Uoconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi

Fadio) *Fabio* EMCR filiam) *filium* P Sextilius factum) *f. Sext.* E credebat) *negabat* PMCR hunc) *hanc* E id) om. E rogare) *rogasse* R

Q. Fadio) Msti nostri hic omnes seruant *Fabio*, sed infra tamen plerique filiam uocant *Fadiam*. *Grut*. Oxx. hic *Fabio*, infra Uχψ *filiæ*, Eξ *filio*; mgo Crat. et Gsi omnes *Fadiæ*, nisi quod Gud. 2 *Fatidiæ*. Fadius, quod lege Uoconia uetabatur mulierem, etiam filiam et unicam, testamento heredem instituere, usus erat ea arte, quæ tum præter alias ad euitandam legem eam inuenta erat, ut fiduciarium heredem institueret, qui filiæ bona redderet, idque eum a se rogatum, scriptum reliquerat. Cogi Sextilius non poterat. Quæ fuerit caussa, cur Fadius hereditatem sine testamento ad filiam peruenire nollet aut id ecficere non posset, quod nec hac lege nec aliis uniuerse prohibitum fuisse iurisconsulti docent, e Ciceronis narratione non adparet nec ad eam intellegendam quæri opus est. Et notum st, quanta in hac parte legis Uoconiæ, quom eius argumentum cum legitumarum hereditatum iure conparatur, obscuritas sit, etiam post Sauini et Hassi disputationes. (Uid. Rein. Röm. Privatrecht p. 367 sqq.).

credebat) Sic Pal. 1, Scalig., Spir., mgo Crat., Mor., El. 2. Restituit Dauisius.

Addebat, se in legem Uoconiam iuratum) Quando ea iurisiurandi religione Sextilius astrictus sit, cuius calumnia tum usus est, interpretes non quærunt. Equidem nihil reperio, nisi Sextilium magistratum gessisse dicamus et tum communi more in leges iurasse; eo iureiurando etiam Uoconiam ceterasque singulas conprehensas esse. Nam singularis eiusmodi sanctio, qualem Appuleius agrariæ legi adiecit (Appian. Ciu. 1, 29, Plut. Mar. 29), C. Cæsar suæ de agro Campano (uid. Dio Cass. 38, 7, Plut. Cat. Min. 32, App. Ciu. II, 12, Cic. ad Att. II, 18) et cuius exemplum st in fragmento legis apud Hauboldum (Monum. Legal. p. 71), etiamsi legi Uoconiæ addita fuisset (cuius rei in lege factionum certami-

aliter amicis uideretur. Aderamus nos quidem adulescentes, sed multi amplissumi uiri; quorum nemo censuit plus Fadiae dandum, quam posset ad eam lege Uoconia peruenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde, si secutus esset eorum sententiam, qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent,

sed) *sed et* LR *sed etiam* MPCOr. Fadiæ) *ea die* L *filiæ* MCR

nibus non agitata caussa nulla erat), tamen uix ad posteritatem ea ita propagata esset, ut a communi iureiurando seiungeretur.

sed multi) Edebatur *sed etiam* (*et* a Manutio ad Gzium, qui *etiam* reuocauit ex tribus suis, Oxx. Eξχ). Melius omittitur post *nos quidem*.

plus, quam posset ad eam lege Uoconia peruenire) Perizonius (de lege Uoconia) et post eum alii hoc intellexerunt de certa quadam summa, quam lege Uoconia licuerit feminæ relinquere (centum quidem sestertia, male ad hanc partem transtulerunt ab eorum censu, de quibus lex scripta erat). Recentiores, maxumeque Sauinius (in scriptis Academiæ Berol. a. 1821 p. 229), recte disputant, omnino sublatas feminarum hereditates ex eorum testamentis, qui lege ea tenerentur. Et sane, etiamsi lege Fadio licuisset filiam ex aliqua parte heredem testamento relinquere, id hoc testamento non fecerat, quo heredem unum Sextilium scripserat, rogatum, ut ad filiam omnia peruenirent. (Multo minus legatum ei reliquerat, ad quam omnia uentura sperabat.) Sextilius igitur ex testamento aut omnia tradere debebat aut nihil dare. Itaque Sauinius uerba Ciceronis sic intellegit, ut putet legem Uoconiam uniuerse seruari iubere cum eiusmodi quadam uerborum moderatione, ut quasi incertum relinquatur, possitne aliquid ad eam peruenire, etsi certum fuerit, nihil peruenire posse. Dubito tamen, num id Cicero his uerbis significare potuerit; et occurrit præterea aliud. Præterita enim erat Fadia illo testamento, quod in filia prætorio iure non licebat. Itaque Fadia in dimidiam Sextilio adcrescere uidetur debuisse, nisi quid inpedimenti nobis ignoti fuerit. Ea pars hactenus dici poterat lege Uoconia ad eam peruenire, quod, quom testamentum legis et iurisiurandi religione Sextilius tueretur, tamen, lege non prohibente, filiæ debebatur. Huiusmodi aliquid significasse mihi Cicero uidetur; sed timide hæc adtingo, qui iuris nodos et ænigmata non norim.

nummum nullum adtigisset. Num igitur eum postea censes anxio animo aut sollicito fuisse? Nihil minus, contraque illa hereditate diues, ob eamque rem laetus. Magni enim aestumabat pecuniam non modo non contra leges, sed etiam legibus partam; quae quidem uel cum periculo st quaerenda uobis. Est enim ecfectrix multarum et magnarum uoluptatum. 56. Ut igitur illis, qui, recta et honesta quae sunt, ea statuunt per se expetenda, adeunda sunt quaeuis pericula decoris honestatisque caussa, sic uostris, qui omnia uoluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, ut adipiscantur magnas uoluptates. Si magna res, magna hereditas agetur, quom pecu-

nummum nullum) *ne nummum quidem unum* LPMCROr. eum) om. LMCR eamque) *eam* E aestumabat) *existimabat* L non contra) *contra* LPMR partam) *paratam* L 56. qui) *quæ* E ea) *eaque* R quæuis) *sæpe* E

nummum nullum) Sic præter Erl. mgo Crat. et cod. Uict., id est, optumi, et sic loquitur Cicero; in Uerr. II, 60: *Debebat Epicrates nummum nullum nemini;* pro Font. 1: *nummus in Gallia nullus sine ciuium Romanorum tabulis conmouetur*; pro Flacco 47: *neminem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Edebatur: *ne nummum quidem unum*, nec quicquam adnotatum ante Gzium st; debebat saltem dici *ne unum quidem nummum.* Quænam sint formulæ et inscriptiones, in quibus Orellius sæpe *nummum unum* pro minuma summa dici scribit, nescio; *nummo* aut *nummo sestertio addici* et similia noui. Gzius in Spir. ait esse *ne numum ullum*, in Bas. *ne numerum ullum*, in Gud. 1 *ne minimum quidem unum;* ipse hinc ecfecit *ne numulum*, id est, ut interpretatur, *ne numulum quidem.*

Num igitur eum) Pronomen omittunt etiam alii deteriores, Uz Gud. 2, Mars. (errat Gzius); Gud. 1 *censes eum* habet.

56. *quæuis*) Pal. 1 uidetur initio habuisse: *adeunda sunt seu pericula*, factumque inde *ceu* subductumque lineola tamquam superfluum. *Grut. Sæpe* reprehendi non potest; sed quom obscurum esset melioris familiæ testimonium, *quæuis* reliqui.

Si magna res &c.) Hæc sic distinguebantur et scribebantur: *ut adipiscantur magnas uoluptates: si magna res, magna hereditas agetur, quom pecunia uoluptates pariantur plurumæ: idemque erit Epicuro faciendum* &c., in qua sententiarum distinctione primum prioris sententiæ et conparationis concinnitas, ubi illis *decoris ho-*

nia uoluptates pariantur plurumae, idem erit Epicuro uostro faciendum, si suum finem bonorum sequi uolet, quod Scipioni, magna gloria proposita, si Hannibalem in Africam retraxisset. Itaque quantum adiit periculum! Ad honestatem enim illum omnem conatum suum referebat, non ad uoluptatem. Sic uoster sapiens, magno aliquo emolumento conmotus, †cum caussa, si opus fue-

idem) *idemque* omnes, Or. uostro) *nescio* E illum) *ille* MCROr. uoster) *vir* C cum caussa) *animi caussa* EPCOr.

necessitatisque caussa respondent hæc: *ut adipiscantur magnas uoluptates*, plane euertitur, adiuncta hac adpendicula *si magna* &c. Deinde hæc ipsa plane orationis et sententiæ progressum turbat; quom enim recte uniuerse dictum esset, uoluptatum caussa pericula adeunda esse, hæc adiungitur condicio, si pecunia agatur, quasi alioquin uoluptas petenda non sit, et caussa adfertur, quod pecunia uoluptates pariantur, quasi ante præceperit pecuniam cum periculo quærendam. Tum in altera sententia apertissume inperfecta st conparatio Scipionis et Epicuri; quod enim Scipioni magna proposita gloria faciendum erat, idem Epicuro faciendum esse dici debet non uniuerse, sed proposita magna aliqua uoluptate aut utilitate. Hæc uitia sic tolluntur ea sententiarum coniunctione, quam iam Manutius et Lambinus taciti secuti erant, omniaque sic recta fiunt, ut dubitari nequeat. Ceterum antiquos est error, quoniam *idemque*, quod ex eo natum st, iam in nostrorum codicum principe fuit. Unus Bas., casu an emendatione, *idem*; nam de EU, e quibus Oxx. nihil ad Lambini scripturam adnotarunt, confidi non potest.

Itaque quantum &c.) Iam explicat Cicero, quid uterque facturus sit, alter gloriæ, alter uoluptatis caussa; et incipit ab eo, quem ex historia ad conparandum asciuerat: *Itaque* (quom illa esset ei gloria proposita) &c., deinde transit ad similitudinem sapientis Epicurei. Exposui hæc, quia animaduerti dubitatum esse. El. 1 *periculorum*, quod, Dauisio suadente, Bremius recepit; ed. Uict. *periculi*. Cicero omnia uno periculo conprehendit.

illum omnem conatum) Sic Pall. omnes, Gziani, excepto Gud. 1, ξ; recepit Gruterus; Dau. e uett. edd. et codd. El. (utro?) Par. 2, 3, C. C. C. (ɔ: ξ), Ball. reuocauit *ille*. Non Scipionem aliis contrarium Cicero ponit, sed ostendit, consentaneum ei fuisse tantum periculum adire.

cum caussa) Sic, ut plerique ediderunt, Pall. omnes, Daui-

rit, dimicabit. 57. Occultum facinus esse potuerit; gaudebit; deprehensus omnem poenam contemnet. Erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad ipsum etiam dolorem. Quem quidem uos, quom in-

57. contemnet) *contemnit* L quem) *quam* E

siani (certe simpliciter hanc esse codicum scripturam, ait,) Oxx., idemque in suis Gzius esse tradit (Gud. 2 *cum tam*) præter Bas. et Gud. 1. Sed quom ipsa caussa indicata sit (*magno aliquo emolumento conmotus*), uniuerse dicere *cum caussa* (II de Orat. 247. in Uerr. I, 21) dimicaturum sapientem Epicureum, peruersum st; nec, cum caussa an sine caussa, sed quid omnino paratus sit facere, quæritur. Nam Otto, qui *cum caussa dimicare* putat esse: mit einem gerichtlichen Verfahren hadern (quod quid sit, non magis intellegitur; itaque enarrat: *in iudicio*), refutatione indignus est, qui neque quid *cum caussa* neque quid *dimicare* sit, nerit. Ex conpendio uocis *cum* (uid. ad 53, cfr. Leid. V, 35) natum uidetur *animi*, quod post Uictorium (e cod.) alii ediderunt, nuper Gzius, confirmatum a Bas. et Gud. 1 (nunc etiam in Erl. silentio conlatoris), defensum a Matthiæo, qui putat esse *uoluptatis caussa*. Atqui *animi caussa*, quod pridem Dau. docuit, is aliquid facere dicitur, qui nulla necessitate, temporis fallendi et quasi lusus caussa aliquid facit (einer Laune wegen, zum Zeitvertreib), quod ab eo, qui magno emolumento conmotus pericula adit uoluptatem Epicureo more cum dolore et graui labore petens, remotissumum st. Tum uerba *si opus erit* declarant, quod Otto sensit, dictum aliquid esse, quod ad magnitudinem dimicationis pertineret; ad nudum illud *dimicabit* referri non possunt, quod ipsum nimis infinite ponitur, non significato certaminis genere, quod sane longe a Scipionis remotum esse debet. Adcedunt proxuma, quæ non dimicationem aliquam omnino nominatam ostendunt, sed in qua facinus sit et poenæ timor. Itaque ne illud quidem rectum erit, si quis post *cum* inmanis bestiæ nomen positum putarit. Mihi Cicero scripsisse uidetur: *cum amico, si opus fuerit, dimicabit*; et puto post *cum* obscurari potuisse similitudine ductuum priores uocis litteras et ex relicuis effici conpendium uocis *caussa* (*cā*). Uellem tamen propius ad codices coniectura adcederet. Mox *pótuerit* futurum exactum st, ne quis cum Th. Bentleio *poterit* requirat, coniunctiuom damnans.

probis poenam proponitis, inpetibilem facitis, quom sapientem semper boni plus habere uoltis, tolerabilem.

XVIII. Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid inprobe faciat, uerum etiam praepotentem, ut M. Crassus fuit, (qui tamen solebat uti suo bono,) ut hodie st noster Pompeius, cui recte facienti gratia st habenda; esse enim quam uellet iniquos poterat inpune.

inpetibilem) *impatibilem* LMCROr. aliquid inprobe) *impr. al.* MR noster) *uester* E quam uellet iniquos) *quam uellet iniquus iustus* P *quamuis uellet iustus iniquus* LMR *quamuis uellet iniquus iniustus* C

57. *inpetibilem*) *Patibilem* dolorem Cicero dixit Tusc. IV, 51; alio modo naturam patibilem N. D. III, 29, quæ pati possit. Uocalis mutatio etsi non fit in *inpatiens*, tamen et relicua analogia et codd. (tribus Gzi) et aliorum scriptorum usu defenditur Mox *inprobe aliquid* etiam Gud. uterque, Bas., ed Crat. et aliæ quædam.

uti suo bono) Potentiam significari putant, quæ primum mire bonum appellatur in hac disputatione, et *suum*, tamquam proprium; deinde omnia turbat particula *tamen*, quæ uidetur exceptionem aliquam significare et remotionem, quom tamen hoc ipso aptius fiat Crassi exemplum, si etiam usus potentia dicitur. Itaque Gzius, mirus significationum artifex, *tamen* uolt esse *quidem*, ad quam uim tum demum nonnihil adcedit, quom *hoc tamen* dicitur pro eo, quod est, *hoc saltem* (si non alia). Otto autem scripsit: *qui tam solebat*; in quo manent relicua incommoda. Sed nihil mutandum. Crassum, etsi esset præpotens, tamen suo bono, id est, quod eius proprium esset et quod is, ceteris omissis, sequeretur, pecunia, uti solitum Cicero dicit ad ea, quæ uellet, ecficienda. Sic recte *bonum* et acerbe, tamquam ex Crassi sententia, dicitur.

esse enim quam uellet iniquos) Sic primus Orellius edidit. *Quam uellet* omnes boni codd., Pal. 1, Spir., Gifani (in Burmanni Syll. Epist. II p. 308) El. (sine dubio 2), Gud. 2, etiam Bas.; deteriores (ceteri sine dubio Pall., Dauisiani, Oxx.) *quamuis*, in quo pueriliter errat Gzius, pro eo, quod est, *possum esse quamuis* aut *quam uolo iniustus* (tirones exempla reperient apud Ramshorn. p. 885 ed. 2 et in lexicis), Latine dici putans: *quamuis uelim esse iniustus*, *possum*, et librarios increpans, qui id ignorarint. Tum *iniquus* præter Erl. etiam Spir. et cod. Gifani. Sed Pal. 1 *iniquus iustus*, nec aliter in El. 2 fuisse uidetur (*iniquus et iniustus* Dauisi coniectura st); Scaliger ascriptum habebat libro suo: *Est enim quam uellet*, *iniquus: iustus poterat inpune*, qui emen-

[illegible] possit [illegible] regaverit, [illegible] id scri- [illegible] quid fa- [illegible] iterum redde- [illegible] hunc nostrum [illegible] omnis [illegible].

[illegible] Pal. I; ex ceteris [illegible] nisi quod [illegible] Apparet [illegible] in cum scripturas [illegible] formam [illegible] hanc sub- [illegible] poterat [illegible] codicum con- [illegible] lenior est quam [illegible] hominibus in certis [illegible] de qua hoc quaeritur, [illegible] cod. fuisse inquit [illegible] nisi quis cum Da- [illegible]

[illegible] Dominus; nihil opus [illegible] exempla subicia- [illegible] merentur. Nulla [illegible] deterquendi; neque in [illegible] apud senatores iudices effe- [illegible] qui facerent.

[illegible] Bulsium et Ernestinum exem- [illegible] aliquid fieri aliquando [illegible] Cicero [illegible]. [illegible] corrigebant: *faceres* — *redderes*. Debebant igitur ante scribere [illegible]: ut — *redderes* (quod volebat Ernestius) sed, nisi quo hoc soloecum sit, *rogasset* — *[illegible] dixisset*.

[illegible], Peducaeus) is, quem praetorem Cicero habuit in quaestura [illegible]. Filium cum Attico et Cicerone coniunctissimum fuisse, [illegible] ex eis, quae in onomastico Orelliano conlecta sunt. Mox [illegible] omnes editiones nec de codd. quicquam notatum. Vid. [illegible]

quom doctus, tum omnium uir optumus et iustissumus, quom sciret nemo, eum rogatum a C. Plotio, equite Romano splendido, Nursino, ultro ad mulierem uenit, eique nihil opinanti uiri mandatum exposuit hereditatemque reddidit. Sed ego ex te quaero, (quoniam idem tu certe fecisses,) nonne intellegas, eo maiorem uim esse naturae, quod ipsi nos, qui omnia ad uostrum commodum et, ut ipsi dicitis, ad uoluptatem referatis, tamen ea faciatis, e quibus adpareat, non uoluptatem uos, sed officium sequi, 'plusque rectam naturam quam rationem prauam ualere? 59. Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam et uelle aliquem inprudentem super eam adsidere, cuius mors tibi emolumentum fu-

quom) *tum* EPMCR certe) *recte* C intellegas) *intelligis* LMR om. C ut ipsi) *ipsi ut* E plusque) *plusquam* E 59. aliquem) om. PMCR super eam) *super ea* L emolumentum futura) *emolumentum factura* LMCROr. (*emolum. tibi* L)

nonne intellegas) Aliorum quoque deteriores aliquot (apud Dauisium El. 1, Par. tres, Med., C. C. C., Oxx. *Uχψ*) *intellegis*, quod secuti sunt Man., Lbin., Dau., Ern., qui adeo oblitus erat Ciceronis sui, ut in sententia pendente *annon* poni nollet. Locos, ubi dicatur *quæro, nonne*, malo a Schellero (u. *nonne*) peti quam ex his commentariis; ad III, 13 iam huius suæ dubitationis oblitus erat. Uerum confirmant etiam Spir. et Bas. (Propter *intellegis* Lbinus etiam *refertis* — *facitis*).

59. *aliquem inprudentem*) Sic etiam Pal. 1, 3; restituerat ante Gruterum Lbinus; omittitur *aliquem* in ceteris Pall., Uχψ. Dau. et Gzius tacent.

emolumentum futura) Sic summo consensu meliores codices, Erl., Pal. 1, Spir., El. (2), mgo Crat., cod. Morel. et Uict., edideruntque Uict., Grut., Dauisius. Dixit Liuius XXII, 22, a Dauisio citatus: *id agebat, ut quam maxumum emolumentum nouis sociis esset*, modo ne sic intellegi uoluerit: dass der Gewinn der grösst mögliche seyn möchte. Nec de Cicerone fidem faciunt Uirgilius (Ecl. III, 101) et Curtius (VIII, 14, 26). (Ad Att. VII, 2 *dederus est nostrum* prorsus alius est generis.) Itaque fortasse uere Eξ et Lambinus: *emolumento*, quamquam, exceptis certis uocabulis (ut *primum* et *primo*) raro *um* pro *o* scriptum st, sæpius contra. Quod in uulgaribus libris legitur (Gruteri, Dauisi, etsi tris tantum nomi-

gens et copiosus; ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret; ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rem publicam interfectus. 64. Cupiditates non Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate. Habebat tamen rationem ualetudinis; utebatur iis exercitationibus, ut ad coenam et esuriens et sitiens ueniret; eo cibo, qui et suauissumus esset et idem facillumus ad concoquendum; uino et ad uoluptatem et ne noceret. Cetera illa adhibebat, quibus dem-

sacrificia) *et sacrif.* Or. 64. rationem) *ratione* omnes. iis) *his* (LM)Or. coenam) *scenam* E et esuriens et sit.) *et siciens et es.* E concoquendum) *coquendum* EC

codicis scripturam (*et eius generis intellegens*), quam num ceteri quoque meliores habuerint, nescio, probare possum. Nam *id genus* de ipsis uoluptatibus parum apte dicitur, nec aliud ullum intellegitur genus, cui hoc contrarium sit. Lateatne aliud, nescio.

illa plurima — sacrificia et fana) e quibus notissumum Iunonis Sospitæ templum. Pessume Gzius ex ed. Marsi: *et sacrificia et fana*, quod sic dicitur, tamquam duas res separatim intellegi Cicero uelit et in eo momenti aliquid esse, quod utrumque ille contempserit. Uitiosa hæc particulæ geminatio, quam etiam ad I § 22 reprehendi (et olim in Uerr. IV, 51), sæpius expellenda erit, ut h. libr. 84 (*et tuebere et munies*), IV, 7 (*et Zeno et qui ab eo sunt*, quasi non una schola significetur), IV, 43 (*et ad naturam adcommodata et per se adsumenda*), V, 15 (*et uitæ uia conformatioque omnium officiorum*); hos duos postremos locos idem Gzius corruperat.

64. *ad concoquendum*) Erlangensis scripturam nihil nisi mendum puto, qui cum Spaldingio (ad Quint. VIII, 4, 16) numquam *coquere cibum* pro *concoquere* dictum credam. Neque enim uerbum in eo ipso substantiuo, in quo certam (physicam) significationem haberet, transferri alio potuit. Itaque etiam N. D. II, 137 scribam *concoctus*.

et ne noceret) id est, cum ea cautione, ne noceret. Recte tamen Wesenbergius monet, Ciceronem hac significatione alibi semper dicere *ut ne* (in Uerr. II, 73, pro Rosc. Am. 55, ad Fam. XVI, 9, 3, hoc opere IV, 87, de Off. II, 72, de Fat. 29, ubi item, ut hic, non præcedit *ita*). Sed tamen simplex *ne* sic ponitur apud Terent. Heaut. IV, 3 (5) 85, Cæs. B. C. III, 56 (*tantum ne*, id

Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste lubidini pareat? an est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia? Quid? fortes uiri uoluptatumne calculis subductis proelium ineunt, sanguinem pro patria profundunt, an quodam animi ardore atque inpetu concitati? Utrum tandem censes, Torquate, Inperiosum illum, si nostra uerba audiret, tuamne de se orationem lubentius auditurum fuisse an meam, quom ego dicerem, nihil eum fecisse sua caussa omniaque rei publicae, tu contra nihil, nisi sua? Si uero id etiam explanare uel-

per se i. fl.) *fl. p. s. ips.* P pro patria) *proprium* L atque inp.) *impetuque* L orationem lubent.) *lib. orat.* L nihil eum) *eum nihil* LCR si uero) *si enim* R

hæc omittit, quam quod Erl. et Spir. habent *uel cupiditatum temp.*, sed eidem mox (de Spir. ex Erl. coicio; Gzius de utroque tacuit,) omittunt *cupiditatum* in definitione, ubi abesse nullo modo potest; (*temperantia* contra absolute dicitur, non cum genitiuo rei, quæ temperetur;) itaque patet, transpositionem factam esse. Rarius unum *uel* a Cicerone ponitur, ubi sine correctione aliud nomen tantum adiungitur, nec tamen numquam; II N. D. 41: *de ardore cælesti, qui æther uel cælum nominatur.*

sanguinem profundunt) *et sang.* El. 2 et Guelf. apud Bremium (ξ *et pro patr. sang. fundunt*); asyndeton celeris et concitatæ orationis rei declarandæ aptissumum st, quasi pæne una actio sit.

Inperiosum illum) Quamquam iam pater T. Torquati, L. Manlius, Inperiosi cognomen habet apud Liu. VII, 3 et 4 et Senec. de Benef. III, 37 et in fastis Capit., idemque Torquati fratri natu maiori Cn. in fastis Capitolinis et apud Diod. Sic. XVI, 15 datur, ut manifestum sit, non a Torquato partum, sed hereditate acceptum esse, non potest tamen dubitari, quin Cicero hic siue communi quodam errore siue suo id cognomen Torquati illius proprium et ab eo partum seueritate illa putarit; neque enim alioqui satis hic uirum significasset. Atque in eundem errorem incidit Liuius IV, 29, qui VII, 4 rectius a patre partum cognomen tradit; nam auos *Uulso Capitolinus*, patruus *Capitolinus* in fastis scribuntur, neuter Inperiosus. Itaque non Torquatus Inperiosus, sed *Imperiosus* (quod prius erat) *Torquatus* in fastis Capit. scribitur. Accidisse idem in Capitolinorum uetusto cognomine, notum st, ut eius origo a re inlustri falso repeteretur.

les, apertiusque diceres, nihil eum fecisse, nisi uoluptatis caussa, quomodo eum tandem laturum fuisse existumas? 61. Esto: fecerit, si ita uis, Torquatus propter suas utilitates; (malo enim dicere, quam uoluptates, in tanto praesertim uiro;) num etiam conlega eius P. Decius, princeps in ea familia consulatus, quom se deuo-

apertiusque) *apertius* LPMCR quomodo) *quo* C existumas) *existimes* PMCROr. 61. etiam) *et* E conlega eius) *eius coll.* LMPCROr. deuouerat) *deuoueret* omnes, Or.

apertiusque) Sic Grut. e Pal. 1 et recentiores; Dau. et Gzius tacent. Oxx. EUχψ, ut olim edebatur: *uelles apertius, diceres.*

existumas) Sic iam Crat., Lbinus, tum e suis quattuor (Ox. ξ) Gzius; sed stulte excusat tamquam inuersum, quod unum uerum st. Itaque Orellius ad soloecismum rediit, condicionalem coniunctiuom esse putans (*diceres — existumes*!) nec duas formas diuersissumas et notissumas distinguens, quom aut quæratur, quid certa condicione aliquis futurum fuisse iudicet, (*quid existumas futurum fuisse, si*) aut, quid certa condicione iudicaturus fuerit (*quid existumares, si*). Simile in interrogando mendum tollendum erit § 76 et V, 89.

61. *malo enim dicere*) Recte dubitatum st, num in hac duarum appellationum conparatione prioris significatio omitti potuerit. Uidetur excidisse *ita* post *enim*, ut Bremius suspicatus est.

conlega eius) Sic etiam Spir. Gzius Gud. 2 et Bas. secutus pronomen omisit, quod abesse nequit.

quom se deuouerat et — irruebat) Correxi certissumum mendum, quo modo Dauisius corrigendum uiderat. Longum st nunc omnia excutere, quæ de diuersorum modorum coniunctione magnam partem a uiris a grammatica subtilitate alienis ita disputata sunt, ut omnia confunderentur, uelut a Drakenb. ad Liu. XXX, 44 et XLI, 24. Breue igitur faciam. Quæritur, num duo uerba copulatiue coniuncta eidem coniunctioni, quæ propter ipsam copulationem necessario eandem principalem uim retineat, diuerso modo subici possint. Id ab eo poëta, qui duritiem non fugeret, uersus caussa fieri poterat in tali structura, in qua siue omnino Latina certæ ætatis oratio siue poëtarum libertas utrumque modum coniunctioni nullo, quod sentiretur, discrimine subiceret. Itaque Propertius, poëta oratione durissumus, quom poëtæ ex antiquiore sermone licentiam indicatiui in interrogatione pendenti ponendi retinerent, qua tamen Horatius et Uirgilius rarissume

uerat et equo admisso in mediam aciem Latinorum ir-

irruebat) *proruebat* L

utuntur, non raro siue pronomini interrogatiuo pendenti siue particulæ et indicatiuom et coniunctiuom subiecit, cuius rei exempla Lachmannus conlegit (in priore edit.) p. 11; aliorum poëtarum pauca sunt. Prosæ orationis scriptores numquam id fecerunt. Nam in uno Liui loco, quem Handius (Tursell. II, 486) citat (IV, 13, 10: *quæ postquam sunt audita et undique primores patrum et prioris anni consules increparent, quod eas largitiones — passi essent fieri, et nouos consules, quod expectassent —, tum T. Quinctius*) neglegentia quadam ita scriptum st, mutato etiam uerbi tempore, ut ad alterum uerbum non *postquam* pertineat, sed, quod sententia postulat, *quom*, idque e *postquam* intellegendo eruatur. Nam *postquam* audita illa sunt, *quom* Quinctius animaduerteret consules increpari, dicere coepit. In hoc autem Ciceronis loco nihil eiusmodi st, sed una et simplex temporis significatio (eo momento, quo se deuouerat iam et irruebat &c.). Nisi forte Ottoni credimus, *quom* huiusmodi loco simul et caussale et temporale esse, et hæc nobis sententia placet: *num eo, quod se deuouebat, de uoluptatibus suis cogitabat?* Nam quod Handius (l. c.) in *deuoueret* uoti et uoluntatis significationem inesse putat, in altero rem ecfectam intelligi, Gzium sequens, non erat illud, ut mox dicam, uotum, sed res facta. Et quis ignorat, hoc ipsum, in eo esse aliquid, ut fiat, addito *quom*, minume coniunctiuo significari, sed inesse in ipsa inperfecti notione apud Latinos? Adcedit ad modi peruersitatem temporis. Neque enim, quod Gzius et Handius ceterique putant, tum demum deuouebat se, nec deuotio erat in morte, sed, ut Dauisius e Liu. VIII, 9 intellexit, erat iam deuotus pontificis carmine et sollemni ritu; neque aliter Ciceronem loqui aut notio animi aut usus sinebat. Non nescio, nuper in Ciceronis oratione pro Rosc. Amer. 64 editum esse et defensum: *quom neque seruos quisquam* r e p e r i e b a t u r *neque liber, ad quem ea suspicio pertineret, id ætatis autem duo filii* — d i c e r e n t, indicatiuo etiam post *quom* in manifesta caussæ significatione posito; probatum etiam, quod ego primus mendosum esse ostenderam, ibd. 84: *qui non modo Romæ fuit, sed omnino — nesciret.* Sed ad me nihil illas soloecismorum defensiones pertinere puto. Id hic locus non permittit, ut de modo uerbi in iis sententiis propter leuem significationis inclinationem uariato dicam, quæ repetita coniunctione aut alio modo ex æquo ponantur, ut pro Rosc. Comoed. 4 (*quod — timeat, id — quod — noluit, id*) et ibd. 45;

ruebat, aliquid de uoluptatibus suis cogitabat? Ubi ut eam caperet aut quando, quom sciret confestim esse mo-

Ubi ut) *Nam ubi* LMCROr. *nisi ut* P

Liu. XXXVIII, 36, 4: (*quod tenebræ obortæ fuerant — quod pluisset*) &c.

Ubi ut eam caperet) Sic etiam Pal. 1, E§ et sine dubio Spir. Sed Gzius maluit scribas, ut solet, increpare, quam, quid scripsissent, indicare; (Par. 1, 3 Dau., Guelf. Bremi: *nisi ut*). Propria non minus Latinorum quam Græcorum, quamquam apud illos rarior, hæc est figura, qua sententia interrogatiua ab *ut* incipit, quom de consilio rei interrogant aut simpliciter, ut III N. D. 74: *sessum it prætor; quid ut iudicetur?* et pro Sest. 84: *Homines, inquit, emisti, coëgisti, parasti. Quid uti faceret?* et apud Terentium Eun. III, 5, 25: *Quid ex ea re tandem ut caperes commodi?* aut sic, ut aut sine consilio factum aliquid reprehendant, aut (quod h. l. fit), quom consilium probabile nullum fuerit, factum negent. Cic. pro Font. 22: *uos tamen cum Gallis iurare malitis? quid ut secuti uideamini?* pro Tull. 55: *Illi oppugnatum uenturi erant? quo consilio? — Ut occiderent. — Quam ob caussam? quid ut proficerent?* Liu. IV, 49, 15: *Incipite deinde mirari, cur pauci iam uostram suscipiant caussam. Quid ut a uobis sperent?* Idem XL, 13, 4: *Hoc ego lustratus et expiatus sacro, parricidium, uenena, gladios uolutabam in animo; ut quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem?* Ibi Gronouius tertium Liui locum ascripsit, XLIV, 39: *Sine ulla sede uagi dimicassemus; ut quo nos uictores reciperemus?* et Plini ex H. N. XIII, 4: *Uidimus etiam uestigia pedum tingi, quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferunt. Quæso, ut qualiter sentiretur iuuaretque, ab ea parte corporis?* Addo eiusdem Plini similem locum e libr. XXXIII, 52: *Claudi principatu seruos eius Drusillanus Retundus quingenariam lancem habuit et comites eius octo DCCCL librarum; quæso, ut quam multi eas conserui eius inferrent aut quibus coenantibus?* Ipsum Græcorum ἵνα τί (uid. Matth. Gramm. Græc. § 620) Cicero expressit ad Attic. VII, 7, 7: *Ut quid? si uictus eris, proscribare, si uiceris, tamen seruias?* Itaque quod h. l. dixit, prorsus his Græcis respondet: ἵνα ποῦ αὐτῆς ἀπέλαυσε; (de indicatiuo, ne quis miretur, uid. Matth. § 519). Sed quod Græce dici etiam poterat: ποῦ ἀπολαύσων; qui Latine dixerit, non reperio. Restat *eam* relatum ad plurale *uoluptatibus*, in quo quom offendisset Dauisius, Bremius præter eiusmodi exempla, de quibus ad § 22 dictum st, quæ non plane eiusdem generis sunt,

riendum, eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus uoluptatem petendam putat? Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius, neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens, consul cecidisset in proelio, seque e continenti genere tertiam uictimam rei publicae praebuisset. 62. Contineo me ab exemplis. Graecis hoc modicum st, Leonidas, Epaminondas, tres aliqui aut quattuor; ego, si nostros conligere coepero, perficiam il-

esset iure) *iure esset* E e) om. E

unum opposuit incertæ aut potius malæ fidei e § 63. Sed alibi etiam Cicero sic scripsit, ut, quom pluralem numerum substantiui de singulis rebus posuisset, pronomen singulare subiceret ad generis notionem relatum. Apertissumum hoc est in Acad. II, 22, de quo loco dixi adulescens in Emendatt. Cicer. p. 189: *ars non ex una sed ex multis animi perceptionibus constat; quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio?* Durissume dixit I de Diuinat. 72: *ea genera diuinandi non naturalia, sed artificiosa dicuntur; in quo* (genere) *haruspices, augures coniectoresque numerantur.* Contra a genere sic nominato, ut de singulis iam cogitaretur, transiit ad singula pronomine plurali significanda I de Legg. 40: *nemo tam audax umquam fuit, quin — defensionem facinoris a naturæ iure aliquo quæreret. Quæ si appellare audent impii* &c. Eodem modo defenditur inde a Wopkensio codicum scriptura in Tusc. IV, 65.

neque porro ex eo natus) Cicero hic et Tusc. I, 89 famam falsam secutus est, quæ unde oriri potuerit, ostendit Zonaras Ann. VIII, 5; iactatum enim sermonibus fuerat ante proelium, Decium id facturum. Pridem rem recte exposuerant F. Fabricius (ad Tusc. locum) et Freinshemius. Ego antequam a Deciis discedo, addam, in Paradox. 12, ubi codices (cfr. cum Guelf. Oxx. σψ) habent: *quæ caussa patrem Decium, quæ filium deuotauit, inmisit in armatas hostium copias*, in Plautino et Acciano uerbo et in asyndeto inaudito satis manifesta uestigia esse ueræ scripturæ, quam Oudendorpius e bono codice protulit: *deuota uita inmisit.* Et tamen interpolata putatur.

62. *tres aliqui*) Gud. 1 *relicui*, ψ *alii* (idem ed. Crat., in mg. *aliqui*; Gzius conmutauit). Pronomen numerum non satis definitum significat; uid. lexica. Græci: τρεῖς τινες. A. Uarius hoc uno loco nominatur.

lud quidem, ut se uirtuti tradat constringendam uoluptas; sed dies me deficiet, et, ut A. Uarius, qui st habitus iudex durior, dicere consessori solebat, quom, datis testibus, alii tamen citarentur: Aut hoc testium satis est aut nescio, quid satis sit, sic a me satis datum st testium. Quid enim? te ipsum, dignissumum maioribus tuis, uoluptasne induxit, ut adulescentulus eriperes P. Sullae consulatum? Quem quom ad patrem tuum rettulisses, fortissumum uirum, qualis ille uel consul uel ciuis quom semper, tum post consulatum fuit? Quo quidem auctore nos ipsi ea gessimus, ut omnibus potius quam ipsis nobis consuluerimus. **63.** At quam pulchre

62. quidem) *quid est* E   et) om. E   st habitus) *hab. e.* E   durior) om. C   consessori) *confessori* ELM   sit) om. E   datum st test.) *satis test. est dictum* LPMCR   quom semper) *eum semp.* E *tum s.* M *est s.* P

satis datum st testium) Sic Pal. 1, Scalig., Spir., Mor., mg^e^ Crat., edititque Gruterus (Lbinus *testium st datum*). Ceteri codd., ut nostri deteriores.

quid enim? te ipsum &c.) Uid. argumentum libri primi. Damnato Sulla consulatum accepit Torquatus pater non legis aliquo præmio, sed in locum uacuum creatus. (Cfr. pro Sulla 49 et 50; eodem modo intellegendum, quod dicitur pro Plancio 79, quo loco non satisfacit mihi uir doctissumus Wunderus.)

qualis ille uel consul uel ciuis — post consulatum) Significat, ut opinor, Torquati (*fortissumi consulis*, pro Sull. 30, in Pis. 78) uigilantiam in periculis rei publicæ domesticis; nam in eius annum incidit prior Catilinæ cum Pisone coniuratio; (uid. pro Sull. 11 sqq, Sallust. Catil. 18 et 19, Ascon. ad orat. in T. C. p. 110 et 117, Dio Cass. 36, 27, Liu. epit. 101, Sueton. Iul. 9); alia res inlustris ab eo gesta non commemoratur. Eum tamen annum fuisse, qui firmis consulibus egeret, ostendit etiam lex Papia de peregrinis urbe pellendis lata et quæ Agrar. II, 44 significantur. Post consulatum Torquatus Ciceronis consulis consiliorum particeps fuit (pro Sulla 34) eumque periclitantem postea adiuuare conatus est (in Pison. 77 et 78). Macedoniæ administratio et supplicatio ob res ibi gestas decreta minus huc pertinet (in Pis. 44). In proxumis Catilinæ coniurationem oppressam et exilium significari manifestum st.

consuluerimus) Ox. ξ Gud. 1 *consuleremus*. De hoc genere per-

dicere uidebare, quom ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurumis et maxumis uoluptatibus, nullo nec praesenti nec futuro dolore, ex altera autem, cruciatibus maxumis toto corpore, nulla nec adiuncta nec sperata uoluptate, et quaerebas, quis aut hoc miserior aut superiore illo beatior foret; deinde concludebas, summum malum esse dolorem, summum bonum uoluptatem!

XX. L. Thorius Balbus fuit, Lanuuinus, quem meminisse tu non potes. Is ita uiuebat, ut nulla tam exquisita posset inueniri uoluptas, qua non abundaret. Erat et cupidus uoluptatum et cuiusuis generis [eius] intelle-

62. cumulatum aliqu.) *aliqu. cum.* E cruciatibus max.) *max. cruc.* R sperata) *semota* L miserior — beatior) *miseriorum — beatiorum* E foret) om. E Lanuuinus) *Lauinius* C *Lauinus* L posset inuen. uol.) *uol. p. inu.* E cuiusuis) *eius* E *cuius* LP generis [eius]) *generis* E *eius generis* R sine uncis Or.

fecti post *est*, de quo Otto post Kruegerum (in secundo fasc. Commentt. Grammatt.) suo more excursum scripsit, exposuit et exempla conlegit Putschius in Iahni Annalium supplementis uol. I p. 66 sqq. Eo posito posterior res minus prope cum priore connectitur nec simpliciter eodem tempore includitur (nam inperfectum relatiuam habet significationem eius temporis præteriti, quod ante indicatum sit), sed seorsum distinctius concipitur. Uelut hoc loco non tam, animo iam ad præteritum tempus translato et in eo manente, genus et natura rerum gestarum ex consecutione iis adiuncta ostenditur, quam, animo ad præsens tempus reuocato et iterum perfecti temporis uerbo posito significatur, qualis postea exitus illæ res habuerint. Apud historicos, Cornelium maxume, in hoc genere simplicitas quædam antiqua st, non abhorrens ab antiquiorum scriptorum et Danorum et Germanorum similitudine.

63. *L. Thorius Balbus*) Homo prorsus nobis ignotus. Extat tamen L. Thori Balbi denarius argenteus cum imagine Iunonis Sospitæ.

et cuiusuis generis [*eius*] *intellegens*) Tacetur de codd. nisi quod E§ omittunt *cuiusuis*. Gzius, Turbant, inquit, scripti in *cuiusuis*, sed ut hac in uoce ubique solent. Sic is solet nugari, non rem suam agere. Eo flagitiosior neglegentia, quod hærere debebat in *eius* ad *uoluptatum* relato, qui transitus hic non excusatur iis, quæ ad § 61 dixi, quod nec ulla eius caussa st et in simplici continuatione et copulatione fit. Sed ne Erlangensis quidem

gens et copiosus; ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret; ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rem publicam interfectus. **64.** Cupiditates non Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate. Habebat tamen rationem ualetudinis; utebatur iis exercitationibus, ut ad coenam et esuriens et sitiens ueniret; eo cibo, qui et suauissumus esset et idem facillumus ad concoquendum; uino et ad uoluptatem et ne noceret. Cetera illa adhibebat, quibus dem-

sacrificia) *et sacrif.* Or. 64. rationem) *ratione* omnes. iis) *his* (LM)Or. coenam) *scenam* E et esuriens et sit.) *et siciens et es.* E concoquendum) *coquendum* EC

codicis scripturam (*et eius generis intellegens*), quam num ceteri quoque meliores habuerint, nescio, probare possum. Nam *id genus* de ipsis uoluptatibus parum apte dicitur, nec aliud ullum intellegitur genus, cui hoc contrarium sit. Lateatne aliud, nescio.

illa plurima — sacrificia et fana) e quibus notissumum Iunonis Sospitæ templum. Pessume Gzius ex ed. Marsi: *et sacrificia et fana*, quod sic dicitur, tamquam duas res separatim intellegi Cicero uelit et in eo momenti aliquid esse, quod utrumque ille contempserit. Uitiosa hæc particulæ geminatio, quam etiam ad I § 22 reprehendi (et olim in Uerr. IV, 51), sæpius expellenda erit, ut h. libr. 84 (*et tuebere et munies*), IV, 7 (*et Zeno et qui ab eo sunt*, quasi non una schola significetur), IV, 43 (*et ad naturam adcommodata et per se adsumenda)*, V, 15 (*et uitæ uia conformatioque omnium officiorum*); hos duos postremos locos idem Gzius corruperat.

64. *ad concoquendum*) Erlangensis scripturam nihil nisi mendum puto, qui cum Spaldingio (ad Quint. VIII, 4, 16) numquam *coquere cibum* pro *concoquere* dictum credam. Neque enim uerbum in eo ipso substantiuo, in quo certam (physicam) significationem haberet, transferri alio potuit. Itaque etiam N. D. II, 137 scribam *concoctus*.

et ne noceret) id est, cum ea cautione, ne noceret. Recte tamen Wesenbergius monet, Ciceronem hac significatione alibi semper dicere *ut ne* (in Uerr. II, 78, pro Rosc. Am. 55, ad Fam. XVI, 9, 3, hoc opere IV, 87, de Off. II, 72, de Fat. 29, ubi item, ut hic, non præcedit *ita*). Sed tamen simplex *ne* sic ponitur apud Terent. Heaut. IV, 3 (5) 35, Cæs. B. C. III, 56 (*tantum ne*, id

ptis negat se Epicurus intellegere, quid sit bonum. Aberat omnis dolor; qui si adesset, nec molliter ferret, et tamen medicis plus quam philosophis uteretur. Color egregius, integra ualetudo, summa gratia, uita denique conferta uoluptatum omnium uarietate. 65. Hunc uos

omnis) *enim* MR *enim omnis* C uita) *una* E conf. uoluptatum) *uolupt. conf.* E omnium) *omni* E 65. uos) *uero* LPMCR

est: nur soweit, dass nicht), Liu. XXII, 61, Tac. Ann. II, 29. (Hæc quoque Wesenbergius conlegit.)

nec molliter ferret) Patet esse, molli animo, ita ut succumberet, ipse *in dolore mollis*, ut dicitur I. Off. 71. Tam facile hæc coniunctio oritur ex communi uocis usu, ut, si quis nullam uerborum coniunctionem Latinam ambiguam et ancipitem esse putet, potius dubitare debere uideatur de contraria significatione æquo animo ferendi, quam secutus est Cicero Cat. M. 5. Sed non putabit, nisi qui Latinum sermonem aliquando in ore hominum fuisse ignorabit. Nam Romanis quoque accidebat, ut, quom uerbum aliquod amplæ potestatis cum substantiuo coniunctum ad duas partis trahi posset, interdum non unam solam sequerentur. Mentem *solutam somno* Cicero de Diuin. I, 128 et 129 dixit, quæ dormiret, ut Liu. V, 45, imagine perspicua; at idem in Somnio Scip. extremo *somno solutum* eum dixit, qui experrectus esset, non minus apte. *Ponere barbam* Suetonio *et deponere*, eodemque modo Persium sat. III, 10 dixisse: *bicolor positis membrana capillis*, Plurimum nostratem uel uerborum ordo admonere debuit; at Ouidius sæpe (Metam. I, 477, Ep. Heroid. IV, 77, A. Am. I, 306, III, 131) *capillos ponere* de iis comendis dixit. *Gratiam facere alicuius rei* et Liuio (III, 56) et Suetonio (Octau. 17) et aliis est remittere, non exigere, ut fiat aliquid aut æstumetur; eidem tamen Liuio III, 41 (*facta Ualerio dicendi gratia*) et Suetonio (Octau. 38) significat: permittere, ut aliquid fiat. Quomodo ille, qui nuper nullam in sermone Latino ambiguitatem esse edixit, corruperit eos locos, in quibus Cicero *sine dubitatione* pro eo, quod est *sine dubio*, dixit, piget referre. Cfr. quæ in disput. II de locis aliquot Iuuenalis (1837) dixi de formula *est tanti*. *Et tamen* cum *nec* ita coniungitur, ut Balbus dicatur, etsi iam per se dolorem non molliter ferret, quem tolerabilem Epicurus esse docuisset, tamen, quatenus auxilio contra eum egeret, magis medicis usurus fuisse, qui eum remouerent, quam philosophis, qui consolarentur.

65. *Hunc uos beatum; ratio &c.*) *Uos* etiam Pal. 1, Spir.,

beatum; ratio quidem uostra sic cogit; at ego quem huic anteponam, non audeo dicere; dicet pro me ipsa uirtus, nec dubitabit isti uostro beato M. Regulum anteponere; quem quidem, quom sua uoluntate, nulla ui coactus praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria Karthaginem reuertisset, tum ipsum, quom uigiliis et

ratio) *oratio* LPMCR cogit; at) (*cogitat* codd.) *cogit* Or. quem huic) h. q. LPMCROr. uoluntate) *uolupt.* CR tum) *eum* E quom — fuisse) transp. inter *ducebat* et *quam* C

El. 2, mgo Crat., recepitque Dauisius, Grutero suadente. Ellipsis est facilluma, quom indicandi notionem orationis cohærentia subiciat, et expectabatur in contrario membro tale uerbum, sed paullum deflexit oratio: *ego quem huic anteponam* &c. Tum *ratio* est etiam in Spir., El. 2, mg. Crat., cod. Mor. (e Pal. 1 Gruterus enotauit *oratio*). Deinde *cogit*; *at*, diuisis uerbis, primus scribendum uidit Th. Bentleius; (nam edebatur, nulla sententia: *Hunc uero beatum oratio quidem uostra sic cogitat*, *ego* &c.) secutique sunt præter Ernestium recentiores, donec Gzius *at*, nescio cur, omisit. Recte ponitur in sententia contraria inducenda. Postremo *quem huic* Gziani omnes præter Gud. 2; ceteri editores ad *huic quem* nihil adnotarant. Paullo post Dau. cum cod. C. C. C. et edit. Uen. 1480, ut Manutius, *nulla ui coactus*, *propter fidem*.

tum ipsum, quom) Etiam Pal. 1, Spir., cod. Mor., E; *eum ipsum* (Gud. 2 *cum*) mendose; neque enim (quod Ottoni in mentem uenit, qui etiam parenthesin nescio quam conmemorat,) ulla hic est caussa aut ratio subiecti prægressi pronomine iterandi, et debebat esse *sed eum*. Scilicet non Otto magis quam ceteri sciebat, quid esset *tum ipsum*, qui putet scribendum fuisse: *ipsum tum, quom*; uolt *ipsum* referri ad *Regulum*. *Tum ipsum* est *eo ipso tempore*, ut *nunc ipsum* (ad Att. VII, 3, VIII, 9, XII, 16, 40). Idem ex indubiis codicum uestigiis restitueram Ciceroni de Orat. I, 123, ubi nunc quidam, quom, hoc quid esset, a me didicisset, insulsissumam distinctionem excogitauit, ne cogeretur codicibus et rationi potius quam editioni Iuntinæ et nugis obtemperare. Idem recte Stuerenburgius II de Off. 60 ex optumis codd. restituit: *temporibus necessaria et tum ipsum* (quom temporibus necessaria fit) — *moderanda*. Habent eandem scripturam codices (P, S, Aug., Gud. apud Moserum) et postulat sententia in libro I de Diuin. 118. *Nam et ad hostiam deligendam potest dux esse uis quædam sentiens, quæ st toto confusa mundo, et tum ipsum, quom*

fame cruciaretur, clamat uirtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. Bella magna gesserat; bis consul fuerat; triumpharat; nec tamen illa sua superiora tam magna neque tam praeclara ducebat quam illum ultumum casum, quem propter fidem constantiamque susceperat; qui nobis miserabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluptarius. Non enim hilaritate et lasciuia, nec risu aut ioco, comite leuitatis, sed saepe

fuisse) *esse* E Thorium) *Thorius* E bis) *is bis* LMCR illa s. sup.) *sua illa sup.* LP *sua sup. illa* MCROr. neque tam) *nec tam* C susceperat) *conceperat* L uoluptarius) *uoluntarius* EPMCR et lasc.) *nec lasc.* LPMCR sed) *et* E

immolare uelis, extorum fieri mutatio potest. Incertam esse uolgarem de Reguli suppliciis narrationem, quam Cicero sequitur, multi ostenderunt; uid. Beier ad Off. III, 100, Niebuhrius in Hist. Rom. uol. III p. 705. Mox *potare in rosa*, esse, rosis redimitum, exposuerunt Horati enarratores ad Od. I, 5, 1; melius tamen generaliter intellegitur, rosis circumfusum; nam adcubuisse etiam luxuriosos homines in rosa, satis docuit Gronouius ad Sen. de Uit. Beat. c. 11 (*iacere in rosa* Sen. Ep. 36, 9).

gesserat; bis) Sic, ut Man. uoluerat, Gruterus e Pal. 1; suum nullum addidit Dauisius; Gzius tacet, qui etiam Spir. citare testem poterat.

illa sua superiora) Sic etiam Spir.; ut Orellius, antiquae edd., Dau. e codd. (uniuerse dicit); Man. et alii quidam ut in P nostro. In Bas. excidit *sua* ante *sup.*

uoluptarius) Recte sic iam P. Marsus; tum Manut., Dauisius et deinceps relicui, necessario, non solum ut contrarium sit *miserabili*, sed quod hic non de uoluntate subeundi agitur (et inepte diceretur casus esse uoluntarius iam perpetienti), sed de adfectu, quo eum Regulus sustinuerit. Addit Dau. testimonium codicis C. C. C. (ξ), quod Oxx. non adnotant. Ceteri (Pall., Dau., Oxx., Gzi) retinent cod. archetypi mendum.

et lasciuia) Sic etiam Spir. et Bas. Alterum *nec* (ante *risu*) positum est eo modo, quo dixi ad I, 30; si hic etiam *nec* positum esset, non distinguerentur duae nominum copulationes (*hilaritate et lasciuia*, deinde *risus aut iocus*). Deinde Dau. et Ernestius concinnitatem requisiuerunt in adiectiuo *tristes*; uerum ea non in uerbis requiretur, sed in sententia, si aut cum Ernestio *hilares hilaritate* scripseris aut cum Dauisio *tristi firmitate*. Sententia haec est: Beati homines non semper ita sunt, ut in hilaritate et

etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. 66. Stuprata per uim Lucretia a regis filio, testata ciuis, se ipsa interemit. Hic dolor populi Romani, duce et auctore Bruto, caussa ciuitati libertatis fuit, ob eiusque mulieris memoriam primo anno et uir et pater eius consul est factus. Tenuis L. Uerginius unusque de multis sexagesumo anno post libertatem receptam uirginem filiam sua manu occidit potius, quam ea Ap. Claudi lubidini, qui tum erat summo inperio, dederetur.

66. ciuis) *crimen* L ipsa) *ipsam* omnes. interemit) *interfecit* E est factus) *f. est* E sua) *suam* EPMC (*manu sua* L) Ap.) *P.* EMCR tum) *tamen* E summo) *summo in* (PM)ROr.

ioco sint, sed sæpe in ipsa tristitia, quod efficitur constantia &c. In priore membro ablatiui et (grammatice) originem et (ad sensum) etiam magis modum beatæ uitæ ostendunt, in altero modus significatur adiectiuo; additur *fontis* significatio.

66. *testata ciuis*) Sic etiam Pall. præter sextum, Oxx., Gai præter Gud. 1. Pessumi quidam codd., non intellecto uerbo, substituerunt, Maffei liber, ut L, *crimen* (Gud. 1 *crimen ciuis*), El. 1 et Scal. uetus (hunc miror et coniecturam puto) *uim*, Pal. 6 *testata eius ui*. Fuerunt etiam, qui in eo hærerent, quod *ciuis testata* dicatur, quæ tamen in contionem non prodierit; nec licet sane in huiusmodi oratione, quod doctissumo homini in mentem uenit, ciuis intellegere quattuor illos, quos Liuius interfuisse narrat. Sed per illos totum populum testata st.

ipsa interemit) *Ipsa* Crat. (nondum Marsus), Uict., Grut., deinceps ceteri tacite. Sed Ox. ed. *ipsam* nec de codd. quicquam adnotatum. Fuit enim commune mendum. In *interfecit* a se desciuit Erl., nec enim dici *se interficere*, recte obseruatum st.

Hic dolor pop. Rom.) id est, hinc ortus, huius rei; uid. Ramshorn. p. 558 et 551 ed. 2, etsi is unum et alterum exemplum minus commodum admiscuit. Add. Corn. Nep. Lys. 3 *eo dolore incensus*, Tac. Hist. II, 83. Huius generis erat illud *quo plebiscito* supra § 51; cfr. quæ ad V, 42 dicentur de similitudinis uocabulo. Inutiliter Ursini codex, id est, coniectura: *Hic dolor populo Romano* (nam sic iam Urs. conpendium legebat, et hinc nata coniectura st) *caussa libertatis fuit*. Mox *Uerginius* scriptum in Erl., ut ubique in Liui codicibus antiquis, apud Dionysium, in fastis Capit.

summo inperio) Sic etiam Pall. quattuor, apud Dau. C. C. C.,

XXI. 67. Aut haec tibi, Torquate, sunt uituperanda aut patrocinium uoluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium aut quae ista caussa st uoluptatis, quae nec testis ullos e claris uiris nec laudatores poterit adhibere? Ut enim nos ex annalium monumentis testis excitamus eos, quorum omnis uita consumpta st in laboribus gloriosis, qui uoluptatis nomen audire non possent, sic in uostris disputationibus historia muta st.

67. patrocinium uol.) *uol. patroc.* L in laboribus) add. *in periculis* L qui uoluptatis) *uolupt.* E

Mead., El. 1, Oxx. præter ψ (modo de eo recte taceatur), Gai omnes. Non magna in hac re codicum auctoritas; sed Cicero, si præpositionem addidisset, scripsisset *in summo inperio*; quamquam dicitur *esse in inperio*, num etiam: *in summo inperio*, dubito. Quod Dau. negat Appium summum inperium habuisse, sed tantum eius cum conlegis participem fuisse, ea uero falsa subtilitas est; nec id ex præpositione intellegeretur.

Cap. XXI, 67. *Laudatores*) A iudiciorum consuetudine hoc nomen traductum st; uid. Uerr. V, 57 et alibi. Excitantur testes (quoniam in eo, fuerunt, qui hærerent) proprie quom surgere iubentur et prodire (pro Rab. Post. 47, pro Balb. 41, ut alibi recitatores, lectores, rei), tum h. l. simili imagine atque ab inferis excitari homines dicuntur.

qui uoluptatis nomen audire non possent) Scire uelim, de quo nemo uerbum ullum fecit, unde hic sit coniunctiuos (post illud: *consumpta st*) et ne *potuerint* quidem, sed condicionale tempus. Nam si quis sic explicare conabitur, ut sit: *respuerent uoluptatis nomen, si eos circumsonaret*, hoc imperfectum pro plusquamperfecto positum putans, non minus a uerborum ui aberrabit (nemo enim sic umquam dixit: *non possum audire*) quam a sententia; nec enim, num accepturi illi uiri fuerint uoluptatem, quæritur, sed remotos eos ab ea in omni uita fuisse, ostenditur. Eo magis pungit animum codicis Erl. scriptura; (de ceteris bonis tacetur, incertissuma ac nulla fide;) quam si quis ipsam defendere uelit ea ratione, de qua post alios dixi in disputat. alt. de Iuuen. p. 11, ut ex *quorum* audiatur *qui*, contrariæque sententiæ sine particula coniungantur, quemadmodum in eodem schemate apud Quintil. X, 3, 11, id unum efficiat, ut ea, quam dixi, prauitas magis, si fieri potest, adpareat. Non dubito, quin Cicero scripserit: *in laboribus*

Numquam audiui in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themistoclem, Epaminondam nominari, qui in ore sunt ceterorum philosophorum omnium. Nunc uero, quoniam haec nos etiam tractare coepimus, suppeditabit nobis Atticus noster e thesauris suis quos et quantos uiros! 68. Nonne melius est de his aliquid

philos. omnium) *omn. philos.* LMPCROr. Nunc) *Nec* MCR *hinc* L etiam) *et* E suppeditabit) *suppeditabat* EC noster) om. LPMCR e) *et* E *ex* LMPR *de* COr. uiros) add. *habere testium sat est* LPMCR 68. his) *iis* R

gloriosis, *ubi* (ciusmodi, ut in iis) *uoluptatis nomen audire non possent.*

Nunc uero) Sic Pal. 1 et 3, mge Crat., Spir., apud Dau. Meadianus; scribitur sic iam apud Marsum, tum inde a Uictorio. Ceteri cod. Pall., Dau., Oxx. Gzi *nec uero* (U *nec quare*). Hoc *etiam* Gzius, quom a Gud. 1 et Bas. abesset, in ceteris scriberetur *et*, deleuit, "prorsus ignorans, quo nomine h. l. ferri posset." Necessaria et particula, quom Cicero significet, nunc Romanos quoque ea tractare coepisse, quæ antea soli Græci tractassent, itaque e Romana historia magnam copiam inlustrium exemplorum adiectum' iri.

Atticus noster e thesauris) *Noster* Crat. primus in contextu habet, deinde Gruterus e Pal. 1 et 3; Dau. tacet, Oxx. tantum in U omitti adnotant, Gzius in Gud. 2. Tum *e thes.* iam Crat. et Uict. dederant; Dau. ex El. 2, Paris. tribus, Mead. *ex th.* scripsit; *de thes.*, quod tacite tenent Man., Lbinus, Grut., Oxx. ex uno ξ adnotant, Gzius e Gud. utroque; de Spir. et Bas. res incerta. Etsi utrumque recte dici uidetur (*ex* de Orat. II, 215, ad Att. VIII, 1, quamquam quis dubitat?) tamen alterum alibi non inueni; et distat nonnihil *promendi* uerbum. Ex Attici thesauris multa, quæ ad historiam pertinerent, Ciceronem prompsisse, declarant epistulæ, ut illud supra de Tubulo et Scæuola. Fortasse etiam annalem Attici significat (Corn. Nep. Att. 18, Hannib. 13, Cic. Orat. 120, Brut. 119).

quos et quantos uiros) Sic etiam Pal. 1, cod. Mor., Scalig., El. (2), Spir., Gud. 2. Ceteri eadem addunt, quæ nostri deteriores; non intellexerat, qui interpolauit, formam orationis declaratiuæ in exclamationem transeuntis. A multis damnata deleuit Gzius. Quod autem iam ante Bremium aliis in mentem uenisse, e marg. repetitionum Lbini uideo, ut scriberetur: *quot et quantos uiros*, id etsi blandiri potest, quod et multitudo et magnitudo

quam tantis uoluminibus de Themista loqui? Sint ista Graecorum; quamquam ab iis philosophiam et omnis ingenuas disciplinas habemus; sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit, alteri, plurumum se et longe longeque plurumum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse quaedam bona. Et certamen honestum et disputatio splendida! Omnis est enim de uirtutis dignitate contentio. At cum tuis quom disseras, multa sunt audienda etiam de obscenis uoluptatibus, de quibus ab Epicuro saepissume dicitur. 69. Non potes

Themista) *Themistocle* LMCR loqui) *loquitur* E iis) *his* EMPCOr. *illis* L est enim) *enim* E tuis) *tu uis* E quom disseras) *cum desideras* E *quomodo diss.* L de quibus) *quibus* E dicitur) *dici* E

commode significari uidetur, obstat tamen III Legg. 20 et magis etiam I de Diuin. 52: *qui uir et quantus;* add. Plin. Ep. V, 15.

68. *de Themista*) Nomen feminæ in Epicuri schola celebratæ, Leontei uxoris, ad quam Epicurus scripserat (Diog. X, 5 et 25; cfr. Cic. in Pison. 63 et Menag. hist. mulierum philos. § 69) conseruarunt etiam Pal. pr. (*Thamista* a pr. manu), Scalig. et Gifani codd., Spir. Restituerat iam Lbinus, quom in codd. repperisset *Themistio* (sic etiam Pall. quinque, El., E§). *Tanta* illa *uolumina* nonnihil habent ex oratoria superlatione.

alteri negant — alteri) dicunt; uid. ad § 25. Mox, ubi scriptum st: *et certamen* &c., nescio plane, cur turbatum a nonnullis editoribus sit, quom et frequenter sic nominatiuos sine uerbo ponatur, quom breuiter de re conmemorata iudicatur (infra V, 84, pro Mur. 19, de Diuin. II, 3, &c.) et rectissume hæc laus in duas partis distribuatur, rerum ipsarum, de quibus certetur, et disputationis, quæ inde splendorem accipiat. Tum *est* post *omnis* omittitur etiam in duobus aliis Gzi (Spir., Gud. 2?).

quom disseras) Uereor, ne mendum hic hæreat; neque enim coniunctiui ulla ratio st. Ursini cod. (?) et P. Marsus *si disseras;* sequi debebat *sint*, nec apta hypothetica forma st. In Pal. 1 a manu emendatoris erat *tu disseras* (om. *quom*); in Erl. et Spir. Gzius narrat esse: *at tamen tuis cum disseras*, falso de Erl. nec minus, opinor, de Spir.

ergo ista tueri, Torquate, mihi crede, si te ipse et tuas cogitationes et studia perspexeris; pudebit te, inquam, illius tabulae, quam Cleanthes sane commode uerbis depingere solebat. Iubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula uoluptatem, pulcherrumo uestitu et ornatu regali in solio sedentem; praesto esse uirtutes ut ancillulas, quae nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut uoluptati ministrarent, et eam tantum ad aurem admonerent, (si modo id pictura intellegi posset,) ut caueret, ne quid faceret inprudens, quod offenderet animos hominum, aut quicquam, e quo oriretur aliquis dolor. "Nos quidem uirtutes sic

69. ergo) *igitur* E si) *sed si* C uerbis) *nobis* L depingere) *pingere* LPMCR ornatu) *habitu* C ut) *ac* E ancillulas) *ancillas* R tantum) *tamen* E faceret) *perficeret* LPMCR quicquam) *quicquid* E aliquis) *animis* L sic — negoti) transp. inter *enim* et *nostrum* C

69. *si te ipse et tuas*) *si tuas* Dau. ex El. 1, uehementiore figura quam pro re.

uerbis depingere) Sic Mars., Crat., Grut. tacite, Ox. ξ, Gsi praeter Gud. 1. Dauisius reuocauit, quod ceteri fere superiores tenuerant, *pingere* e deterioribus codd. (El., Mead., Ball., Oxx. quattuor). *Depingere uitam* (oratione), *aliquid cogitatione* dixit Cicero, non *pingere; depingere imaginem uerbis* Quinctilianus.

pictam in tabula uoluptatem) ab ipso Cicerone, opinor, huius tabulae descriptionem Augustinus mutuatus est, de Ciuit. Dei V, 20. Senecam de Uit. Beat. 11 et 14, nihil est, cur eam in animo habuisse credamus ac non suis coloribus usum esse, qui facile cuiuis occurrerent; idem de III de Off. 117 dicendum.

ancillulas) *ancillas* fere uett. edd. (Mars., Crat.) Oxx. Eξψ; uerum in marg. Crat. adnotatur.

si modo id — posset) Cleanthis hanc esse cautionem, satis uerbi modus admonet; et tamen Gzius et Otto reprehendi eum a Cicerone putant, nescientes, in recta oratione dici: *si modo potest.*

ne quid faceret) Sic etiam Pal. 1, mgo Crat., cod. Mor., Spir., El. 2, C. C. C. (Oxx. non adnotant de ξ); restituit Dauisius; ceteri *perficeret.*

natae sumus, ut tibi seruiremus; aliud negoti nihil habemus."

XXII. 70. At negat Epicurus (hoc enim uostrum lumen est), quemquam, qui honeste non uiuat, iucunde posse uiuere. Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget. Illud quaero, quid ei, qui in uoluptate summum bonum ponat, consentaneum sit dicere. Quid adfers, cur Thorius, cur †Chius Postumius, cur omnium horum

aliud — habemus) om. M negoti) *negotium* EP (*nihil negocii* R) 70. negat Epic.) *Ep. neg.* E Quasi — neget) Non. p. 70: *Et Marcus quasi ego id curem, quod etc.* in uoluptate) *uoluptatem* E ponat) *putat* omnes. sit) *est* C cur Chius Postumius) *Postumius cur Chius* LMPCR *cur C. Hirrius Postumius* Or. horum) om. LPMCR

aliud negoti) Meliores codd. (Pal. 1 et Spir., etiam Pal. 4 et ℌ) *negotium*, de quo mendi genere dicam ad § 84. Hinc Gzius, qui in Erl. et Sp. *negotium non haberemus* sriptum esse falso tradidit, quom in Oxx. E*χ*, Bas. esset *haberemus*, scribendum putauit: *aliud negotium non haberemus*. Debebat in consili significatione (*haberemus*, non *habeamus*) dici: *ne haberemus* (*ut ne*). Otto Latine dici credidit: *nihil* (id est, non) *habeo aliud negotium*. Renuet negitabitque, quem auctorem citat, E. Wunderus (ad Planc. p. 182 sqq.), quamquam uir egregius non satis adtendit in eo loco, qui in II in Rull. est § 37, ubi *nihil* coniungitur cum *suspicari*.

Cap. XXII, 70. *summum bonum ponat*) Sic unus Pal. 1 et, si Gzio credimus, Gud. 1 (de Marso errat; Lallemando de codd. regiis non credendum st); Oxx. tamen E𝔈 *ponat putat*. Recepit Dauisius. Repugnat Gzius, huic locutioni: *in uoluptate summum bonum putare* simile illud credens: *inperatorem in aliquo numero putare*, tum non intellegens, quod ne a Beiero quidem (ad Off. II p. 409) admonitus Otto intellexit, prorsus ferri non posse indicatiuom in hac necessaria parte obliquæ orationis, ubi res ab uno Epicuro ad generalem notionem (*ei, qui*) transferatur. De Off. III § 117: *tamen non id spectandum st, quid dicat* (Epicurus), *sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona uoluptate terminauerit, mala dolore*. Uid. ad § 15.

cur Chius Postumius) Sic etiam Pal. 1, Mor., mgo Crat., Spir., Gud. 1 (an potius 2?). El. 2 *cur Chireus Postumius*; eandemque scripturam Scaliger repperérat, ex qua ille fecit: *cur C. Hirrius*

magister, Orata, non iucundissume uixerit? Ipse negat, ut ante dixi, luxuriosorum uitam reprehendendam, nisi plane fatui sint, id est, nisi aut cupiant aut metuant. Quarum ambarum rerum quom medicinam pollicetur, luxuriae licentiam pollicetur. His enim rebus detractis, negat se reperire in asotorum uita, quod reprehendat. 71. Non igitur potestis uoluptate omnia dirigentes aut tueri aut retinere uirtutem. Nam nec uir bonus ac iu-

id est) *idem* EPC *iidem* LM cupiant) *plane cup.* R quom medic.) *med. cum* E quod) *quid* L

Postumius, quemadmodum Morelius et Ursinus (nisi quod hic *C. Hirrus*), ut intellegatur is, quem Uarro de R. R. III, 17 et Plinius H. N. IX, 81 (55) primum muraenarum uiuarium excogitasse narrant. Secuti hanc coniecturam post Dauisium omnes sunt præter Ernestium et Bremium. Sed nec cur tam diligenter et tribus nominibus insigniatur, adparet nec cognomen ei Uarro et Plinius addunt; debebat præterea *Postumus* esse. Adcedit, ut uix possit *omnium horum* de uniuerso genere, ac non de iis, qui nominati sint, intellegi, quod sensit etiam Dauisius. Itaque tris nominasse Cicero uidetur, duos præter Thorium, ut, si *Chius* est *C. Hirrius*, deesse uideatur Postumi prænomen; nec enim mirum st, nominari homines nobis ignotos. In his, quos Cicero inter Thorium, quem ante conmemorarat, et Oratam interiecit, recte asyndeto uti potuit. Deteriores aliorum, ut mei, perturbate. Marsus *Postumius cur Chirrus* (*Chirus* Urs. cod.). Tum *horum*, quod Crat. (non Marsus) Uict., deinde Gruterus tacite ediderunt, adparet nunc, e melioribus codd. ductum esse; omittitur in Mead., C. C. C. (ξ), Ball., Uχ, Gud. 2, Bas. De C. Sergi Oratæ (Auratæ), qui L. Crassi oratoris æqualis fuit, luxuria et in eo genere inuentis, multi multa, ipse Cicero in fragm. Hortensi apud August. de uit. beat. 26 (p. 484 Or.), Ual. Max. IX, 1, 1, Plin. H. N. IX, 79, Macrob. Saturn. II, 11.

nisi plane fatui sint, id est, nisi aut cupiant) Præposuit suam interpretationem, subiecit ipsa Epicuri uerba (de quibus uid. ad § 21); dixi de hoc usu uocum *id est* ad I § 33. Tum mendum cd. R, quæ *plane* ante *cupiant* repetit, propagatum ad Mars., Crat., Uict. Morelius in suo cod. omitti adnotat (non prius illud, ut Orellius putauit). Paullo post *rebus* om. Bas. (cod. Urs.), P. Marsus.

71. *Nam nec uir bonus*) Debuit sequi de relicuis uirtutibus:

stus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria; — nosti credo illud:

Nemo pius est, qui pietatem —

caue quicquam putes esse uerius. Nec enim, dum metuit, iustus est, et certe, si metuere destiterit, non erit; non metuet autem, siue celare potuerit siue opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere, certeque malet existumari

71. pietatem) *pietate* E add. *cauet* ceteri. quicquam putes) *p. qu.* E destiterit) *destitere* E metuet) *metuit* LMCR potuerit) *poterit* LPMCR magnis) *maius* LPMR quidquid) *quicquam* omnes. obtinere) om. LPMCR malet existumari) *mallet obtinere existimari* LMPCR

nec *fortis* et de ceteris eodem modo; uid. exc. ad I, 23. Duo Gzi et Ox. ξ, ed. Marsi: *aut iustus.*

qui pietatem) Sic Pal. 1, Spir., nisi quod hic *pietate*, ut Gud. 2, qui tamen retinebat deteriorum supplementum *cauet.* Ablatiuos an accusatiuos uerus sit, iudicari nequit; sententia uersus cuiusmodi fuerit, adparet; (*pietatem metu colit* aut similis).

potuerit) Sic etiam Spir., ediditque Gzius, nec inprobandum st propter huius uerbi in hac coniunctione proprietatem; longe tamen alius generis sunt, quæ Gzius eiusdem esse putat, uera ac necessaria futura exacta *destiterit, fecerit.* Uid. disput. mea de formis quibusd. uerbi Lat. II p. 5 not.

siue — obtinere &c.) Hic quoque locus, qui ante Man. et Lbinum sic edebatur, ut est in nostris codd. deterioribus, salutem meliori codicum familiæ debet; eum sic scriptum in antiquis codicibus repperit Io. Scala, P. Manuti amicus, tum Lbinus idem de se testatur; et erat sic in Pal. 1, Mor., mg. Crat., nisi quod leui mendo *mallet* habebant. Dau. et Gzius nihil dixerunt. Oxx. ex φ adnotarunt *maius*, e χψ *quicquam*, ex EUξψ *mallet*, id, quod caput est, transpositionem uerbi *obtinere*, e nullo, quia ordinem uerborum illi ne hactenus quidem curabant, ut ibi adnotarent, ubi prorsus mutaretur oratio. Adparet autem audacia interpolatoris non minus quam supra § 26. Nam quom *obtinere* putaret esse *consequi*, quo significatu nemo bonus scriptor posuit (etsi apud Forcellinum eo trahuntur loci quidam, in quibus est *durchsetzen*; apud Cic. Legg. I, 59 in uerbis *ad obtinendam adipiscendamque sapientiam* aut durissuma hysterologia st aut scriptura mendosa; nam obtinemus, quod iam adepti sumus,) — quom igitur sic acciperet et fortasse iam scriptum reperiret *quicquam* (ut est in Erl. contrario mendo atque § 69), ecfecit: *siue opibus maius quicquam* (*quid-*

uir bonus, ut non sit, quam esse, ut non puteiur. Ita, †quod certissumum st, pro uera certaque iustitia simula-

uir bonus) *b. u.* LMPCROr. Ita, quod) *Itaque*) R

piam esse debebat) *fecerit; certeque mallet* (*malet*) *obtinere existumari* (h. e. consequi, ut existumetur) &c.

uir bonus) Sic etiam Spir., ut solet fere Cicero scribere hoc casu, præposito monosyllabo; sed tamen *bonus uir* § 81, Off. III, 76. Bas. omittebat *uir*, praue. Deinde in uerbis *ut non sit* et *ut non putetur* Gzius et Otto *ut* pro *licet* positum putant. Rectiora prudenter et erudite docuit Wesenbergius in Specim. Adnot. in Cic. Tusc. (Uiburgi 1830) p. 24 sqq. Ut enim, quom sic dicitur (de imp. Cn. Pomp. § 19): *Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant*, nemo dubitat, quin necessariæ consecutionis (*ohne dass*) significatio oriatur ex significatione modi (*ruere illa non possunt tali modo, ut non* &c.), ex quo genere st illud, quod infra libr. IV, 29 legitur: *sed id ne cogitari quidem potest, quale sit, ut non repugnet sibi*, etsi ibi non tam consecutio indicatur, quam quid in ipsa re inhæreat, item de aliis orationis formis iudicandum st, in quibus hac particula significatur, quo adiecto aut excluso aliquid mente concipiendum sit, ut in illo Læli loco § 52: *quis est, qui uelit, ut neque diligat quemquam neque ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis*, hoc est, eo modo eaque lege, ut &c. Liuius etiam durius sic posuit *ut non* de modo, ut prorsus substitui possit *nisi*, de condicione, XXVIII, 12: *neque Romanis legionibus tantæ se parem fore multitudini ratus, ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia, neque in iis tantum uirium ponendum, ut — magnum momentum facerent.* Atque hinc natus est concessiuos particulæ usus, quom initio sic diceretur, posse aliquid ita dici fieriue, ut aliud aliquid simul aut fieret aut fieri non opus esset, paullatim autem prorsus obscuraretur modi significatio. Itaque ab eodem capite etiam ille usus manauit, quom non conceditur aliquid, sed sumitur et esse putatur in iudicando, uelut hoc opere V, 82: *ut sapiens fuerit.* Nec quom dicitur notissuma formula: *quid mereas, ut facias*, ut consilium significat, sed condicionem (*quid mereas ea condicione, ut*); itaque non dicitur *quid mereas, ne* (*ut ne*), sed *ut non* (Plaut. Bacch. V, 2, 66). Ne in eo quidem, quod legitur lib. I, 65 (*ut ad Orestem peruenias* &c.) *ut* aliter accipiendum st; (eiusmodi inuestigatione, ut &c.).

quod certissumum st) Hoc mendosum esse, omnes inde a Bent-

tionem nobis iustitiae traditis, praecipitisque quodam modo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. 72. Quae dici eadem de ceteris uirtutibus possunt, quarum omnium fundamenta uos in uoluptate tamquam in aqua ponitis. Quid enim? fortemne possumus dicere eundem illum Torquatum? — (delector enim, quamquam te non possum, ut ais, corrumpere, delector, inquam, et familia uostra et nomine. Et hercule mihi uir optumus nostrique amantissumus, A. Torquatus, uersatur ante oculos; cuius

uos) om. L fortemne) *fortem non* E possum) *possim* MC mihi) *modo* LPMCR nostrique) *nostri quam* E A.) *Aulius* PM

leio et Dauisio iure consentiunt præter Gœrium et Ottonem; ineptissume enim, quom aliquid concluditur et adfirmatur, additur hoc modo, tamquam animaduersione dignum, hoc ipsum, quod concludatur, certum esse. Nihil sic addi potest, nisi quod iudicium contineat de ipsa re. (Inelegantem repetitionem adiectiui eiusdem et aduerbi cognati: *certeque, certissumum, certaque* non numero). Ad sententiam aptissuma sunt, quæ Bentleio et Bremio in mentem uenerunt, alteri *turpissumum*, alteri *perniciosissumum*.

72. *eundem illum Torquatum* — *delector enim* &c. ad *redeo* § 73) Significaui, quod omnes neglexerant, interruptam orationem et redintegratam; quo non animaduerso, sententia nulla est; neque enim quærit simpliciter, fortemne Torquatum illum dicere possit, tamquam neget fortem fuisse, sed cum condicione. Mox *quamquam te non possim*, ut Crat. et Uict., etiam cod. ψ et Dauisius.

mihi) Sic Pal. 1, mgo Crat., Spir. Eğ. Probarat iam Lhinus, restituit Gruterus. Ceteri *modo*; Gud. 1 *mihi uir modo*.

A. Torquatus) Humaniter mentionem intulit amici, qui tum, quom hæc Cicero scribebat, in Græcia exulabat, Cæsari inuisus; uid. ad Fam. VI, 1-4 (ep. I, 7: *ego habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem*). Hic, ut uidetur, prætor fuit a. 52 a. Chr. (Ascon. ad Milon. p. 147 et 159 Hot.), nec alius *uir optumus* appellatur ad Att. V, 1. L. Torquati, qui in his libris partis habet, fratrem non fuisse, quod Ernestius et alii putarunt, recte Gœrius e Ciceronis silentio et orationis forma adparere putat. Nec uideo, cur ab hoc seiungamus et Luci fratrem faciamus eum, qui cum Lucio nominatur ad Att. IX, 8. Quid is in Ciceronis caussa egerit, quom

quantum studium fuerit et quam insigne erga me temporibus illis, quae nota sunt omnibus, scire necesse st utrumque uostrum; quae mihi ipsi, qui uolo et esse et haberi gratus, grata non essent, nisi eum perspicerem mea caussa mihi amicum fuisse, non sua; nisi hoc dicis, sua, quod interest omnium recte facere. Si id dicis, uicimus. Id enim uolumus, id contendimus, ut offici fructus sit ipsum officium. 73. Hoc ille tuus non uolt, omnibusque ex rebus uoluptatem quasi mercedem exigit. Sed ad illum redeo.) Si uoluptatis caussa cum Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus et ex eius spoliis sibi et torquem et cognomen induit ullam aliam ob caussam, nisi quod ei talia facta digna uiro uidebantur, fortem non puto. Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno uerbo temperantia, poenae aut infamiae metu coërcebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur, quod adulterium, quod stuprum, quae lubido non se proripiet

fuerit) transp. post *insigne* LPMCR et esse) *esse* L haberi) *cupio* C eum perspicerem) *aspicerem* C enim) om. P 73. uoluptatem) om. E ullam) *nullam* omnes. aliam) om. R si pudor) om. PMCR add. *est* E poenae) om. E non se) *se non* R

hic a Clodio inpugnatus cessit, nescimus. Uerbum *fuerit* post *studium* Gzius posuit etiam ex Spir. Ceteri tacite ut nostri libri deteriores. Paullo post lusit Cicero in duplici usu uocis *gratus*.

73. *Hoc ille*) Eξ, tres Gzi *hæc*; recepit Otto; unam illam sententiam Cicero dicit.

ullam aliam ob caussam) Conspirant aliorum quoque codices in *nullam*. Emendatum Orellius dicit iam in ed. Uen. 1480; deinde a P. Manutio.

si pudor) Hæc, quæ omittuntur in codd. deterioribus, adcesserunt in ed. Crat. et Uict. Erant in Pal. 1, Eξ. Dau. et Gzius tacent. Adnotandum uerbum plurale non solum post anaphoram coniunctionis in subiectis, sed etiam post subiecta apertissume (*uno uerbo*) in unam postremam notionem conlecta et conflata. Tum Cicero insolentius uirtutes, quæ in uitiis coërcendis positæ sunt, ipsas coërceri dixit; obuersabatur enim notio cupiditatis prudentia quadam temperatæ, quæ ipsa erat uirtus Epicurea.

quod adulterium — se proripiet ac proicict) Recte hæc uerba

ac proiciet, aut occultatione proposita aut inpunitate aut licentia? 74. Quid? illud, Torquate, quale tandem uidetur, te isto nomine, ingenio, gloria, quae facis, quae cogitas, quae contendis, quo referas, cuius rei caussa perficere, quae conaris, uelis, quid optumum denique in uita iudices, non audere in conuentu dicere? Quid enim mereri uelis, iam quom magistratum inieris et in contionem ascenderis, (est enim tibi edicendum, quae sis obseruaturus in iure dicendo, et fortasse etiam, si tibi erit uisum, aliquid de maioribus tuis et de te ipso dices

ac) *aut* C   74. Quid) *quod* E   quid opt.) *quod opt.* PMCR   mereri) *merere* E   quem) *cum tu* MR   contionem) *contencionem* E   obseruaturus) *seruaturus* C   tuis) om. C

absolute dicuntur de iis, quæ spreta dissimulatione audacter prorumpunt, ut nulla caussa fuerit, cur aut corrector codicum Eξ aut Dauisius scriberent: *quo adulterium*, *quo stuprum*, *quo lubido*, in quo etiam molesta et loci notionis in singulis rebus repetitio.

aut occultatione aut inpunitate aut licentia) Ex his tribus duo posteriora non ita inter se differunt ut ipsa a primo; et supra (71) duo erant, non tria, *celare* et *magnis opibus obtinere;* neque noua partitio hic altero *aut* fieri potest in tribus substantiuis, (quemadmodum fit, ut hoc utar, pro Sestio 24: *paruo puero aut inbecillo seni aut debili*), et, si fieri posset, nihilo magis, quid interesset certi discriminis, constaret. Non inprobabiliter igitur Lbinus *ac licentia.* (Dau. *et lic.*)

74. *quid optumum*) Plerique mendose ediderunt *quod;* correxerat Manutius, tum Dau. e Par. 3; uid. ad I, 18.

iam, *quom*) *Tu* addunt etiam El. (uter?) Mead., Eξ, Bas., Gud. 1; receperunt Uict. et Dau. Uitiose abundat. *Iam* aduerbium significat, non longe abesse præturæ ineundæ tempus, ut in Brut. 171: *iam sexties, quom in Galliam ueneris.* Cur, inquies, hoc tam puerile? Uide modo, quas proprietates concurrentibus particulis *iam quom* et *quom iam* Handius ascribat Tursell. III, 118 in aliquot locis, in quibus quid esset, quod a peruagatissumo usu uocis *iam* abhorreret, frustra intellegere studui. Prætor Torquatus fuit a. 49 a. Chr. uid. argum. libri I. Non memini alibi tradi, prætorem in contione edixisse et edicto orationem addidisse.

more maiorum) — quid merearis igitur, ut dicas, te in eo magistratu omnia uoluptatis caussa facturum esse, teque nihil fecisse in uita nisi uoluptatis caussa? — An me, inquis, tam amentem putas, ut apud inperitos isto modo loquar? — At tu eadem ista dic in iudicio, aut, si coronam times, dic in senatu. Numquam facies. Cur, nisi quod turpis oratio st? Mene ergo et Triarium dignos existumas, apud quos turpiter loquare?

XXIII. 75. Uerum esto: uerbum ipsum uoluptatis non habet dignitatem, nec nos fortasse intellegimus; hoc enim identidem dicitis, non intellegere nos, quam dicatis uoluptatem. Rem uidelicet difficilem et obscu-

dicas, te) *te dicas* Or. inquis) *inquit* C nisi quod) *nisi* E oratio st) *est or.* LPMCR existumas) *existimes* L 75. quam dic. uolupt.) *uolupt. qu. dic.* LPMCR (*uoluptatis* E) uidelicet) *uides* omnes.

ut dicas, te) Sic omnes etiam Gzi codd. et edd. ante Manutium. Mox Gud. I *inquit*, ut uoluerat Walkerus, et dicitur sic esse in ed. Uen. 1494. Nulla hic ratio st incertæ personæ inducendæ, quom in unum Torquatum hæc cadant.

nisi quod turpis oratio st) Omittunt *quod* etiam Spir. et tres Parisini Dauisi; secuntur eos hic et Gzius. Fieri potest, ut in nostrorum codicum fonte non fuerit *quod;* et tamen tenendum uidetur. Nam aut sic quæritur: *quam aliam caussam habes nisi hanc?* id est *nisi quod*, aut sic: *quam caussam* (omnino) *habes*, *si hanc non habes?* id est: *si turpis oratio non est;* tertium illud: *quam caussam habes, nisi — est?* interrogationi ad negationem inclinanti exceptionem similem adiungere uidetur, ac si dicas *nisi forte*, quod hinc alienum st. Notabile tamen, infra § 102 similiter in melioribus codicibus esse *nisi*, in deterioribus *nisi quom*. Uerbum ultumo loco habeat etiam Spir., Bas., Gud. 1 et ex iis Gzius.

Cap. XXIII, 75. *quam dicatis uoluptatem*) Uerum ordinem (praue enim substantiuom interrogatiuo præponebatur, in quod præsertim oratio incumbat,) restituit Gzius e suis codd. præter Gud. 2 (nisi de deterioribus falsus est, ut de Marso,) et ediderat sic Cratander.

Rem uidelicet difficilem) In omnibus codd., hoc est, in uno principe, conpendium hoc *uid.* transiit in *uides*, ut alibi, quod commutatum erat cum altero *iud.*, in *iudices* (pro Planc. 72 ibique Ga-

ram! Indiuidua quom dicitis et intermundia, quae nec sunt ulla nec possunt esse, intellegimus; uoluptas, quae

quom dicitis) om. PMCR *possunt esse) esse possunt* L

rat.). Correxit Manutius certissuma emendatione et a multis probata, contra quem Gzius frustra pugnat. Neque enim in huiusmodi ironia, quom id, quod aduersarius intellegi negat, peruagatum esse significatur, quisquam *uides* dicere potest. Quid enim ille *uidet?* Tum illo uocabulo utimur, quom alterum ad rem sibi notam, quæ ad alium aliquem pertineat, adtendere iubemus (II, 30 *nunc uides;* IV, 7 *itaque uides;* ibd. 5 *illorum, uides, quam niteat oratio*) aut ad id, quod nostra argumentatione et oratione conficiatur. Quod Gzius aduocat, quod IV, 7 editur: *uides, quantam rem agas*, id, etiamsi mendo careat, diuersissumum st; ibi enim alter adtendere iubetur, quantam rem suscipiat, non negatur, magnum esse, quod is dixisset). Poterat poni: *Rem dicis difficilem;* sed nihil aptius quam *uidelicet,* ut mirer, Dauisium *uideo* scribendum coicere, in quo nulla irrisio st, Ernestium *uide*, quod pæne in eodem incommodo st atque *uides*. Accusatiuos autem eodem adpositionis genere ad superiorem sententiam adnectitur, quasi a uerbo pendens (*rem uidelicet difficilem nos non intellegere dicitis*), quo II de Orat. 52: *rem sane non reconditam*, et Orat. 52: *sed id mihi quærere uidebare, quod genus ipsius orationis optumum iudicarem; rem difficilem (di inmortales!) atque omnium difficillumam*, (quibus locis usus est A. Matthiæus in Gramm. Græc. 482, 5), et I Tusc. 102: *admoneor, ut aliquid etiam de humatione dicendum existumem, rem non difficilem* &c. Nec aliter hoc accusatiuo Cicero usus est nisi in adiciendo huiusmodi iudicio, intra fines aliquanto angustiores, quam aut Græci aut Tacitus, nec pluribus, opinor, locis quam posui.

quom dicitis) Sic Crat. et Uict., tum e Pal. 1 Grut., et erant hæc uerba in Oxx. EΞ, Spir., etiam Bas., si Gzio credimus. Dau. tacet. Morelius contra omitti in suo cod. adnotat, quod miror.

intermundia) *Τὰ μετακόσμια* sic appellat hic et I de N. D. 18, hoc est, *τὰ μεταξὺ κόσμων διαστήματα* (Epic. apud Diog. X, 89), fortasse sumpto nomine ab Epicureo aliquo Romano, qui hæc Latina facere conabantur. Tum *omnibus nota* st etiam omnes Gzi codd.; Gruterus tacite *nota st omnibus*, quod propagatum st, excepto Dauisio. Passeres cur nominet, ostendit communis de eius auis natura opinio.

passeribus omnibus nota st, a nobis intellegi non potest? Quid? si ecficio, ut fateare, me non modo, quid sit uoluptas, scire (est enim iucundus motus in sensu), sed etiam, quid uelis tu eam esse? Tum enim eam ipsam uis, quam modo ego dixi, et nomen inponis, in motu ut sit et faciat aliquam uarietatem, tum aliam quandam summam uoluptatem, cui addi nihil possit; eam tum adesse, quom dolor omnis absit, eamque stabilem appellas. 76. Sit sane ista uoluptas. Dic in quouis conuentu, te omnia facere, ne doleas. Si ne hoc quidem satis ample, satis honeste dici putas, dic te omnia et in isto magistratu et in omni uita utilitatis tuae caussa facturum, nihil nisi quod expediat, nihil denique nisi tua caussa; quem clamorem contionis aut quam

omnibus nota st) *c. n. omnibus* L scire) *sciretur* E uelis tu eam) *eam tu uelis* LPMCROr. Tum) *tu* MR ego) om. L inponis) *iam ponis* E possit) *potest* C absit) *assit* E eamque) *eam* E 76. quouis conuentu) *quo conuenis uis* E Si ne) *Sum* E quidem) *quid* E tua caussa) *tui c.* E

uelis tu eam) Hoc ex solo Erl., nam de ceteris tacent; uerbum initio posuit, licentiam fingendi contrariam ueritati faciens.

modo ego dixi) Gzius in Erl. et Spir. ait esse *modo dixi ego*, hoc saltem falso, in Gud. 2 et Bas. *dixi modo ego*; itaque propter incertum ordinem deleuit *modo ego* cum damno orationis et oppositionis; nec talia scribæ addunt; et quod *modo* de re tam breui ante nominata inprobat, ignorat particulæ usum; uid. Legg. I, 47.

nomen inponis, in motu ut sit) Non habebat unum satis usitatum nomen; nam *mouentem* non appellabant, etsi eo usus est Cicero § 31; itaque tali circumlocutione usus est, ut simul describeret; deinde liberius paullo huic circumlocutioni ea adiunxit proxume et eodem ordine (*et faciat &c.*), quæ nihil ad nomen pertinerent, sed ad naturam rei. De ipsa re satis ante dictum st.

76. *nisi tua caussa*) Dixeritne Cicero etiam *tui caussa*, ascita forma illa pronominis possessiui (uid. ad I § 60) quam pro obiectiuo genitiuo personalis ponunt, etiam in subiectiua ratione, non tam certum st, ut unius Erl. fide sic scribendum putarim, etsi ipse in Læl. 57 optumis codd. obsequens edidi *nostri caussa*, in Uerr. III, 121 Zumptius *sui caussa*. In Acad. II, 120 nunc editur e Lactantio et uno et altero codice *nostra caussa*. Transitus qui-

spem consulatus eius, qui tibi paratissumus est, futuram putas? Eamne rationem igitur sequare, qua tecum

putas) Sic M, superscripto e; putes ceteri, Or. igitur) om. LPMCR

dem facilis erat, et dictum sic aliquando esse, declarat etiam Seruius ad Æneid. XII, 29. Præter Ciceronem apud Plin. Hist. N. II, 63 legitur *nostri caussa*; Ulpiani et Papiniani locos, quos Uossius (de constr. c. 57) significat, non uacauit operose quærere. Non prorsus paria sunt illa apud Ouidium (Metam. I, 30): *pressa st tellus grauitate sui* (etsi ibi multi codd. *sua*) et apud Tacit. (Ann. II, 13): *fruiturque fama sui;* neque enim tam manifesta ibi possessiua ratio. Cicero, miror, cur uno et altero loco nulla caussa a communis consuetudinis constantia desciuerit. Conparari debet, non confundi, quæstio de possessiuo pronomine in locum genitiui obiectiui recepto.

futuram putas) Non magis in hac simplici interrogatione de iudicio alterius coniunctiuom ferendum putaui quam tulerunt prudentes editores in act. I in Uerr. 40: *quo me tandem animo fore putetis?* Correxi eo fidentius, quod V, 89 idem mendum optumi codices tollunt et supra § 60 tollebant, utroque autem loco scribarum iudicium adparet. Hic tamen Basileensis quoque codicis corrector *putas* supra scripsit. Gzius optatiuom suum crepat. In Tusculan. V, 119 uitiosum in hoc genere sane erat: *quid a Socrate et Platone profectis philosophis faciendum putes?* Non minus uitiosum st in ipso uerbo, quod ex optumis codicibus reuocauit Klotzius, crudelitatem criticorum accusans ipse mitissumus mendorum patronus. Nemo enim sic sententiam eius, quicum loquitur, exquirit: *quid faciendum uides?* Quod Moserus scripsit: *quid tandem — faciendum, uides*, sine interrogatione, neque *sit* abesse potest et interrogationem postulat *tandem*. Aliter plane apud Liuium IX, 34, 12 P. Sempronius secunda singularis persona sic utens, ut secum ipse sermocinetur, in sententia ad negationem inclinante dixit: *Quem tu regem sacrificiorum crees?* (Sic interpungendum; est enim: *creare audeas?*) *Ut qui optumo iure rex Romæ creatus sit, creatum se dicet.* (Sic interpungendum: quicunque creatus erit, simili calumnia utetur, ac nunc in censura Claudius.) *Quem semestri dictatura, quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem claui figendi aut ludorum caussa dictatorem audacter crees?* Deinde autem ad auditores conuertens orationem recte dicit: *Quam isti stolidos ac socordes uideri c r e d i t i s eos &c.?*

Eamne rationem igitur sequare) *Igitur* præter Erl. adcessit e

18

ipse et cum tuis utare, profiteri autem et in medium proferre non audeas? At uero illa, quae Peripatetici, quae Stoici dicunt, semper tibi in ore sunt, in iudiciis, in senatu: Officium, aequitatem, dignitatem, fidem, recta, honesta, digna inperio, digna populo Romano, omnia pericula pro re publica, mori pro patria, (77) haec quom loqueris, nos barones stupemus, tu uidelicet tecum ipse rides. Nam inter ista tam magnifica uerba tamque praeclara non habet ullum uoluptas locum, non modo illa, quam in motu esse dicitis, quam omnes urbani, rustici, omnes, inquam, qui Latine locuntur, uoluptatem uocant, sed ne haec quidem stabilis, quam praeter uos nemo appellat uoluptatem.

XXIV. Uide igitur, ne non debeas uerbis nostris uti, sententiis tuis. Quod si uoltum tibi, si incessum fingeres, quo grauior uiderere, non esses tui similis; uerba tu fingas et ea dicas, quae non sentias? aut etiam, ut uestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam

autem) om. E 77. barones) *uarones* C tecum) *rectum* P ipse) om. L magnifica) *magnificata* E Uide igitur) *Uide* LPMCR incessum) add. *tibi* L esses) *esse* E ut uest.) *sit uest.* E

Pal. 1, 3, Spir., receptum a Dauisio; in El. 2, Eξ erat: *Eamne igitur rationem.* Necessaria et particula in conclusione cum indignatione. Pal. 1 præterea et E *sequere;* sed huiusmodi interrogatio ex indignatione et admiratione mixta semper coniunctiuom habet; neque enim de facto quæritur, sed fierine possit; uid. E. Wunderus ad orat. pro Planc. § 40. Addatur, si tanti st, lib. I in Uerr. 40, Terent. Hec. IV, 2, 13.

Officium, æquitatem — pro patria, hæc &c.) Orationem sic distinxi, ut adpareat, unde accusatiui orti sint et quam rationem habeant; nam omnia conligit uox *hæc.* Inciderat in eandem rationem Dauisius; ceteri ante *hæc* plene interpungunt.

77. *nos barones*) In hanc scripturam nominis consentiunt codices (Mor., Pall., Dau., Oxx., Gzi), ut fere in ceteris Ciceronis locis; de origine non habeo quod addam aliorum coniecturis.

Cap. XXIV. *Uide igitur*) Sic iam Cratander scripserat, deinde e Pal. 1 et El. 2 Dauisius; adcedunt Eξ; Gzius omnis suos codd. præter Gud. 2 sic habere dicit. Ceteri *igitur* omittunt. Pro *debeas* cod. Mor. et Scalig. *dubites.*

forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus ueritas occultetur? Uide, quaeso, rectumne sit. Mihi quidem eae uerae uidentur opiniones, quae honestae, quae laudabiles, quae gloriosae, quae in senatu, quae apud populum, quae in omni coetu concilioque profitendae sint, ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere. 78. Amicitiae uero locus ubi esse potest aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? Quid autem st amare, e quo nomen ductum amicitiae st, nisi uelle bonis aliquem adfici quam maxumis, etiam si ad se nihil ex

eæ) *hæ* LMCR apud) *ad* L profitendæ) *proferendæ* LPMCROr. id) *idem* C non pudeat) *pudeat ne* E quod) *quod non* E 78. locus ubi) *u. l.* R esse cuiquam) *cuiquam* L e) *ex* C ductum amicitiæ) *am. d.* LMCR nihil ex iis) *ex iis* (*his* L) *nihil* LPMCR

profitendæ sint) *profitendæ* etiam cod. Mor., Scalig., Pal. 1, El. 1 (2?) nec dubitari debet de Spir., quamquam Gzius incredibili socordia, præfatus, Dauisium de Pal. 1 falli uideri nec quicquam Gruterum monere, (at is perspicue illud scripsit,) negat "suos illos bonos a uolgata discedere." Deinde omnis suos dicit habere *sunt* itaque edidit; fallitur de Erl. et, opinor, de omnibus; et necessarius coniunctiuos est hac sententia: quæ eiusmodi sunt, ut profitendæ sint; relatiuom enim et simpliciter respondet demonstratiuo (*eæ*, *quæ*) et hanc significationem adiunctam habet; uid. ad § 15. De participi usu in hoc loco dixi ad I § 6. Mox *ne id non pudeat* &c., sic adiunguntur, ut cum breuitate quadam et ellipsi Cicero significet, quo consilio quaque de caussa hæc dicat; (hoc ideo statuo et dico, ne &c., id est: nam, nisi ita statuerimus, non pudebit &c.); cfr., si tanti st, I, 43, (*ne inuidia* &c.). Erratum st in his a pluribus.

78. *quid autem st amare*) Dau. mauolt *quid enim*, idemque eius iudicium fuit, cuius correctiones codd. E𝔤 habent. Putant enim ex amandi notione, a quo nomen amicitiæ ductum dicatur, confirmari, quod de amicitia dictum sit. Sed si Cicero tam diligens fuisset, quod fortasse debuit, non in ipsa iam primaria sententia *amandi* uerbum posuisset. Itaque minus adcurate hoc tamquam nouom adiungit. Tum *ductum amicitiæ* Gruterus, opinor, e Pal. 1; superiores et Dauisius tacite, ut nostri deteriores; Gzius, etsi eius nota perturbata st, significat in Erl. et Spir. omitti *est*, falso. De eo, quod sequitur, *ad se*, dictum ad I, 67. Edebatur *ex iis nihil*; inuertit Gzius etiam cum Spir. (sed *his*).

iis redeat? — Et prodest, inquit, mihi eo esse animo. — Immo uideri fortasse. Esse enim, nisi eris, non potes.

At) *Et* EPR *Quid* LMC *Et quidem* Or. inquit) *inquis* (P)R om. MC (*mihi inquit* R) eo) *in eo* LPMCR

Et prodest, inquit) Quod edebatur (a Lambino, Grutero, Ernestio, Gzio, aliis): *Et quidem prodest,* e Lbini coniectura natum st, ad sententiam satis apta; concedit enim aduersarius, sic amari amicum oportere, sed adiungit, quo uim argumenti eleuet, id amanti prodesse; uid. ad I, 85, hoc libro § 9; sed a codicibus prorsus recedit. Nam meliores omnes et pars deteriorum habent *Et prodest* (Palatinos uniuerse Gruterus appellat; et est ita in Eξ, Gud. 2; Erl. et Spir. Gzius scribit "seruare simplex *quidem*;" debuit scribere "simplex *et*," ut ex Erl. adparet); tenuerunt hanc scripturam ueteres editores (Uen. 1480, Mars., Crat.) restituitque Dauisius; et potest aliquo modo defendi, ut aduersarius hoc addendo id, quod erat dictum, in suam partem trahere conetur. Sed tamen nusquam ita *et* pro *et quidem* ponitur, in tali præsertim oratione, ubi subito aliquid ab incerto aduersario obici fingatur. Itaque malim scribi: *At prodest.* Ceteri deteriores codices (El. uterque, Mead., Oxx. Uχ, Gud. 1) habent, ut Uict. edidit: *quid prodest*, ex infelici correctione, quom putaretur aduersarius negare, hoc sibi prodesse. Deinde *inquit* habent "Pall. meliores", Ball., tres Oxx. ediditque Dauisius; ceteri *inquis*. Fingit sibi Cicero h. l. aduersarium incertum; deinde transit sensim ad definitam Torquati personam. *In* ante *eo* addunt etiam ψχ, P. Mars., Uict., opinor, deteriores omnes.

Esse enim, nisi eris, non potes) Paullo obscurius significauit conclusionem argumenti, atque etiam, ut uidetur, infirmauit nonnihil in illis: *quod non solet &c.* Neque enim ex eo, quod fieri soleat, sed ex ipsa rei natura et ex repugnantia hæc ducitur ratiocinatio: Dicis te ideo tali esse animo, quia tibi prosit esse; at is animus in eo ipso positus est, ut, etiamsi nihil ad te ueniat, amicum bonis adfici uelis; itaque si, quia prodest, tali animo es, non es tali animo, sed uideris tantum. *Subducta* e Nonio restituit Lambinus, ut faciendum esse uiderat Morelius. Consentiunt in mendo Pall., Dau., Oxx., Gziani. Pro *a se* etiam Spir. *ad se;* Uictorius et Dauisius e C. C. C. (at Oxx. ex hoc uno adnotant *a se!*), Mead., Ball. (Gud. 1) *ex se.* Præstat alterum, non solum propter auctoritatem, de initio non aliunde sumpto, ut dicitur *homo a se ortus.*

Qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod non subducta utilitatis ratione ecfici solet, sed ipsum a se oritur et sua sponte nascitur. — At enim sequor utilitatem. — Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur utilitas, et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem. 79. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia, ut fit saepe, defecerit? Relinquesne? quae ista amicitia st? Retinebis? qui conuenit? quid enim de amicitia statueris utilitatis caussa expetenda, uides. — Ne in odium ueniam, si amicum destitero tueri. — Primum cur ista res digna odio st, nisi quod est turpis? Quod si, ne quo incommodo adficiare, non relinques amicum, tamen, ne sine fructu adligatus sis, ut moriatur, optabis. Quid? si non modo utilitatem tibi nullam adferet, sed iacturae rei familiaris erunt faciundae, labores suscipiendi, adeundum uitae periculum; ne tum quidem te respicies et cogitabis, sibi quemque natum esse et suis uoluptatibus? Uadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille Siculo fecit tyranno? aut, Py-

qui autem — solet) Non. p. 399. poteris) *potes* Non. om. P te) om. C subducta) Non. *sub dubia* Codd. Edd. uett. a) *ad* E *ex* MCR ergo) *enim* C quam diu) om. E 79. ages) *agis* E Relinquesne? quæ) *relinques nequaquam* C *relinques nequaquam quæ* L ueniam) *ueniantur* E nisi — turpis? Quod si) *Num quid est turpe nisi quod est si* LPMCR Quid) *quod* PLMCR non) om. L tibi nullam) *null. t.* L erunt) *erit* E quidem) *quid est* E Uadem te) *uadente* E Siculo fecit) *f. S.* PMCR om. *fecit* L Pylades quom) *cum Pilades cum* L

79. *utilitatis caussa expetenda*) Damnant hæc uerba Manutius, Lbinus (qui a nonnullis codicibus abesse significare uidetur), Dauisius (qui in El. 1 omissa tradit), nulla satis iusta caussa. Aberant tamen etiam ab Ox. E (ξ *exprimenda*).

nisi quod est turpis? Quod si ne &c.) Sic etiam Pal. 1, e quo Gruterus hunc locum emendauit, mgo Crat., Spir., Gud. 1, El. 2, in quo tamen pro *quod si ne quo* erat *quod sine tuo*, Eξ, in quibus pro eodem erat *nisi ædes sine* (ξ *siue*). Longius aberrat cod. Moreli: — *odio est non quod est turpis nisi quod est sine quo*.

Quid? si) Sic etiam Spir. et ξ, recteque secutus est Gzius in ascensu orationis in interrogationem desinentis.

Siculo fecit) Hunc ordinem Gzius se e Bas. et Gud. 1 rece-

lades quom sis, dices te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares, et, si id non probares, quo minus ambo una necaremini, non precarere?

dices) om. L ut moriare — Orestes) om. R refelleres) *defenderes* M *referres* L te) om. P et, si) *et* E precarere) *deprecarere* Or.

pisse ait, Erl. omittere *Siculo*. Adeo, ne quæ probat quidem, scit, unde habeat. Sine dubio hoc repperat etiam in Spir. et Gud. 2, in duobus illis uolgaris ordo erat. Sed suspectum st aliis *tyranno*, aliis totum hoc *Siculo tyranno*, quod putide abundet post prius illud *tyranno*. Bremius præterea sensit, insolenter uerbo, quod est *facio*, ubi uniuerse rei ante proprio uerbo notatæ significationem contineat, eius uerbi casum addi, ut hoc loco datiuom propter *dabis*. Hoc me nullo exemplo nunc refellere posse confiteor; sed tamen illi suspicioni obstat, præter ordinem uerborum nunc restitutum, quod uix quisquam grammaticus aut librarius in interpretando illa circumlocutione usurus fuit; Dionysi nomen e Tusculanis et libris de Officiis ascripsisset. Et si Siculi tyranni mentio tollitur, nimis infinita uidetur historiæ significatio. Addendæ autem huius appellationis uix alia ratio erat, quam ut datiuo Cicero uteretur, tamquam si *dedit* repetisset; nam *in tyranno fecit* alio modo dicitur, quom aliqua persona tamquam materia ad agendum subiecta st. De Damone et Phintia et nota res et conlecta testimonia sunt a Beiero ad Off. III, 10 p. 259.

et, si id non probares, quo minus —, non precarere?) In Pacuui Duloreste, quam fabulam Cicero et hic significat et libro V, 63, et in Lælio 24, et de qua scripserunt nuper Nækius (Bonnæ 1822) et Stieglitzius (Lips. 1826), Orestes et Pylades inducebantur capti a Thoante rege, qui quom Orestem interficere uellet, ignoraret autem, uter Orestes esset, Pylades se eum esse dicebat; Orestes se ipse indicabat et Pyladem refellebat; hærenti igitur regi et dubitanti hic ab utroque ostendebatur exitus, ut utrumque occideret, quom neuter sine altero uiuere uellet. Id duplici modo dici poterat aut, ut in quinto libro: *precamur una necari*, aut paullo parcius: *non deprecamur, quo minus una necemur*. Itaque Cicero, seruata ea interrogationis forma, quam instituerat (*aut, si esses Orestes, — te indicares?*) adicere poterat aut hoc: *et, si id non probares* (id est, si non persuaderes regi, te Orestem esse,) *precarere, ut una necaremini?* aut hoc: *et, si id non probares, quo minus ambo una necaremini, non deprecarere?* (tam constans esses,

XXV. 80. Faceres tu quidem, Torquate, haec omnia; nihil enim arbitror magna laude dignum esse, quod te praetermissurum credam aut mortis aut doloris metu. Non quaeritur autem, quid naturae tuae consentaneum sit, sed quid disciplinae. Ratio ista, quam defendis, praecepta, quae didicisti, quae probas, funditus euertunt amicitiam, quamuis eam Epicurus, ut facit, in caelum ecferat laudibus. — At coluit ipse amicitias. — Quis, quaeso, illum negat et bonum uirum et comem et hu-

80. enim) *est* L esse) *esset* E, om. ceteri Or. quid) *quod* E (bis) euertunt amic.) *amic. ev.* L quis quaeso) *quis quasi* ELPMR *quasi quis* C negat) *neget* CR

ut non deprecarere?) Et orationis quidem forma perspicua st et necessaria, declarata etiam a Klotzio (Quæst. Tull. p. 57 et ad Læl. l. c.). Illud non sine caussa dubitandum uisum st, possetne sic dici: *non precor, quo minus* eodem sensu, quo: *non deprecor, quo minus* (ut Liuius dixit); neque enim uerbum illud, quom studium rei ecficiendæ significet, ab inpediendi autem significatione remotissumum sit, hanc particulam asciscere posse uidetur, ne in negando quidem. Itaque iam editor Uenet. 1480, deinde alii nuperque Orellius scripserunt: *non deprecarere.* Nec reprehendo; immo laudo, quod saltem sententiam uiderunt; nec dubitationem tam superbe reicio quam Klotzius facit. Sed tamen quom Cicero *perficiendi* uerbo negatiue posito subiecerit *quo minus* (ad. Fam. III, 7 extr.), non audeo præfracte negare, sic dici potuisse (ut esset: non conor precando inpedire); etsi alia st ratio perficiendi et ecficiendi uerborum, alia precandi (cfr. ad § 15 de *ut ne*), et adcedit, quod tam uicinum et aptum erat *deprecor.* Incredibile autem st, quales huius loci inde a Dauisio et interpretationes et correctiones excogitatæ sint, quom non intellegeretur *non* cum *precarere* in unam notionem coalescere et de ea interrogari et hinc pendere *quo minus.*

Cap. XXV, 80. *dignum esse*) Infinitiuom omnes omittunt, de codd. tacentes.

Quis, quæso, illum negat) Ut nostri codd., quattuor Gsi (e Gud. 1 tantum *negat* adnotatur) et sine dubio alii omnes aut fere omnes, etsi, quem primi editores substituissent: *quasi quis — neget*, primus Dauisius adtendit, illo modo scriptum esse in Par. 3 (*qui quasi*), Ball., Mead., uerumque inuenit. Oxx. ex Eχψ adnotant *negat*, de *quis quasi* tacent, quia in ordine tantum uerborum

manum fuisse? De ingenio eius in his disputationibus, non de moribus quaeritur. Sit ista in Graecorum leuitate peruersitas, qui maledictis insectantur eos, a quibus de ueritate dissentiunt. Sed quamuis comis fuerit in amicis tuendis, tamen, si haec uera sunt (nihil enim adfirmo), non satis acutus fuit. — At multis se probauit. — 81. Et quidem iure fortasse; sed tamen non grauissumum st testimonium multitudinis. In omni enim arte uel studio uel quauis scientia, uel in ipsa uirtute, optu-

de ueritate) *in uer.* R fuerit) transp. post *tuendis* LPMCROr. amicis) *amicitiis* Or. enim) om. P fuit) *fuerit* L 81. iure) *in rem* LPMCR quauis) om. L

uariabatur. Tum Ox. E, Gud. 1, Bas. *commune* pro *comem*, Gud. 2 *commendatum*. Hic satis defenditur *comem*, quod subicitur: *Sed quamuis comis* &c. Ac uereor, ne, etiam in Cat. 59, ubi nunc editur ex optumis sane codicibus: *communem erga Lysandrum* et *humanum*, librarii, quod plenum esset (*comem*), pro conpendio frequentioris uocis acceperint. Nam alia st *communitas*, quæ in Lælio 65 postulatur, tum quæ apud Suetonium in inperantibus, quom se ceteris æquant, laudatur.

comis fuerit in amicis tuendis) Uerborum ordinem ex Erl. et Spir. Gzius adnotauit; edebatur enim: *in amicitiis tuendis fuerit*; non adnotauit, legi ibi *amicis*, quod quom Gruterus in Pall. omnibus inuenerit, Oxx. in Uξχψ, alterum nullam habet auctoritatem, quod a P. Marso et Uictorio editum st, deinde propagatum (Crat. *amicis*). Nec minus amicos tuemur (beneficiis et officiis, uid. ad Att. II, 20 init.) quam amicitias.

si hæc uera sunt (*nihil enim adfirmo*) Parum apte, quom omnia hactenus *δογματικῶς* disputarit, subito intericit Academicæ dubitationis significationem.

81. *Et quidem iure*) Sic cod. Mor. et Spir., id est, meliores; edidit primus, opinor, Cratander. Ut nostri deteriores, Oxx., Gziani ceteri.

uel studio uel quauis scientia) Offenderunt hic Dauisius et Ernestius, nec ipse me initio expediebam, quod nec *quauis* cur adderetur, uidebam et *uel* etiam ante *arte* ponendum fuisse putabam (uid. ad I, 52). Nunc uideo, *uel* hic cum correctione aliqua poni, ut ante primum nomen poni non debuerit. Nam quom *artem* dixisset, non artem nominandam fuisse significat, quod maius uideatur, sed studium, etiamsi artis formam et dignitatem non adtingat, uel

mum quicque rarissumum st. Ac mihi quidem, quod et ipse bonus uir fuit et multi Epicurei fuerunt et hodie sunt et in amicitiis fideles et in omni uita constantes et graues, nec uoluptate, sed officio consilia moderantes, hoc uidetur maior uis honestatis et minor uoluptatis. Ita enim uiuont quidam, ut eorum uita refellatur oratio. Atque ut ceteri dicere existumantur melius quam facere, sic hi mihi uidentur facere melius quam dicere.

XXVI. 82. Sed haec nihil sane ad rem; illa uideamus, quae a te de amicitia dicta sunt. E quibus unum mihi uidebar ab ipso Epicuro dictum cognoscere, amicitiam a uoluptate non posse diuelli, ob eamque rem colendam esse, quod, *quom* sine ea tuto et sine

quicque) *quippe* L *quodque* E rarissumum st) *rarissimum* Or. fuerunt) *sunt fuerunt* E nec) *et non* C hoc) *hæc* LC dicere exist.) *exist. dic.* (P)MCR facere mel.) *m. f.* LR 82. quod, quom) *quod* omnes, Or.

omnino quamuis cuiusuis rei scientiam; tum in tertio *uel*, ubi addita præpositio significat, hoc seiungi ab illa serie, ascendit oratio uel potius transfertur ad aliud, ut sit: *etiam in ipsa uirtute.* Nam quod Stoici ipsam uirtutem artem faciebant, nihil ad hanc orationem pertinet.

rarissumum st) Uerbum *st* Ernestius, sequens El. utrumque et ed. Uict., omisit. Cfr. ad I, 43.

fuerunt et hodie sunt) Aptum st ad utrumque tempus distincte notandum, quod Lambinus edidit: *et fuerunt*, quom præsertim Cicero, ubi præsens tempus superiori simpliciter adjungit, potius dicere uideatur: *hodieque sunt* (ut pro Cael. 3, de Orat. II, 103). Nec tamen contra codd. hæc in tali re satis firma sunt.

dicere existumantur) Sic etiam Spir., Bas., Gud. 1. Ante Gzium inuertebatur.

Cap. XXVI, 82. *cognoscere*) Fuerunt, qui *agnoscere* requirerent, contra quos disputauit Bremius, citans Ep. ad Att. XII, 13 et XIV, 19 et quæ iam Nonius posuit in u. *cognoscere* p. 276. Add. Uerr. I, 59, Zumpt. ad V, 72.

quod, quom sine ea &c.) Uolgo sic scribebatur: *quod sine ea tuto et sine metu uiui non posset, nec iucunde quidem posset.* Hærebant igitur iure in extremis quattuor uerbis, quod et insolentem haberent adiunctionis formam (pro eo quod est: *ac ne iuc. quidem*, etsi hoc præter Bremium num ceteros mouerit, nescio) et in-

metu uiui non posset, ne iucunde quidem posset. Satis est ad hoc responsum. Adtulisti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab illo ipso, quod sciam, primo utilitatis caussa amicum expeti, quom autem usus adcessisset, tum ipsum amari per se, etiam omissa spe

non posset) *non possit* L ne) *nec* omnes, Or. quidem) *quid* E posset) om. L est) *est enim* E horum — sciam) Non. p. 167 illo ipso) *ipso* Non. *ipso illo* LPMCROr. quod) *qui* E primo) *primum* L per se) *propter se* (P)C

gratissumam repetitionem uerbi *possit*, quod denique sententiam prauam; sic enim in illa scriptura dicitur *ne quidem*, tamquam minus sit *iucunde* (*ac ne iucunde quidem*), quod in Epicurea disciplina summum st. Itaque post Dauisium plures secuti sunt codices nonnullos (Par. 2 Dau., Eξ, Gud. 2, Bas.), in quibus hæc uerba casu exciderunt, librari oculo a priore *posset* ad alterum transiliente. (Eξ *potest* pro *posset*). Nuper autem Dietrichius (Quæstion. Gramm. et Crit. p. 70 sqq.) sic tueri uolgatam scripturam conatus est, ut conclusionem inesse doceret et sic illa uerba interpretaretur: *et ita ne iucunde quidem* (*und also auch nicht*). Uerum neque omitti particula conclusionis index poterat, neque umquam *ne* — *quidem* in conclusione adiungitur superioribus, sed aut in apodosi ponitur aut separatim (*ita ne illud quidem*); nec, etiamsi dici *nec* — *quidem* pro *ac ne quidem* in nouæ periodi initio possit, quod ipsum prorsus nego, defendi ullo exemplo poterit talis duorum uerborum, nedum eiusdem repetiti, coniunctio: *sine metu non potest nec iucunde quidem potest.* (Uid. de his, quæ exposui in exc. ad huius libri § 25.) Et tamen uidit Dietrichius, quem locum et quam uim in ipsa sententia hæc uerba tenerent, et uiderat pridem et dixerat P. Manutius, quom sic scribi uolebat: *quod, si sine ea* —, *nec iucunde quidem posset*; sic enim argumentum procedit, ut ex eo, quod tuto sine amicitia uiui non possit, ostendatur, ne iucunde quidem sine ea uiui posse; sic efficitur, ut amicitia cum uoluptate copulata sit. Sed minus recte *si* interposuit; neque enim cum condicione argumentum concluserat Torquatus, sed ita esse posuerat. Itaque non *si*, sed *quom* ponendum erat, quod post *quod* facillume in codice nostrorum parente excidere potuit, ut excidit in Erl. § 101; *nec* — *quidem* in apodosi ne dubitationem quidem adferre poterat; itaque *ne* — *quidem* scripsi; hic *nec* ortum etiam ex studio orationis uinciendæ, quom excidisset *quom*. Mox *illo ipso* etiam Spir.

per se) Sic Gsi codd. omnes, Oxx. Eξ, Mars., Crat., Uict.

uoluptatis. Hoc etiamsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio, quod dant. Mihi enim satis est, ipsis non satis. Nam aliquando posse recte fieri dicunt, nulla expectata nec quaesita uoluptate. 83. Posuisti etiam, dicere alios, foedus quoddam inter se facere sapientis, ut, quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos; id et fieri posse et saepe esse factum et ad uoluptates percipiendas maxume pertinere. Hoc foedus facere si potuerunt, faciant etiam illud, ut aequitatem, modestiam, uirtutes omnis per se ipsas gratis diligant. An uero, si fructibus et emolumentis et utilitatibus amicitias colemus, si nulla caritas erit, quae faciat amicitiam ipsam sua sponte, ui sua, ex

etiamsi) *etsi* LPMCROr. multis modis) *in multimodis* E dant) *dat* LPMCR recte) *non recte* E (*fieri recte* L) quæsita) *exquisita* E 83. etiam) *autem* PMCR inter se fac.) *fac. int. se* R percipiendas) *perspiciendas* E, *perficiendas* L An) *At* PLMCROr. ipsam) *ipsa* P

Propter quom in paucas quasdam uett. edd. uenisset, post Uictorium ad Gzium in editionibus mansit. Animaduertenda et h. l. aperta permutatio notionum uicinarum, utilitatis et uoluptatis, in qua ipsa Lbinus offendit, socium habens correctorem cod. El. 1, qui *spe utilitatis* scripsit; uid. ad I, 34. Tum *etiamsi* Spir. quoque et Gud. 2; deinde *multimodis* aut *multimode*, nota ambigua, Pal. 1. (Gzius negat, suos quicquam uariare!) Obscuratione illa litteræ *s* et contractione, qua ueteres poëtæ usi sunt, (Lucretius etiam ad huius tamquam ueri aduerbi formam fecit *omnimodis*,) Ciceronem usum non esse, conligi potest ex Orat. 153. De Cornelio Nepote (Themist. 10) nihil decerno; nam potuit apud eum quoque, ut h. l. in ipso fonte codicum nostrorum, casus illam formam giguere. *Dant* Lbinus primus posuit; confirmarunt etiam Pal. 1 et Spir. Ceteri, ut nostri deteriores, *dat*, nisi quod in Mead., Eξ correctum *datur*.

nec quæsita) Etiam Spir. *exquisita*, mendose repetita præpositione; neque enim umquam sic *exquirere* pro simplici ponitur de re aliqua petenda et paranda, longeque aliter *exquisita uoluptas* dicitur.

83. *Posuisti etiam*) Sic mgo Crat., Pal. 1, e quo Gruterus restituit, Gzi, excepto Gud. 2, omnes.

An uero — dubium sit — ?) Sic scribendum esse, in men-

se et propter se expetendam, dubium st, quin fundos et insulas amicis anteponamus? 84. Licet hic rursus ea conmemores, quae optumis uerbis ab Epicuro de laude amicitiae dicta sunt. Non quaero, quid dicat, sed quid conuenienter possit rationi et sententiae suae dicere. — Utilitatis caussa amicitia quaesita st. — Num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam si tua sint Puteolis granaria? Conlige omnia, quae soletis:

84. laude) *laudibus* COr. possit rationi) *rat. p.* LMCR quaesita st) *est qu.* LPMCR Num) *non* C quam si) *quam* (L)Or. granaria) *gramana* E *graminis* ceteri.

tem uenerat Gzio, qui si codices inspexisset, non solum in Erl., sed sine dubio etiam in Spir. ita scriptum repperisset. Postulat hanc adiunctionem (*Oder kann es wohl* &c.) interrogatiua orationis forma. *At uero*, quod Handius defendit (Tursell. I, 429), tum esset uerum, si Cicero, explicata natura eius amicitiæ, quæ per se expeteretur, e contrario adiungeret adfirmando aut negando, quid in altera ratione sequeretur. Itaque hactenus recto iudicio usi sunt librarii, qui in El. uno et Mead. scripserunt: *At uero — dubium non est*, ut est etiam in ed. Crat. Infinitis locis hoc *an*, quod in adiungenda interrogatione ponitur, corruptum st; cfr. I § 5. Mox *insularum mercedes* significari (ad Att. XV, 17), apertum st.

84. *de laude*) Sic etiam Spir., Gud. 2, Eξψ, ed Crat., id est, meliores et bona pars deteriorum. Superiores alterum tacite propagarunt. *Possit rationi* primus Gruterus tacite, opinor, e Pal. 1; alterum e Gud. 2 adnotat Gzius. *Quæsita st* Gzius primus e suis omnibus (?) præter Gud. 2.

quam si — granaria) *Granaria* pro *graminibus*, quæ Uictorius (Uar. Lectt. VI, 12) mire interpretabatur campos foenum præbentis, restituerunt Muretus (Uar. Lectt. VII, 20), codicis ueteris auctoritate utens, et Lbinus, qui se in "aliquot" antiquis codd. sic scriptum repperisse adfirmat; et erat sic in Pal. 8, El. (utro?), Gsi duobus (quibus?); edideratque iam P. Marsus. Non tam conseruatam per illos codd. ex archetypo ueram scripturam puto, quam prudenti coniectura inuentam ex eo, quod habuit etiam Pal. 1 et cod. J. F. Gronoui, *gramana*, ex quo in deterioribus relicuis factum st *gramina*. Intelleguntur horrea, quæ Puteolis erant ad frumentum recipiendum, quod magnus nauium numerus quotannis ex Sicilia, Africa, Ægypto in eum portum aduehebat.

Praesidium amicorum. — Satis est tibi in te, satis in legibus, satis in mediocribus amicitiis praesidi; iam con-

in legibus) *et in leg.* R in medioer.) *et in med.* PMCR amicitiis) *amicis* L praesidi) *praesidium* omnes, Or. contemni) *contemnere* LMPCR

de qua re dixi propter Uerr. V, 154 in epistula ad Orell. p. 131 (Cic. pro C. Rab. Post. 40, Senec. Ep. 77, Suet. Aug. 98, Strab. XVII, p. 793, Pitisc. Lex. Antiqu. Roman u. *Cataplus* et *Classis Alexandr.*). Non publica, sed priuata illa erant, opinor, nec tam hic ipsum frumentum significatur ibi congestum quam mercedes, quae dominis ex locatione redibant. Sed Muretus et Lambinus praeterea, ut fecerant in uolgata scriptura quidam editores (Iunta, Crat.), omittunt *si*, ut granariorum, quae Torquatus uere habuerit, utilitas intellegatur; eos, adcedente cod. Par. 2 Dauisi (et, si silentio confidimus, Oxx. EUψ), multi secuti sunt, iniuria bonos et paene omnis deserentes. Nam tum saltem dicendum fuit: *quam tua sunt*, et ante: *putas esse*, non: *esse posse*, quod referatur ad *spem* utilitatis; at in granariis, si iam ea habebat, res erat, non spes solum. Itaque hoc Cicero dicit: quam si granaria illa, quae Puteolis sunt, tu possideas. *Sint* dixit, non *essent*, quod ita loquitur tamquam de re nunc ad eligendum proposita.

Praesidium amicorum) Sic hoc ponit, tamquam plura deinceps enumeraturus, quae contineantur *omnibus* illis, et singula remoturus. Subiecit unum, alia orationis forma, § 85: *At quicum* &c. Paullo post (*satis in mediocribus*) addebatur ante Gzium *et* post *satis*, quod omittit etiam Spir. (Ox. ψ); Eξ habebant *in legibus et in medioer.*

praesidi) Codices omnes omnium (Grut., Dau., Oxx. Gzi) *praesidium*, nisi quod *praesidi* in mgine Crat. adnotatur, quae si emendatio est (sed scribitur: *praesidi: iam contemni*, hoc posterius, pro *contemnere*, sane e cod.), uera est et necessaria, quam recte a Uictorio ad Ernestium editores secuti sunt. Nam etsi sunt aliquot scriptorum Latinorum loci, in quibus, quom posset *satis* cum substantiuo coniungi, retinetur nominatiuos aut accusatiuos substantiui, ut *satis* ad uerbum cum substantiuo coniunctum adiungatur (Uirg. Æn. XI, 366, Ouid. Metam. III, 149, Lucret. I, 242, ubi animaduertendum est, non dici absolute: *tactus satis esset caussa*, sed: *tactus satis esset caussa leti*, id est, letum satis ecficeret, Cic. de Inuent. II, 113: *num iam satis pro eo, quod fecerit, honos habitus sit*, ubi manifestum est *honorem habere* quasi pro una uoce poni), tamen ea ratio ad alios locos prosae orationis scriptorum

temni non poteris; odium autem et inuidiam facile uita-

quatenus pertineat, mox uidebimus; ad hunc certe non pertinet, in quo necessario *satis* cum uoce *præsidi* conflatur et propter sententiam (quæritur enim, satisne magnum præsidium sit) et propter uerborum ordinem ipsamque anaphoram et propter uerbi adiuncti genus; nam ad nudum uerbum substantiuom, addito etiam datiuo *tibi*, adiunctum *satis* necessario hanc ecficiet sententiam ab hoc loco alienissumam: præsidium tibi sufficit, *nihil præter præsidium* requiris, non hanc: *nullum aliud præsidium*. Itaque eo minus dubitaui *præsidi* restituere, quod etiam in bonis codicibus, quom hæc genitiui forma ignoraretur et syllaba uoci deesse putaretur, non raro additum st *um*, ut paullo ante § 69 *aliud negotium nihil* pro *negoti* scriptum erat et in Uerr. IV, 89 optumus codex reg. Par. habet *præsidium nihil*. Quod de aliis locis significaui, primum reprehendenda grammaticorum (uelut Ramshorni et Klotzi ad Læl. 45) supina neglegentia, qui Liuium VI, 18: *uobis auxilium satis est* pro *auxili* scripsisse narrant, quasi ibi tribunus queratur, tam parui animi esse plebeios, ut satis auxili habeant aduersus patricios, nouo et inaudito parui animi ecfectu. Indignatur, eos, si auxilium habeant, contentos esse, tamquam inferiores et ad parendum natos, nihil præterea requirere. Monuerat iam Drakenborchius. Illud merito superfluum dicas, quod Gronouius et Drakenborchius (ad IV, 30, 15) exempla conligenda putarunt, ubi diceretur, rem aliquam satis esse, id est, sufficere. In Corneli etiam Epam. c. 4 quod scriptum st: *abstinentiæ erit hoc satis testimonium*, recte sic iam Drakenborchius intellexit (*hoc testimonium satis erit*). Relincuntur igitur, de quibus dubitetur, duo loci, alter Ciceronis in ep. ad Att. XII, 15: *si satis consilium quadam de re haberem*, de quo equidem non nimis confido; nam ipse uerborum positus repugnat, nec sane apte dici uidetur *consilium habeo*, ut addatur *satis*, *parum*, similia; alter scriptoris ad Herennium in ipso initio: *uix satis otium studio suppeditare possumus*, ubi qui *otium* omittunt, debebant dicere, ubi scriptum repperissent de homine: *suppedito rei*. Sed utroque loco *consili* et *oti* illo, quo dixi, modo corrumpi potuit. De Legg. I, 30 tantum mali codd. habent: *quod argumentum satis est*, meliores et plures *argumenti*. In Digestorum libr. XL, 5, 45 (Ulpian.) sententia respuit, quod in cod. Florentino st: *satis iniuriam facit libertati*, in libro XXXVIII, 1, 19 (Gai.): *ut satis tempus ad quæstum faciendum habeat*, tantum in hac uerborum coniunctione offendit. Conparant, quod apud Sallustium st (Iug. 102): *parentis abunde habemus* (cui simile st in

bis; ad eas enim res ab Epicuro praecepta dantur. Et tamen tantis uectigalibus ad liberalitatem utens, etiam sine hac Pyladea amicitia multorum te beneuolen-

enim) om. E tantis) *non tantis* LMPCR liberalitatem) *libertatem* ELPMR etiam) *eam* Ē *eis* ceteri, Or.

fragmentis histor. lib. III: *abunde libertatem rati*); uelim tamen animaduerti, adiungi e contrario: *amicorum neque nobis neque cuiquam omnium satis fuit.* Nego dici potuisse: *amici — satis fuerunt.*

iam contemni) Sic etiam Pal. 1, Spir., mgo Crat., ut uidetur, etiam Eξ. Deteriores ceterorum (Grut., Dan. plures, Oxx. χψ, Gzi), ut nostri, *contemnere* (sic interpungentes: *praesidium iam contemnere*). Oxx. Eχψ praeterea omittunt *non* (*praesidium iam contemnere poteris*). Eξ *poteritis*. *Contemni* restituit Uictorius.

Et tamen tantis uectigalibus) Sic Pal. 1, Morel., Spir., El. (2?); "in Scaligerano *non* lineis subductum erat." *Et tamen* simili modo atque I, 15, h. libr. 64 ponitur, hac sententia: et, etiamsi illa, quae dixi, defecerint, tamen &c. Itaque refertur particula ad tacitum intellectum et concessionem contrarii eius, quod antea positum st. Notauit hoc genus Gernhardus in Cat. Mai. 16 et 31. Non alio genere, tantum apertius, *et tamen* ponitur libr. I, 11, h. libr. 15 et 21, cett. Non intellexit, qui auctor fuit scripturae deteriorum codicum: *et tamen non tantis* (Pal. praeter I, Danis. praeter El., Gzi praeter duos, Oxx., editionum ante Dauisium omnium). Gzius, quia uectigalia non dicantur priuatorum reditus, intellegi putat frumenti decumas et granaria publica. Sed apud Romanos frumentum decumanum non publice conligebatur, sed priuatis decumae uenibant; uectigalia autem illo modo dici etiam ab ipso Cicerone (ut *rustica*, *urbana*), notissumum st. Intelleguntur Torquati reditus e locatione granariorum, si ipsius sint. Tum *ad liberalitatem* necessaria emendatione, ut a primo editore, sic fere a ceteris scriptum st, confirmarique dicitur ab El. 2 et Par. 3 Dan. (Gzius scribit, *libertatem* esse in optumis suis; erat in omnibus). Significatur largitio socios et adiutores et fauorem parans. Graterus tamen *libertatem* reuocauit, "tanto magis, quod displiceret Lambino."

etiam sine hac) Hoc, quod a Manutio ad Ernestium editum st, Grutero tacente, manifesto latet in bonorum codd. (etiam Spir., Moreli, fortasse E quoque) scriptura *eam*, quae nasci non potuit e deteriorum (Dauisi, Oxx. ξψχ, Gzi praeter Erl. et Spir.) scriptura

tia praeclare tuebere et munies. 85. At quicum ioca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia! Tecum optume; deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse non inportuna; quid ad utilitatem tantae pecuniae? Uides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse praestantius; sin emolumento, summas familiaritates praediorum fructuosorum mercede superari.

præclare) add. *et* MPCROr. *et præcl.* L 85. etiam) *et* E cum) *qui* E fac) *facta* E inportuna) *inopportuna* Or. ad) om. P sin) *suo* E fructuosorum) *prettosorum* C

eis; contra hæc ex illa corrigendo orta st. Et necessarium st *etiam*, ineptum *eis* post *utens*. Tum editum st ab omnibus *et tuebere et munies*, praua distractione unius notionis; uid. ad 63. Præcedens *e*, sequens *t* hoc *et* genuerunt, ut apud Suetonium Claud. 21: *quæ utraque et tophina ac lignea antea fuerant.* Non offendit editores soloecum illud *et* — *ac*.

85. *quicum ioca, seria*) Inutili lusu Beierus (ad Fragm. Oratt. p. 195), quod communi sermone tritum erat (*ut dicitur*), in uersum senarium coëgit, deleto altero et tertio *quicum*.

non inportuna) Lbinus (in curis secundis) *inopportuna* scribendum putauerat, idque Gruterus et post eum ceteri e Pal. 1 ediderunt. De Pal. 1, quom dissentiant et Erl. et Spir., quibuscum ceteri consentiunt, non nimis confidi potest; (Marsum et Cratandrum sic scriptum habere, Gzius mentitur;) ac uereor omnino, ut illud Latinum uocabulum sit; nam ab eadem origine duo contraria adiectiua sic descendere uidentur, *opportunus* et *inportunus*, quemadmodum *obnoxius* et *innoxius*, ut *inportunum* primo usu sit id ipsum, quod uolunt esse *inopportunum*, nisi quod propter uim originis nobis ignotæ mature ab negatiua illa significatione transiit ad certam (positiuam nunc dicimus) uiti significationem. Et tamen illam alteram non prorsus sublatam esse, declarant Sallusti (Iug. 92) et Sili Italici (III, 540) et Gelli (III, 3) loci, ut non incredibile sit, eam Ciceronem quoque aliquando ita secutum esse, si negatio præponeretur (*non inportunus*). *Inopportunus* III de Orat. 18 sine uarietate legitur, II, 20 codices discrepant; quæ autem sit illorum librorum auctoritas, quom de antiquitate testimoniorum criticorum quæratur, ignotum non est.

prædiorum fructuosorum) Ex edit. prima ad Manutium (nam superiores recte scripserant) et inde ad Lbinum et Gruterum propagatum st *pretiosorum*, quod interpretandi caussa suppositum erat.

Me igitur ipsum ames oportet, non mea, si ueri amici futuri sumus.

XXVII. Sed in rebus apertissumis nimium longi sumus. Perfecto enim et concluso, neque uirtutibus neque amicitiis usquam locum esse, si ad uoluptatem omnia referantur, nihil praeterea st magno opere dicendum. Ac tamen, ne cui loco non uideatur esse respon-

igitur ipsum) *ipe. ig.* LMPCROr. Sed) *si* E sumus) *fuimus* E neque amic.) *nec amic.* C st) om. LMPCR Ac tamen) *Attamen* LMPCROr.

Correxit Dauisius e tribus Parr., Mead., El. 1, Ball. Adcedunt Gzi omnes. Miror alterum in margine Crat. adnotari. Ex Eξ adnotatur *prctiosarum fructuosarumque* (pro *præd. fr.*), e χψ *prædiosorum fructuosorum.* Tum *igitur ipsum* etiam Spir. et tacite Gruterus (e Pal. 1); ceteri *ipsum igitur.* De proprietate formæ eius, quæ sequitur: *si — futuri sumus*, qua significamus, ad quid consequendum aliquid necessarium sit (ubi nunc fere dicunt: *si nos amicos fieri oportet*), dixi in præfat. Cat. et Læli p. XVIII.

Cap. XXVII. *longi sumus*) *fuimus* etiam Spir. Sed inhibet Cicero cursum orationis etiam nunc fluentis, non reprehendit, quæ dicta iam sunt; itaque sequitur: *est dicendum*, non *fuit.* Hoc ipsum *est* addidit Gzius etiam ex Spir.

Ac tamen, ne cui loco) Sic etiam Spir. idque a Gzio pro *attamen* restitutum recte Handius (Tursell. I p. 489) probauit. Dixi de hac re in Opusc. Acad. p. 491. Ubi adiungitur aliquid, quod superiori contrarium st, ibi Cicero et alii dicunt aut *et tamen* aut *ac tamen*, quod, ut hic et V, 14 et 94, librarii recentiores et editores ueteres sæpe contra antiquissumos quosque codd. (in oratione in Pison. contra Erfurt., in Sestiana contra Parisiensem et Bern., in orat. de prou. cons. contra hos et Erf., in epistulis ad Fam. contra Mediceum, in Oratore contra Einsiedlensem) in *attamen* mutauerunt, non intellegentes, *at* particulæ naturam prorsus ab hac coniunctione abhorrere. Præter locos iam ab aliis et a me ipso emendatos corrigendum st, quod editur de Orat. I, 148: *Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse uolumus*; *attamen* (cod. Haun. uterque, Guelf. B, C *ac tamen*) *quæ abs te breuiter de arte decursa sunt, audire cupimus.* In Taciti Ann. XIV, 55 recte Bekkerus ex optumis codd. *ac tamen* restituit, (ut legitur Ann. III, 29, 73, VI, 30, Hist. V, 16,) Waltherus mendum strenue defendit. Uno modo recte dicitur *at tamen*, ubi *at* in descensu ad

sum, pauca etiam nunc dicam ad relicuam orationem tuam. 86. Quoniam igitur summa omnis philosophiae ad beate uiuendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt, beate autem uiuere alii in alio, uos in uoluptate ponitis, item contra, miseriam omnem in dolore, id primum uideamus, beate uiuere uostrum quale sit. Atque hoc dabitis, ut opinor, si modo sit aliquid, esse beatum, id oportere totum poni in potestate sapientis. Nam si amitti uita beata potest, beata esse non potest. Quis enim confidit sibi semper id stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? Qui autem diffidet perpetuitati bonorum

86. summa omnis) *omn. summa* LPCROr. *omnis sententia* M contra) om. R miseriam omn.) *omn. infelicitatem* LMPCR in dolore) *indole* E beata esse) *esse* E *uita beata esse* PC sibi semper id) *semper sibi illud* LMPR (*illud sibi* C) et firmum permansurum) *ac mansurum* L diffidet) *diffidit* Or.

minus post *si*, *si non*, *etsi* posito superadditur *tamen*, interposito uocabulo, ut de Orat. III, 14.

86. *summa omnis philosophiæ*) Hoc ordine etiam Spir. De re cfr. quæ dicta sunt ad I, 62 et adde V, 12, 16, 86; Uarro apud August. de Ciu. Dei XIX, 1: *Nulla st homini caussa philosophandi nisi ut beatus sit.*

miseriam omnem) Sic etiam uet. cod. Lbini, Pal. 1, Scalig., mgo Crat., El. 2 restituitque Dauisius; Gzius sic in omnibus suis præter Gud. 2 esse scribit. Quod erat in edd. ante Dau. *omnem infelicitatem*, habebant etiam Oxx. omnes. De adiunctione horum uerborum: *item — in dolore* uid. ad I, 41. Mox in uerbis: *si modo sit aliquid esse beatum*, hoc *sit aliquid* non significat, ut Gzius docet, *aliquid magnum*, sed hoc dicitur: wenn es überhaupt etwas ist, Realität hat. Totam, quæ sequitur, disputationem a Stoicis sumptam esse patet; cfr. III, 45 sqq. et extremo libro.

sibi semper id) Sic etiam Spir. (Bas. *sibi id semper*). Ante Orellium edebatur, ut est in LMPR; Danis. e C. C. C., ut est in C. (Gzius *sibi semper*, omisso *id*).

Qui autem diffidet) Mendum hic esse credo; nam si Cicero, ut sæpe facit, huius rei cogitationem tamquam aliquando futuræ concepisset, in ceteris quoque futuro tempore usus esset (*confidet*, *necesse erit*, *poterit*). Sed quod Gzius in omnibus suis codd. ait esse

suorum, timeat necesse st, ne aliquando, amissis illis, sit miser. Beatus autem esse in maxumarum rerum timore nemo potest. 87. Nemo igitur beatus esse potest.

amissis illis) *ill. am.* L 87. beatus esse) *e. b.* LMPCHOr.

diffidit et ipse ita edidit, errasse eum, ut solet, de melioribus Erl., de deterioribus (Bas., Gud. 1) meorum et Oxoniensium consensus declarat. Coniectura *diffidit* reponere nolui, quod incertum st, malueritne Cicero *diffidat*. Nam in his sententiis relatiuis, quibus subiectum generatim definitur, quom demonstratiua sententia pendet et coniunctiuom habet, exiguo discrimine tum uis orationis pendentis ad relatiuam sententiam pertinet (ut Tusc. V, 118: *quæ qui recordetur, haud sane periculum st, ne non mortem aut optandam aut certe non timendam putet*; de Diuin. I, 127: *qui enim teneat caussas rerum futurarum, idem, necesse st, omnia teneat, quæ futura sint*), tum eo non peruenit (ut Off. II, 5, N. D. II, 93, ubi *existumat* meliores codd. omnes tuentur), ut difficile sit iudicium de iis locis, ubi boni codd. discrepant, ut II N. D. 4: *quod qui dubitet, haud sane intellego, cur non idem, sol sit an nullus sit, dubitare possit*; nam cod. optumus (A Moseri) *dubitat*. Nam si quis dicat, ideo præstare *dubitet*, propius ad hypotheticam formam adcedens, quod Balbo incredibile uideatur, esse quemquam, qui dubitet, is redarguatur eo, quod coniunctiuos hypotheticus in huiusmodi structura orationis non pendentis eam negandi significationem non habeat, ut I N. D. 43: *Ea qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur, uenerari Epicurum debeat.* Eadem dubitatio st in condicionalibus sententiis, quom post eas infertur *necesse st, non intellego* similiaue uerba. N. D. I, 2 editur nunc: *eaque* (dissensio) *nisi diiudicetur, in summo errore necesse st homines uersari*; sed optumi quique codices, non solum plurumi, habent *diiudicatur*; cfr. de Orat. I, 50.

87. *beatus esse*) Sic "omnes" Gzi, excepto Gud. 2, in quo, ut in ed. Marsi, hæc: *nemo — potest* exciderunt propter repetitum *potest*. Tum non dubitari potest, quin in cod. archetypo fuerit *duci*, ut est in Pall. omnibus, Dauisianis præter C. C. C., quem (?) Oxx. editores non excipiunt, Oxx., Gzianis præter Bas. et Gud. 1, edd. ante Manut. omnibus. Uerum hic non de existumatione aliqua, sed de usu loquendi Cicero quærit; neque apta uidetur *in* præpositio nisi ad uerbum *dici*; quod autem Rathio tum bis idem dici uidetur nec diuersum hoc esse ab eo, quod sequitur, ea quidem offensio non minus erit in altera scriptura, quoniam

Neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis uita beata dici solet, neque appellatur omnino uita beata, nisi confecta atque absoluta, nec potest quisquam

aliqua) *alia* LM dici) *duci* omnes. neque) *nec* EM beata) om. E absoluta) om. E

hic opinio hominum et loquendi usus eodem loco erunt. Itaque sic declaranda uidetur sententiæ progressio: nicht mit Bezug auf einem Theile sondern auf der Dauer der Zeit pflegt man das Leben glücklich zu nennen, und (daher) wird überhaupt das Leben nicht als glücklich bezeichnet, bevor es geschlossen und vollendet ist. Sic enim intellegi, quod Cicero dicit *confecta et absoluta*, usus loquendi iubet, ut quom *annus*, *dies*, *bellum*, *uitæ cursus confici* dicitur et hic III, 76 *extremum uitæ diem morte conficere*. Adnoto propter interpretes Germanos, qui aliter uerterunt, uelut: *nach seinem ganzen Umfange vollkommen*; atqui hoc nihil ad temporis notionem pertinet. Timuerunt, ne, quod hic dicitur, pugnaret cum eo, quod sequitur: *neque expectat ultimum tempus* &c. Sed hic utitur pro testimonio consuetudine loquentium, qui, quod perpetuitas temporis requiratur, tum demum beatam uitam dicant, quom ad finem peruenerit; ibi docet, hanc esse beatæ uitæ naturam, ut, si semel eiusmodi fuerit, semper ad finem perueniat. Itaque fit, quod sæpe, ut, quom argumentum ex uolgari consuetudine et opinione sumptum cum philosophorum decreto coniungatur, adpareat originis diuersitas. Me tamen in aliam suspicionem inducit cod. Erlangensis, quocum si alios bonos consentire scirem in uerbo *beata* (post *omnino*) omittendo, facile crederem, Ciceronem hoc tantum scripsisse: *neque appellatur omnino uita, nisi* &c. hac sententia: neque omnino uitæ nomine (sic, quom de ea iudicamus) utimur nisi de uita confecta. Non adcurate hoc dictum erit nec uere; nam et eius, qui uiuit, uitam laudamus et reprehendimus, sed potuit tamen Ciceroni excidere, quom occurreret, quotiens uita nondum confecta ab hac, de qua agitur, parte laudaretur, annos felicis, lætos dies, lætum tempus dici solere. Progressio tum aptissuma erit a *beata uita* ad *uitam*, quæ *omnino* dicatur. Mox *suscepta semel est* Gzius dedit ex omnibus suis, excepto Gud. 2. Sententiam, quæ Soloni tribuitur (inde ab Herod. I, 32, etiam apud Aristot. Eth. Nicom. I, 10), quam sæpe et alii et maxume tragici poëtæ extulerint et qua uarietate, perspici potest ex iis, quæ ad hunc locum Dauisius, ad Soph. Oed. Reg. uersus extremos Brunckius et Erfurdtius conlegerunt.

alias beatus esse, alias miser; qui enim existumabit, posse se miserum esse, beatus non erit. Nam quom suscepta semel est beata uita, tam permanet, quam ipsa illa ecfectrix beatae uitae sapientia, neque expectat ultumum tempus aetatis, quod Croeso scribit Herodotus praeceptum a Solone. At enim, quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus, †nec diuturnitatem quidem tem-

suscepta sem. est) *semel est susc.* LPMCR At enim) *Etenim* omnes. nec diuturnitatem) *diuturnitatem* LMPCR

At enim, quemadmodum — dicebas) Recte *Etenim*, quod codices habent, Dauisius mutauit, Manuti coniecturam sequens. Nam neque proxumorum ratio redditur neque Ciceronis disputatio continuatur, sed interponitur a diuersa parte Epicuri sententia, qua is se expedire conabatur. De re uid. ad I, 63. Poterant subtilius a Cicerone explicari hæ notiones gradus et summæ earumque uis. Tractauerat iam Aristoteles.

†*nec diuturnitatem quidem*) Quom abesset uolgo *nec*, merito offendebat *quidem*, quoniam in hac simplici negatione sic insigniri diuturnitatis nomen non poterat; itaque Lbinus particulam illam omisit. Addidit *nec* Gzius ex Erl., Spir., Bas., Gud. 1 (modo ne in his duobus itidem errauerit, ut de ed. Crat., quam appellat; sed adcedit ad illos Ox. E); uerum ne sic quidem caussa ulla perspicitur illius particulæ hic positæ, ac potius manifestius fit uitium; nullus enim reperietur locus, in quo priori membro diiunctionis negatiuæ additum sit *quidem*. Ac præterea aliud est uitium orationis; qui enim sic loquitur: *nego nec — nec*, is duas res æqualis diligenter diiungit negando; hic una st sententia; ea primum sic posita: *nihil ad beate uiuendum diuturnitas temporis adfert*, amplificatur hac explicatione: *nec minor uoluptas percipitur &c.* Hæc isto modo distrahi non possunt (cfr. I, 63 et ipsa Epicuri uerba, quæ ibi posui). Itaque in mentem uenit scribere: *negat Epicurus, ne diuturnitatem quidem &c.*, ut huic alterum illud adiungatur. Sed præterquam quod non plane apertus est gradus ille orationis, qui significari debet particulis *ne — quidem*, offendit etiam, in quo nemo hæsit, pronomen *aliquid* sic positum in sententia generaliter negante, ut ad ipsam negationem pertineat; nam hæc adfirmatio: *diuturnitas adfert aliquid*, negando tollitur (*negat, diuturnitatem quicquam adferre*). Hoc ego quomodo excusem, non reperio. Itaque locum notaui.

poris ad beate uiuendum aliquid adferre, nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis, quam si illa sit sempiterna. · 88. Haec dicuntur inconstantissume. Quom enim, summum bonum in uoluptate ponat, negat, infinito tempore aetatis uoluptatem fieri maiorem quam finito atque modico. Qui bonum omne in uirtute ponit, is potest dicere, perfici beatam uitam perfectione uirtutis; negat enim, summo bono adferre incrementum diem; qui autem uoluptate uitam ecfici beatam putabit, qui sibi conueniet, si negabit uoluptatem crescere longinquitate? Igitur ne dolorem quidem. An dolor longissumus

88. Hæc) *Nec* E perfici) *perspici* E perfici — perfectione) *beatam perfectione effici uitam* (om. *uirtutis?*) L summo) *in summo* MC conueniet) *is conu.* LPMCROr. *conueniret* E negabit) *negabat* E

88. *finito atque modico)* ὡρισμένον Epicurus dicebat. *Ac modico* Spir. et Gud. 1.

perfici beatam uitam perfectione uirtutis) hoc est, quom uirtus perfecta sit, statim perfectam esse beatam uitam nec temporis spatio egere. Sed paullo breuius *uirtutis perfectionem* dixit, quom proprie Stoicorum sententia uirtus non perficiatur, quippe quæ gradus non habeat, sed ipsa posita sit in perfectione naturæ et rationis (τελειώσει, Diog. Laërt. VII, 89, Cic. de Legg. I, 25; cfr. infra V, 38). Hæsit Bremius.

qui sibi conueniet) Is, quod addebatur, excludit etiam Spir. In Gud. 1 erat *is sibi*.

Igitur ne dolorem quidem) Accusatiuos postulare uidetur, ut audiatur *crescere dicet*, durius ex superiore *negabit*; ad sententiam aptius erit, si hoc ipse Cicero adiunget et sequi ostendet: *Igitur ne dolor quidem (crescet)*. Neque aliter Cicero intellegi hæc uoluit, sed accusatiuom adcommodauit ad casum eius substantiui, cui hoc contrarium st. Fit id sæpius apud Latinos, ut in respondendo et adiungendo adtractione quadam contra sententiæ rationem superioris orationis obliquæ grammaticam formam sequantur, subiectum accusatiuo casu ponentes, ut I N. D. 82: *Quid igitur censes? Apim illum nonne deum uideri Ægyptiis? tam hercle, quam tibi illam nostram Sospitam*, id est: *tam hercle uidetur, quam tibi illa nostra Sospita.* Eodem modo durissume apud Terentium Hecyr. II, 3, 5, quom Sostrata dixisset: *ita animum induxerunt, socrus omnis esse iniquas*, addit: *haut pol me quidem.*

quisque miserrumus, uoluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? Quid est igitur, cur ita semper deum Epicurus beatum appellet et aeternum? Dempta enim

Epicurus beat. app.) *app. Epic. beat.* LPMCR *beat. Ep. app.* Or.

Debuit: *haut pol ego quidem;* nam ipsa adfirmat, non, quid alii de se sentiant, dicit. Similiter, sed paullo lenius, Cicero Legg. I, 52: *Postremo, si propter alias res uirtus expetitur, melius esse aliquid quam uirtutem, necesse st.* Quærit iam, quid sit illud; debuit igitur dicere: *pecuniane igitur* (melior est)? sed, quasi audiatur: *necesse st esse*, dixit: *Pecuniamne igitur? an honores? an formam?* Liuius quoque se inplicauit hac orationis structura, V, 35: *Hanc gentem — Romam uenisse conperio; id parum certum st, solamne an — adiutam*, id est, *solane an — adiuta uenerit.* Uolebant enim Latini eandem breuitatem consequi, quam nos consequimur, uerbo ex superioribus audito; atqui sic eodem modo, hoc est, infinito, animo occurrebat eundemque casum trahebat.

An dolor longissumus quisque miserrumus &c.) Goerenzi in hoc loco errorem et dubitationem sustuli adulescens in Emendatt. Tullianis p. 43; uid. ad I, 5. Lbinus post *quisque* addidit *est*, quod post adiectiuom poni debuit; sed durius etiam uerbum omittitur in priore membro huiusmodi interrogationis connexæ V, 91.

cur ita semper &c.) Gzius et Otto coniungunt *ita semper*, uertuntque *so unaufhörlich;* conparant οὕτως ἀεί, quod ubi sic positum legerint, ut solent, non dicunt. Adsentitur tamen Handius (Tursell. III p. 490). Sed *semper* respuit aduerbium gradum notans. *Ita* demonstrationem habet huiusmodi: *ita, ut facit*; itaque proxume adnectitur superiori particulæ interrogatiuæ, nec multo aliter dicitur *cur ita* atque *quid ita*, ubi significat: *warum denn*, quom sic de caussa rei quæritur, ut hæc particula modalis uehementiorem eͤfficiat interrogandi uim; quod genus in integris sententiis Liuius frequentauit (nam *quid ita?* absolute Cicero quoque sæpe dixit); exempla posuit Handius p. 496, quibus addi potest XXVIII, 43, 12. Tum Gzius tamquam ex Erl. et Spir. edidit: *deum beatum Epicurus appellet*, errans, ut ex Erl. adparet. Antea edebatur, ut in nostris deterioribus. Recte adiectiuis coniunctis unum interponitur uerbum; uid. epist. mea ad Orell. p. 51. Deum Epicurus μακάριον καὶ ἄφθαρτον appellare solebat. Diog. X, 123; cfr. X, 139.

aeternitate, nihilo beatior Iuppiter quam Epicurus; uterque enim summo bono fruitur, id est, uoluptate. — At enim hic etiam dolore. — At eum nihili facit. Ait enim se, si uratur, quam hoc suaue! dicturum. 89. Qua

bono fruitur) *fr. b.* L eum) *enim* LC nihili) *nihil* ELMR se, si) *sese* LMCR [*se*] *si* Or. uratur) *iratum* MR *ita tum* L *iuratum* C

Dempta enim æternitate) Non ualde perspicue nec firmiter Cicero argumentatur. Sic enim concludit, Epicurum, quom semper *beatum* appellet deum, præcipui ei aliquid ad beatitudinem (*εὐδαιμονίαν*) tribuere uideri; id non ecfici, nisi uis aliqua in hac re tribuatur æternitati. Atqui respondere poterat Epicurus, se beatum deum dicere, quod beatus esset, non quod sapiente beato beatior, et uti ipsa Stoicorum, quorum telis Cicero se instruxit, auctoritate, Chrysippi saltem; uid. Stob. Eclog. Eth. p. 199 Heer. Et ferebatur interdum in eam partem; nam *ἔλεγε ἑτοίμως ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ* (Stob. Florileg. Tit. XVII, 30 p. 158 Gesn., Ælian. Uar. Hist. IV, 13). Itaque hic exitus intercludendus ei erat, quom ostenderetur, eum interdum aperte confiteri, præstantiorem esse *εὐδαιμονίαν* dei quam hominis, ut Diogenes significat X, 121 (uid. ad. I, 62); aut, si hoc fieri nequibat, potius ex altera parte urgendus erat, ut quæreretur, cur ita semper æternum deum appellaret, quom æternitas nihil adderet, quo præstantior esset.

At enim hic etiam dolore) Non dicitur *frui dolore*; sed in contrariis membris ex priore uerbo speciali (quod in meliorem partem uergit) in alterum membrum latenter infertur ea significatio, quæ in contrariam (malam) partem sub eandem communem notionem (capiendi) cadit, nota figura, quæ tamen plerumque minus perspicue describitur. Recte Dau. conparat X ad Attic. 41: *fortuna, qua illi florentissuma, nos duriore conflictati uidemur.* Uid. Ramshorn. p. 1021 et quos ille citat. Durissume Liuius in conparatione post *quam* ex præcedente *obesse* audiri uoluit *prodesse* XLV, 20, 9 et 24, 8.

Ait enim se, si uratur) in Phalaridis tauro; hoc enim additur II Tusc. 17 (Senec. Ep. 76, 17, Lactant. III, 27, 5). Græce hoc dictum non extat, etsi summa sententiæ st apud Diogen. X, 118; cfr. infra V, 80. In uerbis: *se, si uratur* similiter, ac mei, aberrant alii codd. deteriores (E *sese iuraturum*, *χψ sese iratum*). Inde Crat. et Uict. *si uratur se.* Sed quod Gzius *se* ab Erl. et Sp.

igitur re a deo uincitur, si aeternitate non uincitur? In qua quid est boni praeter summam uoluptatem et eam sempiternam? Quid ergo adtinet gloriose loqui, nisi constanter loquare? In uoluptate corporis (addam, si uis, animi, dum ea ipsa, ut uoltis, sit e corpore) situm st uiuere beate. Quid? istam uoluptatem perpetuam quis potest praestare sapienti? Nam quibus rebus ecficiuntur uoluptates, eae non sunt in potestate sapientis. Non enim in ipsa sapientia positum st beatum esse, sed in iis rebus, quas sapientia conparat ad uoluptatem. Totum autem id externum, et quod externum, id in casu

89. in qua) *in quo* Or. loquare) *loqui* E In uolupt.) *uol.* P e corpore) *quod et corpore* LMC *quod et in corp.* PR eæ) *hee* E *hæ* (PC)Or. sunt in potest.) *sunt in pot. sunt* E(?) *in pot. sunt* Or. iis) *his* L externum) *extremum* EPC (bis)

abesse narrat, id mihi adnotatum non est, nec credo. Cfr. ad V, 31.

89. *In qua quid est boni*) Concluso, ut dixi, æternitate beatiorem deum ecfici, ostendit æternitatem ipsam nihil aliud adferre, nisi ut sempiterna sit uoluptas, hoc est, longioris temporis; ita sequi, ut temporis magnum sit in beata uita momentum. Paullo minus diligenter dixit, in æternitate inesse *summam uoluptatem et eam sempiternam;* neque enim ipsam uoluptatem æternitas adferebat, sed eius, si adesset, sempiternitatem; sed quom hoc uocabulum in usu non esset, illo altero modo locutus est. Adparet, praue omnis inde ab Ernestio, Walkero auctore et Dauisio suasore, scripsisse: *in quo*, qua mutatione inanis ecficitur repetitio eius, quod dictum iam st (*Dempta* &c.). Uidendum etiam erat, id bonum, quo deus fruatur, rectene *in deo esse* diceretur.

sit e corpore) Sic, ut primus Dau. edidit, etiam Spir. et uidetur fuisse in Pal. 1, quem Gruterus scribit habere tantum: *sit et corpore.* Edebatur enim: *quod et in corp.* (ut in PR) et sic Pal. 3; ceteri Pall., Mead., Par. 2, χψ, Gud. 1, Bas. *quod et corpore*; Eξ *quod est in corpore;* Gud. 2 *quod in corpore* (? De χψ errat Gzius). Mox *non sunt in pot.* naturali uerborum ordine omnes ante Gzium, qui ex Erl. et Spir. mutauit. Erlangensis saltem testimonium ambiguum st. De extrema huius capitis sententia dictum st ad I, 63.

st. Ita fit beatae uitae domina fortuna, quam Epicurus ait exiguam interuenire sapienti.

XXVIII. 90. Age, inquies, ista parua sunt. Sapientem locupletat ipsa natura, cuius diuitias Epicurus parabilis esse docuit. — Haec bene dicuntur, nec ego repugno; sed inter sese ipsa pugnant. Negat enim, tenuissumo uictu, id est, contemptissumis escis et potionibus, minorem uoluptatem percipi quam rebus exquisitissumis ad epulandum. Huic ego, si negaret quicquam interesse ad beate uiuendum, quali uteretur uictu, concederem; laudarem etiam; uerum enim diceret; idque Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Sed qui, ad uoluptatem omnia referens, uiuit ut Gallo-

interuenire) *obuenire* L 90. Epicurus) add. *ipse* C Hæc) *nec* E pugnant) *repugnant* EC id est) *idem* E uteretur) *utetur* L idque) *id quod* R

Cap. XXVIII, 90. *Epicurus parabilis esse docuit*) *Ipse* post *Epicurus* per Manutianam edit. propagatum ad ceteras est; sustulit Dau., auctoribus utens Par. 1, 2, El. utroque, Mead. Adcedunt Oxx. et Gzi omnes. De sententia uid. ad I, 46. Paullo post in *enim* (post *Negat*) hærebat Dauisius, non intellegens, ut ait, cuius rei ratio redderetur. Explicatur repugnantia illa; nec tamen ea explicatio hac sententia absoluitur, sed incipitur; uid. ad I, 18. Epicurus apud Diogen. X, 130: *οἱ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν προσφέρουσιν, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν κατ' ἔνδειαν ἐξαιρεθῇ· καὶ μᾶζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκροτάτην ἀποδίδωσιν ἡδονὴν, ἐπειδὰν ἐνδέων τις αὐτὰ προσφέρηται.* Alia in eandem sententiam ab Epicuro dicta habet Stobæus Floril. p. 158, 159 Gesn., tit. XVII. Ante *tenuissumo* Lbinus addebat *e*, ut § 96 *ex ante memoria*, non ferens ablatiuom laxius cum instrumenti significatione adiunctum.

cibi condimentum esse famem &c.) Xenoph. Memorab. I, 3, 5 et 5, 5. De Gallonio uid. ad § 24; de L. Pisone, qui *Frugi* cognomen adeptus est uitæ continentia, testimonia conlecta sunt in indicibus et onomasticis. (Mendum cod. Erl. admonet, ut idem mendum tollam ex Asconi commentario in Pisonianam p. 119, ubi scribitur: *ut ipso recenti reditu*, uitiose abundante pronomine, pro: *ut Piso recenti reditu.*) Mox *enim*, quod inter *nec* et *cum* interponebatur, omittit etiam Spir. et cd. Marsi. Non caussa additur, sed absoluitur iudicium.

nius, loquitur ut Frugi ille Piso, non audio, nec eum, quod sentiat, dicere existumo. **91.** Naturalis diuitias dixit parabilis esse, quod paruo esset natura contenta. Certe, nisi uoluptatem tanti aestumaretis. Non minor, inquit, uoluptas percipitur ex uilissumis rebus quam ex pretiosissumis. Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. Qui enim uoluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem maenae non anteponere; cui uero in uoluptate summum bonum st, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda, eaque dicenda optuma, quae sunt suauissuma. **92.** Uerum esto; consequatur summas uoluptates non modo paruo, sed per me nihilo, si potest; sit uoluptas non minor in nasturtio illo, quo uesci Persas esse solitos scribit Xenophon,

loquitur) om. PL Piso) *ipse* E eum) *enim eum* PMCR [*enim*] *eum* Or. quod) om. E *quid* M 91. ex uiliss.) *tam ex uil.* LMPCR ne) om. E Qui — anteponere) Non. p. 550 (*uoluptates ipsas*) iis) *eis* Non. *his* L se) om. L sunt) *sint* MR suauissuma) *firmissima* E 92. esto) *isto modo* LMPCR per me) *ferme* LMPCR

91. *ex uilissumis rebus*) *tam*, quod ante *ex* addebatur, sustulit Lbinus, deinde Gruterus auctoritatem Pal. 1 addidit. Dau. et Gzius tacent. Erat *tam* in EUχψ.

acipenserem mænæ non anteponere) Mire aberrantes quidam non tolli uoluerunt, sententiam euertentes. Qui uoluptatem ipsam contemnunt, ii possunt dicere, se acipenserem mænæ non anteponere, non quo non sentiant, meliorem acipenseris esse saporem, sed quod saporem non curant (ut Lælius § 24); qui uoluptatem sequitur, is si acipenserem mænæ non anteponit, ostendit, se palatum non habere; nam, si meliorem saporem sentiret, præferre uoluptatis caussa debebat. Mox *sint* Mars., Crat., Uict., C. C. C., Mead., EU, Gziani præter Erl. et Spir.

92. *Uerum esto; consequatur*) *Esto* coniectura præceperat P. Manutius; confirmant Pal. 1, El. 2, Spir., mgo Crat., cod. Mor. Ceteri *isto modo*, nisi quod Lbinus, nescio qua fide, tradit in suis omnibus codd. esse *isto* sine *modo*. Tum *per me* Gruterus e Pal. 1 restituit; confirmat etiam Spir. Dau. tacet. (Eξ *firme*).

scribit Xenophon) Cyropæd. I, 2, 8, quem locum Cicero adtingit etiam Tuscul. V, 99, ubi plura Dauisius conlegit; de mensis

quam in Syracusanis mensis, quae a Platone grauiter uituperantur; sit, inquam, tam facilis, quam uoltis, conparatio uoluptatis; quid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt, ut in iis beata uita, si modo dolor summum malum st, esse non possit. Ipse enim Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere uerbis: Quom corpus bene constitutum sit et sit exploratum, ita futurum. An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo se habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperum? Dolor igitur, id est, summum

in iis) *in his* ELPMOr. alter) *aliter quam* LPMCR sese) *se h'* E uesperum) *uesperam* LMPCR id est) *est* E

Syracusanis Plato, qui Ciceroni uidebatur, Epist. VII p. 326 B, quem locum Cicero interpretatus est Tusc. V, 100.

describit his fere uerbis) Usus hac definitione erat ἐν τῷ περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, e quo libro ipsa uerba Græca habet Clemens Alex. II Strom. p. 498: Ἀγαθὸν ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα. Metrodoro tribuit Cicero in Tusculanis quoque II, 17 et V, 27. Ceteri fere tamquam communem scholæ Epicureæ summi boni et beatæ uitæ definitionem ponunt, ut Plutarchus (Non posse suauiter &c. c. 4 p. 1089 D): τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην χαρὰν καὶ βεβαιοτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις. Alia citat Dauisius ad Tusc. locum priorem, quibus addi potest Plut. Præcept. de sanit. c. 22 p. 135 C. Paullo ante *pæne alter*, quod in Crat. margine adnotatur, primus, opinor, edidit P. Marsus, deinde Manutius et ceteri deinceps tacite, nisi quod Oxx. ξχψ ostendunt deteriorum codicum conspirationem. (Cod. Mor. *aliter Epicurus.*)

quomodo sese habiturum sit corpus) Pal. 1 *quomodo se hæc hab.* Potest ex hoc et Erl. in mentem uenire, scribendum esse: *quomodo se hoc habiturum sit corpus*, id est, hoc, quod uidemus, quale sit. Sed tamen neque illa significatio aptissuma uidetur neque ordo uerborum commodus.

ad uesperum) Sic etiam Spir. et præterea C. C. C. (de ξ tacetur,) et χ, ut sæpe Cicero; in Cat. tamen II, 6 codices, quantum scitur, *uesperam* retinent. Mox pro *id est* (de quo uid. ad § 6) tantum *est* habent etiam Spir. et Gud. 2, mendose; et sæpissume erratur in hoc conpendio. Paullo post, ubi st: *qui potest igi-*

malum, metuetur semper, etiam si non aderit; iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare in beata uita summi mali metus? 93. Traditur, inquit, ab Epicuro ratio neglegendi doloris. Iam id ipsum absur-

93. inquit) *enim* E id ipsum) *ad ipsum* E *ipsum ceteri*, Or.

tur, Bremius *autem* pro *igitur* scribi malebat; neque enim hanc conclusionem esse. Sed sæpe extremam partem argumenti sic illa particula notamus, ut simul conclusionem latere significetur, ut hic: Itaque tollitur isto modo beata uita.

93. *Iam id ipsum*) Hoc, quod Ernestius coniectura inuenerat, manifesto mihi significari uidebatur Erlangensis codicis scriptura. (Neque eam Gzius neque de ceteris quicquam adnotauit.) *Ipse* num pro eo, quod est *is ipse*, a Cicerone et ceteris optumis scriptoribus poneretur, a multis quæsitum st (Gronouio et Drak. ad Liu. V, 43, Wopkensio Lectt Tull. p. 292, Handio ibd. p. 391, Gzio ad Cic. Legg. II, 5, 12 et ad h. l., Ottone ad h. l.), quorum fere nemo satis certis finibus quæstionem terminauit, nonnulli grauissume errarunt. Nam iis exemplis utuntur, in quibus quom nulla omnino sit caussa personæ reiue satis iam definitæ pronomine (*is*) demonstrandæ, tantum ipsa persona uel res significatur, contraria eis, quæ adiuncta sint. Quis enim, quom de homine eo, de quo agi iam constat, sic loquor: *ipse dixit* (non pro eo alius) aut: *quæram ex ipso* (non ex alio de eo), omissum putat *is* aut *eo*, quamquam noster sermo pronomen illud ponit, quod numquam subiecti nota carere potest? aut quis non sentit, peruerti sæpe sententiam, si de noto subiecto et quod ipsum sponte animis loquentium et audientium occurrat, illud pronomen addatur, quod subiectum ex superiore oratione demonstret? Et tamen citantur in hac quæstione huiusmodi loci: Fin. II, 82: *ipsis non satis*, et V, 2: *ipsum uidentur in conspectu meo ponere*, et ibd. 89: *in ipsa enim parum magna uis est*, (sententia intercidat, si dicas: *in ea ipsa*, quasi non *ipsa uitis* et, *quæ extra eam sint*, contraria ponantur, sed ea discernatur et demonstretur,) pro Cael. 33 (*ex ipsa quæram*), de Orat. I, 28 (*ipsa aquula*). Ne illud quidem ad hanc quæstionem pertinet, quod Acad. II, 84 dicitur: *ipse erit, qui tibi uidetur*, quemadmodum apud comicos dicitur: *ipsus est.* Illud quæritur, quom *ipse* adiungatur ad necessariam personæ reiue notationem, quod aut ea persona uel res non ex orationis cohærentia intellegatur, sed nunc circumlocutione et sententia relatiua definiatur, aut significetur, in hac persona uel re id, quod dicatur,

dum, maxumum malum neglegi. Sed quae tandem ista

memorabile uideri, possitne tam pronomen personæ reiue index, in quod orationis et uocis pondus incumbere uideatur, omitti et solum *ipse* poni. Id sequente sententia relatiua, in qua *ipse* ita innititur, ut *ipse, qui audit* sit *αὐτὸς ὁ ἀκούων*, facilius fieri potest, et factum esse exempla declarant, ut illud libr. I, 13: *ab ipsis, qui eam disciplinam probant;* similia hæc sunt: De inuent. I, 82: *de ipso, qui iudicarit*, de Orat. I, 250: *ipsi, quorum negotium st*, ibd. II, 60: *ipsi, qui scripserunt*, 208: *ipsis, qui audiunt*, 344: *ipsis, qui eas in se habent*, ibd. III, 168: *pro ipsis, in quibus illa sunt* (sic etiam Iul. Uict. p. 252 Orell.), Orat. 134: *ex ipsis, quæ supra dicta sunt* (sic meliores codices, deteriores: *ex his, quæ*, Oroll. e Lbini coniectura: *ex iis ipsis, quæ*) ibd. 180: *ipsi, qui adfirment* (codd. interpolati *ipsi illi, qui*, quod non recepit Orellius, qui altero loco coniecturam secutus erat); Diuinat. in Cæc. 13: (*ipse, cui maxume hæc res obstat*), de R. P. I, 47: *sed ea dant magis* (hoc uocabulum delendum puto) *quæ, etiamsi nolint, danda sint et quæ ipsi non habent, unde alii petunt* (hoc est: *quæ ipsi illi non habent, a quibus alii petunt;* nihil hic mendi st). Non utor eo, quod I de Orat. 87 legitur: *ut et ipsis, apud quos ageret &c.*, quoniam ibi *ipsis* prorsus alienum st; scribendum st enim: *ut et ipse iis, apud quos ageret, talis — uideretur;* huic, quod de *ipso* dicitur, contrarium st: *et uti eorum, qui audirent, sic adficerentur animi &c.* Ex aliis scriptoribus hæc addo: Cæs. B. C. III, 20: *ipsis, ad quorum commodum pertinebat*, et Senec. de Ira I, 16, 12: *nihil præter ipsum, de quo agitur*, et de Benef. IV, 17, 2: *ipsis, quæ inpotentissume facit* (apud Liu. XXXIII, 16 e Bamb. cod. editur nunc: *iis, qui conuenerant*, pro: *ipsis, qui conuenerant*). Hæc igitur mihi dubia non uidentur, illud neque per se probabile neque exemplorum constantia satis confirmatum, Ciceronem II Legg. 12 potuisse dicere: *estne ob ipsum habenda nullo loco*, quom significaret: *ob id ipsum, ob eam ipsam caussam.* Huic hi loci adduntur: Ad Fam. VI, 19: *si modo ipsum sciet;* ad Attic. X, 14, 3: *et ipsum* (id ipsum, quod dictum erat) *fore et, quæ iam fiant, non esse leuiora*; ibd. XII, 14, 3: *quamquam ipsum doleo;* de Diuin. II, 119: *animum Zeno quasi labi putat atque concidere et ipsum esse dormire*, in quibus omnibus et quanta insolentia sit, infinito numero contrariorum exemplorum repugnans, adparet, et quam facile *id* excidere potuerit, demonstrant, quæ e Liui codicibus congessit Drakenborchius. II Acad. 109 *si ipsum* et codices et edi-

ratio st?' Maxumus dolor, inquit, breuis est. Primum quid tu dicis breue? deinde dolorem quem maxumum? Quid enim? Summus dolor pluris dies manere non potest! Uide, ne etiam mensis! Nisi forte eum dicis, qui simulatque adripuit, interficit. Quis istum dolorem timet? Illum mallem leuares, quo optumum atque humanissumum uirum, Cn. Octauium, M. F., familiarem meum, confici uidi, nec uero semel nec ad breue tempus, sed et saepe plane et diu. Quos ille, di inmortales! quom omnes artus ardere uiderentur, cruciatus perferebat! Nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus uidebatur. At miser, si in flagitiosa atque uitiosa uita adflueret uoluptatibus.

XXIX. 94. Quod autem magnum dolorem bre-

quem) *tam* LMPCR Nisi) *ne* E simulatque) *si simulatque* E interficit) *interfecit* E et sæpe) *etiam sæpe* E et diu) om. P *diu* E ille, di inmortales) *di imm. ille* LMCR *o uos dii immort.* P flagitiosa atque uitiosa) *uit. et flag.* LMPCROr.

tiones respuunt et sententia, quæ postulat: *si quicquam* (omnino); ad Fam. IV, 13, 2 quod legitur (*ut ipsum, quod maneam in uita, peccare me existumem*), uideri potest ita defendendum esse, ut *quod maneam* relatiuæ sententiæ uicem expleat. De Legg. II, 31 sanumne sit *et ipsa*, dubito; *ea ipsa* intellegi, sententia uetat. Liui codices duobus tantum locis in hanc formam consentiunt: V, 43, 4 (*per ipsos dies*) et XXI, 55 (*ad ipsum locati*). Additur Flor. IV, 10, 4: *quom fidem ipso fecisset* (eo ipso, quod Latine salutarat).

Maxumus dolor &c.) Uid. I, 40 et quæ ibi adnotata sunt. Mox *dolorem quem maxumum*, quod Manutius coniectura reppererat, dederunt Pal. 1, El. 2, nec *tam* notatur ex ξχ. Gzius tacet.

Cn. Octauius) is, qui consul fuit a. 76 a. Ch. n. et a Sallustio homo mitis, captus pedibus, appellatur; uid. Orelli Onomast. Tull. Paullo post *ille, di inm.*, etiam Spir.; editum hoc est a Crat. (non a Marso), tum a Grut., Ernestio, ceteris. Alter ordo erat in Gud. utroque; Bas. *Di inm. quos ille*. Tum *uitiosa et flagitiosa* omnes ediderunt; Gzius in omnibus suis ait esse: *flagitiosa et uitiosa*; sine dubio in Spir. erat, quod ex Erl. edidi et fortasse in Gud 2. Eξ om. *et flag*.

uem, longinquom leuem dicitis, id non intellego, quale sit. Uideo enim et magnos et eosdem bene longinquos dolores; quorum alia toleratio st uerior, qua uti uos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis. Fortitudinis quaedam praecepta sunt ac paene leges, quae ecfeminari uirum uetant in dolore. Quamobrem turpe putandum st, non dico dolere (nam id quidem st interdum necesse,) sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetaeo funestare,

Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus
Resonando mutum flebilis uoces refert.

94. leuem) add. *esse* PCR et magnos) *magnos* P quorum) *quænam* LMCR *quæ nostra* P toleratio) *ratio* L dolere) *dolore* ER questu) *et questu* PLC mutum) *mutu* E *multum* L

Cap. XXIX, 94. *leuem dicitis*) Sic etiam Spir. Ante Gzium omnes *leuem esse dic.* Ante *longinquos* Man. et Lbinus om. *bene.*

quorum alia toleratio) Sic Gruterus e Pal. 1; confirmant etiam Spir. et mgo Crat. Cod. Mor. *quæ non alia tol.* Ut nostri deteriores, Oxx. Eξχψ, Gud. uterque, Bas. et sine dubio relicui Pall. et Dauisiani (El. 2?), editiones, quantum uideo, ante Crat. Hic et ceteri ante Gruterum: *quædam alia.* Deinde cod. Urs. et Mead., ut L, *ratio.* Dauisius scribi uolebat *tolerandi ratio*, quod ipsum ita significat *toleratio,* ut simul inclinet in significationem *potestatis tolerandi,* quam adtigi in Emendatt. Tull. p. 89. Sic etiam Seneca de Benef. IV, 39: *Pecuniæ etiam male creditæ exactio st,* hoc est, exigi ea potest.

sed saxum illud Lemnium &c.) Eodem Philoctetæ exemplo Cicero utitur in Tusculan. II, 33, dolorem non satis uiriliter nec ex uirtutis præceptis ferentis. Uersus ex Atti, ut uidetur, Philocteta sumpti ibi quoque ponuntur, adiectis initio ex superiore uersu his uerbis: *in tecto humido* (sic enim recte emendare uidentur, quod codices habent, *lecto*). Hic Cicero pro eo *saxum* subiecit.

mutum flebilis uoces refert) Sic (Spir. *mutu*) codices non solum boni (Pal. 1), sed etiam deteriores fere omnes (Pall. præter duos, Dauisiani Mead., El. uterque, Oxx., Gziani), estque elegans et a tragicæ orationis subtilitate minume abhorrens figura in illo *mutum uoces refert,* quom circumloquendo describatur echo; alioquin satis erat *resonat.* Nam qui *resonando mutum* iunxerunt, ut esset *dumpf widerhallend*, neque artificium orationis perspexerunt et significationem uocis fingunt. In Tusculanarum codice eo, ex quo

Huic Epicurus †præcentet, si potest, cui

præcentet) *competenter et* LPMCR *comparet se* Or.

nostri orti sunt, mendose scriptum erat *multum*, ut hic pauci quidam editores (uelut Lambinianarum curatores, Gruterus inuitus) scripserunt. *Multum* siue ad *resonando* referas, ineptum st (neque enim, quam multum resonet, quæritur), siue ad *flebilis*, frigidum et superfluum.

Huic Epicurus †præcentet, si) In loco corrupto, cuius certa emendatio reperta non est, posui, quod in Erl. erat; e Spir. Gzius enotauit *protentet*. Deteriores aliorum, ut nostri (Pall. præter 1, "fere" Dauisiani, Oxx., Gud. uterque, Bas., edd. ueteres plures, postrema Uictoriana. Ubi Gzius uiderit adnotatum *compenter et* aut *competentur*, nescio). Adparet, quom uocabulum depranatum in cod. archetypo esset, id aut ipsum aut fere ipsum conseruatum esse in Erl. et Spir., in deteriorum codicum principe in uocem Latinæ formæ, etsi inferioris ætatis, mutatum esse; uestigia eadem aliquatenus extant (in litteris *petente*). Eo minus auctoritatis hic habet Pal. 1, in quo Gruterus ait modo scriptum esse: *Huic Epicurus et si potest.* (De cod. Mor. nihil traditur.) Ex interpolato illo *competenter et* nescio quis editor fecit *conparet se et*, quod Orellius repperit in edit. Uen. a. 1480. Deinde, quom ferri non posset *et*, alii coniecerunt scribendum: *etsi qui potest?* quæ coniectura in mgine Crat. adnotata st; illud *qui* Dau. tradit in El. 2 (uoluit opinor 1) fuisse; Ursinus e suo cod. profert: *comparet si quid potest.* Alii *et* delerunt, eaque scriptura (*conparet se, si potest*), quæ st apud Marsum et Crat., inde a Manutio ab omnibus propagata st ante Gzium. Interpretatur Orellius, emendatoris sententiam sane melius percipiens quam Bremius: "in Philoctetæ locum se paullisper cogitatione transferat," etsi id Latine sic dici nequit. Uerum uniuersi loci formæ hæc repugnat sententia, quam etiam paullo post intulerunt interpolando. Nam Cicero Epicurum non ipsum inducit doloribus oppressum et sic experimentum suæ doctrinæ capientem, sed postulat ab eo, ut aliis dolentibus opem ferat (98: *Illum mallem leuares* et 95: *Moriatur, inquit;* uox est Epicuri Philoctetæ medicinam, quam potest, adferentis, non sibi). Cfr. Tusc. III, 44 in simillumo loco: *Huic subuenire debemus; quærit enim auxilium.* Itaque sub illo *præcentet* huiusmodi latet uerbum, quale st *subueniat*, aut duabus uocibus eadem significatio comprehensa. Quod Gzius, Rathio suadente, proxume ad Pal. 1 edidit: *Huic Epicurus, si potest*, deleuit id, quo deprehenditur uendum illius codicis corruptam uocem prætermittentis (et for-

— uiperino morsu uenae uiscerum
Ueneno imbutae tetros cruciatus cient!

Sic Epicurus: Philocteta!.si grauis dolor, breuis. — At iam decimum annum in spelunca iacet. — Si longus, leuis; dat enim interualla et relaxat. **95.** — Primum non saepe, deinde quae st ista relaxatio, quom et praeteriti doloris memoria recens est et futuri atque inpendentis torquet timor? — Moriatur, inquit. — Fortasse id optumum, sed ubi illud: Plus semper uoluptatis? Si enim

Sic) *sit* LMPROr. si — breuis) *breuis dolor leuis* E 95. quom) *quæ* E et præter.) *præter.* MR ubi) om. P

tasse spatium uacuum erat); deinde neque *dicat* omitti potest, neque Cicero ab Epicuro, ut dicat aliquid, postulat; nec sane tum opus erat adiecta condicione: *si potest.* Pronomen *cui* uolgo sequenti uersui adiungitur; uidetur esse Ciceronis uersus ad suam orationem adcommodantis. Otto denique edidit: *Huic Epicurus comparetur, si potest,* quod scriba ad marginem cod. Guelf. adnotarat.

Sic Epicurus: Philocteta!) Uocatiuom esse *Philocteta* et cum irrisione induci Epicurum Philoctetam adloquentem et præcepta sua ei ingerentem, ipsa uocabuli forma admonere editores debuit; nam nominatiuo casu Cicero non magis dixit *Philocteta* quam *Oresta* aut *Thyesta* aut *Scytha* (*Scythes* Tusc. V, 90) aut *Abderita* (*Abderites* Brut. 30, N. D. I, 63), sed uocatiuo (*Æeta, Thyesta* Tusc. III, 26), ut ablatiuo, barbaro casu (de Orat. III, 128 de *Protagora Abderita, Æeta* III N. D. 48, *de Philocteta* III Orat. 141 et de Fat. 36). Recte *Philoctetes* legitur de Fat. 37, praue ibd. *Philocteta*, quod Manutium et Lambinum non fugit. Grammatici nostri hæc parum distinxerunt. Atque hanc adlocutionis figuram a totius loci forma flagitari, dixi superiore adnotatione. Senserat Schuetzius, sed licenter, ut solebat, scripsit: *Dicat Epicurus: Philocteta &c.* Ego posui, quod in Erl. et ed. pr. erat, Gzius autem e Gud. 2 et Bas. et ed. Uen. 1491 profert: *Sic Epicurus* (loquitur). Ipse fecerat: *Sic Epicurus Philoctetæ*, et sic enarrat: "tali condicione quom sit, quali eum hi uersus fingunt." A ceteris editum st: *Sit Epicurus Philocteta: Si &c.*, quod, ut possit eam habere sententiam, quæ subicitur: "cogitet se Epicurus Philoctetam esse," quam sit ea praua, dictum iam st.

95. *Moriatur, inquit*) uid. ad I, 49 et de iis, quæ secuntur (*Plus semper uoluptatis*), ad I, 62.

ita st, uide, ne facinus facias, quom mori suadeas. Potius ergo illa dicantur, turpe esse, uiri non esse debilitari dolore, frangi, succumbere. Nam ista uostra: Si grauis, breuis, si longus, leuis, dictata sunt. Uirtutis, magnitudinis animi, patientiae, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet.

XXX. 96. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus, ut intellegas, facta eius cum dictis discrepare: *Epicurus Hermarcho S. Quom ageremus*, in-

facinus facias) *facias facinus* E   uiri non esse) *uiri* P *uiro* MR *iure* C *uiris* L   dolore) *dolere* L   96. ne) *me* L   ut intellegas) *et intellige* PLMCR Or.   Hermarcho) *Hermacho* (co) PLMR *Hermes* C

turpe esse, uiri non esse) Sic etiam mgo Crat. et cod. Io. Fr. Gronoui; nam Lallemandi regium non numero. Dau. adnotat, in El. 2 legi *uiri non esse*, omisso *turpe esse*. Deteriores, non intellecta figura orationis, in qua gradatio st, omisso *non esse*, partim *uiri* retinuerunt, ut P, partim substituerunt *uiro*, ut, tacente Grutero, Oxx. Dauisioque de ceteris suis, ante Gzium edebatur, qui omnia turbans narrat, in Pal. 1 (at Gruterus *οὐδὲ γρῦ*), Erl. (e quo mihi singulæ litteræ ita notatæ sunt, ut edidi), Spir. esse: *turpe, uiri non esse*, in relicuis suis omnibus scribi *uiri*. Itaque *turpe esse* deleuit et secutus est Otto. Spirensis cum Erlangensi consentiebat; deteriores eius codices, fieri potest, ut idem habuerint, quod P.

dictata sunt) præceptoris, quæ pueriliter sine ulla ui decantantur; uid. lexic.

ut intellegas) Sic etiam Pal. 1, Spir. ediditque Dauisius; non iubet intellegere, sed audire, ut intellegat, id est, prædicit, si audierit, intellecturum. Itaque poterat etiam dicere: *audi — Epicurus*; *intelleges* (siue: *iam intelleges*). Sic enim Cicero solet inperatiuo uerbum futuri temporis sine copula subicere; quod Oxx. E𝔤 habent: *audi — et intelleges*, Senecæ st, ut exposui in disputatione de Ciceronis libris de legg. emendandis (Haun. 1836) p. 27.

96. *Epicurus Hermarcho S.*) Diogen. Laërt. X, 22: *Ἤδη δὲ τελευτῶν γράφει πρὸς Ἰδομενέα τήνδε ἐπιστολήν: Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευταίαν* (sic recte Dauisius; libri *τελευτῶντες*) *ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί. στραγγουρία τε παρηκολούθει* (sic Gzius recte, etsi fortasse casu; edd. *παρηκολουθήκει*) *καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. ἀντιπαρε-*

quit, *uitae beatum et eundem supremum diem*, *scribebamus haec. Tanti autem aderant uesicae et torminum morbi, ut nihil ad eorum magnitudinem posset adcedere.*

Tanti) *ne tanti* E aderant — morbi) om. *aderant* E *morbi aderant uesicæ et uiscerum* LPMCR posset) *possit* LPMCR

τάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. Σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου παραστάσεως (*περιστάσεως*, quod Huebnerus restituit, non uidetur huius loci esse) *πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν ἐπιμελοῦ τῶν παίδων Μητροδώρου.* Quod ibi Idomeneo epistola scripta dicitur, Menagius ad utrumque datam putat, ego, quoniam eam habet formam, ut communiter et quasi in orbem ad omnis Epicuri amicos data uideri possit, pluribus præscriptionibus circumlatam apud posteriores puto, quom alia atque alia singulorum nomina præponerentur. Extabant etiam Epicuri epistulæ ad Hermarchum, quibus Leontium commendabat (Athen. XIII, 588 B). Quod autem nonnemini salutatio apud Ciceronem subditicia uisa st, neque omnino cuiquam scribæ eam addere in mentem uenire poterat, et, si uenisset in mentem, quod Græcum exemplar nosset, idem nomen posuisset. Uerum non tam docti homines hos libros olim interpolarunt. Hermarchi (Mitylenæi, qui Epicuro in schola successit, uid. Diog. X, 15, 17. 24 et 25) nomen, quom et hic et infra 101 et in libro 1 de N. D. 93 et Acad. II, 97 et apud Diogenem, Athenæum, Senecam (ep. 6, 33, 52) *Hermachus* scriberetur, e monumentis Herculanensibus (subscriptione statuæ et libro Philodemi *περὶ ῥητορικῆς*, uid. Antichita di Ercolano uol. V tab. 17 et p. 71) ueram formam restituendam esse monuit Uilloisonius Anecd. Græc. Tom. II p. 159, quem Gzius secutus est. Confirmant eam hic Erl. et confirmarent fortasse alii boni, si recte inspecti essent, infra autem Erl. et Spir. (hic *Hermarci*), in libris de N. D. optumi quique codd. (B *Hermarchus*, ACE *Hermarcus*). Idem mendum erat in alio homine in orat. de harusp. resp. 34. Eandem epistulam Epicuri Cicero significat Cicero Tusc. II, 45 et V, 88.

aderant — morbi) Sic prorsus Pal. 1 et cod. Morel. Ordinem hunc uerborum Gzius ait in suis omnibus esse præter Gud. 2; non ualde credo, quoniam non animaduertit in Erl. *aderant* abesse. *Torminum* etiam Spir., mgo Crat. et ediderat Uictorius. Recte negat Gzius *uiscera*, quæ proprie illa intelleguntur, quæ supra abdomen sunt, apte nominari, quom *δυσεντερικὰ πάθη* significentur; ea enim ad *intestina* pertinent. Offensioni fuit coniunctio genitiuorum inæqualis, *uesicæ*, quæ pars est corporis dolore correpta, et

Miserum hominem! Si dolor summum malum st, dici aliter non potest. Sed audiamus ipsum: *Conpensabatur*, inquit, *tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inuentorumque nostrorum. Sed tu, ut dignum st tua erga me et erga philosophiam uoluntate ab adulescentulo suscepta, fac, ut Metrodori tueare liberos.* **97.** Non ego iam Epaminondae, non Leonidae mortem huius morti antepono; quorum alter

Miserum) *Ecce mis.* LPMCR [*Ecce*] *mis.* Or. Conpensabatur) *compensabat* EC inquit, tamen) *tamen inquit* C est) om. P et erga) om. E adulescentulo) *adolescente* C *adolescentia* R fac ut) *fac* L 97. non Leonidæ — apud) transp. inter *uideret* et *ut primum* (scriptum *se ut primum*) MPR

torminum, quæ ipsa st doloris species, ut explicandi et definiendi uim genitiuos habeat; (uid. Epist. nostra ad Orell. p. 79, Matth. ad or. Catil. II § 24, ad or. pro Mur. § 28); sed eiusdem generis alia posui ad I, 51; in hoc ipso uocabulo commode Gzius conparat, quod apud Plinium legitur H. N. XXXII, 11: *contra torminum ac uesicæ et calculorum mala.* Mox *possit*, quod temporum consecutionem postulare, Lbinus aliique intellexerant, Gzius ait in omnibus suis præter Gud. 2 esse. Erat etiam in Eξ.

Miserum hominem) Quod a librario ad accusatiuom, qui in exclamando ponitur, explicandum additum erat in codicum deteriorum principe, *ecce*, recte omittunt etiam Pal. 1 et Spir. Paruit Palatino Dauisius. Recte Zumptius ad Uerr. p. 173 adnotat, *ecce* cum accusatiuo a Cicerone non poni. Sed præterea omnes hæc sic interpunxerunt: (*Ecce*) *miserum hominem, si dolor summum malum st. Dici* &c. Condicio non exclamationi, sed iudicio adiungenda erat.

inquit, *tamen*) Sic etiam omnes Gzi codd. et uett. fere edd. (Mars., Crat., Uict.). Alter ordo ex ed. pr. in Manutianam et deinceps in ceteras uenit.

memoria rationum inuentorumque) Non potuit uno uocabulo exprimere uim τοῦ διαλογισμοῦ, quo uocabulo Epicurus lubenter usus esse uidetur de rebus quærendis et disserendo explicandis, ut in definitione philosophiæ apud Sext. Emp. XI, 169.

Fac, *ut Metrodori tueare liberos*) Eosdem Epicurus amicis commendauit testamento (Diog. Laërt. X, 19, 21). Paullo ante *ab adulescentia*, quod est fere in edd. uett. ante Uictorium et Man. (Crat., Mars.), in Gud. 2 esse dicitur; Pall. omnes et Oxx. recte.

quom uicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse graui uolnere exanimari se uideret, ut primum dispexit, quaesiuit, saluosne esset clipeus. Quom saluom esse flentes sui respondissent, rogauit, essentne fusi hostes. Quom id quoque, ut cupiebat, audiuisset, euelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam. Ita multo sanguine profuso, in laetitia et uictoria st mortuus. Leonidas autem, rex Lacedaemoniorum, se in Thermopylis trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, quom esset proposita aut fuga turpis aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Praeclarae mortes sunt inperatoriae; philosophi autem in suis lectulis plerumque moriuntur. Refert tamen, quomodo. *Beatus* sibi uidetur esse moriens. Magna laus. *Conpensabatur*, inquit, *cum summis doloribus lae-*

atque) *simulatque* MCR *simulque* (P) dispexit) *desp.* omnes. Quom id) *cumque id* PMCR profuso) *perfuso* L et uictoria) *et in uict.* PMROr. quomodo) *quod* LPMCROr. Beatus) om. omnes, Or. uidetur) *uidebatur* E moriens) *morienti* omnes, Or.

97. *atque ipse*) Sic in quattuor suis Gzius esse scribit, nescio satisne fideliter; de "Crat. et pluribus ueteribus inpressis" errat; sed sufficit Erl. Pro *simulatque* (sic etiam Oxx.), quod et sententiæ et grammaticæ (*uideret*) repugnabat, Manutius tacite dedit *simulque*, quod usque ad Gzium propagatum st. Transpositio eadem, quæ in tribus nostris, erat in Ox. χ. *Dispexit* (non *despexit*) tres Gzi; Erl. V, 41 rectum seruat. Mox *quom id quoque* Gzius ex suis omnibus præter Gud. 2. Edebatur tacite: *quomque id quoque*. Deinde *et uictoria* (om. *in*) etiam Spir.

Refert tamen quomodo. Beatus — Magna laus!) Editum st ab omnibus, Lbino excepto: *Refert tamen, quod sibi uidetur esse morienti magna laus.* Quæ uerba primum quomodo cum superioribus cohærerent, nemo ostendit, neque quid sibi nellet illa conparatio inperatoriarum mortium et philosophorum in suis lectulis morientium, nisi aliquid ad eam adiungeretur. Deinde multo minus ipsa probabiliter quisquam enarrauit. Et Lbinus quidem, Dauisius, Ernestius, Bremius, non plene perspecta neque exposita dilucide difficultate, satis infeliciter uerba corrigere conati sunt; Gzius intellegere sibi uidetur; *refert* enim uolt esse *exponit*; *sibi* pro *ipsi* poni; itaque hæc efficiuntur: *exponit aliquid, quod uide-*

titia. 98. Audio equidem philosophi uocem, Epicure.

98. philosophi) *summi philos.* R

tur ei magna laus; dicit enim &c. Atqui *referre* apud Latinos neque *exponere* significat neque *dicere* (ut ceteri præter Bremium intellegunt); ne pro eo quidem, quod est *narrare*, ante Liuium positum reperitur; (apud Ciceronem et Cæsarem nuntii et legati et speculatores, quæ cognouerunt, referre ad aliquem dicuntur, simili que sensu Lucretius I, 75 Epicurum dicit, quom cælum mente peragrarit, inde hominibus uictorem referre (cognitum, tamquam spolium), quid possit oriri &c. Ea etiam, quæ e contraria parte alicui obiciuntur, *referri alicui* Cicero dicit, pro Cæc. 84 et 85, pro Quinct. 44). Deinde nulla sequitur expositio, sed uox aliqua et dictum. Cetera nescio quomodo Gzius intellexerit; sed si hoc dici uoluit, eam expositionem (quæ nulla st) magnæ laudi Epicuro fuisse, non dicitur Latine: *quod est magna laus* (pro: *magnæ laudi* aut *quæ st magna laus*); nam de *sibi* nihil dicam; etsi nulla hic talis sententiarum permutatio st, qualem ibi esse, ubi *se* pro eo, quod est *is*, positum reperitur, ostendi in Opusc. Acad. p. 189. Sed cur, melioribus e certissumo fonte prolatis, hæc refello? nisi ut ostendam, qualis nugas Gzius ceteris probarit. *Quomodo* habent etiam Pal. 1 et Spir., ex eiusque uocis conpendio ortum esse *quo* (El. 1) et *quod*, ostendi supra ad § 58. Laudatis Leonida et Epaminonda, præclaras Cicero esse ait mortis inperatorias, philosophos fere in suis lectulis mori; nec tamen eorum mortis gloria carere; referre enim (*interesse*), quomodo moriantur. Hæc plana sunt. (*Refert* esse *interest*, unus senserat Bremius; sed in relicuis prorsus aberrauit.) Iam quæ secuntur, eo pertinent necessario, ut ostendatur, moriendi modo Epicurum non minorem quam illos laudem adeptum esse. Et iudicium quidem ipsum continetur nominatiuo illo: *Magna laus* pro sententia posito (uid. ad § 68), post quem a uerbo *inquit* idem recurrit orationis, ut ita dicam, orbis, quom primum Epicuri factum (dictum) declaretur (*Conpensabatur, inquit* &c), deinde de eo iudicetur (*Audio equidem* &c). Itaque in illis: *Sibi uidetur morienti* inesse debet significatio eius, in quo posita sit magna illa Epicuri laus, idque ex ea epistula, ad quam hæc omnis disputatio refertur, sumptum esse. Sed pro *morienti* codex Pal. 1 *moriens*; idemque Uictorius e suo cod. enotauit. Adparet, et aliquid deesse et quid desit; ita enim de se moriens Epicurus et suo statu iudicabat, ut is ipso animi habitus et iudicium gloriosum esset: *Beatus sibi uidetur esse moriens*; nam *beatum* et eundem *supremum* diem se agere dixerat. Potest aliquo modo ferri *mo-*

Sed quid tibi dicendum sit, oblitus es. Primum enim, si uera sunt ea, quorum recordatione te gaudere dicis, hoc est, si uera sunt tua scripta et inuenta, gaudere non potes. Nihil enim iam habes, quod ad corpus referas; est autem a te semper dictum, nec gaudere quemquam nisi propter corpus nec dolere. Praeteritis, inquit, gaudeo. Quibusnam praeteritis? si ad corpus pertinentibus, rationes tuas te uideo conpensare cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarum uoluptatum; sin autem ad animum, falsum st, quod negas animi ullum esse gaudium, quod non referatur ad corpus. Cur deinde Metrodori liberos commendas? quid *ex* isto egregio tuo officio et tanta fide (sic enim existumo) ad corpus refers?

XXXI. 99. Huc et illuc, Torquate, uos uersetis licet; nihil in hac praeclara epistula scriptum ab Epi-

quemquam) *quicquam* E sin) *si* (P)MCR ex) om. omnes. egregio tuo) *t. egr.* LPMCR 99. epistula scriptum) *script. ep.* E

rienti; nam et sibi morienti beatus uidebatur; sed tamen multo aptior nominatiuos, ut de se moriente iudicet. De uerbis in codice archetypo omissis uid. prolegg. Gud. 2 habet: *quod sibi morienti uidetur esse magna laus*, cod. E *quod si morienti* uid. e. *m. l.* Editorum coniecturæ eo magis omittendæ sunt, quom, initio sententiæ (*refert tamen, quomodo*) non recte constituto, nihil in relicuis expediri potuerit.

98. *nec gaudere quemquam*) Gziani præter Gud. 2 *quicquam* (credo de Spir., non de Gud. 1 et Bas.), unde is coicit *quemquam quicquam*, non inprobabiliter; sed tam neglegenter in Erl. syllabæ a *qu* incipientes permutantur, ut confidi nequeat; etsi non memini *quic* et *quem* permutari. Tum *sin autem* etiam Spir. Ante Gzium erat *si*, nisi quod Lbinus *sin*.

Cur deinde) Ox. ξ *denique*; itaque Gzius scribendum putat: *Quom denique — commendas, quid* &c. Uerum *deinde* refertur ad illa: *primum enim, si uera sunt ea* &c., nec in altero membro *denique* sic poni potest, ut ad *primum* referatur.

ex isto egregio tuo) Præpositio abest ab omnibus codd. (Pall., Dauisianis, Oxx.). Addidit, opinor, Manutius; nam Marsus, Crat., Uict. non habent. Ablatiuos nudus poni hic nequit; *ex* an *in* (quom tam officiose agis) addendum fuerit, dubitari potest.

curo congruens et conueniens decretis eius reperietis. Ita redarguitur ipse a sese, conuincunturque scripta eius probitate ipsius ac moribus. Nam ista commendatio puerorum, memoria et caritas amicitiae, summorum officiorum in extremo spiritu conseruatio indicat, innatam esse homini probitatem gratuitam, non inuitatam uoluptatibus nec praemiorum mercedibus euocatam. Quod enim testimonium maius quaerimus, quae honesta et

eius) *suis* L redarguitur) *redarguetur* ELPMR conuincunturque) *uincunturque* EOr. *uenceuntque* ceteri. commendatio) *commendatione* PL inuitatam) *mutatam* PR *mutuatam* MLC nec) *non* C maius) *magis* LP

Cap. XXX, 99. *Ita redarguitur*) In hac generali conclusione necessario præsenti tempore Cicero utitur, flagitatque id sequens *conuincunturque*. Tamen non dubito, quin in nostrorum codicum principe fuerit *redarguetur*; nam sic etiam Uξχ. Ortum st ex *reperietis*.

conuincunturque) Codices optumi (Pal. 1, Spir., mgo Crat., El. 2, Eξ, etiam Mead. et ed. Marsi) *uincuntur*, quod a Dauisio restitutum Gzius et Orellius tenuerunt. Nam *uenire* dici Epicuri scripta et ad legendum commendari probitate eius et moribus, quo sensu apud Horatium (Ep. II, 1, 75) uersus unus et alter totum poëma ducere et uendere dicitur, et ineptum st ad sententiam (quis enim post aliquot secula propter Epicuri mores sibi ignotos scripta eius legebat?) et ad ea, quæ secuntur, nihil pertinet et omnino ab eo, de quo agitur, alienissumum st. Sed nec *uincuntur* rectum st; nam persona aut res *ab* alia uinci aliqua re dicitur, aut res aliqua ea re uinci et obscurari, quacum in certamen uenire potest, ut uirtus uitio; scripta probitate hominis uinci non recte dicuntur. Deinde, quod caput est, quæ adiciuntur (*Nam ista* &c.), ostendunt, hoc Ciceronem dicere, ipsa illa probitate uitæ Epicuri redargui sententias eius; adparere enim, aliis rebus ad agendum homines natura inpelli, quum quibus eos Epicurus inpelli dicat. Itaque uerissume Dauisius *conuincuntur* scribi uoluit, eadem prorsus sententia, qua § 81 dicitur: *Ita enim uiuont quidam, ut eorum uita refellatur oratio.* (Cod. Morel. *uæneantur*.)

non inuitatam) Sic primus Uictorius et deinde Lbinus. Confirmant mgo Crat., Pal. 1, 3, 6, Par. 2, El. uterque, C. C. C. (Oxx. Uψ *mutuatam*, Gzius tacet).

recta sint, ipsa esse optabilia per sese, quom uideamus tanta officia morientis? **100.** Sed ut epistulam laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere uerbis interpretatus sum, quamquam ea cum summa eius philosophia nullo modo congruebat, sic eiusdem testamentum non solum a philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. Scripsit enim et multis saepe uerbis et breuiter aperteque in eo libro, quem modo nominaui, *mortem nihil ad nos pertinere*; *quod*

sint) *sunt* MR om. LP tanta) *tanta esse* LMCROr. 100. quam) om. C ea) *ei* E summa) *sententia* LMR philosophia) *philosophi* LPMCR nullo modo) *nequaquam* L testamentum) *testimonium* C a) om. omnes. et multis) *multis et* E breuiter) *licenter* E aperteque) *apteque* EPMCROr. modo nom.) *nomin. modo* P quod enim) *quid enim* E

recta sint) *Sunt* etiam χ, Gud. 1, Bas., soloece in hac infinita significatione orationi obliquæ inplicata; peius Gzius Gud. 2 sequens uerbum deleuit in relatiua sententia. Tum *tanta officia* rectissume Uictorius et deinde Gruterus e Pal. 1, quem Dauisius tacite sequitur. Significat enim: quom tam officiosas actiones morientis uideamus; contra, quom sic dicitur: *tanta sunt officia morientis*, propter uerbum *sunt* intellegere cogimur: der Sterbende hat so grosse Pflichten. Erat *esse* in Oxx., Gzius e quattuor suis se id restituisse ait; dubito de Spir.

100. *summa eius philosophia*) Quom ederetur: *sententia eius philosophi*, Uict. et deinde Grut. e Pal. 1 scripserunt *summa*, idemque notatur pro *sententia* in mgine Crat. Gzius ex Erl. et Spir. etiam *philosophia* restituit. Simile st *summa respublica*; contra *summa philosophi alicuius* uix recte dicitur. Paullo post *a* exciderat in archetypo (Oxx. EUξφ, Gzi codd., edd. ante Manut.).

breuiter aperteque) Recte emendator codicis Leidensis; in ceteris omissa erat conpendi nota (*apte*). Minume *apte* Epicurum dixisse, ipse Cicero ostendere conatur; sed sine ambagibus et inuolucris sententiam aperuerat.

in eo libro, quem modo nominaui) § 20; nam in dialogo *nox modo* recte refertur ad id, quod eodem sermone dictum st, etsi plura interiecta postea sunt. Ipsam secundam sententiam Græce ascripsi ad I, 40. Quid Cicero reprehendat, discimus e Gellio II, 8, et simul intellegimus, has quoque minutas reprehensiones Ciceronem fere a Græcis transtulisse. Nam ibi Plutarchus, quem

enim dissolutum sit, id esse sine sensu; quod autem sine sensu sit, id nihil ad nos pertinere omnino. Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit. Nam quod ita positum st: *Quod dissolutum sit, id esse sine sensu*, id eiusmodi st, ut non satis plane dicat, quid sit dissolutum. 101. Sed tamen intellego, quid uelit. Quaero autem, quid sit, quod, quom dissolutione, id est, morte sensus omnis extinguatur, et quom relicui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos, tam adcurate tamque diligenter caueat et sanciat, *ut Amynomachus et Timocrates, heredes sui, de Hermarchi sententia dent, quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione; itemque omnibus mensibus uicesumo die lunae dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint,*

ad nos pert. omnino) *omn. ad nos pert.* LMCR quod ita) *quid ita* E eiusmodi) *huiusmodi* C 101. quom) om. E extinguatur) *extinguitur* C sanciat) *sanctitat* E *sentiat* R Amynomachus) *Antinomachus* LMPCR de) *ad* E Hermarchi) *Hermachi* L *Hermadii* PMR *Hermie* C Gamelione) *ganidipne* PMCR eorum epulas) *ep. eor.* L una secum) *sec. una* C sint) *sunt* E

ipsum hoc a uetustioribus sumpsisse adparet, Epicurum reprehendisse dicitur, quod in hoc syllogismo non in prima parte posuisset: ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Non igitur notionem dissolutionis explicari debuisse Cicero dicit, (*quid sit esse dissolutum*), ut interpretes reddiderunt et editores intellegere uidentur, sed addendum fuisse, illud, quod dissolutum dicatur, esse animum et corpus morte seiunctum. Frigida cauillatio iure Gellio uidetur. Tum ordo uerborum a Gzio correctus est etiam e Spir. et Gud. 1, et erat sic in ed. Crat. Uolgo, ut in nostris quattuor; Dau. tacite: *nihil ad nos omnino pertinere.* Uox *omnino* sic in extremum locum reicitur III N. D. 69 (*non adhibere omnino*), Acad. II, 48 et alibi.

101. *caueat et sanciat*) in testamento, apud Diog. X, 18. Amynomachi nomen in Oxx. codd. similiter corruptum st atque in nostris deterioribus. *Ad* pro *de* etiam Spir. Sed *ad sententiam alicuius* nusquam dicitur. Lunaris Atheniensium mensis et dierum a noua luna progressum Cicero significauit (*lunae*), quod hinc dignitas quædam et proprietas adcedebat τῇ εἰκάδι. Iis, quæ de his feriis uicesumæ lunæ conlegit Menagius ad Diog., addendum Philodemi epigramma apud Iacobsium in Antholog. II p. 79.

ut et sui et Metrodori memoria colatur. **102.** Haec ego non possum dicere non esse hominis quamuis et belli et humani; sapientis uero nullo modo, physici praesertim, quem se ille esse uolt, putare ullum esse cuiusquam diem natalem. Quid? idemne potest esse dies saepius, qui semel fuit? Certe non potest. An eiusdemmodi? Ne id quidem, nisi multa annorum intercesserint milia, ut

102. quamuis) om. PMCR physici) *philosophici* LP esse uolt, putare) *uelt putari* LMCR (*putari* etiam E) idemne) *uerene* LPMCR eiusdemmodi) *eiusmodi* C nisi) *nisi cum* LMCR *cum* P ut) *et* C

102. *quamuis et belli &c.)* *Quamuis* habet iam Cratander, tum Uictorius, e Pal. 1 Grut., ex El. 2 Dau. Adcedit Spir.

quem se ille esse uolt) *esse* omittunt etiam apud Dau. El. 1, Par. 2, C. C. C. (ξ non notatur) Oxx. χψ, Bas. ueteresque edd. ante Manut. Sed quom omnes codd. (saltem Dauisiani praeter El. 1, Oxx. Eχψ, Gziani) habeant *putari*, id mendum effecit, ut *esse* in deterioribus codd. deleretur (*quem se ille uolt putari*); retinent id "quattuor optumi" Gzi. Posse dici: *quem se ille uolt*, non nego, nec mutabo, quod a codicibus confirmatur V, 13: *physicum se uolt.* Cfr. Tusc. V, 66, ubi optumi quique codd. consentiunt, Off. II, 78, Philipp. V, 6, Topic. § 78 (*qualis se ipsi uelint*), de opt. gen. orat. § 15 (*qui se Atticos uolunt*). Quod Klotzius ad Tusc. V, 66 idem genus loquendi esse ait, quom dicamus: *saluom se uolt*, genere idem st; specie lenius uideri poterat id, in quo adiectiuom esset, nisi exempla alterum quoque tuerentur.

idemne) Sic Dau. ex El. 2 (cod. I. Fr. Gron. *itemne*); adcedunt mgo Crat. et Spir., postulatque descensus in uerbis *an eiusdemmodi.* In Gud. 1, Bas., ed. Marsi Gzius ait esse: *uerene idemne;* Marsus saltem *uere idemne.* Cur diiunctionem in particula *an* (tamquam optio detur aduersario, utrum dicat) Bremius non tulerit et *at* scribi maluerit, non intellego.

nisi multa) Sic etiam Pal. 1, Spir. ediditque Dauisius. Secutus sum codices meliores, quod non solum temporis definitioni, ante quod eiusdemmodi dies esse non possit, (etsi ea adcuratior est forma), sed etiam condicioni uniuerse declaratæ locus esse uidetur; neque hæc orationis forma necessario significat, dubitari, futurumne id aliquando sit. Cfr. ad § 71. Ceterum adparet, significari magnum illum annum siue mundanum, quem ueteres quidam, præeunte Platone (Tim. p. 39 D, Cic. de Uniu. c. 9) commenti erant, XII milia nongentos quinquaginta quattuor annos

omnium siderum eodem, unde profecta sint, fiat ad unum tempus reuersio. Nullus est igitur cuiusquam dies natalis. — At habetur. — Et ego scilicet id nesciebam! Sed ut sit, etiamne post mortem coletur? idque testamento cauebit is, qui nobis quasi oraculum ediderit, nihil post mortem ad nos pertinere? Haec non erant eius, qui innumerabilis mundos infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragranisset. Numquid tale Democritus? Ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum secutus est. 103. Quod

Nullus) *Nullius* E At) *Et* E nobis) *uobis* E post mortem) transp. post nos R, post *pertinere* (P) mente) *quam mente non* L Numquid) *Numquod* E Ut) om. E 103. Quod) *quid* E

solaris conplectentem, qui tum ecfici putabatur, quom solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se conparationem (id est, ad eandem inter se locorum et interuallorum rationem) confectis omnium spatiis esset facta conuersio; (Cic. N. D. II, 51; add. fragm. Hortensi apud scriptorem dialogi de orat. c. 12 et somn. Scipion. § 24 Or. Aliorum scriptorum locos Lindenbrogius ad Censorin. c. 18 conlegit). *Ad unum tempus est: uno et eodem temporis puncto.*

scilicet id nesciebam) Cur igitur, o bone, tantis physicae doctrinae ambagibus Epicurum ad communem morem et opinionem se adcommodantem inpugnas, ac non id agis paucis, quod agendum st, de uanitate hominis?

qui nobis) Manutius et deinceps alii aliquot (Grut.) tacite *uobis* scripserunt; alterum Dauisius e tribus Par., Ball., Mead. (Eξγψ), Gaius e "trinis" suis restituerunt. Codicum exigua in hac re momentum st. Sed Cicero Epicurum irridens commodius sic loquitur, tamquam hoc ille oraculum omni hominum generi ediderit, ad quos id pertinere nolebat. (*Post mort. ad nos pert.* Gzi omnes. Ut R, fere edd. ante Grut., hic tacite: *nihil ad n. pert. p. mort.*)

mente peragrauisset) Opinor, Ciceroni obuersatum aut Graeci scriptoris locum similem Lucretiani in libr. I u. 73 sqq. (*Ergo uiuida uis animi peruicit et extra Processit longe flammantia moenia mundi, Atque omne inmensum peragrauit mente animoque*) aut hunc ipsum Lucretianum, quem legerat (ad Qu. Fr. II, 11, 4).

103. *Quod si dies notandus fuit, eumne potius*) Plane memo-

si dies notandus fuit, eumne potius, quo natus, an eum, quo sapiens factus est? Non potuit, inquies, fieri sapiens, nisi natus esset. Isto modo ne si auia quidem

Isto) *Et isto* omnes, Or. auia) *anima* LMCR

rabile exemplum hoc est orationis sic structæ, ut posterior pars non ad eam, quæ præcesserit, formam sed ad aliam idem alio modo significantem adcommodetur; nam ex illo *notandus fuit* sumitur *notari oportuit.* Similiter Cicero dixit in Lælio 74, ubi ex gerundiuo non eiusdem uerbi infinitiuos, sed sola significatio uerbi *oportet* ad alium infinitiuom auditur: *Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisque et ingeniis et ætatibus iudicandæ sunt, nec, si qui incunte ætate uenandi aut pilæ studiosi fuerunt, eos habere necessarios* (oportet), *quos tum eodem studio præditos dilexerunt.* Eadem ratione hæc Quinctilianus scripsit IV, 5, 20: *Quædam interim nos et inuitis litigatoribus simulandum est dicere,* (*quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem,*) *nonnumquam quasi interpellemur ab iis, subsistere* (oportet); *sæpe auertenda ad ipsos oratio* &c. (Nam *subsistere nos* non simulamus, sed uere subsistentes simulamus nos interpellari.) Similiter Græci interdum, posito suo illo gerundiuo (in τέον), in altero membro infinitiuom ponunt, tamquam præcedat δεῖ; uid. (quos Klotzius ad Læl. citauit) Plat. Crit. p. 51 C ibique Buttmannus, Gorg. p. 492 D ibique Heindorfius et quæ Struuius in Seebodi et Friedemanni Miscell. Crit. II, 2 p. 238 e Luciano et aliis protulit. (Nec tamen sic defenditur Æschinis locus adu. Timarch. p. 1 Steph.; nam ibi post commune uerbum φυλακτέον inducitur partitio (τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς — ὑμῖν δέ), ut nouo uerbo omnino locus non sit; et præterea infinitiuom omnino respuit datiuos ὑμῖν.)

Isto modo) Recte *et*, quod præponebatur, Man. et Lbinus sustulerunt; neque enim in hac refutatione, quom demonstratur, quid cum aliqua re coniunctum sit, aut copulatiuæ particulæ locus est aut quicquam uerbis *isto modo* præponi potest; cfr. § 23: *isto modo ne inprobos quidem, si essent boni uiri.* Ne quis *et* defendat ex usu particularum *et quidem* in adiungenda refutatione (uid. ad I, 35), eæ in negatiua adiunctione sic transeunt in *ne — quidem,* ut numquam retineatur *et*, nedum sic ab *ne — quidem* separetur. Sed omnino pro illa adiunctione hic substituitur demonstratio (*isto modo*). (*Anima* pro *auia*, excepto Marso, fere edd. ante Uict., χψ; *auia* mgo Crat.) Mox in graui conprehensione et conclusione (*Res tota*) non admodum desideratur *est*, quod fuerunt,

eius nata non esset. Res tota, Torquate, non doctorum hominum, uelle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis. Quos quidem dies quemadmodum agatis, et in quantam hominum facetorum urbanitatem incurratis, non dico; nihil opus est litibus; tantum dico, magis fuisse uostrum, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cauere, ut ageretur.

XXXII. 104. Sed ut ad propositum reuertamur, (de dolore enim quom diceremus, ad istam epistulam delati sumus,) nunc totum illud concludi sic licet: Qui in summo malo st, is tum, quom in eo st, non est beatus; sapiens autem semper beatus est, et est aliquando in dolore; non est igitur summum malum dolor. Iam illud quale tandem st, bona praeterita non ecfluere sapienti, mala meminisse non oportere? Primum in nostrane potestate st, quid meminerimus? Themistocles quidem, quom ei Simonides an quis alius artem memo-

facetorum) *facetosam* PMCR incurratis) *incurrat* E fuisse) om. E uostrum) *uerum* P agere) *agi* R illius) *illam* LPMR *illum* C 104. reuertamur) om. E delati) *dilati* E istum) *iste* omnes. est igitur) *igitur* L quid) *quod* E an) *aut* LPMCR

qui addi uellent. *Facetorum* mgo Crat., Man , Lbinus, Grut., Dau. tacite (Spir. *factorum*; ceteri Gziani, Eψ *facetosam*, χ *factiosam*). De re nihil alibi tradi memini.

magis fuisse uostrum &c.) *uerum* Par. 1, 3 Dau., Gud. 2, ed. Cict., *agi* Bas. et Gud. 1, *illam* (pro *illius*) aut *illa* Pall. præter 1 et 6, *illam* Par. 1, 3, *illum* El. et, Marso excepto, edd. ante Gruterum.

Cap. XXXII, 104. *Sed ut ad propositum &c.*) *Reuertamur* omittit etiam Pal. 1; non puto sic post *ut* abesse posse. Deinde *totum id* "tres optumi" Gzi; non Erl. quidem. *Is tum, quom* edidit Lbinus (de Marso non credo silentio), tum e Pal. 1 (*istum*) Gruterus; mendosus etiam Spir.

Simonides an quis alius) Sic iam Crat., Man., tum e Pal. 1 Grut. Accedit etiam Spir. Exempla Ciceroniana huius generis conlegit Handius Tursell. I p. 300 (ad Fam. VII, 9, ad Attic. I, 8, 2, II, 7, 3, VII, 1 extr.), idemque aliorum antiquorum exempla posuit p. 302, sed sine caussa hæc in duas species distraxit; nec ex diiunctiua interrogatione hæc forma orta st, ut is putat (*du-*

riae polliceretur, Obliuionis, inquit, mallem. Nam memini etiam, quae nolo, obliuisci non possum, quae uolo. **105.** Magno hic ingenio; sed res se tamen sic habet, ut nimis inperiosi philosophi sit, uetare meminisse. Uide, ne ista sint Manliana uostra, aut maiora etiam, si inpe-

105. Uide) *Uides* LMO sint) om. P (*sint tota* L) uostra) *nostra* LPMR

bium, Simonides an quis), sed quom oratio declaratiue de uno coepta st (*quom ei Simonides polliceretur*), subsequens dubitatio adnectitur interrogando (*an quis:* oder war es vielleicht). Ea interrogatio sensim obscurata transiit in simplicem dubitationis significationem. Quod legitur de R. P. II, 28 (*an certe Pythagoreum*), iure dubium Handio uisum st; nam et *certe* ab hac forma abhorret, et inducitur in interrogando falsa diiunctio; nec ibi ulla st declaratio, cui dubitatio adnectatur. Quod est de R. P. I, 18: *uno an altero spatio,* Handius p. 302 uindicat conparato Ouid. Fast. II, 394; residet scrupulus, quod et sæpe *unus aut alter* Cicero et alii dixerunt et hæc dubitandi forma ad illam parui numeri significationem parum apta uidetur. Recte Handius p. 308 addit Brut. 89 (*paucis, antequam mortuus est, diebus an mensibus*), sed addere debebat etiam ad Attic. XI, 6; nam quod ipse defendit sequiturque Orellius: *an euntem? an iam in Asia?* Cicero scribere non potuit, qui numquam dixerit: *quæro an.* Et frustra interpungendo obscuratur aperta diiunctio, si auditur, ut illi uolunt, *quære* (*utrum euntem, an iam in Asia*). De loco, quem in ep. ad Att. II, 6 huic similem Handius putat, non minus grauiter errat quam ceteri; uerum st enim, quod omnibus litteris habent codices (nisi quod *quin* pro *qui*): *qui* (quippe qui) *etiam dubitem, an hic Anti considam.* Epistulam Cicero scripsit in Antiati; itaque dicit animum suum interdum eo inclinare (*dubito, an*), ut *hic Anti* considat, in quietissumo municipio. Ut ad rem redeamus, etiam II de Orat. 299 et 351 sic Cicero loquitur, ut adpareat, in hac de Themistocle fama non certam sedem habuisse Simonidis, ipsius artis inuentoris, nomen. Cfr. Acad. II, 2.

105. *ne ista sint Manliana uostra*) Quom et præcederet *inperiosi* et sequeretur *si inperes*, poterat Cicero hæc sic uniuerse eloqui, nullo addito substantiuo. *Nostra* etiam Oxx. quattuor. De Manlianis inperiis, quæ in prouerbio erant, uid. Liu. IV, 29, VIII, 7; cfr., quæ ad § 60 dixi. Pro *uide* ceteri quoque deteriores codd. (Oxx. omnes et Bas.) *uides.* Paullo ante Gud. 2 *se res tamen,* Gud.

res, quod facere non possim. Quid? si etiam iucunda memoria st praeteritorum malorum? ut prouerbia nonnulla ueriora sint quam uostra dogmata. Uolgo enim dicitur: Iucundi acti labores; nec male Euripides (concludam, si potero, Latine; Graecum enim hunc uersum nostis omnes):

Suauis laborum st praeteritorum memoria.

Sed ad bona praeterita redeamus. Quae si a uobis talia dicerentur, qualibus C. Marius uti poterat, ut expulsus, egens, in palude demersus, tropaeorum recordatione leuaret dolorem suum, audirem et plane probarem. Nec enim absolui beata uita sapientis neque ad exitum perduci poterit, si prima quaeque bene ab eo consulta at-

possim) *possum* E quid) *quod* C Iucundi) *Iucunde* omnes. nostis) om. E laborum st) *est laborum* LPMCR (*laborum memor. est præt.* E) qualibus) *qualis* C C.) *grauis* E palude) *paludem* L

1 et Bas. *res tamen se*, Oxx. E§ om *se*. Paullo post etiam Pal. 1 et quattuor alii Pall., Uχψ *iucunde*.

concludam) numeris, ut Horatius *concludere uersum* dixit. Quom *nostis omnes* Cicero dixit, oblitus uidetur, quot sermoni interesse finxisset; nam ut intellegatur: *uos omnes Epicurei*, quemadmodum Gzius uolt, fieri non potest, quom, cur illi uersum suæ sententiæ plane contrarium præter ceteros memoria retinerent, nulla caussa fuerit. Uersus est ex Andromeda: Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων, de quo Bremius Gatakeri Aduers. Miscell. p. 513 sqq. conferri iubet. *Suauis laborum st*, recto uersu, iam Crat., deinde Grut. e Pal. 1; adcedit cod. Moreli. (Gzius tacet.)

prima quæque) ita ut, quodcunque, priore dempto, ipsum primum factum sit, continuo ipsum quoque obruatur, id est, aliud super aliud continuo ordine et, ut nos loquimur, unum post alterum. Proprium et usitatum genus loquendi mire ignorarunt multi, ut editores recentiores librorum de N. D. præter Orellium, hic post paucos uersus Dauisius et Gzius, nec pauca, quæ in lexicis ponuntur, exempla recte explicantur (a Schellero p. 8463 ima, a Forcellino p. 490 summa). Ascribam igitur plenius: de Inuent. I § 33 (*ut et prima quæque pars, ut exposita st in partitione, sic ordine transigatur*, et paullo post: *ad primam quamque partem primum adcessit*); Acad. II, 49 (*Huic si perueneris, me tibi primum quicque con-*

que facta ipsius obliuione obruentur. **106.** Sed nobis uoluptatum perceptarum recordatio uitam beatam facit, et quidem corpore perceptarum. Nam si quae sunt aliae, falsum st, omnis animi uoluptates esse e corporis societate. Corporis autem uoluptas si etiam praeterita delectat, non intellego, cur Aristoteles Sardanapalli epi-

obruentur) *obruerentur* C **106.** uitam beat.) *b. uit.* LCR e) *om.* E si etiam) *etiam si* LPMCR delectat) *non del.* L Sardanapalli) *Sardanapali* (LP)CROr-

cedente); de N. D. I, 77 (*Primum igitur quicque consideremus*); ibd. III, 7, de Diuin. I, 127, ad Fam. XII, 1 (quod ad Fam. VIII, 8, 8 in SCto legitur, minus huc pertinet; est enim: "quo ordine quique primi prætores fuissent"). Eodem modo dixit scriptor rhet. ad Herenn. III, 37: *ut identidem primos quosque locos — animo peruagemur*, et Lucretius I, 390, V, 292 et Curtius IV, 2, 8 (cap. 8 Z), ab Orellio alicubi citatus. Lucretius alibi eodem significatu dicit *primum quidquid*, ut V, 266 (*primum quidquid aquai*), 285 (*primum quidquid fulgoris*), 305 (*primum quidquid flammarum perdere semper*); nam *quisquis* apud eum, saltem neutro genere, sæpissume pro *quisque* dicitur.

obliuione obruentur) *Obruerentur* pars uett. edd., Uictor., Gruterus; *obruentur* (ut habent Mars., Man., Lbin., recentiores inde ab Ern.) Dauisius profert ex C. C. C. et Mead., Oxx. ex Uψ, Gzius etiam e Spir. et Gud. 1.

106. *uitam beatam*) Sic Gruterus et recentiores tacite; *beatam uitam* superiores.

si etiam præterita) Sic Lbinus et recentiores tacite, nisi quod *etiamsi* in tribus suis esse Gzius adnotat; Spir. igitur cum Erl. faciebat.

Sardanapalli epigramma) Quod monumento in urbe Nino inscriptum fuisse Chaldaicis litteris dicitur; Græcis uersibus sex quinqueue expressum apud multos Græcos scriptores legitur, quos enumerant Dauisius ad Tusc. V c. 35, 101 et Nækius, qui totum locum de monumentis Sardinapalli post Buherium diligentissume pertractauit, in libro de Choerilo Samio (Lips. 1817) p. 196 sqq. Tribuuntur enim uersus Choerilo, qui, siquidem Aristoteles de eius uersibus tamquam uolgo notis disputauit, Samius fuisse uidetur. Nækius tamen, quom incertum sit, Aristotelesne Choerilo tribuerit, multaque alia dubia, duos celebratissumos uersus, quos Aristoteles conmemorauit, incerti poëtæ uetustioris fuisse putat, ceteros Choerili Iasensis, qui Alexandrum comitatus est. Duo illi

gramma tanto opere dirideat, in quo ille rex Syriae glorietur, se omnis secum abstulisse lubidinum uoluptates. Quod enim ne uinos quidem, inquit, diutius sentire poterat, quam dum fruebatur, quomodo id mortuo potuit permanere? Fluit igitur uoluptas corporis, et prima quaeque auolat, saepiusque relinquit caussam poenitendi

Syriæ) *Assyriæ* C se) om. L abstulisse) tr. post *uoluptates* LPMCROr. poterat) *potuit* E quam) om. LPMCR dum) add. *uita* LPMCR mortuo potuit) *potuit mort.* LPMCROr. prima) *prona* M auolat) *ut aiebat* P *auolat* (LM *aduolat*) *ut aiebat* LMCR caussam) *caussas* PCR

uersus hi sunt: *Κεῖν' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται* (alii habent *σὺν ἔρωτι* et *λέλυνται*), quos Cicero in Tusculanis Latinos fecit. Aristotelis iudicium, quod etiam in Tusculanis conmemoratur, in quo libro expositum fuerit, ignoratur.

rex Syriæ) *Assyriæ* ex C uenerat in Manutianam et propagatum et, donec Danisius ex El. utroque et C. C. C. *Syriæ* restituit, quod Oxx. ex Εψχ adnotant, Gziani omnes habebant. Et Græcos et Latinos sæpissume Syriæ nomine de Assyria usos esse, ostenderunt Danisius et Buherius ad Tusc. l. c., Græu. et Oudendorp. ad Suet. Cæs. 22.

quam dum fruebatur) Sic Man. et Lbinus et deinceps omnes tacite, nisi quod Oxx. χψ om. *quam*, EUξ addunt *uita*. Uerum cum Erl. confirmat cod. Mor., id est, meliorum familia. (In *abstulisse* et *mortuo potuit* omnes tacite ut mei deteriores.)

prima quæque auolat) Quid hoc sit, explicatum et. Generali significationi uoluptatis fluentis et instabilis addidit Cicero imaginem specialiorem. *Prona* pro *prima* etiam El. uterque (?) Par. 2, C. C. C., Mead., Ball., Ox. χ, tres *Gzi* (deteriores, ut adparet), ediderat que olim Uictorius, nuper Gzius (qui "editos ueteres plerosque omnis" sic habere narrat sua illa fide); *quæque* putat esse *omnis*; quid putet esse *pronum auolare*, nescio. Aliter aberrauit Dau. Deinde additamentum illud *ut aiebat* (ortum, ut uidetur, ex ipso *auolat*) habent edd. ante Lbinum excepto, si Hertelius non errauit, Marso, codd. Pall. præter 1 et 8, Mead., Oxx. omnes, duo Gziani. Omittit cum ceteris optumis Morelianus. (*Aduolat* Oxx. omnes.)

caussam poenitendi) Sic etiam Pal. 1 et Mor., Gzi omnes, nisi quod Gud. 2 *tam* (e conpendio *cām*). Ceteri et edd. ante Danisium *caussas*.

quam recordandi. Itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens:

Desine Roma tuos hostis —

relicuaque praeclare:

Nam tibi munimenta mei peperere labores.

Laboribus hic praeteritis gaudet; tu iubes uoluptatibus. Hic se ad ea reuocat, e quibus nihil umquam rettulerit ad corpus; tu totus haeres in corpore.

XXXIII. 107. Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitis, omnis animi et uoluptates et dolores ad corporis uoluptates ac dolores pertinere? Nihil tene

Nam) *Namque* LPMCR munimenta) *monumenta* omnes. peperere) *repererere* PMR *reperiere* L Hic) *et hic* E nihil umquam) *umquam* E *numquam* C rettulerit) *retulerat* C 107. ad corporis — dolores) om. E *ad corpus* R tene) *ne te* LPMCR

Desine Roma tuos hostis) Hæc uersus pars citatur etiam III de Orat: 167. Uidetur cum proxumo ex Enni annalibus esse; nam *Scipio* Enni totus uersibus tetrametris trochaicis scriptus fuisse uidetur, etsi de eo aliter nonnulli statuunt. Uerbum, quod omissum st, timendi significationem habuit. Nam quod Scaliger *postis* scribi uoluit (*ornare tropæis*), caussam non habet.

Nam tibi munimenta) *Nam* pro *namque*, quod tacite omnes ante Gzium ediderant, etiam Spir. Eo certior est Mureti emendatio, quam Gzius secutus est, restituentis: *Nam tibi munimenta*, quod postulat superioris uersus sententia (Uarr. Lectt. XI, 1). (In codd. sine dubio multis fuit *monimènta*.) Pro *peperere* etiam ψ et tres Gzi *reperere* (*repperere*), Eξ *repetere*.

rettulerit ad corpus) Coniunctiuos ex aduersatiua significatione ortus uidetur (*ex quibus tamen*). Rarius hoc est in eiusmodi sententia relatiua, quæ simul generis definitionem continet (*ea*, *e quibus*); sed tamen similiter § 102: *cauebit is, qui nobis quasi oraculum e d i d e r i t* &c. Nec longe ea remota sunt, quæ de caussali coniunctiuo dixi ad § 15. Ernestius probabat *rettulerat*, secutique eum alii. Ad præsens (*reuocat*) aptius esset *rettulit*.

Cap. XXXIII, 107. *ad corporis uol. ac dolores*) Hæc uerba e Gzianis unus Gud. 1 seruabat; aberrauit oculus librari eius, a cuius codice melior familia orta st, in uoce *dolores*, idemque accidit in uno et altero deteriorum, ex quo in R (apud Marsum) ortum illud *ad corpus*.

Nihil tene) Sic etiam Spir., restituitque Gzius, etsi alienis-

delectat umquam — uideo, quicum loquar, — te igitur, Torquate, ipsum per se nihil delectat? Omitto dignitatem, honestatem, speciem ipsam uirtutum, de quibus ante dictum st; haec leuiora ponam; poëma, orationem quom aut scribis aut legis, quom omnium facto-

umquam) *inquam* R ante) *antea* E ponam, poëma) *poëma ponam* E om. *poëma* P quom aut) *aut cum* E

suma conparauit. Transposita particula significatur, ita de Torquato queri, ut is ab aliis seiungatur, quod magis deinde declaratur illis *te igitur* &c., interpositis uerbis, quæ ad id ipsum pertinent.

hæc leuiora ponam, poëma &c.) Orationis formam, quod secuntur nominatiui (*tabula, locus* cett.), contra Dauisium, qui *ponantur* scribi uoluerat, et editores iure defenderunt et A. Matthiæus in disputatione de anacoluthis Ciceronis. Non subicitur hæc enumeratio uoci *ponam*, sed noua instituitur sententia, in qua primum actiones describuntur, deinde res nominibus appellantur; ea quom interrupta esset parenthesi (*nam si* &c.) et deinde oratio redintegrata (*sed ea*), non succurrebat orationis exitus, qui ad præcedentis nominatiuos aptus esset; itaque *ea* accusatiuom fecit, ut nominatiui pendeant. Simillumus locus, durior etiam, quod tantum breuissuma sententia relatiua orationis cursum inpediuit, legitur III, 11; illud autem, quod III Tusc. 16 ponitur, iam plane neglegenter scriptum st. Utrumque locum aduocauit Bremius, sed alia admiscuit, hinc aliena, quod fecit etiam Matthiæus, qui *poëma, orationem* similiter pendere uoluit, quæ ad *scribis* et *legis* pertineat. Nam accusatiuos et nominatiuos sic permiscere balbutientis esset, non orationem declinantis. Addo II Tusc. 16 (*Ergo id, quod natura ipsa et quædam generosa uirtus statim respuit, — in eo* &c.), ubi Moserus, quom interpungendo tollere anacoluthon uellet, sententiam sustulit, et ad Att. XV, 3, 1. Uoces *ponam poëma* etiam Pal. 1 inuertit, casu, opinor, in simillumis litteris. Nam si quis *ponam* subditicium putauerit, dure hæc coniungentur: *hæc leuiora, poëma, orationem quom aut scribis* &c., maxume in particula *quom*. Quæ secuntur de conquirenda historia, Torquati studium significant, quod I, 25 tangitur. Luculli uillam Tusculanam (III, 7) aliasque (*uillarum magnificentiam*, Off. I, 140) fama satis nobilitauit.

rum, quom regionum conquiris historiam, signum, tabula, locus amoenus, ludi, uenatio, uilla Luculli (nam si tuam dicerem, latebram haberes; ad corpus diceres pertinere); sed ea, quae dixi, ad corpusne refers? an est aliquid, quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissumus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea, quae dixi, referri, aut deserueris totam Epicuri uoluptatem, si negaueris. 108. Quod uero a te disputatum st, maiores esse uoluptates et dolores animi quam corporis, quia trium temporum particeps animus sit, corpore autem praesentia solum sentiantur, qui probari potest, ut is,

quem regionum) *aut reg.* E uenatio) *uenationes* E diceres) *dicere* E in eo) om. E referri) *referre* omnes, Or. 108. uero) om. E a te) *late* LPMCR particeps animus) *an. part.* LR sit) *fit* LM qui) *quid* PMR *quid id* E

si in eo perstiteris, — referri) Secutus sum Ernesti coniecturam, *referri* pro *referre* scribens. Gzius uolgatam scripturam ita defendit, ut putet audiri *te* (*si in eo perstiteris, te referre*). Atqui, quamquam interdum post simplex declarandi et arbitrandi uerbum omittitur apud infinitiuom pronomen eiusdem personae (de quo genere paullo distinctiora esse puto, quae in Emendatt. Tull. p. 111 dixi, quam quae, iis non contentus, Handius ad Wopkens. p. 13), tamen numquam post huiusmodi conpositionem: *in eo persisto*, pronomen omissum reperietur, quoniam ab ea sententia subiecta necessario separatur. Bremius *perstiteris referre* coniungit, ut sit *referre perseueraris*. Et quamquam neque apud Ciceronem neque, si recte memini, apud alios eius aetatis prosae orationis scriptores legitur *persto facere*, sed apud poëtas et Tacitum, Ciceronem sic dicere potuisse, non ausim negare, quom uideam, eum non minus insolenter dixisse *insto facere* (in Uerr. III, 136); sed ut dixerit *in eo persto* et deinde ad *in eo* addiderit *referre*, id uero fieri nequit. (Ne quis tolli *in eo* uelit auctoritate Erl. cod., quom Gzius hic eius scripturam non neglexerit, de Spir. autem tacuerit, adparet, ceteros meliores ab eo dissentire; et saepissume omittendo librarius peccauit, ut § 106 in *nihil.*) Praeterea, quom ad *negaueris* requiratur accusatiuos cum infinitiuo, eadem orationis et sententiae forma uerbis *in eo perstiteris* subici debuit.

108. *a te*) *Late* ξψχ, Gud. 1, Bas., edd. uett., excepto Marso, ante Man. Itaque *a te* notatur in mgine Crat.

qui probari potest, ut) De hac coniunctione uerborum dictum st ad § 6. Qui autem sententiam terminari uoluerunt uerbo *pot-*

qui propter me aliquid gaudeat, plus, quam ego ipse, gaudeat? [Animo uoluptas oritur propter uoluptatem corporis, et maior est animi uoluptas quam corporis; ita fit, ut gratulator laetior sit quam is, cui gratuletur.] Sed, dum ecficere uoltis beatum sapientem, quom

aliquid gaudeat) *aliquid gaudet* Or. gaudeat — ipse) om. LPMCR Animo) *animi* COr. cui) *qui* E gratuletur) *gratulatur* ELM

est, deinde adiungi *ut*, hoc est, *ita ut* (*ex quo fit, ut*), Ciceronem inducunt adfirmationi Torquati negationem simpliciter opponentem; ipse commodius Torquatum urget demonstrando, quid ex eo, quod dixerit, sequatur. Pro *qui* etiam Pall. omnes et Oxx. Eξψ *quid*, uolgari mendo.

gaudeat, plus, quam ego ipse, gaudeat) In deterioribus codd. omnibus (Pall., Dauisianis, Oxx., Gzi præter Erl. et Spir.), si Grutero et Dauisio credimus, etiam in Pal. 1 et El. 2, exciderunt uerba *plus — gaudeat.* Restituit ea Uict., adnotata iam in margine Crat. Sed Gzius priore loco e Spir. posuit *gaudet.* Si ita in Spir. erat, male is discedebat ab Erl. et mg. Crat. Nam et oratio coniunctiuom (in generali notione sententiaque pendente) postulat et in *gaudeat* bis posito aberrauit librari oculus, quom illa, quæ dixi, uerba omisit. (Ueteres quædam editiones, ut Marsi et Crat., hæc sic interpolata habent: *qui propter me aliquid gaudeat, animo gaudeat, si uoluptas animi, ut dicitis, oritur* &c.)

Animo uoluptas — gratuletur) Hæc uerba non inmerito Bremio (qui tamen etiam superiora: *ut is — gaudeat.* damnabat), Matthiæ recentioribusque editoribus spuria uisa sunt; Gzius et Otto sustulerunt. Nihil enim continent nisi explicationem eius similitudinis, qua Cicero usus est, animum propter corpus gaudentem cum homine propter alterum de aliqua re gaudente conparans, in syllogismi formam putide ita redactam, ut animus gratulator fiat corporique gratuletur; eaque explicatio ne coniungitur quidem cum relicua oratione; debebat enim saltem dici: *Animi enim uoluptas* &c. Adcedit uocabulum *gratulator* apud nullum alium scriptorem Latinum positum, cuiusque fingendi nulla omnino hic necessitas erat. Tum perpetuus Ciceronis usus postulabat, ut *animi uoluptas* diceretur; sed *animo* summo codicum consensu confirmatur (mg. Crat., Pall., Par. trium apud Dau., El. utriusque, C. C. C. et Ball. (ξψ), Mead., Oxx. etiam Eχ, Gzianorum omnium); *animi* ex ed. pr. in Manutianam et ceteras propagatum st præter Dauisianam. (*Gratulatur* pro *gratuletur* Par. 1,

maxumas animo uoluptates percipiat, omnibusque partibus maiores, quam corpore, quid occurrat, non uidetis. Animi enim dolores quoque percipiet omnibus partibus maiores quam corporis. Ita miser sit aliquando necesse

quid) *quod* E corpore — maiores quam) om. M dolores quoque) *quoque dol.* omnes, Or. corporis) *corpore* C

2, Mead., El. 1, χ.) Tenemus igitur h. l. eius generis additamentum, de quo in Opusc. Academ. p. 148 dixi posteaque simillimum huius exemplum in II Legg. 48 coargui (in disput. de libris Cic. de legg. 1886 p. 21), adnotationem, qua Ciceronis sententia explicatur et aliter conformatur, ipsius uerbis admixtam iam in eo codice, ex quo omnes nostri ducti sunt. Alia plurium uerborum additamenta, quæ iam in eo fuerunt, arguentur III, 22 et 35 et V, 21. (Quæ præterea in his uerbis Gaius reprehendit, recte habent.)

omnibusque partibus maiores) Sic Latini locuntur, quom id significant, quod Germanis est: *unendlich grösser.* Est enim quasi ultumum et extremum eius multiplicationis, qua *multis partibus maius* aliquid dicimus (*vielmal*). Schellerus (p. 7459) præter hunc locum citat huius operis V, 93, sed minus recte interpretatur. Addo de Inuent. I, 58: *omnibus partibus commodius.*

quid occurrat) Paullo insolentius dictum de eo, quod ex altera parte obsistat et obiciatur; quom tamen *occurrant* omnia, in quæ incidimus, et quom *occurrere atque obsistere consiliis alicuius* dicatur (Cat. III, 17) et similia, non erat, cur Ernestius de ueritate scripturæ dubitaret.

Animi enim dolores quoque) Correxi, quod perspicue mendosum erat; nam quom uoluptatibus animi contrarii ponantur dolores, huic uocabulo necessario subiciendum erat *quoque,* cuius particulæ a librariis transpositæ exempla aliquot indicaui in Opusc. Acad. p. 181. Adcedit, quod uox *quoque* ita adhæret principali, quam sequitur, ut ab ea non diuellatur alius particulæ interpositu, sed in tali concursu priore loco sit; itaque scribendum erat: *animi quoque enim.* Apud Ciceronem ubi *enim* et *quoque* concurrant, nunc non memini; apud Liuium sæpe (II, 18: *id quoque enim.* III, 50: *illis quoque enim,* XXIII, 12, XXVII, 22, XXX, 1, XXXIII, 30, XXXVI, 27; notauit Kreyssigius in Nou. Annal. Philolog. Supplem. uol. I p. 53); sed apud Ciceronem eodem modo scribitur (Diu. in Cæc. 32): *huius quoque igitur*, non: *huius igitur quoque.*

st is, quem uos beatum semper uoltis esse; nec uero id, dum omnia ad uoluptatem doloremque referetis, ecficietis umquam. 109. Quare aliud aliquod, Torquate, hominis summum bonum reperiendum st; uoluptatem bestiis concedamus, quibus uos de summo bono testibus uti soletis. Quid? si etiam bestiae multa faciunt, duce sua quaeque natura, partim indulgenter uel cum labore, ut in gi-

st) om. L omnia) om. LP referetis) *refertis* LC *referatis* R 109. aliquod) *aliquid* omnes, Or. summum bon. rep. st) *rep. est s. b.* L quæque) *quaque* E

109. *aliud aliquod*) Sic recte Lbinus; uid. ad I, 48.

partim indulgenter cum labore &c.) Neglegenter Cicero partis et membra sententiæ distribuit. Primum illud, multa bestias facere duce sua quamque natura, non plenum st; addi enim debet, qualia faciant. Sed hoc, quod uniuerse dici debuit (*ex quibus adpareat, aliud quiddam iis propositum esse, non uoluptatem*), subiecit primo membro partitionis (*partim indulgenter uel cum labore, ut &c.*). Poterat hoc aliquo modo differri, etsi post illud *multa faciunt* expectabatur, sed primo membro separatim non recte subicitur. Deinde in primo membro, posito aduerbio *indulgenter* et adcommodato ad generale uerbum *faciunt*, directo unius uirtutis similitudinem in bestiarum actione significauit, eam autem actionis earum partem, in qua indulgentia adpareret, in sententia subiecta quasi exempli loco posuit (*ut in gignendo, in educando adpareat*); in proxumis ita ipsam actionem specialibus uerbis describit, ut non statim adpareat, saltem non dicatur, quæ sit in ea uirtus uirtutisue similitudo (*partim cursu et peragratione lætantur &c.*). Offenderunt hæc editores aliquot, et merito; nam Gzius et Otto ideo omnia præclare habere putant, quod ad difficultatem intellegendam torpent; corrigere iniuria conati sunt, nec res processit; nam parti incommodi subueniunt, partem relinquont aut augent, ut Pearcius et Ernestius, qui legi uolunt: *partim indulgent labori in gignendo, in educando, ut perfacile &c.* Uiolentiam correctionis omitto; illud etiam, quod *indulgere labori* poëtice dicitur et alio significatu; sed hi, dum in primo membro ipsam actionem eodem modo significari uolunt, quo in proxumis, prorsus intolerabile ecficiunt illud, quod sic plane separatim dicitur: *quid, si etiam bestiæ multa faciunt?* Deinde non tollunt inæqualitatem eam, quæ ex eo oritur, quod primo membro adiciuntur illa: *ut perfacile &c.* Mihi ipsi aliquando, quom nondum satis perspicerem, quot festinantis stili in-

gnendo, in educando perfacile adpareat, aliud quiddam iis propositum, non uoluptatem; partim cursu et peragratione laetantur; congregatione aliae coetum quodam modo ciuitatis imitantur. 110. Uidemus in quodam uolucrium genere nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memo-

quiddam) *quoddam* MC iis) *his* R partim cursu) *turtures et cursu* LPMR *cicures et cursu* C et peragratione) *peragr.* E *et peregrinatione* LPMCROr. aliae coetum) *alia rerum* C 110. uolucrium) *uolucrum* LMCR *uolucrunt* E

dicia hi libri haberent, in mentem uenerat: *Quid? si etiam bestiae multa faciunt — partui indulgentes uel cum labore &c.*, ut hoc de indulgentia erga partum (intellegebam enim, *quae nata essent*) communiter de omnibus diceretur, deinde separatim: *partim — aliae.* Nunc et alia in hoc conatu inprobo et intellego, sic tolli generale exordium sententiae de uniuersa bestiarum actione. Commemoro tamen, ne alii similia quaerant.

partim cursu) Sic praeter Erl. etiam Pal. 1, Morel., Spir., mgo Crat., edd. inde a Grutero. Deteriores aliorum interpolati ut nostri; *turtures et*, ut fere editum st, Pal. tres, Ox. U (E§ et *turtures*), *cicures et* duo Pall., γρ. Dau. tacet, Gzius eadem in suis fuisse dicit. Deinde *peragratione* erat etiam in cod. Mor. et mgine Crat., id est, in melioribus (Gzius tacuit de Erl. non minus quam de Spir.); recepi, etsi, ut *peragrare* accusatiuom habere solet, sic *peragratio* ad certum aliquem locum referri debere uidetur; sed tamen *peragrare* Cicero absolute posuit pro Mil. 96. Cicero non tam eas bestias significat, quae peregrinantur in alias terras (quod fere coetu ciuitatem imitante fit), quam eas, quae huc illuc dispersae et sine coetu uagantur.

110. *in quodam uolucrium genere*) *Uoluerium* primus Lbinus e Charisio p. 119, qui sic Ciceronem scripsisse testatur; *uolucrum* etiam Oxx. quattuor, Gziani omnes. Ceterum hinc ortam in deterioribus codicibus paullo ante turturum nomen putauerim. Sed ut, de certo quodam genere Ciceronem locutum esse, adparet, ita, quodnam significet, incertum st; nam in pluribus generibus eiusmodi indicia sunt. Adeo hoc obscure scriptum st, ut uerear, ne aliunde Cicero sumptum non perspicue intellexerit. Quod *cognitionem* et *memoriam* addit, non mentis facultates significat (das Fassungsvermögen Gzius interpretatur), sed auis illas, quid boni acceperint, meminisse et eos, a quibus acceperint, cognosse dicit. Ascendit igitur oratio in eodem genere, quod *desideria* nominantur; ea enim uox est in codd. fere omnibus (mgine Crat., de quo Gzius errat, cod. Tusani, Pall., El. utroque, Ball., C. C. C., Mead.,

riam; in multis etiam desideria uidemus. Ergo in bestiis erunt secreta a uoluptate humanarum quaedam simulacra uirtutum, in ipsis hominibus uirtus, nisi uoluptatis caussa, nulla erit? et homini, qui ceteris animantibus plurumum praestat, praecipui a natura nihil datum esse dicemus?

XXXIV. 111. Nos uero, si quidem in uoluptate sunt omnia, longe multumque superamur a bestiis, quibus ipsa terra fundit ex sese pastus uarios atque abundantis nihil laborantibus; nobis autem aut uix aut ne uix quidem suppetunt multo labore quaerentibus. Nec tamen ullo modo summum pecudis bonum et hominis idem mihi uideri potest. Quid enim tanto opus est instrumento in optumis artibus conparandis, quid tanto

desideria) *disciplinam* CROr. Ergo) *erunt* E (et mox *erunt*). ' præcipui) *præcipuum* L *præcipue* ceteri. datum esse dicemus) *esse dic. dat.* E 111. sunt) *sint* C superamur) *separamur* E atque) *narieque* LPMCR abundantis) *habundantibus* E multo labore) *lab. m.* E pecudis) *pecudum* PMCR optumis) *bonis* L quid) *qui* E

χ, Gzianis præter Bas.), edideratque Uictorius et deinde Gruterus; in paucissumis et deterrumis codd. (Par. 1 et 2, si Dauisio credimus, Bas.; siletur de Ox. EU) substitutum st *disciplinam*, quod Dauisius et recentiores probarunt. Disciplina adhibetur bestiis, in earum natura non est. *Uidemus* extremo loco omittitur in quibusdam editt. (Uen. 1480, Crat., deinde Man. et Lbin.) nec adnotatur ex EU; in mg. Crat., Pall., Dauisianis, Gzianis erat; commodius altero utro loco abesset; in hoc tamen orationis ascensu ferenda repetitio uidetur. Paullo post *præcipui* a Manutio restitutum puto; nam Uictorius superioresque *præcipue*, et sic EUχψ, Gzi quattuor; quintus, Gud. 1, ut L; Grut. et Dau. tacent. Correctio necessaria st.

Cap. XXXIV, 111. *atque abundantis*) Sic etiam mgo Crat., El. 3, Spir., recepitque primus Dauisius. Gud. 2 *uarios* omittebat. *Uarie abundare* nihil est. Mox pro *aut uix* Gud. 1, Bas. *uix*.

pecudis bonum) Sic Manutius, deinde Grut. et Dau. tacite et reliqui deinceps. *Pecudum* Uχψ (recte de Eξ tacetur) et, si Gzio credis, omnes eius codd., sed excipiendus erat Erl. et, opinor, Spir. (Mox, quom ederetur *optumorum studiorum*, in mgine Crat. adnotatum alterum st.)

concursu honestissumorum studiorum, tanto uirtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem nisi ad uoluptatem conquiruntur? 112. Ut, si Xerxes, quom tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulauisset, terram nauigasset, si, quom tanto inpetu in Graeciam uenisset, caussam quis ex eo quaereret tantarum copiarum tantique belli, mel se auferre ex Hymetto uoluisse diceret, certe sine caussa uideretur tanta conatus, sic nos sapientem, plurumis et grauissumis artibus atque uirtuti-

honestissumorum) *optimorum* C si ea nullam) *sed ea iam non* E 112 Athone) *Athoue* M terram) *terramque* (P)C caussam) *caussam eius* LPMCR auferre) *afferre* LPMCR nos) *uos* L atque) *et* L

112. *Ut, si Xerxes, quom — si, quom — uenisset*, &c.) Sententia condicionali: *si Xerxes — diceret*, quæ definitur adiecta temporis et rerum ante gestarum notatione, includitur altera propior et subsequens condicio: *si — quis quæreret*, eique iterum interponitur significatio laboris ante exhausti (*quom tanto* &c.), nec quicquam a recta orationis norma deflectit. Turbarunt tamen Lbinus, Dau., Gzius. Similia exempla condicionis propioris et posterioris priori subiectæ reperiet, qui operæ pretium putabit, in orat. pro Rosc. Am. 2, pro Sest. 45, Off. III, 30, ad Fam. XIII, 26, 3, in hoc opere IV, 22.

Athone perfosso) Quom Uict. edidisset *Athoue* (quod erat in tribus Pall., El. 1, Par. 1, 3, ψ, Gsi, ut uidetur, præter Erl. et Gud. 2), Manutius alterum coniectura restituit, alii e codd. (etiam Mor) *Athonem* Cicero dixit de R. P., *Athones* Lucilius. In mgine Crat. *Atho* notatur, uix e codice.

terram nauigasset) Asyndeto utitur in celeri magnarum rerum et graui notatione; nam sic Uict., Dau., Gzius ex El. (utro?) et Mead., χ, Spir. In Gud. 2, Ox. ξ erat *uel terram*. Colorem simillumum orationis de eadem re Ursinus demonstrauit in Isocrat. Panegyr. p. 68 Steph. (64 Bekk.): *ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας.*

caussam quis) Sic etiam Spir., et uiderant Th. Bentleius et Bremius delendum esse *eius*, quom sequeretur *tantarum copiarum*.

mel se auferre) Sic etiam Pal. 1, Mor., Spir. et, ut uidetur, Eξ. Ceteri *afferre*.

bus instructum et ornatum, non, ut illum, maria pedibus peragrantem, classibus montis, sed omne caelum totamque cum uniuerso mari terram mente conplexum, uoluptatem petere si dicemus, mellis caussa dicemus tanta molitum. 113. Ad altiora quaedam et magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati sumus; nec id ex animi solum partibus, in quibus inest memoria rerum innumerabilium, in te quidem infinita, inest coniectura conse-

113. in te) *inde* E *uitæ* (*uite*) ceteri; *et ea* Or. consequentium) *consequencia* E

113. *nec id ex animi solum partibus*) Additurus erat: *sed etiam ex corpore intellegi potest*, aut similia, sed pluribus de animo interpositis, orationis progressum mutauit in illis: *ergo hæc* &c.

in te quidem infinita) Sic aperte Pal. 1, ξ (*E* addit Gzius, non ed. Hal.); eodem spectat Erl. et Spir. scriptura *inde* et ceterorum codicum *uite* (*uitæ*); nam *in*, *ni*, *ui*, *iu* in codd. certi generis uix discernas. (Cfr. § 118 *uideo* pro *in deo*.) Quod generaliter Cicero dixerat, coniungit cum breui significatione eius, quem contra disputat, in hoc ipso genere præstantiæ, quemadmodum Torquatus in libro I, 50 inducitur similiter Ciceronis laudem breuiter significans (*ut te consule*). *Diuina* Torquati *memoria* in Bruto 265 laudatur eademque hic I, 25 significatur. Quod uolgo edebatur, sensum non habebat; nam *uitæ* memoria quæ sit, quæ separatim extollatur et infinita dicatur, nemo intellexerit. Itaque Lbinus et nuper Schuetzius et Orellius Manutium sequentes *et ea quidem* scripserunt, coniectura non recta. Nam illo modo ei rei, quæ aut unde posita st aut in alio genere laudata, singularem laudem adiungimus. Atqui *infinita memoria* quom sic dicitur, in eodem prorsus genere st, quo *innumerabilium rerum*; itaque augentes coniungere possumus: *infinita memoria innumerabilium rerum*, ut dicitur Tusc. I, 57; distinguere hoc modo: *memoria innumerabilium rerum, et ea infinita,* non possumus. Et dicitur, ut posui: *et ea infinita*, non: *et ea quidem inf.* Gzius edidit: *inde quidem infinita inest coniectura*, et hæc ab *inde* ad uocem *contemptio* parenthesi inclusit, in quo nescio utrum mirabilius dicam, quod anaphoram apertam in uoce *inest* non uiderit, an quod in animi *partibus* unam memoriam inesse dici crediderit, ut ex memoria nascantur et ei subiecta sint coniectura, pudor, mortis dolorisque contemptio. Et tamen Orellius, quasi non incredibilis hæc peruersitas sit, unum uitupe-

quentium, non multum a diuinatione differens, inest moderator cupiditatis pudor, inest ad humanam societatem iustitiae fida custodia, inest in perpetiendis laboribus adeundisque periculis firma et stabilis doloris mortisque contemptio; — ergo haec in animis; tu autem etiam membra ipsa sensusque considera, qui tibi, ut relicuae [corporis] partes, non comites solum uirtutum, sed ministri etiam uidebuntur. 114. Quod si in ipso corpore multa uoluptati praeponenda sunt, ut uires, ualetudo, uelocitas, pulchritudo, quid tandem in animis censes! in quibus doctissumi illi ueteres inesse quiddam caeleste et

societatem) add. *tuendam* L firma — contemptio) *firma mortis stabilisque cont.* L (om. *doloris* etiam P) in animis) *inanis* L tu) *tum* PL [corporis]) om. E sine uncis Or. uidebuntur) *uidebantur* PMCR 114. quod si) *quid si* MR

rat, quod non recte coniungantur *inde* et *inest*. Itaque Otto hoc ita defendit, ut enarret: *daher* (quia memoria et in animo) *ist darin* (in animo) *enthalten*. Reperiet hic uir, si opus erit, etiam quo defendat *quidem* in illa sententia. Sed cur has quisquilias curamus? Hoc potius dicamus, memoriæ et coniecturæ conmemoratione hic simul totam prudentiam significari, cui adiungantur tres relicuæ summæ uirtutes.

in perpetiendis) Præpositionem prorsus necessariam (significatur enim materia et occasio illius contemptionis) Gzius in Spir. et Gud. 2 non esse tradidit et deleuit. Adcedit Otto et datiuos esse narrat, "qui finem indicent." Scilicet ut triumuiros æri flando feriundo dicimus, sic etiam *contemptionem doloris patiendo labori*.

ut relicuæ [corporis] partes) Om. *corporis* etiam Spir. Uid. ad I, 89.

uidebuntur) Sic, ut primus Manutius edidit, deinde Gruterus tacite, etiam Spir. Oxx. tantum ex χ enotarunt *uidebantur*, quod erat in Dauisianis (Par. tribus, El. utroque, C. C. C.) et Gzianis ceteris. Hinc Dauisius, non animaduertens, necessario dici, quid Torquatus considerando intellecturus sit, efficiebat: *qui tibi — non comites solum u o l u p t a t u m — u i d e b a n t u r.*

114. *Quod si in ipso &c.*) Sic etiam Spir., recepitque Gzius. Quod sequitur: *quid tandem — censes?* hanc concludendi formam postulare uidetur. Cfr. Orat. 51. Mox *ueteres* pluris intellegere potuit, aut Anaxagoram et qui ab eo profecti *τὸν νοῦν θεὸν* faciebant (uid. ad Tusc. I c. 26, 65), aut Socratem et Platonem (in Phædro et aliis multis locis).

diuinum putauerunt. Quod si esset in uoluptate summum bonum, ut dicitis, optabile esset, in maxuma uoluptate, nullo interuallo interiecto, dies noctisque uersari, quom omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerentur. Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum uelit esse in isto genere uoluptatis? Cyrenaici quidem non recusant; uostri haec uerecundius; illi fortasse constantius. 115. Sed lustremus animo non has maxumas artis, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur; sed quaero, num existumes, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidiam, Polyclitum, Zeuxin, ad uoluptatem artis suas direxisse. Ergo opifex plus sibi proponet ad formarum quam ciuis excellens ad factorum pulchritudinem? Quae st autem alia caussa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod is, qui uoluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium, sed cum cupiditate, id est, cum animi leuissuma parte deliberat? Quaero enim de te, si sunt di,

maxuma uoluptate) *uol. max.* LMPCROr. interuallo) *uallo* E dulcedine omni quasi) *qu. dulc. omni* L isto genere) *gen. isto* E hæc) *hic* E 115. ad uoluptatem) *ad uoluptates* LPMCR est autem) *autem est* omnes. esse decernit) *dicerit* E non) om. E animi, in qua — parte) om. P in) om. E animi leuissuma) *leuissima* C deliberat) *deliberatur* E sunt) *sint* M

in maxuma uoluptate) Sic etiam Spir. In Gud. 1 et ed. Crat. est *maxima in uol.*

115. *Non has maxumas artis*) Uirtutes sic appellat, Stoicorum usum sequens, simul ut etymologiam illam adiungat uocis *iners*. Deinde uerbo *lustremus* post remotionem illam (*non has max.*) subiciendum erat: *sed leuiores illas* aut simile quid; sed orationem, ut solet, auertit. Non multum discedit hæc species huius declinationis ab ea, quam in uerbis *non tam — sed* pro: *non tam — quam* commemoraui ad I, 1. Mox *Polyclitum* (non *Polycletum*) Erl. et Spir. Uid. Zumpt. ad Uerr. p. 656.

ad uoluptatem) Sic Iunt., Crat., tum Dauisius tacite et recentiores; confirmat nunc Erl. Ceteri (Grut. tacite, Oxx.) *uoluptates*. Mox *quae st autem* primus Schuetzius e Gud. 1; ceteri *autem st*.

ut uos etiam putatis, qui possint esse beati, quom uoluptates corpore percipere non possint; aut, si sine eo genere uoluptatis beati sunt, cur similem animi usum in sapiente esse nolitis.

XXXV. 116. Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agesilai, non Aristidi aut Themistocli, non Philippi aut Alexandri; lege nostrorum hominum, lege uostrae familiae; neminem uidebis ita laudatum, ut artifex callidus conparandarum uoluptatum diceretur. Non elogia monumentorum id significant, uelut hoc ad portam: UNUM HUNC PLURUMAE CONSENTIUNT GENTES POPULI PRIMARIUM

etiam) om. LP qui possint) *qui possunt* omnes, Or. corpore) *corporis* C percipere) *percipi* EC possint) *possunt* LC sunt) *sint* ELMR 116. Aristidi) *Aristidis* LPMCR aut) *non* (P)C Themistocli) *Themistoclis* LPMCR aut) *non* LPMCR lege) *sed* L uoluptatum) *utilitatum* E elogia) *eulogia* ELMC hoc ad) *ore ad* M *are ad* R *hoc ore ad* C UNUM HUNC) *Uno cum* EPM *uno cui* L *unum esse* C *immo cum* R

qui possint esse beati) Sic scripsi cum Lbino; pendere enim hanc interrogationem, ostendit, quod sequitur: *aut — cur nolitis*. Hic in omnibus scriptum st *possunt*, mox in multis (tribus Gzianis). Pro *sunt* priore loco Eξ, altero E *sint*.

Cap. XXXV, 116. *Aristidi aut Themistocli*) Genitiui hanc formam ex Erl. restituit Gzius. *Aut* h. l. non solum etiam Spir., id est, meliores habent, sed, opinor, etiam fere deteriores (Eξ, Gud. uterque, Bas.) et plures edd. uett. (Mars., Uict.); *non* Crat. Manutius, relicui ante Gzium tacite; altero loco *aut* soli meliores (Spir.) habere uidentur, etsi Gzius addit Uindobonensem et ed. Crat. Singulis superioribus paria hominum coniunctorum Cicero addit.

conparandarum uoluptatum) *utilitatum* etiam apud Dan. El. 2, Par. 2, 3, C. C. C. (tacetur de ξ, Mead., Ball. (ψ); Gruterus et Gzius tacent. Alterum quin præstet in notanda uili et abiecta re et parum digna illorum hominum laudibus, non dubium st; nec hic iis uti licet, quæ ad I, 35 dixi; miror tamen consensum Erl. et El. 2. Mox *eulogia* etiam sex Pall., Oxx. EUξχ, id est, cod. archetypus. Emendatiores antiqui codd. Tusculanarum et oratt. pro Cluentio et in Pis. (saltem Erf.).

ad portam: Unum hunc) A. Atili Calatini (cos. a. 258 et 251 a. C.), hominis sæpius a Cicerone inter summos uiros nominati,

FUISSE UIRUM. 117. Idne consensisse de Calatino plurumas gentis arbitramur, primarium populi fuisse, quod praestantissumus fuisset in conficiendis uoluptatibus? Ergo in iis adulescentibus bonam spem esse dicemus et ma-

117. idne) *et duæ* E consensisse) *concessisse* LMR de) *a* C iis) *his* L

cuius rerum memoriæ tempus nocuit, elogium conmemoratur etiam in Cat. 61. Sed scriptura incerta st. Codices fide digni: *ad portam uno cum* (Pal. 1, 4, 5, 6, Dauisiani, ut uidetur, plures, Oxx. ζψ, Spirensis; Gud. 2 *imo cum*, Pal. 2 *uno complurimæ*), pauci et pessumi *uno cui* (Pal. 3, unus fortasse et alter Dau., ψ, ut uidetur). Quod uolgo legebatur ante Orellium: *ad portam: Uno ore cui plur.*, nescio a quo editore inuectum sit (*ore uno cui* Iunt. Si recte Oxx. notarunt nec in Hal. edit. erratum st, in Eξ legebatur: *ad portam: ore cui pl.*, sed ualde dubito). Datiuos omnino nihil habet loci. In Catone codices etiam antiquissumi habent: *Atilio Calatino, in quem illud elogium unicum plurumæ consentiunt* &c., nisi quod codex non antiquos, sed bonæ originis, Hænelianus, mire *oenocum*. Præterquam quod alio ducunt uestigia codicum huius operis, non potest deesse in elogio pronomen hominem demonstrans. Accedit, quam primus Rathius animaduertit, summa similitudo elogi in monumento L. Scipionis Barbati F. incisi (apud Uiscontium Monum. degli Scipione, Tau. V p. 14, apud Orell. Inscriptt. Latt. p. 522): *Honc oino ploirume cosetiunt R...* || *Duonoro optumo fuise uiro.* Hinc probabiliter Orellius eam scripturam ecfecisse uidetur, quam retinui, etsi mihi ad codices propius adcedere uidetur, quod est in Scipionis monumento: *hunc unum*. Nam Ciceronem, quod Orellius et Klotzius putant, antique scripsisse: *oino honc*, non adducor ut credam. Cur enim apices exprimeret, quos uix memoria tenebat (uelut omissum *m*)? Ceterum quod Orellius *unicum* a Cicerone elogium illud appellari potuisse negat, quom ex illo Scipionis monumento constet, unicum non fuisse, primum aliud est *bonorum optumus*, aliud *populi uir primarius*, deinde satis ipsa hæc conmemoratio (*hoc ad portam*) et Catonis locus demonstrat, Ciceroni hoc singulare uisum esse et sui generis unicum. Facile enim ignorare poterat Scipionis illius elogium. Sed iure mirum uideretur, Ciceronem utroque loco hoc adnotandum putasse, unicum illud esse. Portam significari Capenam, e Tusc. I, 13 intellegitur, ad quam quom multa essent celebrium hominum sepulcra et hoc ipsum notissumum, nomen omitti poterat.

gnam indolem, quos suis commodis inseruituros et, quidquid ipsis expediat, facturos arbitrabimur? Nonne uidemus, quanta perturbatio rerum omnium consequatur! quanta confusio? Tollitur beneficium, tollitur gratia, quae sunt uincula concordiae. Nec enim, si tuam ob caussam cuipiam commodes, beneficium illud habendum st, sed feneratio, nec gratia deberi uidetur ei, qui suam ob caussam commodauerit. Maxumas uero uirtutes ia-

expediat) *expediet* L facturos) add. *esse* E arbitrabimur) *arbitremur* ELMCR si) *cum* E ob) om. E cuipiam) *est* E *cuiquam* ceteri, Or. ob caussam commodauerit) *commodauerit caussam* E *ob suam caussam feneraverit commodauerit* L

117. *facturos arbitrabimur*) Hoc, quod Gaius e Par. 1 et 2 Daniel. Gud. utroque et Bas. suis posuit, retinui, quod idem Morelius adnotauit e suo et quod necessarium st propter *dicemus*. Nec recte pro hoc substituetur *dicimus*, ut paullo ante Cicero dixit *arbitramur*. quid nunc statim de re proposita iudicandum sit, interrogans; hic quæritur, quid de iis, quæ aliquando occurrant, statuendum putetur.

tuam ob caussam) Præpositionem omittit etiam Spir. et hic et paullo post (transponatne etiam uerba, non dicitur). Fieri potest, ut, quom Cicero scripsisset *tua caussa* et *sua caussa*, librarius uerbi, quod est *commodare*, naturam ignorans, ei accusatiuom in codice archetypo adcommodarit, deinde in deteriorum principe præpositio adcessërit.

cuipiam commodes) Aut sic scribendum erat aut cum Erl. et Gud. 1 *cui;* illud malui, quod et ab Erl. Spirensis discedere uidetur et sic origo ceterorum scripturæ intellegitur. *Quisquam* et *ullus* (ut breuiter conplectar rem non ignotum neque difficilem) quom generaliter adfirmatiua sint (Jemand überhaupt, quisquis est et qualiscunque st), ex quo fit, ut in negatione generali ponantur, cum condicionali particula sic coniunguntur, ut generalem condicionem esse significetur, in qua satis sit, non omnino negari; itaque omne momentum orationis est in pronomine et in negationis generalis contrariæ remotione. Ubi autem in sententia condicionali tantummodo incerta persona aut res includitur, ibi necessario aut *quis* aut *quispiam* dicitur aut *aliquis*. Non magis igitur hic ferendum erat *cuiquam* quam pro Cluent. 145 *quemquam*, ubi optumi codices subuenerunt. Contrarius error in editiones recentiores irrepsit IV, 45, ubi *si quidpiam* ferri nequit, requiritur *si quicquam* (wenn irgend etwas); cfr. IV, 51, V, 77.

cere omnis necesse st, uoluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurumae, quae, nisi honestas natura plurumum ualeat, tur non cadant in sapientem, non est facile defendere. 118. Ac ne plura conplectar (sunt enim innumerabilia) bene laudata uirtus uoluptatis aditus intercludat necesse st. Quod iam a me expectare noli. Tute introspice in mentem tuam ipse, eamque omni cogitatione pertractans, percontare ipse te, perpetuisne malis uoluptatibus perfruens in ea, quam saepe usurpabas, tranquillitate degere omnem aetatem sine dolore, adsumpto etiam illo, quod uos quidem adiungere soletis, sed fieri non potest, sine doloris metu, an, quom de omnibus gentibus optume mererere, quom opem indigentibus salutemque ferres, uel Herculis perpeti aerumnas. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos tristis-

necesse) *ut esse* E est) om. P. honestas) *honesta* ELP in sapientem) *insipientem* E 118. aditus) *bene aditus* E perfruens) *perfluens* MCR uos) om. L gentibus) om. E mererere) *merere* LM nostri) *uestri* E

honestas natura) ἡ ἀρετὴ φύσει. Correctio hæc est; nam Pall. omnes et Mor. cod. *honesta natura* (Dau. et Gzius tacent). Sed etiamsi intellegatur *naturalis bonitas*, malam doctrinam uincens, ea tamen ad hunc locum nihil pertinet omnino, ubi exponitur, quid secuturum sit, nisi aliud uitæ agendæ fundamentum ponatur, atque Epicurus posuerit, uirtutem uoluptatis caussa inducens. Ed. Crat. *honestatis natura* et in mgine *honestas*, non ex antiquo illo cod. Eξ ex *honesta natura* unum ecfecerunt: *honestas*.

118. *uoluptatis aditus intercludat*) Lbinus *uoluptati*; uid. ad 27.

uoluptatibus perfruens) Sic primus Lbinus; confirmant Pall. 1, 2, 3, 4, Gziani omnes, Eξ, ut uidetur. *Perfluens* erat in Dauisianis omnibus. *Adfluere uoluptatibus* dicitur, non *perfluere*.

de omnibus gentibus) *Gentibus* abest etiam a Spir. Scripsitne Cicero: *de hominibus?* Adnotanda autem orationis in uerborum temporibus mutatio. Nam incipit Cicero dicere tamquam de earum rerum optione, quæ fieri fortasse possint (*malis*), deinde, quasi nimis audacter hoc fingatur, declinat ad illam formam (*mererere*, *ferres*), in qua intellegitur *si posses*, non *si possis*.

tristissumo tamen uerbo, ærumnas) Extremum uerbum, propter orationis grauitatem non necessario adiectum, damnabant Dau. et

summo tamen uerbo aerumnas, etiam in deo, nominauerunt. 119. Exigerem ex te cogeremque, ut responderes, nisi uererer, ne Herculem ipsum ea, quae pro salute gentium summo labore gessisset, uoluptatis caussa gessisse diceres. Quae quom dixissem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos ista referam, et, quamquam aliquid ipse poteram, tamen inuenire malo paratiores familiaris nostros. Credo, Syronem dicis et Philodemum, quom optumos uiros tum homines doctissumos. Recte, inquit, intellegis. Age sane, inquam. Sed erat aequius, Triarium aliquid de nostra dissensione iudicare. Eiuro, inquit arridens, iniquom, hac quidem de re; tu enim ista

in deo) *ut uideo* LPMCR 119. Exigerem) *Eligerem* P familiaris nostros) *familiares ostendere nostros* L Syronem) *Scyronem* R Philodemum) *Polidemum* LMCR quom) *tum* LPR homines doct.) *doct. hom.* (M)CROr. aequius) *egregius* P aliquid) *aliquod* E Eiuro) *iuro* ELPMR *imo* C

Ernestius, non multo melius quam § 16 illud *in motu*. *Ærumnas sextam Herculis* Plautus dixit Epid. II, 1, 9; Cicero sæpius ærumnas Herculis appellatas legisse uidetur. Tum *in deo* primus edidit Uictorius; est in mgine Crat. Deteriores omnes: *etiam ut uideo* (ξχψ, Gud. uterque, Bas., tantum E *ut in deo*; Grut. et Dau. tacent). Ex *in deo* quom factum esset *uideo*, additum st *ut*.

119. *Exigerem*) Pal. 1 *eligerem*.

Syronem dicis) Epicureum Græcum, qui Uirgilium et Uarium poëtas discipulos habuisse traditur; uid. Heynius ad Donati uit. Uirgili § 79. Eundem amicum suum Cicero appellare uidetur ad Fam. VI, 11. In Acad. quoque II, 106 nomen eius restituendum esse, Gzius intellexit. (Gzi codd. *Sironem*; non Erl.)

et Philodemum) Gadarensem, nobilem Epicureum, philosophum et poëtam, L. Pisonis amicum, cuius scripta quædam Herculani reperta sunt. (Uerum nomen adnotatur in mgine Crat. et c cod. Mor.)

quom optumos uiros) *tum* (ut cum R pleræque edd. ante Manutium) e quattuor suis codd. reuocauit Gzius; uid. ad I, 31. Tum omnes edd. tacite *doctissumos homines*. Paullo post Gzi codd., excepto uno Gud. 2: *de dissensione nostra*. Mihi de Erl. nihil notatur.

Eiuro, inquit arridens, iniquom) Editum fere ex C *imo* (inde a Crat. ab omnibus ante Gzium). Codd. apud Dau. Par. tres, Mead.,

lenius; hic Stoicorum more nos uexat. Tum Triarius, Posthac quidem, inquit, audacius. Nam haec ipsa mihi erunt in promptu, quae modo audiui; nec ante adgrediar, quam te ab istis, quos dicis, instructum uidero. Quae quom essent dicta, finem fecimus et ambulandi et disputandi.

lenius) *leuius* PCR posthac quidem) *posthac* LP uidero) *uideo* MP.

Ball. *iuro*, Oxx. E$\xi\chi$ (in ed. Hal.) *iure*, Gziani partim hoc, partim illud (de Erl. errat). Laudandus igitur aliquando Gzius, qui sollemnem formulam iudicis iniqui recusandi (uid. lexic.) restituerit littera *e* geminata.

et ambulandi) At nullam ambulationem initio libri 1 commemorauit. Festinans igitur putauit id se scripsisse, quod non scripserat.

M. TULLI CICERONIS

DE

FINIBUS BONORUM ET MALORUM

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

In huius libri exordio Cicero, conuersa rursus ad Brutum oratione, quoniam uoluptas superiore libro satis confutata sit, acriorem paratam esse ait cum Stoicis contentionem; atque eorum disserendi genus quom ipsum subtile sit uel potius spinosum, tum multo difficilius esse Latine loquentibus, quibus etiam noua uerba parienda et noua rebus nouis nomina inponenda sint. Nec hoc mirandum esse, quoniam, si aliæ etiam artes suis et propriis utantur uerbis, multo id magis philosophiæ concedendum sit; et, si Græcis philosophis licuerit de rebus non peruagatis uerbis quoque inusitatis uti, magis in Latina lingua hoc licere debere; atque etiam elaborandum esse, ut in ipsis Græcorum artibus Latinorum uerborum copia Græcæ respondeat (c. 1, 2). Deinde Cicero exponit, sermonem sibi aliquando de Stoicorum de summo bono sententia incidisse cum M. Catone in uilla Tusculana Luculli (c. 3). Nam quom Cato minus sibi probari significasset, quod Cicero non ad Stoicos, sed ad Academicos et Peripateticos se inclinauisset, Cicero au-

tem inter hos et Stoicos uerborum, non rerum certamen esse dixisset, et Stoicos, si uerborum splendore persequi uellent, in Pyrrhonis et Aristonis uitia incidere, ut rerum selectionem et ipsam uirtutem tollerent, Catonem, ut Ciceronem non recte iudicare ostenderet, totam Zenonis Stoicorumque sententiam explicare aggressum esse (c. 3, 4). *Ea explicatio huiusmodi st: Omne animal, simulatque natum st, se conseruare studet et suum statum, quæque eius status conseruantia sunt, diligit; in his rebus, quas natura primas adpetit, uoluptas non est, est integritas corporis eiusque partium, rerum cognitiones artesque* (c. 5). *Quom igitur aliæ res æstumabiles sint, quod aut secundum naturam sunt, aut tale quid efficiunt, aliæ inæstumabiles, quæ illis contrariæ sunt, illæ autem sumendæ, hæ reiciendæ sint, primum st officium, se conseruare, deinde seligere ea, quæ secundum naturam sint, et reicere contraria; quom autem hoc constanter et naturæ conuenienter fit, tum demum intellegi incipit, quid sit bonum, et hoc ipsum adesse. Nam hac ipsa conuenientia honestum continetur, quod et summum et unum bonum st et solum propter se expetendum; prima autem naturæ non propter se expetenda sunt, et tamen omnia officia ab iis proficiscuntur* (c. 6). *Adpetitio animi non ad quoduis uitæ genus, sed ad quandam formam uiuendi data st, itemque ratio, ut ad perfectam rationem, quæ sapientia et uirtus est, perueniatur. Sapientiæ ultumum st, non aliquid extra se efficere, sed ipsa actio, et, quod recte factum st, id omnis uirtutis numeros in se continet. Uirtus autem teneri non potest, nisi statuatur, nihil esse, quod intersit aut differat aliud ab alio (quo bonum aut malum sit) præter honesta et turpia. Itaque sapientes omnes semper beati sunt* (c. 7). *Quod autem totam disciplinam continet, quod honestum sit, id esse solum bonum, id breuibus quibusdam et acutis Stoicorum rationibus concluditur, quæ ex eo ducuntur, quod bonum laudabile st et beata uita gloriatione digna, et quod fortis uir aliter*

esse non potest (c. 8). Nec tamen probandi sunt illi philosophi, qui sic summum bonum in animo posuerunt, ut nullam rerum differentiam esse dicerent; nam in selectione earum rerum, quae sunt secundum naturam, et contrariarum reiectione prudentia et uirtus posita st. Itaque summum bonum st uiuere scientiam adhibentem earum rerum, quae natura eueniant, seligentem, quae secundum naturam, et quae contra naturam sint, reicientem (c. 9). Actiones autem honestae ipsa susceptione, non ecfectu, laudabiles sunt (ibd.). Bonum Diogenes commodissume definiit, id quod esset natura absolutum. Ad boni notionem peruenitur, quom animus conlatione rationis ascendit ab iis rebus, quae sunt secundum naturam. Bonum autem a ceteris rebus, quae aestumabiles sunt, non gradu, sed genere differt et suam habet propriam aestumationem (c. 10). Perturbationibus animi, quae opinione conmouentur, non natura, sapiens semper uacat (ibd.). Omne, quod honestum sit, propter se expetendum esse, quod turpe, fugiendum, facillume intellegitur ex communi hominum iudicio et sensu, qui in agendo adparet (c. 11). (Hic ex Ciceronis persona breuis interponitur de nomine uiti digressio.) Inter Stoicos et Peripateticos rerum, non uerborum controuersia st; nam in Peripateticorum doctrina ecfici non potest, ut sapiens semper beatus sit; et eorum sententia alius alio beatior est, Stoici crescere beatam uitam negant posse; nam omnis commodorum adcessio, quae ad uirtutem adici potest, eius splendore obscuratur (c. 12, 13, init. 14). Recta actio non crescit; itaque uita beata nihilo magis expetenda st, si longa, quam si breuis (c. 14). Nec alius alio sapientior est, nec alius alio magis peccat. Sed etsi nec uirtutes nec uitia crescunt, utrumque tamen eorum funditur quodam modo et dilatatur (ibd.). Diuitias Diogenes putat ad uoluptatem et ualetudinem non solum duces esse, sed eas continere, in artibus et in uirtute non eandem uim habere (c. 15). Deinde explicatur a Stoicis differentia rerum; nam

quom ad beate miserene uiuendum nihil quicquam ualeat, praeter honestum et turpe, tamen inter ceteras res aliquid interest, ut alia sint aestumabilia, alia inaestumabilia, alia neutrum, et alia προηγμένα (praeposita), alia ἀποπροηγμένα (reiecta); definitur autem προηγμένον, quod sit indifferens cum aestumatione mediocri (c. 15 et 16). Bona sic diuiduntur, ut alia sint τελικά, id est, ad finem pertinentia, alia ποιητικά, id est, efficientia, et pertinens autem et efficiens sapientia st; quae autem praeposita dicuntur, partim per se ipsa praeposita sunt, partim, quod aliquid efficiunt, partim utrumque; horum generum in utro bona fama ponenda sit, Stoici dissentiunt. (c. 16, 17). Officium, hoc est, quod ita factum st, ut eius facti probabilis ratio reddi possit, nec in bonis ponitur nec in malis; id uersatur in eorum, quae media sunt, aliis sumendis, aliis reiciendis (c. 17, 18). Itaque his mediis etiam excessus e uita et in uita mansio moderanda st, ut interdum sapienti e uita discedendum sit, quom sit beatissumus, stulto manendum, quamuis sit miser, dummodo pluribus naturalibus fruatur (c. 18). Liberi a parentibus natura amantur; atque hinc profecta et latius progressa societas omnis homines conplectitur. Mundus quasi communis urbs et ciuitas deorum et hominum st, cuius quom unusquisque nostrum pars sit, communis utilitas nostrae anteponenda st (c. 19). Natura ad ciuilem communitatem coniuncti et consociati sumus, quod ni ita esset, nec iustitiae nec bonitati locus esset. Huic consentaneum st, ut etiam sapiens rem publicam administret. Ad hanc hominum societatem conseruandam pertinet intellegi, emolumenta hominum et detrimenta communia esse et paria; commoda autem et incommoda communia non sunt (c. 20, 21). Amicitia, tum iustitia ceteraeque uirtutes per se, non utilitatis caussa expetuntur. Inter uirtutes autem etiam dialectica et physica numeratur (c. 21, 22). His expositis Cato personam sapientis, qualis a Stoicis describitur, semper beati, fortunati, diuitis, regis inducit et exornat (c. 22).

(De ordine et dispositione rerum in hoc libro tractatarum quaesitum st excursu ad eam rem conscripto.)

I. 1. Uoluptatem quidem, Brute, si ipsa pro se loquatur nec tam pertinacis habeat patronos, concessuram arbitror, conuictam superiore libro, dignitati. Etenim sit inpudens, si uirtuti diutius repugnet aut si honestis iucunda anteponat, aut pluris esse contendat dulcedinem corporis ex eaue natam laetitiam quam grauitatem animi atque constantiam. Quare illam quidem dimittamus et suis se finibus tenere iubeamus, ne blanditiis eius inlecebrisque inpediatur disputandi seueritas. 2. Quaerendum st enim, ubi sit illud summum bonum,

1. pro) *per* M pro se loquatur) *prosequatur* E tam) om. E dignitati) *dignitate* R corporis) *corporis et titillantem* PLMC *corp. et utilitatem* R *corp. et titillationem* Or. eaue) *ea re* C ue natam) *uenenatam* P illam) *illa* C quidem) *inquit* E dimittamus) *dimittatur* C tenere) *petere* E *cedere* PMR

Cap. I, 1. *dignitati*) non uirtuti et honestati (neque enim *dignitas* sic dicitur), sed amplitudini et splendori uirtutis principatu dignae. (Pro *quidem* ed. Man. et quaedam aliae *equidem*.)

dulcedinem corporis) Sic etiam Pal. 1, Spir., Mor., quos ratio sequi iubebat, etsi *titillantem* unde ortum sit, difficile st dicere et uideri potest e meliorum codicum principe excidisse, *et* autem e littera *t* ortum esse; nam sic, ut nostri deteriores, ceteri quoque (Pall. quinque, Dau. plures, Oxx. EUχ, Gziani tres reliqui). Lbinus auctoritate librorum manuscriptorum se *et* sustulisse narrat, cui uix credo, etsi de Oxx. $\xi\chi$ ad eius scripturam nihil notatur. Dubitari potest, num *titillans* sic absolute sine accusatiuo a Cicerone umquam dictum sit. Urs. codex et El. 2 (debuit 1 appellari): *et titillationem*, manifesta correctione; probarunt tamen Dau. et Gzius. Ueteres edd. fere ut R.

suis se finibus tenere) Uerum hoc uidetur, sed corrigendo natum st. Nam ut Erl., sic Pal. 1, Spir., Bas. *petere* (Pal. 6 *suos se fines petere*), Pal. 2, 4, 5, Par. 1, 3 Dau., Eξ, Gud. uterque *cedere*; *tenere*, quod in Gud. 1 superscriptum erat, Dau. ait in El. utroque, Mead., Ball., C. C. C. esse, de postremo errans; fuisse idem uidetur in Pal. 3 et tribus Oxx.

quod reperire uolumus, quoniam et uoluptas ab eo remota est et eadem fere contra eos dici possunt, qui uacuitatem doloris finem bonorum esse uoluerunt; nec uero ullum probetur [ut] summum bonum, quod uirtute careat, qua nihil potest esse praestantius. Itaque quamquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus, tamen haec acrior est cum Stoicis parata contentio. Quae enim de uoluptate dicuntur, ea nec acutissume nec abscondite disseruntur; neque enim, qui defendunt eam, uersuti in disserendo sunt, nec, qui contra dicunt, caussam difficilem repellunt. 3. Ipse etiam

1. et) om. L uoluptas ab eo) *ab eo uol.* L ullum) *ita ullum* PMCR *ullum ita* L [ut]) om. LPMCR sine nota Or. quod) *ut* LPMCR potest) *posset* E *possit* LC contentio) *inuentio* E enim) *uero* E nec abscond. disser.) *disser. nec abscond.* L 3. etiam) enim R

2. *nec uero ullum probetur* [*ut*] — *quod uirtute careat*) Sic etiam Spir. Edit. Crat. *nec uero ita ull. prob. ut s. b. quod &c.*, retento *ita* ex altera scriptura; ex Eξ adnotatur tantum *quod*. Nam ceteri ante Gruiam tacite ut nostri deteriores et sic tres reliqui Gui codices, poteratque ea scriptura per se ferri, etsi minus apte modus probationis (*ita* — *ut careat*) quam ipsius boni qualitas (*ullum quod*) commemoratur. Sed in meliorum codicum scriptura magno opere offendit *ut*, quo retento *ullum* substantiuom erit, contra huius aetatis et scriptoris usum (*nec uero quicquam probetur ut s. b.*); nam ut coniungatur: *nec uero ullum bonum prob. ut summum*, fieri nequit. Uidelicet eadem breuitas loquendi utriusque codicum familiae primo librario displicuisse uidetur, qua sic dicimus: *hoc summum bonum ne probetur*, hoc significantes: *hoc ne pro summo bono probetur*. Hinc illud *ut* natum.

qua nihil potest) Absolute hoc cum adfirmatione adiungitur; neque enim post orationem eiusmodi hortatiuam aut dehortatiuam, qualis hic antecedit (*nec uero probetur*), locum habet latens illa caussae significatio, quae et in coniunctiuo modo pronomini subiecto. *Potest* edebatur tacite ante Dauisium, nisi quod quaedam uetustissumae edd. (Uen. 1480, 1494), ut C *possit*, quod is e Par. 1, 2, El. 2 (Gud. 2, Bas.) reuocauit et Bremio Gzioque probauit. Sed meliores (praeter Erl. etiam Spir., tum Mead., Eξχ, Gud. 1) *posset*.

caussam difficilem repellunt) Insolentius dictum esse nec satis proprie, Lbino concedere debebant editores; nam repellimus inpe-

dicit Epicurus, ne argumentandum quidem esse de uoluptate, quod sit positum iudicium eius in sensibus, ut conmoneri nos satis sit, nihil adtineat doceri. Quare illa nobis simplex fuit in utramque partem disputatio. Nec enim in Torquati sermone quicquam inplicatum aut tortuosum fuit, nostraque, ut mihi uidetur, dilucida oratio. Stoicorum autem, non ignoras, quam sit subtile uel spinosum potius disserendi genus, idque quom Graecis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt inponendaque noua rebus nouis nomina. Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cuius usus uolgaris communisque non sit, multam noui-

ne) *nec* LMCR iudic. eius) *eius iud.* LPMCR ut) *et* E inplicatum) *inplicitum* C spinosum pot.) *pot. spin.* L rebus nouis) *nou. reb.* LPMCROr. nouitatem nom.) *nominum nouit.* L

tum aut eos, qui inpetum faciunt (a quo translatum et, quod in Uerr. IV, 8 dicitur: *uerbo iam uno repellar*); ad eam imaginem non apta *caussa* et *difficilis caussa.* Itaque Lbinus *refellunt;* atqui ne refellitur quidem caussa ab oppugnantium parte. Scilicet ipsum *caussæ difficilis* nomen parum apte positum, quom de oppugnantibus ageretur (nam ad defendentis aptum erat), non habuit proprium uerbum.

8. *ne argumentandum quidem*) *nec* etiam EUξ, ut malam consuetudinem librariorum etiam alibi contemnere discas; uid. exc. ad II, 25. De re uid. I, 30. *Iudicium eius* (erat enim inuersum) Gzius etiam e Spir., Gud. 1, Bas.

noua rebus nouis nomina) Sic etiam Spir. In Gud. 1 et Bas. erat *noua reb. nom. nouis.* Mox Ernestius malebat *nemo nec mediocriter* aut *nemo uel mediocriter;* debuit *nemo ne mediocriter quidem.* Opponit Gzius Rhet. ad Herenn. IV, 7: *quiuis mediocriter litteratus.* Eodem modo dicitur *omnis minumus* et *nullus minumus,* ubi expectet quispiam *uel minumus*, *ne minumus quidem;* uid. ad Fam. I, 8, 6: *nullam rem esse minumam* (Lbinus *uel minumam*), pro Cluent. 137: *nec id ulla tenuissuma suspicione* (*uel. ten.* Lbinus et ceteri ante Classenium), N. D. I, 67, fragm. Hortensi p. 485 Or. Sed in II Tuscul. 7, quem locum Wopkensius huius conparatione defendebat, *quidem* post *mediocriter* prauom esse, nisi praecedat *ne*, sentiet, qui certo sensu uim particulæ *quidem* percepit.

tatem nominum esse, quom constituantur earum rerum uocabula, quae in quaque arte uersentur. 4. Itaque et dialectici et physici uerbis utuntur iis, quae ipsi Graeciae nota non sint. Geometrae uero et musici, grammatici etiam, more quodam locuntur suo. Ipsae rhetorum artes, quae sunt totae forenses atque populares, uerbis tamen in docendo quasi priuatis utuntur ac suis.

II. Atque ut omittam [has] artis elegantis et ingenuas, ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi uocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. Quin etiam agricultura, quae abhorret ab omni politiore

earum) *ea* E 4. et dialectici) *dialectici* E physici) *philosophici* P, corr. in marg. Græciæ) *scientiæ* R non) om. (P)MR sint) *sunt* omnes, Or. Geometræ — item) om. P uero et) *uero* LMCR quodam) om. L Ipsæ) *Item ipsæ* LPMCROr. docendo) *dicendo* LMCR has) om. E sine uncis Or. ne) *nec* MC

earum rerum) Etiam Spir. *eu*, recepitque Gzius. Tum prorsus abundat *rerum* et potius totum hoc: *quom constituantur — uersentur;* nec uocabula in arte *uersantur*, sed ex rebus iis, quæ in quaque arte uersantur, oritur uocabulorum necessitas. Extremæ syllabæ nota excidit propter sequens uocabulum, ut § 42.

4. *nota non sint*) Exciderat *non* etiam in quattuor Pall. Sed uolgo edebatur *sunt*, prauissuma sententia; neque enim certum erat genus uerborum Græcis ignotorum et iis dialectici utebantur; sed talibus utebantur, quæ ipsi Græci non nossent. Codicum in tali re in hac forma (*sunt* et *sint*), quæ ubique permutatur, nullum prorsus momentum st. Mox *et* ante *musici* addidit Gzius ex omnibus suis, excepto Gud. 2. Ex E adnotatur *uero et physici*.

Ipsæ rhetorum artes) Ascensus orationis significatur pronomine initio posito. *Item* uitiose abundabat. Tacent, qui meliores codices habuerunt; sed tacuit etiam Gzius de Erl. In E𝔤 tenue indicium interpolationis est; habent enim *Itaque ipsæ*. Artis quom dixit plurali numero, cogitauit de libris et commentariis, qui sic dicuntur apud ipsum Ciceronem, frequentius apud Quinctilianum. In Gud. 1 excidit *rhetorum*. Tum pro *tamen* Grut. e Pal. 1 *tantum*, sine sensu, sed recte *in docendo*, et sic Spir., Gud. 2, mgo Crat. Artes illæ non dicebant et orationes habebant, sed in præceptis tradendis sua et propria habebant uerba.

Cap. II. *has artis*) Pronomen omittit etiam Spir. Idem *nouis* pro *nobis*.

elegantia, tamen eas res, in quibus uersatur, nominibus notauit nouis. Quo magis hoc philosopho faciendum st; ars est enim philosophia uitae, de qua disserens arripere uerba de foro non potest. 5. Quamquam ex omnibus philosophis Stoici plurima nouauerunt, Zenoque, eorum princeps, non tam rerum inuentor fuit quam uerborum nouorum. Quod si in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, concessum st, ut doctissumi homines

eas) *ea* EOr. est enim) *enim* E arripere) *accipere* L 5. nouauerunt) *nominauerunt* LMCR Zenoque) *Zeno quoque* PLMCR uerborum nouorum) *nou. uerb.* L(P)MCR concessum) *concessum a Græcia* LPMCROr. (hic cum uncis).

tamen eas res) Etiam Spir., Bas., Uindob., tum editio Crat. *tamen eas res*, quod Gzius et recentiores probarunt, ut nomini ex abundanti pronomen superaddatur, nota figura; sed ei ibi locus est, ubi eo pronomine sustinetur pondus orationis, quod hic in particulam *tamen* incumbit. Contra *eas* abesse nullo modo potest, quom definitur et circumscribitur certum genus rerum, non magis quam paullo ante (8) *earum*. Quod Orellius tum *omnis* res, in quibus agricultura uersetur, nouis nominibus notatas dici putat, idque falsum esse, nescio, unde illud *omnis* magis oriatur addito *eas* quam detracto. Cicero generaliter locutus est, intellexit eas res, quæ agriculturæ ita propriæ essent, ut aliunde nomina non haberent.

5. *Stoici plurima nouauerunt*) Sic Gruterus et ceteri deinceps e Pal. 1, 8, Mead., Eξ, Spir., Bas. Lbinus e Memmiano et Cuiaciano *nouarunt*. Stoicos ad signandas notionum formas et discrimina, in quæ omnia copiose persequentes incidebant, lubenter et prompte noua nomina excogitasse, uerum st; de Zenone quod addit, Antiochi iudicium st, expositum uberius libro IV. *Zenoque* etiam Spir. et ex eo Gzius, ut iam Walkerus (ad Cic. N. D. II c. 57) scribendum esse intellexerat. In unam summam et caput iudicium colligitur, non tamquam appendix (*quoque*) Zeno Stoicis adiungitur. *Uerborum nouorum* Gziani omnes præter Gud. 2. Antea iauersum erat.

concessum st) Sic etiam Spir. Iam Ursinus a suo cod. abesse uoces *a Græcia* adnotarat, damnarant plures. Uitiose abundabant post illa: *in ea lingua*, nec sequitur: *a Romanis*. Mox *peruolgatis* ex edit. pr. ad Manutium et alios quosdam propagatum st, fuitque in uno et altero cod. (Pal. uno). Uerum erat in mgine Crat.,

de rebus non peruagatis inusitatis uerbis uterentur, quanto id nobis magis est concedendum, qui ea nunc primum audemus adtingere? Et quoniam saepe diximus, et quidem cum aliqua querela non Graecorum modo, sed etiam eorum, qui se Graecos magis quam nostros haberi uolunt, nos non modo non uinci a Graecis uerborum copia, sed esse in ea etiam superiores, elaborandum st, ut

peruagatis) *peruulgatis* C id nobis) *uel nobis* PL *id uel nobis* MCR nunc) *uel nunc* L Et quoniam) *Etsi quoniam* E *etsi quod* ceteri, Or. etiam eorum) *eor. et.* Or. in ea) *in eo* L

Pall. quinque, Par. 1, 8, El. utroque, *ξχψ*, Gzi omnibus. Uid. ad II, 15. Deinde *id nobis* Pal. 1, Spir., et, si silentio fides, Eξ, edd. inde a Grutero; *id uel nobis* Oxx. relicui, Gud. 1, Bas. Dauisius tacet.

Et quoniam sæpe &c.) Quom Dauisius et Ernestius hæsissent in uolgata scriptura (*etsi quod sæpe*), deletoque *quod*, orationem sic continuari uoluissent: *Etsi sæpe diximus —, elaborandum st*, et sublata orationis cohærentia et prauissuma sententia, Bremius docuit, *etsi* coniungendum esse cum *elaborandum st* et esse hanc superiorum correctionem. (Gzius, additis parentheseis notis, omnia se plana reddidisse gloriatur.) Atqui dixerat, concedendum Latinis scriptoribus esse, quom nunc primum philosophiam adtingerent, ut inusitatis uerbis uterentur. Subicit, elaborandum esse, ut, quod de copia sermonis Latini sæpe dixerit, non in Romanis tantum artibus, sed in Græcis quoque eam copiam consequantur. Id non poterat fieri, nisi nouis uerbis et hactenus inusitatis reperiendis et frequentandis. Itaque non correctio hæc est, sed apertissuma eiusdem sententiæ confirmatio et noui argumenti adiunctio; idque magis etiam, si fieri potest, adparet, restituta ex Erl. (de ceteris turpiter tacent, ut de hoc Gzius) ea particula (*quoniam*), quæ proprie ponitur in iis, quæ consequentia alicui sunt, adiungendis. Non dubitaui igitur restituere: *et, quoniam.* (Iam Uict., Man., Lbinum hæsisse adparet ex eo, quod diiuncte *et si* scripserunt; atqui *si* non habet, quo referatur; uoluerunt: *et, si, quod diximus —, non modo non uincimur, sed etiam superiores sumus, elaborandum st*, eadem, qua ego, sententia.) Tum *eorum etiam* Gzius e quattuor, ut ait, suis; non sane ex Erl. Idem mox alterum *etiam* (ante *in illorum*) omisit, sequens, ut ait, Gud. utrumque et Bas. Tum cod. Mor. et duo Gzi *adsequamur* pro *consequamur*. De sententia cfr. I, 10.

hoc non in nostris solum artibus, sed etiam in illorum ipsorum consequamur. Quamquam ea uerba, quibus instituto ueterum utimur pro Latinis, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica, quamquam Latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus. Atque haec quidem de rerum nominibus. 6. De ipsis rebus autem saepenumero, Brute, uereor, ne reprehendar, quom haec ad te scribam, qui quom in philosophia, tum in optumo genere philosophiae tantum processeris. Quod si facerem quasi te erudiens, iure reprehenderer. Sed ab eo plurumum absum neque, ut ea cognoscas, quae tibi notissuma sunt, ad te mitto, sed quia facillume in nomine tuo acquiesco, et quia te habeo aequissumum eorum studiorum, quae

instituto) *ex inst.* LPMCR ipsa) om. C musica) *musica et astrologia* C quoniam) *quia* E percepta) *præcepta* (P) 6. qui quom) *qui tum* PMCR in nomine tuo acquiesco) *in tuo acquiescam nomine* L habeo æquiss.) *æqu. hab.* R

Quamquam — instituto ueterum) Pro *quamquam* Pal. 1 (Gzius Erl. et Spir. addit) *quam*. Cauet Cicero, ne, quod de nouis uerbis in Latino sermone reperiendis dixit, quæ Græcis responderent, ad hæc, quæ iam recepta sint, expellenda pertinere uideatur. Præpositionem, quæ ante *instituto* addebatur, Gzius in solo Gud. 2 repperit.

usu percepta) Tuetur hunc locum quod II N. D. 91 legitur: *nomen Græcum, perceptum iam tamen usu a nostris*, et ipsum hinc defenditur; significantur igitur usu sic trita, ut intellegantur. Nec tamen mirandum st, fuisse, quibus insolenter dictum uideretur; neque enim de intellegentia quadam et perceptione longo usu effecta ponitur (nec multæ operæ erat scire, quid rhetoricæ aut musicæ nomen significaret), sed de notitia quadam uerbi ad cotidianum usum. Quod Gzius uolt *percepta* esse *penitus accepta et in linguam Latinam recepta*, non potest sic dici *usu percipere*. Gruterus et Dau. e Pal. 3 et C. C. C. *præcepta*, quasi Latini usu quodam peregrina uerba, antequam adferrentur, præceperint, quemadmodum spe et opinione aliquid præcipimus.

7. *qui quom in philosophia*) *Quom* Gruterus primus sine felici casu siue e Pal. 1. *Tum* Oxx. EUξχ, "multi scripti" Gzi, id est, deteriores omnes. De Bruto uid. ad I, 8.

mihi communia tecum sunt, existumatorem et iudicem. Adtendes igitur, ut soles, diligenter, eamque controuersiam diiudicabis, quae mihi cum auonculo tuo, diuino ac singulari uiro, fuit. 7. Nam in Tusculano quom essem, uellemque e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, ueni in eius uillam, ut eos ipse, ut solebam, inde promerem. Quo quom uenissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, uidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. Erat enim, ut scis, in eo †inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat; quippe

communia tecum) *tec. comm.* L existumatorem) *extim.* M. *estim.* CR Adtendes) *Attende* L fuit) transp. post *mihi* LPMCROr. 7. in Tusc. quom essem) *cum ess. in Tusc.* L inde promerem) *depromerem* E inexhausta) om. E

existumatorem) Sic primus, ut uidetur, Lbinus, deinde Gruterus tacite; Dau. in Par. 1, 3 hoc ait esse, Gzius, in suis omnibus; *æstimatorem* El. 2, ψ; χ ut M. Qui de discrimine uerbi simplicis et compositi dixerunt, enumerant Oudendorpius ad Cæs. B. G. II, 7, Kritzius ad Sall. Cat. 8. Tantum tenendum, ubi uniuerse de bonitate earum rerum, quæ neque permutationem et emptionem neque remunerationem habeant, de recto et prauo iudicetur, preti notionem, quæ apud nos fere admiscetur, apud Latinos remotam esse; itaque existumatoris eæ partes sunt, non æstumatoris. Paullo post *fuit* quo loco ex Erl. posui, eodem habuit Spir. De cognatione uid. ad § 8.

7. *e bibliotheca pueri Luculli*) in uilla Tusculana, quam pater, Ponticus ille, splendidissumam extruxerat (II, 107). De filio, qui in Philippensi acie cecidit, quæ tradita sunt, conlecta sunt in onomastico Orell. Tutorem ei pater Catonem auonculum reliquerat (Uarr. R. R. III, 2, 17, Colum. VIII, 16, 5, Cic. ad Att. XIII, 6), sed etiam Ciceroni testamento commendauerat (§ 9); tutorem ei Ciceronem fuisse, nusquam traditum st.

inde promerem) Etiam Pal. 1 et Spir. *ut solebam, depromerem;* non ausus sum sequi propter id, quod paullo post scriptum st: *ut quosdam hinc libros promerem;* quamquam hic, etiam omisso *inde*, locus satis significatus erit.

inexhausta auiditas legendi) *Inexhausta* omittunt etiam Pal. 1 et Spir. Adcedit, ut id uocabulum neque alibi positum nisi apud Uirgilium reperiatur et imaginem habeat peruersam; nam id, ex quo hauritur, inexhaustum st; auiditus et cupiditas *inexplebilis* et *insatiabilis*. Itaque aliud adiectiuom Cicero posuerat, quod quom

qui ne reprehensionem quidem uolgi inanem reformidans in ipsa curia soleret legere saepe, dum senatus cogeretur, nihil operae rei publicae detrahens; quo magis tum in summo otio maxumaque copia quasi heluari libris, si hoc uerbo in tam clara re utendum st, uidebatur. 8. Quod quom accidisset, ut alter alterum necopinato uideremus, surrexit statim. Deinde prima illa, quae in congressu solemus: Quid tu, inquit, huc? a uilla enim, credo; et: si ibi te esse scissem, ad te ipse uenissem. Heri, in-

ne) *nec* MCR om. L reprehensionem) *prensionem* EP quidem) om. L rei publicæ) *rei se* P heluari libris) *belluo libri* PMR *belluo librorum* LC in tam) *uitam* E *tam in* PLMCR 8. si) om. E esse) *esse ipse* MC *ipse esse* R

in cod. archetypo excidisset, hoc in deterioribus substitutum st; quodnam id fuerit, frustra quæritur, nisi quod tale fuisse uidetur, ut uitaretur tautologia ea, quæ inest in his: *inexhausta nec satiari poterat.* Carere adiectiuo huiusmodi oratio nullo modo potest, quæ caussam rei narratæ ex singulari aliqua hominis uirtute repetit. (Mox *ne prensionem* etiam Spir. Scriptum fuerat *ne repransionem.*)

heluari libris) Sic Pal. 1, Scaligeri cod. et Mor., mge Crat., El. 2, Spir. (cod. Cuiac. *heluaris*, Pal. 4 ad oram *beluaris*, Eξ *bellari libris*); restituit Gruterus; nec ulla caussa st quicquam præterea temptandi, quom absolutæ potestatis uerbo recte ablatiuos addatur materiam et instrumentum significans; longe alio significatu apud Gell. II, 24 dicitur: *quom plerique in patrimoniis amplis heluarentur*, hoc est, in patrimoniis amplis constituti. Ceteri codices (Grut., Dau., Oxx. U$\chi\xi$, Gzi) *heluo libri*, etiam edit. Marsi; ceteri ante Gruterum ed. princ. secuti erant.

in tam clara re) Confirmat hoc Erl. et erat sine dubio in ceteris bonis, quod inde a Lbino (et iam antea P. Marso) tacite editur. Ueteres edd. (Crat. et Uict.) ut codd. nostri deteriores, eamque scripturam Garatonius in cod. Barberino, quem perbonum appellat (sed erat e deteriorum familia), inuentam probabat (ad orat. pro Cæl. c. 5 p. 401). Potuisse sic scribi, ostendetur ad V, 26. *Præclaram* rem potius quam *claram* Lbinus dici malebat, cui difficile st satis firmiter contradicere; nam alibi *clarus* semper ad notitiam et famam pertinet; pro Sest. quoque 7, quo loco Bremius utitur, *clara pietas* est, quæ hominum animos conuertit et fama sermonibusque celebrata st; itaque additur: *et omnibus grata.*

quam, ludis commissis ex urbe profectus ueni ad uesperum. Caussa autem fuit huc ueniendi, ut quosdam hinc libros promerem. Et quidem, Cato, hanc totam copiam iam Lucullo nostro notam esse oportebit; nam his libris eum malo quam reliquo ornatu uillae delectari. Est enim mihi magnae curae (quamquam hoc quidem proprium tuum munus est), ut ita erudiatur, ut et patri et Caepioni nostro et tibi, tam propinquo, respondeat. Laboro autem non sine caussa; nam et aui eius memoria moueor (nec enim ignoras, quanti fecerim Caepionem; qui, ut opinio mea fert, in principibus iam

uesperum) *uesperam* LMCR autem) *enim* C et quidem) om P hanc totam) *totam hanc* Ox. om. *hanc* L oportebit) *oportebat* C hoc quidem) *quidem hoc* LPMCR Cæpioni) *Scipioni* omnes. nec) *hæc* E Cæpionem) *Scipionem* LPMCR fert) *refert* EP

8. *ludis commissis*) Inperite Gzius et Otto significari putant *post ludos* (finitos); nam *commissam pugnam* esse etiam, quæ pugnata sit. Non apud Latinos quidem, nisi quatenus nulla umquam pugna pugnata est, quæ non antea commissa esset, signo dato et militum concursu. Sed hæc puerilia sunt. Cicero significat, quemadmodum sæpius in epistulis, se, quom primum ludis commissis negotia urbana cessare coepissent, rus exisse, ut studiis se oblectaret, dum alii in ludis desiderent. *Ad uesperum* Grut. e Pal. 1, Dav. tacite, tum Spir., Bas., Eψ (silentio); uid. ad II, 92. Tum *caussa enim* ex ed. pr. fluxit ad Man., Lbinum, alios ante Gruterum (Ox. χ); deinde *totam hanc* errore nescio ubi primum scriptum (non Mars., Crat., Uict.). Paullo post *hoc quidem* inde a Lbino omnes tacite; confirmat nunc Erl. Priores *quidem hoc*.

Cæpioni nostro) Sic scripserat Marsus et scribi uoluerat Manutius, et mox *Cæpionem*; confirmauit Pal. 1; Gzius utroque loco etiam ab Erl. et Spir. confirmari scribit, de Erl. priore loco errans; altero loco etiam Oxx. EUξ, si silentio fides haberi potest, *Cæpionem*. Cognatio, quæ hic et paullo post adtingitur, hæc est: M. Liui Drusi, qui C. Graccho restitit, filia, soror M. Drusi, qui a. 91 a. Chr. in tribunatu multa molitus est, bis nupsit, Q. Seruilio Cæpioni, qui postea nobilis inimicitias cum Druso tribuno gessit (uid. Freinshem. Suppl. Liu. LXXI, 23 sqq., nec alius esse potuit, qui in bello Marsico legatus P. Rutili consulis periit; Freinshem. LXXIII, 33), deinde M. Porcio Catoni. Ex his binis nuptiis nati:

esset, si uiueret) et Lucullus mihi uersatur ante ocu-

et Lucullus) *et cum Luc.* L

A			B
Q. Seruilius Cæpio, trib. militum bello Spartaci (Plut. Cat. Min. 8) nec multo post mortuus (ibd. 11).	Seruilia, quæ nupsit M. Iunio Bruto.	Seruilia, quæ nupsit L. Lucullo.	M. Porcius Cato, qui Uticensis dictus est.
	M. Iunius Brutus, qui interdum Q. Cæpio dicitur.	(L.) Lucullus (puer).	

De Liuiæ nuptiis testis est Plutarchus in Cat. Min. c. 1 et, quod ad Seruilium adtinet, Dio Cass. in fragm. Peiresc. 110 p. 45 Reim. (de M. Druso minore et Q. Cæpione: *ἰδίαν ἀλλήλοις ἔχθραν ἐκ φιλίας πολλῆς καὶ γάμων ἐπαλλαγῆς ποιησάμενοι*), quem illi, qui de hac cognatione egerunt post Manutium, eo minus neglegere debuerunt, quod ex eo loco certissumum st, quis Cæpio intellegatur. (Freinshemius l. c. uerborum Dionis, ex quibus adparet, Drusum etiam ex Cæpionis familia uxorem duxisse et sine dubio sororem Cæpionis, miram interpretationem sequitur, a Ualesio, qui in eam inciderat, fere repudiatam.) Itaque superior Drusus Catonis auus dicitur a Cicerone huius operis libr. IV, 56, minor eius auonculus pro Mil. 16, idemque Bruti magnus auonculus Brut. 222. Seruiliam Plutarchus illo loco unam facit, cap 24 perspicue duas. In Brut. 2 et 5 Bruti mater, in Cat. Min. 54 et Lucull. 38 Luculli uxor sic nominatur, ut unam an duas Plutarchus putet, non dignoscas Sed duas fuisse, ostendit, quod nec hic Cicero Brutum Luculli pueri fratrem uterinum fuisse significat et Philipp. X, 8 tantum propinquom eius appellat; consobrini igitur erant. Brutum inde Q. Cæpionem appellatum probabiliter statuunt, quod ab auonculo Q. Cæpione filio testamento adoptatus sit, etsi id factum esse, neque alibi dicitur neque a Plutarcho (Cat. min. 11), qui Cæpionis hereditatem inter filiam et Catonem, fratrem uterinum, diuisam scribit. Iam primum quæritur, ubi Cicero dicit *Cæpioni nostro*, utrum, quod Manutius putat, Catonis frater, pueri auonculus intellegatur, an M. Brutus, consobrinus pueri, quod Schuetzium statuere uideo, motum fortasse eo, quod *nostro* de uiuo commodius additum uideretur. Sed longe præstat Manuti sententia; neque enim ad Brutum scribens Cicero sine magna ambiguitatis culpa alio eum hoc loco, atque supra, nomine significasset, quom præsertim mox Cæpionem alium nominaret nec ullam neutro loco distinguendi notam

los, uir quom omnibus excellens, tum mecum et amici-

quom) *tum* MC

adderet. Et, nisi Cicero admodum Bruto blanditur, quo tempore hic sermo inter Ciceronem et Catonem habitus fingitur, nondum poterat Brutus inter Lucullum et Catonem poni tertius, cui puer respondere deberet. Sed magna difficultas est in iis, quæ secuntur: *aui memoria moueor, nec enim ignoras, quanti Cæpionem fecerim*, et quod Cato mox significat, hunc testamento liberos suos Ciceroni commendasse. Nam qui a. 90 periit legatus consulis et dux exercitus, neque magnum cum Cicerone, tum uix 16 annos nato, usum habere neque ei liberos commendare potuit. Et, ut putemus alium illum legatum fuisse, Liuiæ maritum longius uitam produxisse (quamquam neque hic Q. Cæpio postea nominatur neque alius ad illam legationem aptus reperitur), tamen hæc uerba: *in principibus iam esset, si uineret*, manifestissumum st, ad eum non pertinere, qui iam cum Druso certans magnum in re publ. momentum habuerit et qui, si nunc superfuisset, senex plus quam octogenarius futurus fuerit, si tantum triginta annos natum cum Druso inimicitias gessisse statuamus; sed erat multo maior, ut qui a. 100 quæstor fuisset (ad Herenn. I, 21). Significatur aperte homo, qui, si uixisset, hoc tempore in flore ætatis et auctoritatis futurus fuerit, sed quem præmatura mors extinxerit, Catonis fere æqualis, id est, Q. Cæpio, Catonis frater uterinus. Is poterat moriens filiam Ciceroni fere æquali commendare (*liberos* Cicero communiter dicit de eo et Lucullo). Atqui is non auos, sed auonculus erat pueri Luculli. Itaque recte Schuetzius difficultatem sublatam fore ait, si legatur *auonculi memoria*, cui sic adsentior, ut ipsum Ciceronem perturbatione quadam memoriæ, qualis sæpe in cognationum serie optume nobis nota ad breuissumum tempus accidit, et manu aberrante *auo* scripsisse putem. (Quod P. Manutius se interdum eo deduci scribit, ut auom pueri, patrem Seruiliarum et Q. Cæpionis, a Drusi aduersario separet et eius filium faciat, non norat Dionis testimonium, cuius nondum fragmenta illa reperta erant; deinde non animaduertit, hunc quoque, quem fingat, propter liberorum ætatem remoueri longe ab eo tempore, quod significent uerba: *in principibus iam esset.*)

uir quom omnibus excellens) Hoc uix aliter intellegere licet nisi, quomodo etiam ab aliis acceptum uideo, ut *omnibus* datiuos sit masculini generis. Neque tamen aut ipsa laus ita exaggerata placet (*omnibus excellens*, nec hac illauc re, sed generaliter), neque hæc apte inter se referri uidentur: *quom omnibus ex-*

tia et omni uoluntate sententiaque coniunctus. 9. Praeclare, inquit, facis, quom et eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi testamento liberos suos commendauit, et puerum diligis. Quod autem meum munus dicis, non equidem recuso, sed te adiungo socium. Addo etiam illud, multa iam mihi dare signa puerum et pudoris et ingeni; sed aetatem uides. Uideo equidem, inquam; sed tamen iam infici debet iis artibus, quas si, dum st tener, conbiberit, ad maiora ueniet paratior. — Sic; et quidem diligentius saepiusque ista loquemur inter

9. tibi) transp. post *suos* E testam. lib. suos) *lib. s. test.* L puerum et) om. E iam) om. E iis) *his* L et quidem) *equidem* LPMCR

cellens, *tum mecum coniunctus*, in qua orationis forma comparatio aliqua esse uidetur omnium et ipsius. In margine editt. Lambinianarum adnotatur: "Fortasse: *quom rebus omnibus excellens.*" Paullo post (9) Gzius ait in Erl. et Spir. esse: *suos testamento liberos*, errans de Erl.

9. *Sic; et quidem*) Deteriorum codicum scriptura (Pall., Oxx., Gzi præter Erl. et Spir.) defensorem nacta st Handium, qui Tursell. II p. 428 ex hoc loco et aliis non melioribus (cfr. Opusc. nost. Acad. p. 497) Ciceroni uindicat *equidem* plurali iunctum; quamquam quid esset: *sic equidem diligentius ista loquemur*, uellem declarasset; nam mihi neque *sic* cum ceteris cohærere uidetur neque *equidem* quicquam significare. Adparet, Catonem primum adsentiri, tum aliquid addere (*et quidem*). Itaque recte Gruterus e Pal. 1 (*paratior sit et quidem*) id ecfecit, quod Erl. et Spir. confirmant. Uerum superest dubitatio, num Cicero in adsensu declarando cum huiusmodi adiunctione nude *sic* dixerit, quod apud comicos in respondendo ponitur (Terent. Phorm. III, 1, 2; nam in Heaut. III, 2, 12 *sic satis* alio modo dicitur, ut in Phorm. I, 2, 95 *sic tenuiter*) et apud ipsum Ciceronem Philipp. II, 41: *Uisne igitur, te inspiciamus a puero? Sic, opinor; a principio ordiamur.* (Sic enim recte Heusingerus, non: *sic opinor.*) Itaque Lbinus: *Sic est, et quidem* &c. (De R. P. I, 60: *Sic, inquit, est*; Ter. Andr. II, 1, 1 &c.) Sed defenditur *sic* similitudine uocis *ita* similiter positæ, etiam ubi nulla præcedit interrogatio, ut infra V, 27 et Tusc. II, 67, etsi utrobique additur *prorsus* (cfr. de Orat. II, 42 post interrogationem). Mox de *residamus* uid. ad II, 59; habebant sic etiam Lbini libri manuscripti.

nos, agemusque communiter. Sed residamus, inquit, si placet. Itaque fecimus.

III. 10. Tum ille: Tu autem, quom ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? Commentarios quosdam, inquam, Aristotelios, quos hic sciebam esse, ueni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus; quod quidem nobis, sicut scis, non saepe contingit. Quam uellem, inquit, te ad Stoicos inclinauisses! Erat enim, si cuiusquam, certe tuum, nihil praeter uirtutem in bonis ducere. Uide, ne magis, inquam, tuum fuerit, quom re idem tibi, quod mihi, uideretur, non noua te rebus nomina inponere. Ratio enim nostra consentit,

residamus) *resideamus* LPMCROr. Itaque) *Ita* E 10. quos hic) *hic* E Aristotelios) *Aristotilis* E *Aristotelicos* LPMCR auferrem) *afferrem* EP sicut scis) om. E *sic scis* L *ut scis* C te) *ut te* LMCR nihil præter — inquam, tuum) om. P quom re) *ut in re* L *in re* P

Cap. III, 10. *Commentarios quosdam Aristotelios*) Formam adiectiui correxit Grut. e Pal. 1 et Lbini libris; Spir. ut Erl., ceteri Gzi et U{g}z deterius seruant. Hos Cicero quamquam ideo nominauit, ut sermonis initium esset, eo tamen commodius id fecit, quod multorum Aristotelis librorum codices illa ætate raros fuisse notum st. Tum *sicut scis* et edd. uett. plures (Crat., Uict.) et codd. Oxx. omnes, Gzi præter Erl. et Spir., ex quibus exciderant hæ uoces. *Ut* ex ed. prima ad Man. et deinceps ceteros propagatum st. Et breuiore forma Ciceroni uti licuit (§ 7) et pleniore. Deinde *uellem, te* restituit Gruterus e Pal. 1 et tribus uett. libris in mgine repetitionum Lbinianarum; *ut* interponunt Oxx. omnes; Dau. et Gzius tacent. Raro Cicero, nec tamen numquam, in optando dixit *uelim, ut facias, uellem, ut* (ad Att. X, 16, 1, ad Fam. VII, 31, 2, XI, 18, 3, pro Sull. 1).

non noua te rebus nomina inponere) *Te* et contra consuetudinem et contra rationem abundat post *tuum st*; nam actio quædam per se (*agere*) dicitur alicuius esse, non actio iam definita in hac ipsa persona (*eum agere*). Nec satis firma st, qua contra Dau. et alios Gzius utitur, Plauti auctoritas Stich. V, 4, 36: *Haud tuum st istuc te uereri.* Sed eodem modo, si codicibus credimus, propter rhetoricam orationis formam Cicero dixit pro Cal. 21: *uostræ sapientiæ st, non — ideo uobis quoque u o s caussam putare esse iustam* &c. Illud quoque conparetur, quamquam non plane eiusdem generis est, quod II de Orat. 119 legitur: *Longum st enim nunc*

pugnat oratio. Minume uero, inquit ille, consentit. Quidquid enim praeter id, quod honestum sit, expetendum esse dixeris in bonisque numeraueris, et honestum ipsum, quasi uirtutis lumen, extinxeris et uirtutem penitus euerteris. 11. Dicuntur ista, Cato, magnifice, inquam; sed uidesne uerborum gloriam tibi cum Pyrrhone et cum Aristone, qui omnia exaequent, esse communem? de quibus, cupio scire, quid sentias. Egone! quaeris, inquit, quid sentiam? quos bonos uiros, fortis,

pugnat oratio) *or. pugn.* LMCR *non pugnat* P dixeris) *si dixeris* LP bonisque) *bonis* E 11. et cum) *et* LC exæquent, esse) *exæquantes se* E quaeris) [*quæris*] Or. inquit) *inquam* ELP quid sentiam) *scire quid sentiam* LPMCROr. (hic uncis tres uoces inclusit).

me explicare, ubi longe frequentior usus *me* respuit, defendit similitudo loci Terentiani Andr. V, 6, 18. Orationis et oppositionis pondus, propter quod additum sit *te*, nullum magno opere st, etsi dicat aliquis, utriusque in re consensui contrariam poni alterius uerborum nouationem. Mox *pugnat oratio* Gzius ex omnibus suis præter Gud. 2; uid. ad I § 57. Paullo post Dau. e scriptura Par. 1 (P) *si dixeris* ecfici uolebat: *Quicquam enim — si dixeris*, mirabili uerborum ordine, itaque in Gud. 2 esse dicitur.

11. *et cum Aristone*) *et Arist.* cum ed. pr. Manut. et deinceps ceteri, donec præpositionem Dau. restituit e Par. 1, 3, Mead. (Oxx. Eχ, Gzi omnibus). De re uid. ad II, 43. Mox ex Erl. (de ceteris tacetur) facile erat ecficere *exæquant*, nisi melius hæc pars cum oratione obliqua coniungeretur quam seorsum interponeretur.

Egone? quæris, inquit, quid sentiam?) Edebatur: *Eg. qu., inquit, scire, quid sentiam*, quomodo poëtæ iam Augusti ætate, prosæ orationis scriptor ex iis, qui supersunt, ante Senecam (ep. 109, 7 et 118, 6) et Plinium Maiorem nemo locutus est, ut *quæro scire* pro eo, quod est *studeo* siue *cupio*, diceret. Sed *scire*, ut Erl., omittunt cod. Moreli et Spir. et El. 1 (2), id est, meliores, recteque iam Dauisius, Ern., Bremius damnarant. Sed longius progressus Gzius, quod in Bas., pessumo codice, esset: *Egone inquit sentiam*, deleuit etiam *quæris* et uncis inclusit *quid sentiam*, ut simili breuitate hic usus sit Cicero atque I de Legg. 14: *ordire explcare de ciuili iure quid sentias. Egone? summos fuisse in ciuitate nostra uiros* &c. et aliis locis. Uerum nulla caussa st, cur Ciceroni interdicamus, ne Catonem inducat post illud *Egone*, quod

iustos, moderatos aut audiuimus in re publica fuisse aut ipsi uidimus, qui sine ulla doctrina, naturam ipsam secuti, multa laudabilia fecerunt, eos melius a natura institutos fuisse, quam institui potuissent a philosophia, si ullam aliam probauissent praeter eam, quae nihil aliud in bonis habet nisi honestum, nihil nisi turpe in malis; ceterae philosophorum disciplinae, omnino alia magis alia, sed tamen omnes, quae rem ullam uirtutis expertem aut in bonis aut in malis numerent, eas non modo nihil adiuuare arbitror, neque † adfirmare, quo

praeter) *quam* C habet) *haberet* E (*habet in bonis* L) magis alia) add. *minus* LPMCR uirtutis expertem) *expetere uirt.* E arbitror) *arbitrare* E neque) *nec* C adfirmare) *afferre* L

cum adfectu quodam præponitur, etiam cum admiratione interrogantem, hocine Cicero quærat. Et satis adparet, in Bas. non *sentiam* sine sensu additum esse, sed cetera excidisse. Quod Gzius ait, in Erl. et Spir. esse *quæro*, omnia, ut solet, confundit; nam sic etiam uolgo edi narrat, sed in Gud. 1 esse *quæris*. Fieri potest, ut in illo uno librarius propter *egone* scripserit *quæro*. Pro *inquit* etiam Spir. *inquam*, uolgari errore. Cato ita respondet, ut non proprie de Pyrrhone et Aristone iudicet, sed omnis alias disciplinas præter Stoicam reiciens illos etiam damnatione conprehendat.

ceteræ philosophorum disciplinæ — eas) Memorabile orationis institutam formam non seruantis exemplum. Nam quom superiora, quæ summam iudici continent, a uerbo *sentio*, quod ex *sentiam* auditur, nexa essent, de ceteris disciplinis aliquid additurus Cato rectam et liberam orationem instituit, deinde, nonnullis interpositis, subicit *arbitror*; itaque nominatiuos pendet; uid. ad II, 107. Tum *alia magis, alia minus* omnes ante Grut., qui *minus* sustulit Pal. 1 auctoritate; erat in Dau. codd. et Oxx. omnibus; Gzius tacet.

uirtutis expertem) Si sic Cicero scripsit, ualde neglegenter scripsit, tamquam de solis bonis Cato loquatur; sed uix potuit in tanta uicinitate obliuisci, de utrisque agi; apertum st enim desiderari *aut uiti* (*aut turpitudinis*), uideruntque id Lbinus, Dau., Bremius; Gzius et recentiores talia non curant.

neque adfirmare) Hoc corruptum esse, recte consentiunt plerique editores; nam neque per se *adfirmare aliquid*, quo meliores fiamus, philosophus dici potest (nedum disciplina, quæ Latine numquam quicquam adfirmat), ut sit *docere*, quom *adfirmandi* uer-

meliores simus, sed ipsam deprauare naturam. Nam nisi hoc obtineatur, id solum bonum esse, quod honestum sit, nullo modo probari possit, beatam uitam uirtute ecfici. Quod si ita sit, cur opera philosophiae sit

nisi hoc) *si hoc non* LPMCR cur) om. BP *an* LMCR

bum ad adseuerationem eius, qui dicit, non ad eius, qui audit, probationem et perceptionem pertineat, neque coniungi potest: *nihil adiuuat neque adfirmat*, quom praesertim *nihil* priori uerbo pro aduerbio adiungatur (*nihil nos adiuuat*), alteri pro uero accusatiuo esse debeat. Sententia quae esset, Dauisius uidit; hoc enim a philosophia Cato requirit, ut nos adiuuet et longius producat aut saltem confirmet in iis, quae a natura habeamus, quo (ut ea re) meliores simus. Sed quod Dauisius *adfirmare* pro confirmandi uerbo positum putat, recte Orellius ferendum negat, qui iniuria concedit, Tacitum sic dixisse Hist. IV, 73 (*populi Rom. uirtutem armis adfirmaui*); neque enim Cerealis se Romanorum uirtutem corroborasse dicit, sed declarasse et ecfecisse, ne exteris dubia uideretur; noue igitur Tacitus, sed ita ut a prima significatione proficisceretur. Itaque hic aut *confirmare* cum Orellio legendum st aut potius *firmare*, cui ex altero uerbo (*adiuuare*) praepositio adhaesit. Quod in cod. Leid. scriptum ab emendatore st, *adferre*, ediderunt Man. et Lbinus, nescio unde, nec quicquam ad id ex EU adnotatur, idemque Garatonius in cod. Barberino (cfr. ad § 7) repperit (ad Milon. p. 59 Bon.), et ipse olim probaui; uerum et longe a libris fide dignis discedit ea scriptura et, quod supra adtigi, cum *adferendi* uerbo *nihil* non eodem modō coniungitur, atque cum *adiuuandi*. Omnium minume ii probandi, qui propter unius uocis mendum alias, quae nihil dubitationis habent, mutant et delent.

nisi hoc obtineatur) Sic etiam Pal. 1 et mgo Crat. Edd. omnes *si hoc non* (Dau., Gzius tacent).

Quod si ita sit, cur &c.) *Cur*, quod Marsus primus edidisse uidetur, om. etiam Pal. 1, 2, 4; contra 5 *an* habet pro *cur*, ut Oxx. Eξχ (U *an cur*); *cur* tantum Pall. 3 et 6 (Dau. et Gzius tacent); miror, quomodo exciderit particula apta et necessaria in cod. archetypo. Mox pro *non magno* etiam ed. Uen. 1480 *non magni*, ut Lbinus. Gzius, Nec umquam, inquit, sic (*magno*) ad *aestumo* legere meminimus; contra (!) cfr. IV Uerr. 13: *permagno aestumas*. Uide modo hic IV, 62, et V, 92, Tusc. III, 8 (nam Parad. VI, 51 uariatur), Liu. XL, 55, XLI, 20.

danda, nescio. Si enim sapiens aliquis miser esse possit, nae ego istam gloriosam memorabilemque uirtutem non magno aestumandam putem.

IV. 12. Quae adhuc, Cato, a te dicta sunt, eadem, inquam, dicere posses, si sequerere Pyrrhonem aut Aristonem. Nec enim ignoras, iis istud honestum non summum modo, sed etiam, ut tu uis, solum bonum uideri; quod si ita st, sequitur id ipsum, quod te uelle uideo, omnis semper beatos esse sapientis. Hosne igitur laudas et hanc eorum, inquam, sententiam sequi nos censes oportere? Minume uero istorum quidem, inquit. Quom enim uirtutis hoc proprium sit, earum rerum, quae secundum naturam sint, habere delectum, qui omnia sic exaequauerunt, ut in utramque partem ita paria redderent, uti nulla selectione uterentur, hi uirtutem ipsam

sapiens aliq.) *al. sap.* C magno) *magni* C 12. sequerere) *sequerer* L aut) *et* E iis) *si* E *si iis* R *si is* C *si his* PM *his* L [*similiter*] *his* Or. uideri) *uidetur* P *uideretur* MR sequitur) *sequi* E Hosne) *ne* transp. post *laudas* L inquam) om. (P) qui) *quæ* EPM uti) *ut in* LPMCR nulla selectione uterentur) *nullam selectionem uerterentur* R hi) *eius* LPMCR, om. Or.

Cap. IV, 12. *Nec enim ignoras, iis*) Ex concursu litteræ extremæ uerbi et pronominis, quod uarie scribebatur (*is, his*) ortæ quædam in codd. turbæ (Oxx. ψ et, si Gzio credas, omnes eius præter Bas. *ignoras si his*, χ *ignoras si uis*; sed de Erl. Gzius non adcurate, igitur ne de Spir. quidem). Hinc corrector aliquis in Eξ, Bas. ecfecit: *ignoras, similiter his*, quod Gzius secutus est; conpendium enim huius aduerbi esse *s̄r*. Ubinam in codice ullo Ciceroniano paullo antiquiore aut ubi omnino? Paullo post *inquam* excidit in edit. Man., Lbini, Gruteri, nec Oxx. adnotant nisi e χ. Restituit Dau. ex El. utroque, Mead. (Gzianis quattuor); in Par. 1, 3, (Bas.) erat *in*.

uti nulla selectione uterentur, hi uirtutem &c.) De selectione uid. ad § 20. Ex *uti* et sequentis uocis prima littera ortum *ut in* (Eχψ, "scripti plures" apud Gzium), hinc *nullam selectionem* (ψ, Gud. 2); deinde factum *uerterentur* in R et aliis uett. edd. (Iunt., Crat.), in codice, quod sciam, nullo. Tum edebatur mendose: *uterentur eius*, confirmantibus omnibus Dau. codd. præter El. 2, Ox. χψ; in mgine Crat., El. 2 et, si credi potest, quattuor Gzi, erat *huius* (nam de Erl. singulari scriptura nihil dixit); Ox. ξ

sustulerunt. 13. Istud quidem, inquam, optume dicis; sed quaero, nonne tibi faciendum idem sit, nihil dicenti bonum, quod non rectum honestumque sit, relicuarum rerum discrimen omne tollenti. Si quidem, inquit, tollerem; sed relinquo. 14. Quonam modo, inquam? Si una uirtus, unum istud, quod honestum appellas, rectum,

13. inquam) om. L nonne) *numne* LMR idem sit, nihil) *nihil idem sit* E

huiusmodi (ex EU ad Lbini scripturam, qui uocem omisit, nihil adnotatum; Gruterus *eius* tacite). In his nihil aliud latet, nisi quod ex Erl. edidi (Bremius *ii*, Ernestius *hi uero* scribi uolebant). Corrumpendi caussa nata e confusione litterarum *hi* et proxumarum (*ui*); sed *eius* ortum uidetur ex *ei*, quæ nominatiui forma etiam alibi errorem peperit. Sed in huiusmodi pronominum coniunctione, ubi, præcedente sententia relatiua, aut contrarium aliquid in eadem re notatur aut consequens, recte *hic* poni potest, re tamquam proprius admota, ut V, 88 (*quam* — *hanc*) et 96; eandem formam in orat. pro Cæl. 78 (*qua in ciuitate* — *in hac ciuitate*) recte Wesenbergius ex optumis codd. restitui uoluit, citauitque ex eadem orat. § 70, Uerr. III, 47, Philipp. II, 68. Ceterum hæc oratio: *sic exæquarunt, ut* — *ita paria redderent* &c., non caret iusta reprehensione.

13. *nonne tibi faciendum idem sit*) Sic præcipui e Pall. Alii consentiunt cum uolgg. *numne*. Grut. Etiam Man. et Lbinus *nonne* ex ed. pr., ceteræ ueteres edd. (Mars., Crat., Uict.) fere *numne*. Oxx., Dau., Gzius tacent. Deinde incredibile st, quam grauiter errarint interpretes in aperta sententia et dilucida oratione: quæro, nonne idem tibi faciendum sit (ut selectione nulla utaris et sic uirtutem euertas), quom nihil dicas bonum &c., relicuarum rerum discrimen tollas. Expediuerat Matthiæus rem non Oedipode egentem, nec tamen aut Gzius aut Ramshornius (Gramm. Lat. p. 685) intellexerunt. De *siquidem* responsi adfirmationem concessionemue condicione inplicatam habentis indice exposuit Garatonius ad orat. pro Mil. 18, 48.

Quonam modo; inquam?) Interpungebatur: *Quonam modo, inquam, si* &c., oratione decurrente ad *sequare*, ut interrogationis forma initio instituta deinde in aliam (*quid habebis* &c.) transisse uideretur. Sed duo illa prima uerba interrogationem habent separatam admirantis et generaliter, quomodo, quod audierit, intellegendum sit, quærentis, quam deinde noua excipit interrogatio ad rem ipsam adcedens; uid. II, 6. Recte Bremius.

laudabile, decorum (erit enim notius, quale sit, pluribus notatum uocabulis idem declarantibus), id ergo, inquam, si solum st bonum, quid habebis praeterea, quod sequare? aut, si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, prauom, flagitiosum, foedum (ut hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus), quid praeterea dices esse fugiendum? Non ignoranti, inquit, tibi, quid sim dicturus, sed aliquid, ut ego suspicor, ex mea breui responsione arripere cupienti, non respondebo ad singula; explicabo potius, quoniam otiosi sumus, nisi alienum putas, totam Zenonis Stoicorumque sententiam. Minume id quidem, inquam, alienum, multumque ad ea, quae quaerimus, explicatio tua ista profecerit. 15. Experiamur igitur, inquit, etsi habet haec Stoicorum ratio difficilius quiddam et obscurius. Nam quom in Graeco sermone haec ipsa quondam rerum nomina nouarum ** non uidebantur, quae nunc consuetudo diuturna triuit;

14. aut si) *at si* C nisi) *nil* E inquit) om. EL ut ego — mea) *ex mea, ut susp.* (om. *ego*) L Stoicorumque) *Stoicorum* E 15. igitur, inquit) *inquam* E rerum) om. E nouarum ** non uidebantur) Sine lacunae indicio PLR *uocarunt non uidebantur* E *noua tum non uid.* C *nouantur non uid.* M *nouarum nouabantur* Or. triuit) *tenuit* E

15. *nomina nouarum ** non uidebantur*) Sic codd. longe plurumi, nisi quod lacunae notam non habent (Pall. nonnulli, Uχψ, Spir., Gud. 1, Bas., Danisius uniuerse, sic in plerisque codd. esse, ait), et sic fere edd. ante Uictorium et Lbinum, reuocauitque Gzius, *non uidebantur* enarrans *non audiebantur*, *non erant*, quod refutatione indignum st, indicatiuom particulae *quom* caussali subiectum et prauom tempus uerbi nil curans. Quis enim non uidet, in hac rei olim factae et eius, quae nunc facienda sit, conparatione, necessario perfecto tempore utendum fuisse? E ceteris codd. haec adnotantur: Alii Pall., Gud. 2, fortasse unus et alter Danisi habebant: *nomina nouantur non uidebantur*, Pal. 6 *nomina non uidebantur*, Par. 1 *rerum nomina nouarum uidebantur*, Oxx. Eξ *nomina nouantur*. Ex his Manutius ecfecit: *rerum nomina nouarum noua uidebantur*, Ernestius (ut est in ed. Uen. 1480, Mars.) *nomina noua tum uidebantur*, Uictorius: *nomina nouarum nouabantur*, quod Orellius secutus est (de cod. Steph. nihil est); alia omitto; adpareret enim, haec omnia in iisdem esse uitiis praui modi et temporis.

quid censes in Latino fore? Facillumum id quidem st, inquam. Si enim Zenoni licuit, quom rem aliquam inuenisset inusitatam, inauditum quoque ei rei nomen inponere, cur non liceat Catoni? Nec tamen exprimi uer-

Facillumum) *faciendum? Facillimum* M *fatiendum? fatiendum* C *Faciendum* LOr. Nec tamen) *Nec tantum* MC *Nec non tantum* PL

Quamquam modi uitium st qui remoueat, pro *quom* substituens *quoniam*. Id unus uidit Manutius, non hoc Catonem dicere, quoniam apud Græcos uerba noua reperienda fuerint, reperienda et facienda esse etiam in Latino sermone, (debebat enim dici: *quid censes in Latino f a c i e n d u m fore?*) sed hoc, quoniam ipsis Græcis hæc nomina dura et uix ferenda uisa sint, multo id magis in Latino sermone futurum. Id etiam quom ex uerbis: *quæ nunc consuetudo diuturna triuit*, perspicuum fit, tum e proxuma sententia, ubi Cicero, facillumam id rationem habiturum, dicit. Sed Manuti scriptura præter ea incommoda, quæ dixi, et a libris discedit nec satis id, quod ipse uolt, exprimit; nimis est enim leue illud *noua uidebantur*. Equidem non dubito, quin uerba aliquot exciderint, et hæc fere fuerit uera orationis forma: *Nam quom in Græco sermone hæc ipsa quondam rerum nomina nouarum* [noua erant, ferenda] *non uidebantur, quæ nunc consuetudo diuturna triuit; quid censes &c.*, ut priora absolute ponantur, tum adiciatur: *quid censes?* quemadmodum, si exemplis opus est, ad Attic. X, 11, apud Horat. Ep. I, 6, 5.

Facillumum id quidem st) Sic etiam mge Crat. et sine dubio quidquid est meliorum codd. atque sic fore ante Dauisium edebatur (etiam Mars., Uict.). Librarius aliquis id desiderauit, quod superiore nota commemoraui; itaque in Par. 2 et Ball. et uno et altero Gsi, ut in M, scriptum st: *fore faciendum? Facillumum;* is error proxumam uocem similitudine corrupit, ut in C. C. C. et Mead. scriberetur, quemadmodum in C: *faciendum? Faciendum id &c.* Deinde deletum alterum *faciendum* in codd. interpolatissumis, Ed. 1, Bas. (etiam Eξ, in Halensi saltem editione, quamquam et de Ball. et de C. C. C. aliter Dau. tradit); atque hanc scripturam inde a Dauisio secuti erant. Mire, quom indefinite quæsitum esset (*quid censes fore?*) Cicero respondet: *Faciendum id quidem st.* Atque id responsum concessionem habet molestæ necessitatis, ut sequi debeat: *Sed si Zenoni*, non: *Si enim Zenoni.* Significat Cicero, quod Cato se timere dixerat, ne nimiam offensionem noua et inaudita uerba habitura sint, eam difficultatem nullam esse, et excusationem paratam fore.

bum e uerbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent, quom sit uerbum, quod idem declaret, magis usitatum; equidem soleo etiam, quod uno Graeci, si aliter non possum, idem pluribus uerbis exponere. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Graeco uerbo utamur, si quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius quam proëgmenis et apoproëgmenis concedatur. Quamquam haec quidem *praeposita* recte et *reiecta* dicere licebit. 16. Bene facis, inquit, quod me adiuuas; et istis quidem, quae modo dixisti, utar potius Latinis; in ceteris subuenies, si me haerentem uidebis. Sedulo, inquam, faciam. Sed fortuna fortes; quare conare, quaeso. Quid enim possumus hoc agere diuinius?

V. Placet his, inquit, quorum ratio mihi probatur,

solent) om. P magis) add. *minusue* LPMCR et tamen) *tamen* E occurret) *occurrit* L quam) om. C proëgmenis) *pegmenis* E *prodegmenis* LPM (et simil. in *apopr.*) præposita) *proposita* LPMCR licebit) *licebat* E 16. quod) *ut* E Sedulo — quæso) Non. p. 37. Sed) om. P possumus hoc) *hoc poss.* (PLM)ROr. (*hoc agere poss.* C) agere) om. M his) *iis* R

magis usitatum) quam id, quod fingendum sit, si uerbum e uerbo exprimi oporteat. Sic Grut. e Pal. 1, Spir. (De Marso fallitur Gzius, ut solet; Morelius e suo cod. adnotat: *quod magis idem declaret*, *usitatum*, nescio an in excribendo errans.) Oxx. ut nostri deteriores. Mox ubi st: *ne hoc ephippiis*, pronominis significatio (*ut in Latinum sermonem recipiantur*) tam facile eruitur ex superioribus, ut nulla sit offensio. Tum *præposita* iam Mars., Crat., Lbinus, tum e tribus melioribus Pall. Gruterus; *proposita* etiam Oxx. omnes. Quod Gzius ait paullo post (16), "multos scriptos" post *fortes* addere *adiuuat*, nemo alius quicquam adnotauit. *Possumus hoc* (non *hoc possumus*) etiam Crat., Uict., Bas., Gud. 1; *agere possumus* Gud. 2.

Cap. V, 16. *Placet his*, *inquit* &c.) Incipit Cato a primi adpetitus definitione et primæ conciliationis, hoc est, *οἰκειώσεως*, de quo initio ethicæ Stoicorum præcipuus est locus Diogenis Laërtii VII, 85, qui tamen non recte scribitur; scribendus est autem sic: *τὴν πρώτην ὁρμήν φασι τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτό, οἰκειούσης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀπ᾽ ἀρχῆς, καθά φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελῶν, πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι παντὶ ζώῳ τὴν αὐτοῦ σύστασιν καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν· οὔτε γὰρ ἀλλοτριῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτῷ τὸ ζῶον*

simulatque natum sit animal, (hinc enim ordiendum st,) ipsum sibi conciliari et commendari ad se conseruandum et ad suum statum eaque, quae conseruantia sunt eius status, diligenda, alienari autem ab interitu iisque rebus, quae interitum uideantur adferre. Id ita esse, sic probant, quod ante quam uoluptas aut dolor adtigerit, salutaria adpetant parui aspernenturque contraria, quod non fieret, nisi statum suum diligerent, interitum time-

ordiend. est) *e. ord.* (LPM)CROr. eaque) *eque* E *et ad ea* LPMCE eius status) *st. eius* MR *statum e.* C iisque rebus) *hisque* L parui) *qui* E suum) *ipsum* LP *ipsum suum* Or.

οὔτε, ποιήσασαν αὐτὸ, μήτε ἀλλοτριῶσαι μήτε οἰκειῶσαι· ἀπολείπεται τοίνυν λέγειν, συστησαμένην αὐτὸ οἰκειῶσαι πρὸς ἑαυτό· οὕτω γὰρ τά τε βλάπτοντα διωθεῖται καὶ τὰ οἰκεῖα προσίεται: "Neque consentaneum erat, naturam animal a se alienare, neque, quom semel animal genuisset (conposuisset), neque alienare a se ipso neque sibi commendare; relinquitur igitur, ut eam dicamus, quom animal gigneret, simul id sibi ipsum conciliasse." Uniuersam sententiam iutellexit Tiedemannus (System der stoischen Philos. III p. 19) et alii; sed ex uerbis, quæ erant, illa non ecficiebatur. *Σύστασις* constitutio st (ut Seneca appellat ep. 121, 10 sqq.) et conpages, qua uiuit animal et uiget, quam Cicero *statum* appellat, quamque Chrysippus *τὴν ταύτης σύνδεσιν*, ea Cicero *conseruantia eius status*. Eadem res Peripatetice ex Antiochi ratione, hoc est, fere Stoice, tractatur IV, 16 et 19 et 25, V, 24. Cfr. Plut. de Stoic. repugn. c. 12 p. 1038 B. Mox *est ordiendum* editiones omnes.

eaque, quæ) Hanc scripturam, quam Gzius restituit, monstrarunt codicum uestigia (Pal. 1 *æque, quæ*, Gzius in Erl., Spir., Bas. ait esse ipsum *eaque, quæ*, Gud. 1 *et ea quæque*) et confirmat sententia; nam status et quæ statum conseruant, coniunguntur et ad unum uerbum (*diligenda*) referuntur. Pessume El. 1 et ex eo Dau. *ad* ante *suum* omittunt.

statum suum diligerent) Deteriores codd. aliquot, El. uterque, Par. 1, 8, Mead., C. C. C. (Oxx. neque hunc neque alium ullum appellant), ex Gzianis Gud. 2 et Bas. *statum ipsum diligerent*, ex quo Dau. coiciebat: *statum ipsi suum diligerent*, superfluo pronomine, quod et æqualitatem turbet et nimis uocem *suum* insigniat; peius tamen Gzius: *ipsum suum*, tamquam intellegatur e contrariis aliquid, quod ab ipso statu seiunctum sit et maius.

rent. Fieri autem non posset, ut adpeterent aliquid, nisi sensum haberent sui eoque se diligerent. Ex quo intellegi debet, principium ductum esse a se diligendo. 17. In principiis autem naturalibus plerique Stoici non

Fieri) *intelligi fieri* PM autem) om. L se) add. *et sua* LPMCROr. duct. esse) *esse dictum* E diligendo) *diligendi* LPMCR 17. naturalibus) add. *diligendi sui* omnes.

eoque se diligerent) Sic etiam Pal. 1 et Spir. Additur uolgo *et sua* post *se*. Quamquam uideri possunt huiusmodi uerba facilius e meliorum codicum principe excidisse, quam in deteriorum addita esse, tamen meliores sequendos putaui, ut fecerat Dauisius, quod, postquam Cicero de status sui conseruatione proxume dixit (*nisi statum suum diligerent*), hic quasi ad primum et summum fontem, in quo omnia insunt, amorem sui ascendere argumenti conclusio uidetur etiam in ceteris uerbis (*nisi sensum haberent sui* et mox *a se diligendo*). *Intellegi* ante *fieri*, ut in PM, additur etiam in EUχψ.

a se diligendo) Sic Pal. 1, Spir., Morel., El. 2, mg. Crat., Eξ, Ursini quoque et Scaligeri codex; restituit Dauisius. Paullo breuius dicitur *principium*, ut intellegatur omne agendi et adpetendi aliquid initium; *ἀρχὴν* interdum non minus breuiter Græci philosophi dicunt. Aut ex hac caussa aut ex sequenti littera *i* ortum in deterioribus (Pall., Dau., Gzianis reliquis, Oxx., ut uidetur, Uχψ) *diligendi*. Nec diligendi uniuerse initium quæritur nec sic separari *principium* et *diligendi* poterant. Itaque in ed. Uen. 1494 et aliquot aliis (Crat., Uict.) scriptum st *diligendi sui*, quod Ernestius tenuit, eadem ordinis prauitate, sententia, si ulla st, ab hoc loco aliena; neque enim hic ea dubitatio adtingitur, quæ V, 30.

17. *In principiis autem naturalibus*) Codices omnes addunt *diligendi sui*; nam Ursini codex, qui hæc non habere dicitur, nullus est. Tollenda fuisse, ut post Ursinum intellexit Dauisius, satis adparet, quoniam principia illa naturalia, id est, ut mox ait, eæ res, quæ primæ adpetuntur, a prima commendatione et conciliatione non differunt, in qua alii etiam uoluptatem inesse putabant, Stoici solam sui conseruationem; uid. II, 34 et exc. ad II, 33. Diog. Laërt. VII, 86: *ὃ δὲ λέγουσί τινες, πρὸς ἡδονὴν γίγνεσθαι τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῖς ζώοις, ψεῦδος ἀποφαίνουσιν· ἐπιγέννημα γάρ φασιν, εἰ ἄρα ἐστὶν, ἡδονὴν εἶναι, ὅταν αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα τὰ ἁρμόζοντα τῇ συστάσει ἀπολάβῃ κ. τ. ἑ.* Nec tamen illud additamentum e superioribus ortum st, ubi boni codd. non habent *diligendi*, nullus *sui*, sed infeliciter aliquis, principia naturalia quæ

putant uoluptatem esse ponendam. Quibus ego uehementer adsentior, ne, si uoluptatem natura posuisse in iis rebus uideatur, quae primae adpetuntur, multa turpia sequantur. Satis esse autem argumenti uidetur, quamobrem illa, quae prima sunt ascita natura, diligamus,

ne) *nam* E posuisse) *potuisset* E iis) *his* LR uideatur) *uideretur* L prima] *natura prima* LPMCR ascita) *asserta* E *a se ita* R

essent, definire conatus est. Ceterum adfectus illius, quem desideriis naturæ expletis *ἐπιγίγνεσθαι* concedebant Stoici, in explicanda notione boni et beatæ uitæ rationem nullam habebant.

Satis — argumenti uidetur, quamobrem &c.) Singulatim ratio redditur de rebus quibusdam, quas natura primas adpetat; neque tamen eæ e communi illo amoris et conseruationis sui fonte deriuantur, minume quidem cognitiones et artes, sed illi quodammodo adiungi uidentur; et tamen sic Cicero loquitur (*ea, quæ prima sunt ascita natura*), quasi hoc genus satis definierit et in eo has res posuerit; deinde autem nunc demum demonstrat, eas diligi; atqui, nisi diligerentur, omnino non essent in principiis naturalibus; itaque tautologia quædam oritur, quom id docendum fuisse uideatur, ea, quæ a Stoicis prima ponantur, uere diligi et illum locum iure tenere. Huius obscuritatis reprehensio ex quanta parte ad ipsos Stoicos pertineat, ex quanta ad Ciceronem, minus distincte hæc reddentem, difficile st dicere. In uoce *quamobrem* similis quædam structuræ inconstantia animaduertenda st atque ad I, 14 in uerbo *adducor*. Nam proprie aut sic dicitur: *satis argumenti st, illa — diligi*, de eo, quod concluditur (ut I Legg. 30), aut sic: *satis argumenti st, quamobrem illa — diligi credamus*, de fide, quæ efficitur (ut V in Uerr. 178: *multa signa dederat, quamobrem responsurus non uideretur*); Cicero coniunctiuum etiam in priore forma tenuit.

prima sunt ascita natura, diligamus) Edebatur: *quæ natura prima sunt ascita, natura diligamus; sed natura* diligi, quæ natura asciuerit, non alio quodam modo, satis adparet. Itaque priore loco uocem illam recte omittunt etiam Spir. et Ox. ξ, id est, meliores, quibus Gzius paruit; sublatam uoluerant iam Ernestius et Bremius. *Ascita* uerum uidetur, etsi V, 17 etiam ¤go Crat. *assertum* habet, ut merito suspicere, in pluribus melioris familiæ codicibus ita scriptum fuisse; sed ex eo nihil efici potest huic rei et loco aptum. Mire etiam præterito tempore Cicero usus est (*sunt ascita*), quom et paullo ante (*primæ adpetuntur*) et alibi præsenti utatur;

quod est nemo, quin, quom utrumuis liceat, aptas malit et integras omnis partis corporis quam, eodem usu, inminutas aut detortas habere. Rerum autem cognitiones (quas uel conprehensiones uel perceptiones uel, si haec

aut detortas) *et det.* C *et detectas* R Rerum autem cognitiones) *Cognitiones autem* PC quas — perceptiones) om. LPMCR haec uerba) *hoc uerbo* E

sed rettulit ad primum aliquod uniuersæ naturæ humanæ decretum, ut II, 33: *quæ prima data sunt.*

quam, eodem usu, inminutas aut detortas) Id est, quam inminutas et detortas, etiamsi usus idem maneat, ac si integræ sint, ut adpareat, non usus caussa, sed per se integritatem et aptam formam expeti. Similiter V, 46 prauorum membrorum curatio et recta species expeti dicitur, etiamsi usus non maior aut etiam minor futurus sit. Mire multi in facillumis uerbis et ad sententiam necessariis hæserunt, mire Gzius enarrat: *si ad eundem usum destinatæ maneant.* Itaque, si alii usui corporis partes destinarentur, inminutas et detortas habere uellemus? *Aut det.* primus Gruterus tacite, priores *et.*

Rerum autem cognitiones) Sic ex R ed. Iunt., Mars., Crat., tum Gruterus ex aliquot Pall., Dau. et Gzius tacite; confirmat cod. Mor. (§ 49 *cognitiones conprehensionesque rerum*). *Cognitiones autem* ex ed. pr. Uict., Man., Lbinus, et uidetur ita fuisse in aliquot Oxx. De re conparari possunt, quæ II Acad. 31 dicuntur, tum quæ apud Plut. adu. Stoic. c. 7 p. 1061 C cum irrisione: *καίτοι πᾶσα κατάληψις ἐν τῷ σοφῷ καὶ μνήμη τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσα καὶ βέβαιον εὐθύς ἐστιν ἐπιστήμη καὶ ἀγαθὸν μέγα καὶ μέγιστον.*

quas uel conprehensiones uel perceptiones) Hæc uerba e deterioribus codd. exciderant propter similem terminationem uocum *cognitiones* et *perceptiones.* Restituit Gzius ex Erl. et Spir., nam e superiorum bonis codd. nihil adnotatum est. Duas interpretationes Latinas Cicero temptat *τῆς καταλήψεως*, quas etiam alibi (Acad. II, 17 et 31), quæ si displiceant, Græcum uocabulum retineri posse ait. Cognitionis uocabulum etsi mox (18) pro perceptionibus ponitur, tamen generalius est nec pro ipsa interpretatione proprii nominis Græci ponitur, nec ad *rerum cognitiones*, quod unum et, ullo modo referri potest *hæc uerba*; itaque aliquid deesse, iam Dauisius senserat. Handius tamen ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 22, ne deteriorum codicum mendo contra optumorum fidem patrocinium desit, *hæc* uolt esse *talia.* Omnino uir doctus codicum discrimina et dignitatem nusquam curat. (*Aut* priore loco omittunt etiam Eξ, Uict., Man., Lbinus.) Mox Gzius e cod. Uiadeb. *has*

uerba aut minus placent aut minus intelleguntur, *κατα-λήψεις* appellemus licet), eas igitur ipsas propter se asciscendas arbitramur, quod habeant quiddam in se quasi conplexum et continens ueritatem. Id autem in paruis intellegi potest, quos delectari uideamus, etiam si eorum nihil intersit, si quid ratione per se ipsi inuenerint. 18. Artis etiam ipsas propter se adsumendas putamus, quom quia sit in iis aliquid dignum adsumptione, tum quod constent ex cognitionibus et contineant quiddam in se ratione constitutum et uia. A falsa autem adsensione magis nos alienatos esse quam a ceteris rebus, quae sint contra naturam, arbitrantur. Iam mem-

aut) om. C (priore loco) (*aut placent aut si minus* L) eas) *has* Or. igitur) om. C quod) *quam* E in paruis) *paruis* E quos) *quod* E si) *sed* E inuenerint) *inuenerunt* (LPM)CROr. 18. adsumendas) *expetendas* L quom) *tum* LMCROr. iis) *his* ELPMOr. aliquid dign.) *dign. al.* P adsensione) *assentatione* P sint) *sunt* (LPM)CROr.

igitur, et negat aliter umquam scribi; at § 14 ipse ediderat: *id ergo, inquam, non hoc ergo*; adeo breuis fuit memoriæ.

quod habeant) Poterat Cato, quod ipse uerum esse putat, absolute pro caussa ponere: *quod habent*; sed partem hanc ferit sententiæ ab *arbitramur* pendentis, et paullo post (18) eodem modo dixit: *putamus, quom quia sit, tum quod constent*, quia, etsi ipse his adsentiens prima persona utitur, tamen se Stoicæ disciplinæ doctrinam explicare meminit. In eo, quod sequitur, *uideamus* (pro quo Ernestius *uidemus* scribi maluit, ut est in Eξ) caussalis significatio est; cfr. 33. Sed quod subiciebatur *inuenerunt*, ferri in oratione obliqua post *uideamus* non poterat; *inuenerint* etiam Eξ.

18. *quom quia sit in iis &c.*) *Quom* recte Gruterus tacite (e Pal. 1?) et ceteri, donec Gaius e Bas. et Gud. 1 *tum* reduxit; uid. ad I, 34; *in his* omnes fere editiones. Argumentum, quod priore loco Cicero ponit, miram habet tautologiam (cfr. Tiedem. System. Stoic. III p. 29). Artem *σύστημα ἐκ καταλήψεων* (*συγγεγυμνασμένων*) Stoici definiebant, uid. Acad. II, c. 8, 22 et ibi P. Faber, Fabric. ad Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. III, 241.

nos alienatos esse — arbitrantur) Ursini codex, si quis fuit, *arbitramur*, idque Dau. et Ernestius secuti sunt, quod antea Cato dixit *arbitramur* et *putamus*; nec Oxx. *arbitrantur* proferunt nisi e χψ, ut in Eξ alterum fuisse uideatur. Sed Cato, quom *nos* de hominum genere posuisset eoque se conprehendisset, Stoicos tertia

brorum, id est partium corporis, alia uidentur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, ut ea, quae sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, a medicis etiam disputatur, alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni, plumae uersicolores columbis, uiris mammae atque barba. 19. Haec dicuntur fortasse ieiunius; sunt enim quasi prima elementa naturae, quibus ubertas orationis adhiberi uix potest; nec equidem eam cogito consectari; uerumtamen quom de rebus grandioribus dicas, ipsae res uerba rapiunt; ita fit quom grauior, tum etiam splendidior oratio. Est ut dicis, inquam. Sed tamen omne, quod de re bona dilucide dicitur, mihi praeclare dici uidetur. Istiusmodi autem res dicere ornate uelle,

ut ea) *et ea* E a med. etiam) *et. a med.* E 19. adhib. uix) *uix adh.* R ui) om. E mihi — dici) om. E autem) *ut* E res) om. C

persona significauit, ut sæpe infra, uelut § 62 (*arbitrantur — persequimur*), 64, 68, 69 &c. *Sint* pro *sunt* ex uno Erl. dedi, ceteris tacentibus. Mox de uerbis: *id est, partium corporis*, quæ nonnulli sublata uoluerunt, uid. ad II, 6.

ut ea, quæ sunt intus in corpore) Minus proprie hæc subiecit membrorum generi. Magis tamen hæc a proxumis separantur, repetita particula *ut*, quam si *et* cum Erl. scripseris, ut fecerunt Man. et Lbinus. Mox æqualior esset oratio, si *pauonibus* scriberetur, ut Dauisio placuit (El. 1 *pauonis* errore); necessaria correctio non est, in his præsertim libris. Exempla sine dubio Cicero sumpsit a Chrysippo, qui multa de singularum rerum, quæ in mundo essent, etiam minutarum, consilio et prudenti descriptione et forma dixerat. Pauonem quidem etiam caudæ caussa totum natum dixerat in libro περὶ φύσεως, Plut. de Stoic. repugn. c. 21 p. 1044 C. (Pro *alia autem* Pal. 1 *alia tuitur*).

19. *ipsæ res uerba rapiunt*) Id est, secum abripiunt et ad grandiorem quandam orationis formam trahunt, ut, etiamsi id propositum non fuerit, splendidius dicas. Obscurant sententiam, qui *pariunt* scribi malunt. Mox *istiusmodi ut* etiam Spir., non infrequenti in his codicibus mendo; uerissumum st *autem;* nam ab eo, quod generaliter dixerat, ad speciale transit, nec quicquam obstat alterum *autem,* quod alio refertur.

puerile st, plane autem et perspicue expedire posse, docti et intellegentis uiri.

VI. 20. Progrediamur igitur, quoniam, inquit, ab his principiis naturae discessimus, quibus congruere debent, quae secuntur. Sequitur autem haec prima diuisio: Aestumabile esse dicitur (sic enim, ut opinor, appellemus) id, quod aut ipsum secundum naturam sit aut tale quid ecficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum aestumatione, quam illi *ἀξίαν* uocant; contraque inaestumabile, quod sit su-

20. quoniam) *qui ideo* E his) *iis* R discessimus) *dicimus* L hæc pr. diuis.) *pr. diu. hæc* LPMCROr. appellemus) *appellamus* omnes. illi — uocant) *ille — uocat* omnes, Or.

Cap. VI, 20. *quoniam, inquit*) Offendit scribam codicis El. 1 uox *inquit* reiecta post coniunctionem in sententiam secundariam; itaque scripsit: *inquit, quoniam*, secutusque Dau. est. Sed etiam § 10 dixit Cicero: *uide, ne magis, inquam*, non: *uide, inquam, ne magis*. Paullum diuersa sunt, quæ Gzius citat, ex hoc libro § 12 (*hosne igitur laudas et hanc eorum, inquam, sententiam sequi nos censes oportere*) et ex Acad. I, 14; copulatæ enim sententiæ sunt; sed tamen ostendunt, hanc uocem ab illo loco, ubi ponenda fuisse uideatur intra primum uerborum conplexum, reici in posteriorem.

hæc prima diuisio) Hoc ordine Gzi codd. omnes, excepto Gud. 2. Diuisio hæc hoc loco ponitur, ut per selectionem ad uirtutis notionem ueniatur; ceteræ, quæ cum ea cohærent, non hic explicantur, sed § 50 et proxumis, ubi differentia rerum exponitur. Æstumabile appellat Cicero, quod illi *ἀξίαν ἔχον*, inæstumabile, quod illi *ἀπαξίαν ἔχον*. *Sumere* autem et *eligere* st *λαμβάνειν, ἐκλέγεσθαι*, *reicere ἀπεκλέγεσθαι*. His enim uerbis Stoici in his rebus utebantur; *αἱρεῖσθαι* (*expetere*) et *φεύγειν* ad bona et mala pertinebant; uid. II, 86, IV, 20, 60, V, 83 &c. Lips. manud. II, 23.

sic enim, ut opinor, appellemus) Manutium et Lbinum, qui Græcum uocabulum deesse putabant, addebantque barbaram uocem *ἀξιωτόν*, quom *ἀξίαν ἔχον* deberent, recte refutauit Dauisius. Cato enim, Græco nomine non conmemorato, tantum Latinam uocem, quam finxerat, excusat: "hoc enim nomine utamur." *Appellemus* necessaria st Th. Bentlei correctio, quam plerique secuti sunt; nec enim Cato opinatur, sic Latinos loqui, sed sic sibi loqui licere.

quam illi ἀξίαν uocant) Recepi post Schuetzium certam Pearci correctionem, aliis quoque probatam. Libri ceterorum cum

periori contrarium. Initiis igitur ita constitutis, ut ea, quae secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint, contrariaque item reicienda, primum est officium (id enim appello *καθῆκον*), ut se conseruet in naturae statu, deinceps ut ea teneat, quae secundum naturam sint, pellatque contraria; qua inuenta selectione et item reie-

Initiis) *intus* E est officium) *enim off. est* E id enim) *idem* E qua) *quæ* LPMROr. *contra* C reiectione) *relectione* P *et electione* L

nostris consentiunt. Sæpe sic Cato Stoicos uniuerse significat, quom Græca eorum nomina interpretatur, ut mox § 21: *quam appellant ἔννοιαν illi*, et 24: *illi appellant κατορθώματα*, et 32: *quod illi ἐπιγεννηματικόν appellant*, et 35 et 58. Zeno, quem in uolgata scriptura intellegi uolunt, nusquam neque hic neque alibi apud Stoicos Pythagorica illa ratione solo pronomine significatur (et *αὐτός*, non *ἐκεῖνος* Pythagoras dicebatur), omninoque mire is hic subito interponeretur, quom toto superiore capite Cato ipsa principia disciplinæ exponens uniuerse locutus esset. Nec magis hoc nomen eius proprium erat quam relicua omnia, sed scholæ commune.

id enim appello) Dau. malebat: *ita enim appello*, non sine causa; dicit enim Cato, quo Latino nomine Græcum exprimat, nec usquam sic pronomen cum appellandi uerbo positum legere memini, ut esset: *eo nomine appello*. Nec tamen corrigo, quia, quom Cicero singulari quodam modo interdum rei et nominis notionem in unum conflet, ut II Acad. 18: *quod conprehendi posset (id enim uolumus esse καταληπτόν*, id est: sic enim appellari Latine uolumus), fieri potest, ut id hic etiam in appellandi uerbo fecerit. Notio *τοῦ καθήκοντος* uberius explicatur § 58 sqq.

qua inuenta selectione) Quom ederetur, ut est in nostris codicibus deterioribus: *quæ, inuenta selectione et item reiectione, secuntur: deinceps cum officio selectio*, nulla sententia (quomodo scriptum erat etiam in quattuor Pall., plerisque, ut uidetur, Dau., *tψ*, Gzi Bas. et Gud. 1; in Par. 1, 2, El. (1) Dau. repperit, quod est in L, *sequuntur, sequitur*), P. Manutius, ipsa sententia et re uiam monstrante, "adiutus a uetere libro" sic scribendum uidit, ut post Dau. et Bremium edidi, confirmaruntque Pal. 1 et 3 (Ex silentio), nunc Erl. At Gzius in Erl., Spir., Gud. 2 (falso, ut ex Erl. adparet) ita legi narrat: *quæ inuenta selectione et reiectione sequitur &c.*, itaque edidit; *quæ inuenta* accusatiuom esse uolt; et persuasit Orellio et Ottoni. Sic iam non seliguntur naturalia et reiciuntur contraria, sed inueniuntur selectione et reiectione, nescio

ctione, sequitur deinceps cum officio selectio, deinde ea perpetua, tum ad extremum constans consentaneaque naturae; in qua primum inesse incipit et intellegi, quid sit, quod uere bonum possit dici. 21. Prima st enim

sequitur) *sequuntur* PMCR *sequuntur sequitur* L in qua) *in qua quum* Or. inesse) *esse* R et intellegi) *et intelligit* LPMCR *intelligit* Or. 21. Prima) *primum* E

quarum rerum, quoniam ante illud discrimen inuentum nulla nec seligendi nec reiciendi caussa st. Itaque Cato illa initia ante constituta posuerat. In selectione et reiectione illa positum esse uirtutis usum, Stoici consentiebant, quorum dicta ascribentur ad IV, 14; in eo difficultas erat, quo ita referretur hæc selectio, ut a sui cuiusque amore transiretur ad communis naturæ et rationis legem et ex hac uniuersa natura et ratione certa aliqua norma agendi efficeretur. Sed primum hæc selectio fit naturali quodam instinctu et inpetu, ut in paruis (§ 16, cfr. Senec. epist. 121 § 14 sqq.); deinde, quom processum nonnihil est, intellegitur, cur quicque seligatur reiciaturue, atque statuitur, sic esse agendum. Ea st cum *officio selectio*, cuius probabilis ratio reddi potest (§ 58). Lbinus, Dauisius, Bremius, quom hanc gradationem non animaduerterent, *officiorum selectionem* substitui uolebant, quæ ad hunc locum nihil pertinet omnino. Tantummodo in eo Cicero minus diligenter et adcurate scripsisse uidetur, quod prius, quam debuit, offici nomen posuerit (*primum st officium* &c.); ibi enim nondum officium adparet. Tum *inuentam selectionem* sic dixit, ut magis animo obuersarentur philosophi naturæ progressum inuestigantes quam, de qua agitur, ipsa naturæ humanæ uia, quæ illam selectionem non inuenit, sed insitam habet.

in qua primum inesse incipit et intellegi, quid sit) In constanti demum et naturæ consentanea selectione, quæ st *εὐλογιστία* et *ὁμολογία*, quom et secum selectio et cum natura concordat, id est, uirtus, incipit inesse bonum et eius notio adparere; nam in illa cum officio selectione nondum bonum st, quoniam ipsum officium bonum non est (§ 58). Cicero paullo durius duas sententias conflauit, quom rei (boni) et eius intellegentiæ originem conplecteretur; nam quom ad *inesse* addendum esset *bonum*, propter *intellegi* circumlocutione usus est. Sic autem, ut edidi, felici casu scriptum st in repetitionibus Lbini et aliquot deinceps edd., nunc autem confirmat prorsus cod. Erl. (non silentio). Ceteri codd. (omnes, si Gruterus credimus, Pall., Par. 1, 3, El. uterque, Mead., Oxx., Gzi item, si credis, omnes, sed uides Erlangensem) et edd. supe-

conciliatio hominis ad ea, quae sunt secundum naturam; simul autem cepit intellegentiam uel notionem potius (quam appellant *ἔννοιαν* illi), uiditque rerum agendarum ordinem et, ut ita dicam, concordiam, multo eam pluris aestumauit, quam omnia illa, quae prima dilexerat; atque ita cognitione et ratione conlegit, ut statueret, in

autem) *atque* R uel) *et* E ἔννοιαν) om., uacuo spatio, C aestumauit) *existimauit* L *existimabit* E prima) *primum* LPMCR cognitione) *cogitatione* PMR

riores Lbinianis illis: *et intellegit*, facillumo errore post *incipit*. Hinc Gzius ecfecit: *in qua quom primum inesse incipit*, *et intellegit* &c., nulla sententia (*quom primum* uidetur putasse idem esse ac *quam primum*), Schuetzius autem et Orellius: *in qua quom primum inesse incipit*, *intellegit* &c. Quis, quæso, incipit? Nam hic quidem, ut paullo ante in *conseruet* (post *officium st*), uniuerse *homo* intellegi nullo modo potest; et quid hoc st, hominem inesse in selectione constanti et consentanea natura? Aliorum coniecturas omitto.

21. *quam appellant ἔννοιαν illi*) Ἐννοίας Stoici proprie appellabant notiones studio et nisu quodam animi explicatas, quemadmodum hic Cicero intellegit; uid. Plut. de plac. philos. IV, 11 p. 900 B; quamquam etiam φυσικάς esse ἐννοίας τῶν καθόλου statuebant, easdem, quas προλήψεις appellabant; uid. Plut. l. c., Diog. VII, 54; atque eas Cicero ceteris locis intellegit, ubi hoc uocabulum posuit (uid. indd.), partim κοινάς illas, ab ipsa natura insitas, partim uisis extrinsecus inpressas.

quæ prima dilexerat) Sic ξ, codd. Gzi præter Gud. 2; superiores ediderant *primum*; nec aliud est *prima* (cfr. 17 *quæ primæ adpetuntur*); *prima naturæ* non uno illo uocabulo, sed tota sententia significantur. Paullo ante, quom *simul atque* esset fere in edd. ante Uict., in mgine Crat. notatur *Simul autem*, ut erat etiam in omnibus Gzi codd.

cognitione et ratione) Sic meliores codd., mgo Crat., Pal. 1, et pars deteriorum (Pal. 3, Oxx., ut uidetur, χψ); ceteri (libri ueteres Lbini, Pall. quattuor, Par. 1, 2, Mead., Eξ; de Gzianis non constat) *cogitatione*, ut P. Marsus, Crat., Dau., quod sane, quom actionem mentis significet, aptius uideri possit *conligendi* uerbo et uisum st Beiero ad Off. I p. 44 (zeugmati in hac adiunctione ablatiuorum proxume positorum locus non est); nec codices magnum momentum habent in his uocibus, quæ sæpissume commutantur. Multo tamen sæpius *cogitatio* pro *cognitione* substituitur quam con-

eo conlocatum summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum; quod quom positum sit in eo, quod *ὁμολογίαν* Stoici, nos appellemus *conuenientiam*, si placet, — quom igitur in eo sit id bonum, quo omnia

quod) *qua* E quom positum) *compositum* PMCR ὁμολογ.) *analogiam* C sit id) *id sit* R quo) om. C omnia referenda sunt) *omnia refer. sunt* (*sint* E) *omnia* EPMR *ref. sunt omnia* C

tra; et fieri potest, ut Cicero cognitionis nomine adultam illam mentis uim, quæ in notionibus explicatis adparet, significarit.

in eo conlocatum) Expectes *in ea;* sola enim feminini generis nomina præcedunt; et scribi sic Manutius uoluit; sed neutrum genus Cicero rettulit ad uniuersam notionem, non ad certum nomen, ut V, 87 (*in eoque;* præcedit *ea uita*), de Legg. I, 45 (*quod;* præcedit, et proxume, *perfecta ratio*).

quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus conuenientiam) In *appellemus* sylleps eos forma quædam singularis est; nam ad prius membrum auditur (indicatiuo modo) *appellant;* cfr. Acad. I, 40: *quam ille φαντασίαν* (appellat), *nos uisum appellemus licet.* De re cfr. § 21. Stoici *τὴν ὁμολογίαν λέγουσι τέλος εἶναι* (Stob. Ecl. Eth. p. 186 Heer.) et *τὸ ὁμολογουμένως ζῆν*, qua formula Zeno utebatur (ibd. p. 132), uirtutem autem *διάθεσιν ὁμολογουμένην* (Diog. Laërt. VII, 89, Senec. Ep. 74, 30: *Uirtus conuenientia constat;* plura suppeditabunt Ritter in Hist. Phil. III p. 686 et Tennemannus IV, 94). Sic coecum inpetum primi illius adpetitus et amoris sui omittebant, qui singulorum commodis uitam recturus uidebatur. Sed ut hæc conuenientia norma quadam efficeretur et regeretur, cogebantur naturæ conuenientiam aduocare (*ὁμολογεῖν τῇ φύσει*, *ζῆν ὁμολογουμένως τῇ φύσει*); quæ esset autem uniuersæ naturæ lex et quomodo in singulis naturis adpareret, propterea difficilius expediebant, quod initio, quom de sui amore dicebant, hominis naturam ab ea tantum parte spectarant, quæ tota in se conuersa esset. Itaque nec offici notio ab hac origine tracta cum summa illa lege coalescebat et in boni notione desideria naturæ singulorum se spreta esse clamabant. Sed Cicero hic, postquam selectionem constantem *consentaneamque naturæ* nominauit, deinde tamen Catonem inducit sola illa *ὁμολογίας* notionem utentem; ad alteram formulam transit § 26, nullo modo hæc connectens et conciliians.

quod quom — quom igitur &c.) Quom interuenisset definitio relatiua sententia conprehensa (*in eo, quod*), Cicero orationem in-

referenda sunt, honeste facta ipsumque honestum, quod

honeste facta) om. Or. quod solum) *solum* E *quod* ceteri.

stitutam sic reuocat (*quom igitur*), ut simul primariam notionem alia forma conprehendat, qua in fine definiendo uti solebant: *id bonum, quo omnia referenda sint* (uid. ad I, 29). Gzius quom sic demonstratiuom a relatiuo diuellisset et sententiam peremisset: *positum sit in eo (quod — placet): quom* &c., ascripsit: "Mirum, st, quod totiens UU. DD. in parenthesi ponenda caecutiunt." *Omnia* editiones ante Gzium, Lambini excepta, extremo loco habent (ut C). Bis *omnia* Danisius adnotat habere C. C. C. et Mead., Oxx. γφ, Gzius etiam Spir., Uindob. (de Marso errat); caussa mox adparebit.

honeste facta ipsumque honestum — expetendum st) Et singula honestae actiones (κατορθώματα, αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις) expetendae sunt propter se et in bonis numerantur (uid. mox § 22 et 55, Sext. Empir. adu. Mathem. XI, 26, Diog. Laërt. VII, 94) et ipsum illud honestum, sine quo illae non sunt, ex quo tanquam fonte oriuntur et in quod tamquam caput conliguntur. Itaque, quom haec honesti notio praecelleret et honeste facta conplecteretur, Cicero non solum ad *honesti* nomen posteriore loco positum singulari numero uerbum adcommodauit (*oritur — expetendum st*), sed etiam, quom illam sententiam: *quamquam — oritur*, interposuisset, post tamen ex abundanti addidit *id*, ut eam notionem legentis animo obiceret (uid. ad § 4). Sed editores et iam ante librarii mire errauerunt; nam quom non animaduerterent, apodosin incipere a uerbis *honeste facta ipsumque honestum* (quod unus Manutius intellexit et interpungendo significauit), coniungebant haec: *omnia referenda sunt honeste facta* (unde scriptum st *referenda sunt omnia honeste facta*). Atque sic in eandem sententiam relatiuam trahebatur etiam (propter *que*) *ipsum honestum*, ut apodosis inciperet a *quamquam*. Atqui peruersissume dici: *id bonum, ad quod omnia referantur honeste facta et ipsum honestum*, quom hoc honestum ipsum illud bonum sit (et additur etiam: *quod solum in bonis ducitur*), sensit Danisius, qui aliquid tamen ex uetere philosophia intellegebat; itaque forti remedio se expediebat, ut, deletis uerbis *honeste facta*, scriberet: *ipsum honestum quidem* &c. (Quid haec particula hic ageret, non curabat.) Quid recentiores? Uerba illa damnant, Gzius et posteriores delent, retinent *ipsumque*, id est, totam illam prauitatem, propter quam illa Dauisius moliebatur. Adeo nihil ex rebus, quae tractantur, et ex sententiis intellexerunt aut saltem intellegere studuerunt; ac ne illud quidem, quod ad orationis formam pertinet,

solum in bonis ducitur, quamquam post oritur, tamen id solum ui sua et dignitate expetendum st, eorum autem, quae sunt prima naturae, propter se nihil est expetendum. **22.** Quom uero illa, quae officia esse dixi, proficiscantur ab initiis naturae, ea necesse st ad haec referri, ut recte dici possit, omnia officia eo referri, ut

post) om. P ui sua et) *in sua* E nihil est) *nihil* Or. 22. ea nec. st) *necesse est ea* LMCROr. nec. *est* transp. post *referri* (P)

uiderunt, *honesti* nomen, quod nunc demum inducitur, non posse latere inclusum in sententia illa relatiua. (Gzius in Bas. ait esse *se honeste facta*, idque interpretatur *scil.*, additamenti notam. Unde igitur ea in recentissumo et infimo codice seruata st, quom in optumis et antiquis, id est, in archetypo nulla esset? Sic infinita de codicibus inconsideratissume finguntur et argumenta ducuntur, quom de stirpe eorum et origine non cogitetur. Ceterum, ut Gzium nouimus, fortasse nihil in illo cod. fuit.)

quod solum) *Solum* se Gzius addidisse scribit ex Spir. et Erl., hunc tamen *quo* pro *quod* habere. At is pronomen plane omittit; uides fidem. Sed nisi hæc uox ad Stoicæ doctrinæ proprietatem significandam addatur, totum hoc membrum inane st. (Ex Hertcli silentio concludas, in ed. Marsi esse *solum*; dubito.) Sic quoque hæc sententia relatiua merito in tautológiæ reprehensionem incurrit; id potius dicendum erat, quæ antea conuenientia appellata sit, id nunc honestum alio nomine appellari, ut, quæ de illa dicta sint, ad hoc pertineant. Multis modis adparet, Ciceronem, quom præsertim festinaret, in notionum Stoicarum spinis hærentem, etiam oratione usum esse inplicata et parum adcurata.

quamquam post oritur) progrediente natura et rationis lumine exorto, quom in primo adpetitu non fuisset, ut paullo post dicit. Mox *sua ui* Gzius e Gud. 1, 2, Bas. Tum *est* post *nihil* excidit in repetitionibus Lbinianis et omnibus deinceps edd. *Sumenda* tantum hæc Stoici dicebant, non *expetenda*; uid. ad 20; contra Peripatetici et Academici.

22. *ea necesse st ad hæc referri*) Inde a Manutio edebatur: *ea ad hæc ref. nec. st;* Gzius, quom ita in suorum nullo esset, restituit, quod ex deterioribus adnotaui, ad Erl. et Spir. non adtendit. Stoici quom uirtutem et actionis honestatem in uoluntatis cum natura et uniuersa ratione conuenientia ponerent eumque uoluntatis habitum summum bonum putarent, quod tamen nulla inde præcepta elicere poterant ad singulas actiones regendas, agendi

adipiscamur principia naturae, nec tamen ut hoc sit bonorum ultumum, propterea quod non est in primis naturae conciliationibus honesta actio; consequens est enim et post oritur, ut dixi. Est tamen ea secundum natu-

principia) *initia* L nec tamen — naturæ) om. M non est) *non inest* (P)R Or. est enim) *enim est* LPMOR

initia repetebant ab illo primo amore sui et adpetitu eorum, quæ secundum naturam essent (§ 58, IV, 46 et 47), ut officium esset illa petere et sumere, honestum autem et uirtus hoc constanter et naturæ conuenienter uelle et agere. Cfr. V, 20 et quæ ad IV, 14 dicentur. Itaque Antipater Tarsensis interdum dicebat summum bonum esse πᾶν τὸ καθ' αὑτὸν ποιεῖν διηνεκῶς καὶ ἀπαραβάτως πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν προηγουμένων κατὰ φύσιν (Stob. Ecl. Eth. p. 136), quam formulam Cicero I Legg. 56 expressit (*nihil, quantum in ipso sit, prætermittere, quo minus ea, quæ natura postulet, consequatur*). Uerum in illo studio *adipiscendi* quom satis adpareat spectatam tantummodo esse humanam naturam ab ea parte, qua se ipsa amet, nec satis ipsæ desideriorum naturæ pugnæ nec singularum naturarum a communi ad sua commoda auersio exclusæ erant; (uoluptatis quidem studium a primo naturæ adpetitu segregare conabantur). Itaque, quom hæc forma disciplinæ ab ipso ingenio eius et eo, quod consequi uolebat, abhorreret, huic incommodo subuenire uidentur uoluisse adhibita illa τῶν φύσει συμβαινόντων ἐμπειρίᾳ et εὐλογιστίᾳ (uid. ad IV, 14). Ea tamen neque alium fontem habebat neque satis umquam ad offici notionem moderandam deducta st. Tum etiam, quia non contigerat Stoicis illa initia naturæ et uniuersæ naturæ legem conflare et coniungere, uidebatur duplex oriri agendi consilium et duplex bonum, alterum in ipsorum naturalium consecutione, alterum in consequendi propterque ea agendi constanti uoluntate. Hanc reprehensionem exponit Plutarchus adu. Stoic. c. 26 p. 1071 A, cuius tamen uerba corruptissuma sunt; et ad eam refertur, quæ sequitur, Catonis defensio.

quod non est — honesta actio) extra quam bonum non est; *conciliationes* plurali numero dixit res ipsas conciliatas, prima naturæ; uid. exc. ad II, 33. Pro *non est* communi fere consensu omnes ediderunt *non inest* nec quicquam e codd. adnotarunt; sequor Erl., uid. ad II, 34. Tum *est enim* Gzius etiam e Spir. Paullo post *ne quis sequi exist.* libri ueteres Lbini, Pall. quattuor, cod. Mor., et iam edit. a. 1480, tum Manutius atque Gruterus; *sit*, qui etiam Oxx. EUχψ. Dau. et Gzius tacent.

ram, multoque nos ad se expetendam magis hortatur quam superiora omnia. Sed ex hoc primum error tollendus est, ne quis sequi existumet, ut duo sint ultuma bonorum. Ut enim si cui propositum sit conlineare

sequi) *sit qui* LMCR

Ut enim si cui &c.) Totius conparationis hæc est ratio, quam si interpretes explicauissent, non tam in singulis partibus hæsissent: Quom Stoici summum bonum ponerent in honesta actione, omne autem agendi consilium et officium referri putarent ad prima naturæ, ex quo oriebatur illa, quam posui, Antipatri definitio summi boni, cauendum erat, ne ipsam adeptionem primorum naturæ ultumi loco ponere uiderentur. Itaque hominem prima naturæ consiliis et officiis petentem et eius caussa omnia facientem conparabant cum eo, cui propositum esset telum aliquo conlineare, hoc est, sic emittere, ut recte eo tenderet. Aliud est enim *ferire*, aliud *conlineare*, in quo actio tantum eius, qui telum mittit, intellegitur, non etiam euentus ipse; potest enim res externa, uelut aëris motus aut eius rei, quæ petitur, migratio interuenire. (Nec II de Diuin. quidem 121 hæc uerba: *qui non aliquando conlineet*, proprie et prima significatione aliud quicquam continent nisi hoc: *der nicht wenigstens einmal die wahre Richtung finden sollte.*) Itaque tali homini conlineandi caussa omnia facienda esse dicebant, nec tamen feriendi; si igitur suam partem actionis inpleuisset, finem eum consecutum fore; illud, ut etiam feriret, sumendum fore et seligendum, id est, *ληπτέον*, ut Stoici de commodis et primis naturæ dicebant, non expetendum, *αἱρετέον*, ut bonum. Sed est aliqua in hac conparatione ambiguitas, Stoicis necessaria. Primum enim propositum esse sagittario conlineare (*εὐστοχεῖν* an *στοχάζεσθαι* Græce dixerint, dubito), sic ponunt, ut id eis concedatur, quod putetur in illa notione simul conprehendi uoluntas et consilium feriendi, ut, qui non feriat, excidisse proposito iudicetur. Deinde ipsi illam adiunctionem secludunt, ut simile sit non *τῷ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν*, sed *τῷ πάντα ποιεῖν τὰ καθ' αὑτὸν πρὸς τὸ τυγχάνειν αὐτῶν*. Itaque id, in quo summum ponunt, facere omnia, ut propositum consequatur, reapse nihil est aliud nisi ipsum conlineare, atque etiam in id incidunt, quod Plutarchus adu. Stoic. 26, hac ipsa conparatione utens, ænigmati simile esse ait, ut *τὸν τοξεύοντα* dicant *πάντα ποιεῖν ἕνεκα τοῦ πάντα ποιεῖν τὰ περὶ αὑτὸν (πρὸς τὸ βάλλειν)*. Orellius dum huic loco e Græcis fontibus lucem adferre conatur, res dissimillumas ac longe

hastam aliquo aut sagittam, sic nos ultumum in bonis dicimus. [sic illi, facere omnia, quae possit, ut conli-

hastam aliquo) *al. hast.* E (*aliquam* MR) sic) *sicut* omnes, Or. ultumum) om. PR dicimus) *diximus* LPMCR sic — conlineet) Or. sine uncis.

diuitas confundit. Nam quod Stobæus p. 136 H., a quo Matthiæus quoque interpretationem petendam putauerat, discrimen aliquod *τοῦ σκοποῦ* et *τοῦ τέλους* conmemorat, id eadem pagina et p. 138 adparet non ad diuersitatem ipsarum rerum, in quibus sit *ὁ σκοπός* et *τὸ τέλος*, pertinere, sed ad logicam eiusdem rei rationem, ut *σκοπὸς* sit *ἡ εὐδαιμονία*, quod adpetatur, *τέλος* sit *τὸ εὐδαιμονεῖν*, tamquam status, quem quis adeptus sit; hic autem res dignitate ac genere diiunctæ distinguuntur. Eodem pertinet uel potius eadem st distinctio *τοῦ αἱρετοῦ* (rei bonæ, uelut *φρονήσεως*) et *τοῦ αἱρετέου* (status eandem rem bonam continentis, uelut *φρονεῖν*, uid. Stob. Ecl. Eth. p. 140 et 196 Heer.), quam nollem Orellius, incaute res fortasse a se non tractatas adtingens, confudisset cum notissumo discrimine rei expetendæ (bonæ, *τοῦ αἱρετοῦ*) et seligendæ (sumendæ, *τοῦ ληπτοῦ*). *Conliniare* (sic) *et conliniet* scriptum st in Pal. 1 et Erl., *collineare* in ed. Uen. 1480, Crat., Uict., Grut., posterioribus; in ceteris et in codd. deterioribus, Oxx. et nostris, tum etiam Mor. et mgine Crat. *collimare.* Pro *aliquo* etiam Oxx. omnes *aliquam*; alibi adnotatum non est. (Dauisius in toto hoc loco codices omnino non conmemorat).

sic nos ultumum in bonis dicimus) [*Sic — conlineet*]. Edebatur: *sicut nos ultimum in bonis dicimus*, (ita etiam Pal. 1 et Gzius e quattuor suis pro *diximus*), *sic illi facere omnia*, *quæ possit*, *ut conlineet.* Manifestum st, quod recentissumos editores ne ab aliis quidem admonitos sensisse miror, orationem non cohærere nec quicquam respondere initio conparationis: *Ut enim si* &c., nec omnino dici, huic exemplo simile esse summum bonum. Deinde autem quæ hæc coniunctio: *sicut nos — dicimus, sic illi facere* &c.? Quomodo enim ex uerbis *ultumum dicimus* auditur, quod necessarium st: *ultumum st*? Postremo quomodo hic præcipitur id, quod postea demum infertur (*ut omnia faciat, quo propositum adsequatur*)? Perspicuum st, primum ipsam conparationem uniuerse significari, similiter summum bonum dici ac si cui propositum sit sagittam aliquo conlineare, tum, quid in huiusmodi similitudine faciendum sit et quid ultumum futurum, explicari (*Huic in huiusmodi* &c., uid. adnot. prox.). Quid huic similitudini in bonorum ratione respondeat, significatur ipsis nominibus ad sagittarium tra-

neet.] Huic, in eiusmodi similitudine, omnia sint facienda, ut conlineet et tamen, ut omnia faciat, quo propositum assequatur, sit hoc quasi ultumum, quale nos

Huic — conlineet) om. CR eiusmodi) *eius* PM et tamen) *et tum uti* (*uti et* R) *tamen* PR sit) *sed* omnes.

ductis et breui admonitione (*quale nos summum in uita* &c.). Recte igitur Gzius secutus est Bas. et Gud. 1, in quibus felici correctione (nihil enim aliud est) scriptum erat: *sic nos* pro *sicut nos*. Sed deinde infelicissume scribi uoluit: *sit illi facere* &c., quod uolt esse: *liceat illi*, sententia non minus mira (quæ enim hic licentia agitur?) quam oratione. Omnino inter uniuersam illam conparationis significationem et hanc rei, quæ conparatur, declarationem: *Huic* &c., nihil interponi potest. Itaque hæc octo uerba: *sic illi — ut conlineet*, quæ nullo modo cum relicuis coniungi possunt, puto, quom scriptum mendose esset *sicut*, nec id, quo referretur, haberet, ab aliena manu addita esse ad orationem aliquo modo explendam. Delenda esse hæc uerba etiam Ursinus et Matthiæus iudicabant, cetera longe aliter, ac nos, constituebant. (Hertelius adnotat, in edit. Marsi omitti *sic illi* et relicua usque ad *conlineet*; si ad prius *conlineet*, eadem, qua nos, coniectura usus est, non meliore codice.)

Huic in eiusmodi — conlineet) Hæc uerba propter idem uocabulum bis positum (*conlineet*) exciderunt etiam in Ox. χ et cod. Scalig. Pro *eiusmodi*, quod Orellius iam in ed. Uen. 1480 esse ait, postea editum st *eius*, donec illud reuocauit Gzius e Pal. 1, ξ, Spir., Gud. 1; cod. (?) Urs. *huiusmodi*, satis apte. *Ut* ante *conlineet* excidit in Pal. 1. Miro errore nonnulli pronomen *Huic*, quod apertissume ad eum refertur, qui unus significatus est et de cuius in hac conparatione loco et actione nunc explicatur, de eo positum putarunt, qui honestatem peteret, uelut Gzius, Otto, puto etiam Orellius, quamquam non facile dicas, quid hic senserit de uerborum coniunctione.

et tamen — sit hoc quasi ultumum) Ut dixi supra, sic ultumum constituitur, ut excludatur omnis feriendi significatio; itaque, quia cauetur, ne id conprehensum uideatur, quom dicatur: *ut conlineet*, sic hoc adiungitur: *et tamen hoc sit ultumum*, *ut omnia faciat* &c. Est autem hæc scriptura ab Ernestio in una uoce emendata, quem recentiores secuti sunt. Nam *sed hoc* etiam aliorum codices omnes, in qua scriptura nec oratio constat nec sententia; coniungentur enim: *omnia sint facienda*, *ut conlineet*, *et tamen ut omnia faciat*; itaque (quamquam omnino non dicitur sic: *facienda sunt*

summum in uita bonum dicimus, illud autem, ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.

VII. 23. Quom autem omnia officia a principiis

dicimus) ducimus L

ut —, et tamen ut) incidemus in illam formam, qua Plutarchum uidimus Stoicos irridere, ne quid de ipso sed dicam. *Sit* et *set* etiam alibi non raro conmutata sunt. Ipsa forma orationis (*hoc sit ultumum, ut omnia faciat* &c.) dubia esse nequit propter id, quod contrarium additur: *illud autem, ut feriat, quasi seligendum* (sit). Relicuorum interpretum de toto hoc loco inde a uerbis *Ut enim si cui* &c. coniecturas eo magis conmemorare supersedeo, quod superiores, animaduersa ex aliqua parte loci perturbatione, nec tamen explicata diligentius conparationis forma et consilio, tamquam in desperato loco omnia uerterunt, nec tamen sibi ipsi satisfecerunt, recentiores autem, Gzius maxume et Otto, incredibiliter errant. Ursinus tamen quid se in codice suo repperisse fingat, dicendum st: *Ut enim — aut sagittam, ut feriat, sicut nos. ult. in bonis diximus, sic h. in huiusmodi sim. o. sunt fac. ut collimet, et tantum niti ut — assequatur.* Ex ceteris codd. Scaligeri habebat *tum* pro *tamen*, et paullo post omittebat *dicimus;* Oxx. Eg *quoad* pro *quo* (*propos. adsequ.*).

Cap. VII, 23. *Quom autem* &c.) Obscure hæc dicuntur, uereor, ne aliqua etiam ipsius Ciceronis culpa, non satis scite sententias in breue contrahentis et rebus non prorsus perspectis ambiguam et, ut ita dicam, fluctuantem orationem adhibentis. Nam aliter officia ab initiis naturæ proficiscuntur, aliter sapientia, cui etiam commendari ab initiis naturæ paullo post dicimur, quod satis diuersum esse uidetur. Sapientia, id est, perfectio ea rationis, quæ et scientiam rerum et omnis uirtutes conplectitur, ab initio non inest in homine, nec is intellegentia et uoluntate boni mouetur, sed tantum studio sui conseruandi; sed tamen in illa prima conciliatione côntinetur etiam studium mentis et rationis excolendæ et cognitionis amor (§ 17 et 18) et insunt in animo quom adumbratæ notitiæ rerum, a quibus cognoscendi initium progrediatur (de Legg. I, 26 et 27), tam singularum uirtutum elementa (ἀφορμαί, Stob. Ecl. Eth. p. 108 Heer.). Itaque rationalis est, ut ait Seneca (ep. 121), prima constitutio hominis. Hæc nos initia sapientiæ commendant, id est, οἰκειοῖ eiusque adpetentes faciunt. (Non aliter hunc locum Ritterus intellexisse uidetur, Hist. Phil. III p. 629, nec tamen adcuratius aut is aut alius quisquam, quod norim, adtigit. Interpretes talia non curant.) Sed alio modo intelleguntur princi-

naturae proficiscantur, ab isdem necesse st proficisci ipsam sapientiam. Sed quemadmodum saepe fit, ut is, qui commendatus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus sit, quam illum, a quo sit, sic minume mirum st, primo nos sapientiae commendari ab initiis naturae, post autem ipsam sapientiam nobis cariorem fieri, quam illa sint, a quibus ad hanc uenerimus. Atque ut membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem uiuendi data esse adpareant, sic adpetitio animi, quae ὁρμή

23. alicui — commendatus sit) om. E sit, sic) *sit* LPMCR autem ipsam) *ipsam autem* E data sunt) *data sint* E ὁρμή) om. M *hoc me* R

pia naturae, quom ab iis officia proficisci dicuntur, id est, res *ex*, quae primae adpetuntur, quia secundum naturam sunt; saltem ex his una tantum st illa prima cognitionis adpetitio. Nec haec sapientiae profectio ab initiis naturae ita cum officiorum ortu uidetur coniuncta esse, ut caussa hinc recte repetatur (*quom — proficiscantur, necesse st*).

a quo sit, sic) Sic emendata st deteriorum scriptura, si Gzius recte adtendit, iam in Uen. 1494; confirmat Pal. 3 et Erl. (silentio); e Pal. 1 (Eξ, ut uidetur) Grut. et Dau. *a quo, sic*. Gzius omnis suos aut *sit* aut *sic* omittere ait.

data esse adpareant) Iure miramur, cur sic hoc uno loco Cicero dicere maluerit quam *adpareat*. Sed quom negari nequeat, sic Senecam item semel scripsisse (de prouid. 5: *adparebunt autem bona esse*) et Suetonium (Ner. 1), nec ulla necessaria ratio adferri possit, cur non, si non omnino repugnarit uerbi natura, Cicero quoque ab inpersonali usu ad personalem illum transire potuerit, ut fecit in passiuis quibusdam uerbis (uelut V, 58, *ut plane, qualia sint, intellegantur*, de quo genere multi dixerunt), correctionem adhibere, ut Lbinus fecit, alii faciendum putarunt, temerarium uidetur et hic et apud Uarron. R. R. I, 62. Peruerse tamen cum hoc genere illud conparatur apud Liu. II, 28: *adparebat atrox cum plebe certamen* (neque enim ibi additur *fore*, quod omitti nullo modo poterat) et illud apud Sueton. Rhet. 1: *Rhetorica utilis honestaque adparuit*, in quo non magis auditur *esse* quam in Horatiano illo: *Animosus atque fortis adpare*. Multo incertius est, dixeritne Cicero, quod legitur pro Cluent. 101: *quae praeiudicia ab eo facta esse constarent*, cui similis alter est locus in orat. pro domo 139, an pluralis uerbi numerus a librario ad praecedentis uoces adcommodatus sit.

Graece uocatur, non ad quoduis genus uitae, sed ad quandam formam uiuendi uidetur data, itemque et ratio et perfecta ratio. **24.** Ut enim histrioni actio, saltatori motus non quiuis, sed certus quidam et datus, sic uita agenda et certo genere quodam, non quolibet; quod genus conueniens consentaneumque dicimus. Nec enim gubernationi aut medicinae similem sapientiam esse arbitramur, sed actioni illi potius, quam modo dixi, et saltationi, ut in ipsa insit, non foris petatur extremum, id est, artis ecfectio. Et tamen est etiam alia cum his ipsis artibus sapientiae dissimilitudo, propterea quod in

et ratio) *et oratio* C 24. certus) *textus* P certo) *in certo* L quodam) *non qu.* B modo) om. C in ipsa) *arte in ipsa* MCR *in ipsa arte* P etiam alia) *alia* Or. his) om. L

sic adpetitio animi &c.) Conferenda sunt, quæ apud Diogen. VII, 86 Stoice exponuntur, quom plantæ cæca natura regantur, in bestiis adpetitum adcedere, in homine rationem: *ἐκ περιττοῦ δὲ τῆς ὁρμῆς τοῖς ζώοις ἐπιγενομένης, ᾗ συγχρώμενα πορεύεται πρὸς τὰ οἰκεῖα, τούτοις μὲν τὸ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι·* (sic recte Dauisius: uniuersale illud *κατὰ φύσιν* definiri et constitui ac regi hoc *κατὰ τὴν ὁρμήν*. Gzius, "cogitari *οἰκείως*" iubens, nihil cogitauit) *τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προστασίαν δεδομένου, τὸ κατὰ λόγον ζῆν ὀρθῶς γίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν·* (recte Dauisius: *τούτοις κατὰ φύσιν;* his naturale fieri non *τὸ καθ' ὁρμήν*, sed *τὸ κατὰ λόγον*. Gzius nugatur) *τεχνίτης γὰρ οὗτος ἐπιγίνεται τῆς ὁρμῆς.*

perfecta ratio) quæ et sapientia et uirtus est; uid. ad II, 88; add. Senec. ep. 76.

24. *in ipsa insit*) *ipsa in arte* etiam Bas., Gud. 1, Uindob. apud Gzium. Editores inde a Crat. transposuerant (*in ipsa arte*); in delendo uocabulo *arte* Gzius etiam Spir. et Gud. 2 secutus est. *In ipsa* Cicero rettulit ad sapientiam, deinde transiit ad genus (*artem*).

est etiam alia cum his ipsis artibus) Apertum est, saltationem et actionem significari; nam et pronomina (*his ipsis*) hoc ostendunt, quæ ad proxumas artis referuntur, et particula *tamen*, quæ significat, eas, quæ nuper similitudinem cum sapientia habere dictæ essent, nunc ipsas dissimilis reperiri, et postulat res. Hæc enim, quæ in recte factis ponitur, conparatio ad eas proxume pertinet

illis, quae recte facta sunt, non continent tamen omnis partis, e quibus constant; quae autem nos aut recta aut

recte) *recta* E continent) *continentur* LPMCR e) *ex* C

artis, quarum summa st in ipsa ecfectione et recte facto. Hoc quom Bremius uideret, mendosum putabat *etiam alia*, quod nullam antea harum artium, sed tantum medicinæ et gubernationis, cum sapientia dissimilitudinem Cato conmemorasset; itaque scribi uolebat: *etiam aliqua*. At Gzius, medicinam et gubernationem intellegi putans, Bremium *aliqua* ita poni uoluisse credit, ut esset *alia aliqua!* Sed defendi potest *alia* sic, ut Cato primum uniuerse de artibus cogitans sic dicat: est etiam alia (atque ea, quam in gubernatione et medicina ostendi) dissimilitudo sapientiæ cum artibus, eaque cum his ipsis, saltatione et actione histrionum &c. (In exitu etiam sententiæ uniuerse loquitur: *in ceteris artibus*.) Huiusmodi neglegentia orationis in his libris offendere non potest. Tolleretur alio modo difficultas, si recte Gzius *etiam* omisisset, quod in Spir. et Erl. esse, in ceteris suis abesse ait, ut in Eş. Sed cum optumis consentire deteriorum familiam mei et relicui Oxx. ostendunt; nec Gzio de suis credo.

non continent tamen) Sic etiam Spir. et Bas., restituitque Gzius, ut fecerat pridem Marsus. Corrupta st uera scriptura propter errorem in pronomine *illis*, quod neutro genere acceptum st. Atqui tum omnis perit oppositio artium et sapientiæ recte factorum, nec tum uerbum *constant*, ut debet, ad artis illas referri potest. In saltatione motus aliquis et gestus per se absolutus est nec quicquam extra requirit, sed tamen in hoc uno motu gestuue non tota ars simul adest, potestque is artifex, qui hunc recte ecfecit, in alio motu gestuue delinquere. Quod in uita recte factum st, in eo Stoicorum sententia, si modo recte factum st, adest plena et perfecta rationis et uoluntatis absolutio, ut, qui hoc recte fecerit, cetera quoque omnia recte facturus sit; nam omne recte factum reapse idem st (ideo etiam par), materia tantum, in qua agitur, uariatur; itaque qui unam uirtutem habet, omnis habet (uid. Tennemanni Hist. Philos. IV p. 98 &c), nec solum habet, sed in quouis recte facto omnibus utitur: Ὁ κατὰ μίαν ἀρετὴν ὁτιοῦν ἐνεργῶν κατὰ πάσας ἐνεργεῖ (Plut. de Stoic. repugn. c. 7 p. 1034, Stob. Ecl. Eth. p. 110 et 116). Κατόρθωμα Stoici quidam definiebant καθῆκον πάντας ἐπέχον τοὺς ἀριθμούς (Stob. Ecl. Eth. p. 184). Hoc quoque Cicero exprimit. (In uerbo *dicamus* paullo insolentior accidit in relatiua definitione coniunctiuos hortatiuos.)

recte facta dicamus, si placet (illi autem appellant κατορθώματα), omnis numeros uirtutis continent. Sola enim sapientia in se tota conuersa st, quod idem in ceteris artibus non fit. **25.** Inscite autem medicinae et gubernationis ultumum cum ultumo sapientiae conparatur. Sapientia enim et animi magnitudinem conplectitur et iustitiam et ut omnia, quae homini accidunt, infra se esse iudicet, quod idem in ceteris artibus non con-

illi autem) *illa* C 25. ultumum) om. E iustitiam et) *iustitiam* [*et*] Or. accidunt) *accidant* LMPCROr. esse) *posita esse* L in) om. E

25. *Inscite autem conparatur*) Melius, opinor, Cicero hæc uerba omisisset. Nam quæ secuntur, non tam ad ultumum illud, quod in gubernatione et medicina extra st, in sapientia ipsa inest, quam ad omnium uirtutum unitatem pertinent; itaque cum iis, quæ ante hæc uerba posita sunt, coniunctissuma sunt, a quibus his interiectis diuelluntur. Nec ab hac parte sapientia magis medicinæ et gubernationi dissimilis est quam, ut ipse ait, *ceteris artibus.*

Sapientia enim &c.) Eo modo, quo ad I, 42 dixi, sapientiæ nomine simul significatur prima uirtutis species, prudentia; expectes igitur ei tris relicuas adiectum iri; nominantur tamen duæ tantum; tertia primum aspicienti per circumlocutionem adnecti uidetur: *et ut omnia* &c., sed hæc uerba apertissume describunt despicientiam rerum humanarum, quæ eadem st ac magnitudo animi. Itaque Ernestius et postea alii *et* delendum esse iudicarunt, ut his uerbis demonstretur superiorum uirtutum ecfectus. Uerum ne id quidem procedit, quoniam iustitiæ hoc proprium non est. (Gzius iusti esse putat, "a communi hominum sorte in sese exceptionem fieri nolle." Ad Stoicam iustitiam, quæ erat ἐπιστήμη ἀπονεμητικὴ τῆς ἀξίας ἑκάστῳ, nihil hæc constans communis condicionis perpessio pertinet.) Confiteamur igitur, Ciceronem minus diligenter hic distinxisse uirtutum species; nam ut despicientia casuum humanorum, quia conplectatur contemptum diuitiarum et sic cupiditatibus moderetur, temperantiæ locum teneat, non magis fieri potest. *Accidunt* e "quattuor optumis" Gzi codd. et Ox. E recepi. Genus rerum humanarum absolute significatur. Mox *eas* om. Eξ; uid. ad II, 93. *Feci ment.* Gzius ex omnibus suis; erat: *ment. feri*; utriusque ordinis exempla conlegit Klotzius ad Læl. p. 185 et 186.

tingit. Tenere autem uirtutes eas ipsas, quarum modo feci mentionem, nemo poterit, nisi statuerit, nihil esse, quod intersit aut differat aliud ab alio, praeter honesta et turpia.

26. Uideamus nunc, quam sint praeclare illa his, quae iam posui, consequentia. Quom enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me iam diu, quod τέλος Graeci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultumum, tum summum; licebit etiam finem pro extremo aut ultumo dicere;) quom igitur extremum hoc sit, congruenter naturae conuenienterque uiuere, necessario sequitur, omnis sapientis semper feliciter, absolute, fortunate ui-

feci ment.) *ment. feci* MCR 26. sint) *sit* E his) *iis* MPCROr. sentis enim — extremum hoc sit) om. MR τέλος Gr.) *Gr.* τέλος E (pro τέλος spatium C) Græci dicunt) *Græcus dicat* LPC tum summum) om. L igitur) *ergo* P *enim* LCR extremum h. sit) *h. s. extr.* LPMCROr. sequitur) om. P

quod intersit aut differat aliud ab alio) Dauisius malebat scribi *aut quo*, Bremius, quem Beierus ad Off. I p. 299 sequitur, audiri *quo* ex *quod*. Atqui non dicitur, nihil esse, *quo* res differant, præter honesta et turpia (debebat dici: præter honestatem et turpitudinem); sed nullas res præter hæc esse, quæ differentiam (ut expetendæ aut fugiendæ *sint*) habeant. Senserat iam Ernestius. Non meminerant uiri optumi, et alios, quos Schellerus col. 5216 nominat, dixisse: *hæc res interest ab illa* (*illi* poëtæ dixerunt) et ipsum Ciceronem ter præter hunc locum, Acad. II, 27 (*illa uisa negant a falsis quicquam interesse*) et 83 (*uisum aliud, quod ab eo nihil intersit*) et ad Att. V, 19 extr. (*τὸ νεμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν*).

26. *quam sint præclare illa his, quæ iam posui*) Illa, quæ iam dicturus est et quæ huic demonstrationi adnectuntur particula *enim*, noto et frequenti usu, quem post Handium (Tursell. II p. 379) uberiore exemplorum copia declaraui in præf. ad Cat. et Læl. p. XXIII; eodem modo Græci: *τάδε. ἐπειδὴ γὰρ κ. τ. λ.*

Græci dicunt) Sic mgo Crat. (Mor. *Græci dicant*), Eξ; restituit Gzius, qui ex suis unum Gud. 2 id habere dicit, quod ante edebatur: *Græcus dicat*. Mox *igitur* Gzius ex omnibus suis præter Gud. 2, qui hæc omittebat; ante erat *ergo*; Oxx. omnes *enim* (utroque loco miror deteriores Gzi nec credo); ordinem trium proxumorum uocabulorum e solo Erl. sumpsi.

feliciter, absolute, fortunate) Similis coacervatio V Tusc. 33:

uere, nulla re inpediri, nulla prohiberi, nulla egere. Quod autem continet non magis eam disciplinam, de qua loquor, quam uitam fortunasque nostras, id est, ut, quod honestum sit, id solum bonum iudicemus, potest id quidem fuse et copiose et omnibus electissumis uerbis grauissumisque sententiis rhetorice et augeri et ornari; sed consectaria me Stoicorum breuia et acuta delectant. VIII. 27. Concluduntur igitur eorum argumenta sic:

egere) *re egere* L loquor) *loquar* E rhetorice) om. PL consectaria) *consectari* LMCR delectant) *delectat* C 27. eorum) om. E

ergo omnia perfluenter, absolute, prospere; igitur beate. (Quæ ab Ottone comparatur *uita absoluta* ex II, 87, ea uero longe alia st.)

potest id quidem) Hinc apodosin incipere, superius illud *id est, ut* adiungi cum explicatione ad illud: *quod autem continet* &c., dixerat Dauisius, quia erratum uidebat; et tamen aberrauit Gzius, de puerto maiore et minore nugans.

et omnibus electissumis uerbis) In mgine repetitionum Lbinianarum adnotatur, alios *lectissumis* scribere, quod communiorem præstantiæ laudem habet; itaque Cicero semper *lectos* et *lectissumos* uiros, feminas, adulescentis nominat, non *electos* (uid. Zumpt. ad Uerr. II, 49, cuius notæ Wesenbergius addit Uerr. lib. I, 15, de inuent. I, 58). *Uerba* quoque *lectissuma* appellantur Orat. 227 loco huius simili (*optumis sententiis uerbisque lectissumis dicere*) et III de Orat. 150 editur: *ut abiecta atque obsoleta* (uerba) *fugiat, lectis atque inlustribus utatur*; sed *electis* est apud Iul. Uictor. p. 251 Or., quod pæne aptiorem uidetur habere delectus faciendi significationem. Rhetoricorum quoque ad Her. scriptor IV, 36 *optumum et electissumum uerbum* posuit et paullo post *electius uerbum*. Mox *rhetorice* omittitur in deterioribus aliquot codd. (Par. 1, 3, Gud. 2, Bas.), quorum testimonium nullum prorsus est, quom ex ceterorum (Oxx. omnium) cum bonis consensu adpareat, uocem in cod. archetypo fuisse. Damnant tamen uerbum Dau. et Gzius, quod uitiose abundet, quom, quidquid uerbis et sententiis augeatur et ornetur, rhetorice dici necesse sit. Atqui Cato et uniuersam formam rhetoricam (qualis a Cicerone II, 17 descripta et dialecticæ contraria posita st) a subtiliore conclusionum genere seiungit et eius ornatum et splendorem significat. Mox *consectaria* in mgine Crat. et a cod. Mer. adnotatur, quod tum fere editiones principum sequebantur; *consectari* etiam $\chi\psi$.

Quod est bonum, omne laudabile st; quod autem laudabile st, omne st honestum; bonum igitur quod est, honestum st. Satisne hoc conclusum uidetur? Certe; quod enim ecficiebatur ex his duobus, quae erant sumpta, in eo uides esse conclusum. Duorum autem, e quibus ecfecta conclusio st, contra superius dici solet, non omne bonum esse laudabile. Nam quod laudabile sit, honestum esse, conceditur. Illud autem perabsurdum, bonum esse aliquid, quod non expetendum sit, aut expe-

laudabile st) *laud. esse* LPMCR (priore loco). est hon.) *hon. est* C uides) *uide* PML (*uide in eo* L) *inde* R autem) *enim* E om. L laudabile sit, honestum) *honestum sit laudabile* PLMCR esse aliquid) *aliquod* E aut expetendum) om. E

Cap. VIII, 27. *Quod est bonum* &c.) Chrysippus apud Plutarch. de Stoic. repugn. c. 13 p. 1039 C: *Τὸ ἀγαθὸν αἱρετόν· τὸ δ' αἱρετὸν, ἀρεστόν· τὸ δ' ἀρεστὸν, ἐπαινετόν· τὸ δ' ἐπαινετὸν, καλόν· καὶ πάλιν· τὸ ἀγαθὸν, χαρτόν· τὸ δὲ χαρτὸν, σεμνόν· τὸ δὲ σεμνὸν, καλόν.* (His postremis respondent, quæ paullo post de gloriatione dicuntur.) Easdem uerborum argutias exprimit Cicero Tusc. V, 45. Paullo aliter apud Stob. Ecl. Eth. p. 146 omne bonum expetendum esse demonstratur, quod sit *ἀρεστὸν καὶ δοκιμαστὸν καὶ ἐπαινετόν.* Cur Tennemannus IV p. 83 has ratiunculas Zenoni tribuat, non uideo, quas multo ueri similius est tum esse natas, quom Chrysippus contra ceteras disciplinas pugnaret. (*Laudabile esse* etiam Eξ; *est honestum* (priore loco) Gzius ex omnibus suis; uolgo inuersum erat; in Mor. cod. *laudabile* et *honestum* sine uerbo. Mire et falso Gzius narrat, in Erl. bis abesse *omne*). Mox uerba: *in eo uides* (χ *inde*, Eξ om.) *esse conclusum*, significant, in eo argumenti conclusionem constitisse, hoc tenuisse. (*Hoc* post *satisne* om. Mor.)

laudabile sit, honestum esse) Uerum ordinem et sententiam restituit Lbinus; confirmant Pal. 1, Mor., Spir., Gud. 1; celeri (Dau., Oxx., Gziani) ut nostri deteriores. Paullo post, si Plutarchus Chrysippi uerba plene rettulit (*τοιούτοις λόγοις κέχρηται*), Cicero inter *τὸ ἀρεστόν* (*placens*) et *τὸ ἐπαινετόν* interposuit duo gradus, *diligendum* et *probandum*; sed sine dubio iam Græci hæc uariauerant (*ἐραστόν* et *ἀπόδεκτον* siue *δοκιμαστόν*). Nam in Tusc. omittitur *placens*; *diligendum* (*gratum acceptumque habendum*) et *probandum* ordinem mutant; additur: *ergo etiam dignitas ei tribuenda st.* (Tres Gzi codd. dicuntur habere: *etiam non diligendum.*)

tendum, quod non placens, aut, si id, non etiam diligendum; ergo et probandum; ita etiam laudabile; id autem honestum. Ita fit, ut, quod bonum sit, id etiam honestum sit. **28.** Deinde quaero, quis aut de misera uita possit gloriari aut de non beata. De sola igitur beata. Ex quo ecficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam uitam, quod non possit nisi honestae uitae iure

non etiam) *non etiam non* L etiam) *et* LP autem) *etiam* E Ita fit — honestum) om. E 28. de non beata) *de beata* C *non de beata* ceteri, Or. que) *qua* omnes. dignam) *dignum* E possit) add. *quidem* LPMCROr. nisi honestæ) *inhonestæ* PMCR

28. *aut de non beata*) Quod edebatur: *aut non de beata*, id, quoniam *non* sic positum ad uerbum, non ad adiectiuom *beata* pertinet, hanc habet sententiam: *aut quis potest non gloriari de beata?* quamquam repeti uerbum debuit. Atqui id hoc loco poni non potuit, quod postea demum ex his concluditur, gloriatione dignam esse beatam uitam. Et apertissume id, quod sequitur: *De sola igitur beata*, ostendit, ante a gloriatione ita relicua genera uitæ remota esse, ut hoc unum supersit. Erat autem uita aut *misera* aut *non beata* (nec beata nec misera) aut *beata*. Itaque necessario ita scribendum esse, ut feci, perspici poterat, etiamsi non certissumum testimonium adesset loci gemini in V Tuscul. 49: *Nec in misera uita quicquam st prædicabile aut gloriandum nec in ea, quæ nec misera sit nec beata* (id est: quis aut de misera aut de non beata gloriari potest?). *Et est in aliqua uita prædicabile aliquid aut gloriosum ac præ se ferendum.* (Hoc initium conclusionis hic non bene omittitur.) — *Quod si st, beata uita glorianda et prædicanda et præ se ferenda st.* (Id est hoc loco: *De sola igitur beata gloriari aliquis potest.*) Et narrat Gzius in tribus suis codd. scriptum esse: *de non beata;* quid esset, non intellexit; pæne adducor, ut Erl., Spir., Gud. 2 fuisse credam, et in mea conlatione de Erl. non recte taceri; nam si in deterioribus sic correctum mendum fuisset, in pluris ea emendatio uenisset. E§ *aut non beata*, omisso *de*. Mox *ex quo* quis primus recte scripserit, nescio; (Marsusne fuit?) codices quidem omnes: *ex qua* (mgo Crat., Oxx. omnes; ceteri editores tacent).

quod non possit nisi &c.) Manifestum st, hanc adsumptionem esse et sic concludi: id autem (ut gloriatione digna sit) non potest nisi honestæ uitæ contingere; ergo &c. Primum igitur rectissume

contingere. Ita fit, ut honesta uita beata uita sit. Et quoniam is, cui contingit, ut iure laudetur, habet insigne quiddam ad decus et ad gloriam, ut ob ea, quae tanta sint, beatus dici iure possit, idem de uita talis uiri rectissume dicetur. Ita, si beata uita honestate cernitur, quod honestum st, id bonum solum habendum st. 29. Quid uero? negarine ullo modo possit, *numquam*

uita sit) *sit* L is) *et* E quiddam) *aliquod* L ob) *ad* omnes. dicetur) *dicitur* LPMCR bonum sol.) *sol. bon.* L 29. Quid) *qui* EOr. *quod* ceteri. negarine ullo) *negari nullo* omnes, *negari ullo* Or. numquam) om. omnes, Or.

meliores codd. (Pal. 1, Erl., Spir.) particulam *quidem*, quæ post *possit* in relicuis additur, excludunt secutusque Dauisius est solus; nihil enim circumscribitur, nihil insignitur tamquam alteri contrarium, nec, quom simpliciter negatur, quisquam dicit: *hoc non potest quidem fieri;* uid. ad I, 70 (Lbinus in curis secundis *ne possit quidem*). Sed restat coniunctiuos uerbi modus, cuius in hac adfirmatione eius, quod ad concludendum tamquam certum ponitur, ratio nulla reddi potest; nam si eum Cicero ita posuit, ut ad hanc sententiam propagaretur uis obliquæ orationis a uerbo *efficitur* pendentis, ipse conclusionem apertam perturbauit concipiendo et scribendo; illo enim, ut dixi, efecto, gloriatione dignam esse beatam uitam, aliunde adsumitur, id tantum in honestam cadere, et sic demum concluditur. Et tamen hæc ipsa confusio et perturbatio aut potius multo maior manifesto tenetur infra IV, 50, ubi Cicero hanc conclusionem refellit. Tantum interdum ei, qui adtendit, molestæ dubitationis adfert hæc rerum non adcurate perceptarum parum diligens elocutio. Uolgo quidem interpretes facillume se expediunt: tacent. Pro *nisi honestæ* (Pal. 1) alii quoque codd. deteriores (quattuor Pall., Par. 1, 3, Mead., Ball., U, aliquot Gzi) et edd. fere ueteres (etiam Uict.) *inhonestæ;* emendate Marsus (Hert. sil.), Man., Lbinus.

rectissume dicetur) Futurum (hoc significatu: dici poterit; si dictum erit, recte dictum erit) etiam e Spir. (adde Eξ) Gzius restituit, et, ne rem apertissumam intellegere aliquando uideretur, addidit, hunc esse sensum; "eiusmodi uiri uita iure meritoque *honesta* dicetur;" immo *beata*. Paullo ante omnes, opinor, codd. (Mor., Oxx. Eξχψ, Crat., Uict.) *ut a d ea*. Recte Marsus (Hert. sil.), Man., Lbinus, ceteri.

29. *Quid uero? Negarine — numquam quemquam &c.*) Ut est in R, editum st a plerisque ante Bremium (Crat., Man., Lbino,

quemquam stabili et firmo et magno animo, quem for-

quemquam) *quæquam* E *quem inquam* MC *quem umquam* R

cett.): *Quod uero negari nullo modo possit, quem umquam stabili et firmo et magno animo, quem fortem uirum dicimus ecfici posse* &c.? nisi quod Uict. ex ed. pr. retinuit: *quem, inquam* (ut C. C. C., si Dauisio credimus, et sine dubio alii), Dau. autem et Ern. sic uerba interpunxerunt: *quem — dicimus, ecfici* &c., recte reapse, (ostenditur enim, quo uno nomine proprie appelletur, qui pluribus uerbis significatus erat), sed sublata etiam specie sententiæ; decet enim interrogationi uerbum finitum. Superiores sic uerba continuauerant: *quem stabili — animo, quem fortem uirum dicimus ecfici posse* &c.? eosque sequitur Matthiæus, *dicemus* legens. Debuit poni non *dicimus* (neque enim de uerbis et oratione quæritur), sed: *quem putamus posse?* (De præsenti tempore uid. disput. nostra de oratt. de prou. cons. et pro Balb. II p. 15.) Uerum nemo, quamuis omnia Matthiæus moliatur, huiusmodi interrogationi neganti præposuit relatiuam sententiam eiusmodi, qua significaretur, negari non posse id, quod in illa neganti interrogatione ecficeretur, hac forma: *Quod negari non potest, quomodo hoc uerum esse potest?* ut sit: negari non potest, hoc uerum esse non posse. Sed codd. Erl., Spir. *qui uero* (Bas. *quo*, ed. Marsi *quid*), deinde Spir., mgo Crat., Mor., Gud. 2, El. 1 (?), Mead., Eξ (hic contra Dau. testimonium): *quemquam* (pro *quem umquam*), a quibus reapse non discedit Erl. Hinc Gzius, ascito e duobus infimis codicibus, Bas. et Gud. 1, *ullo modo*, hoc ecfecit: *Qui uero negari ullo modo possit, quemquam stabili — ecfici posse, nisi —?* eamque scripturam probauit Schuetzio, Orellio, Ottoni, quorum nemo uidit, non *quemquam*, sed *neminem* dicendum fuisse; id enim contendebant Stoici, nisi constitutum esset, malum non esse dolorem, *non* posse ecfici fortem uirum; hi editores inducunt contendentis *posse* ecfici; tametsi *quemquam* dici in hac adfirmatione non potest. Non dubito, quin præsto aliquis mihi futurus sit subtilis grammaticus, qui narret, se ab Hermanno, Beiero, Klotzio, aliis didicisse, *quisquam* pronomen ad negationem inclinare; itaque hic *quemquam* intellegi *neminem*, quo artificio nuper memini uirum minume spernendum uti ad illud Terenti in Andria (II, 6, 3) interpretandum: *Æque quicquam nunc quidem.* (Sensus est: Er sagt eben so gut etwas, als du, der du nichts sagst.) Scilicet ita inclinat, ut *queo* ad *nequeo*; quia generalius adfirmat quam *aliquis*, magis ex aduerso contrarium st negationi, et ideo, quom negandum st, cum ea consociatur. Sed hæc mittamus. Adparet, excidisse negatiuam uocem

tem uirum dicimus, ecfici posse, nisi constitutum sit, non esse malum dolorem? Ut enim qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere, sic nemo ulla in re potest id, quod malum esse decreuerit, non curare idque contemnere; quo posito et omnium adsensu adprobato, illud adsumitur, eum, qui magno sit animo atque forti, omnia, quae cadere in hominem possint, despicere ac pro nihilo putare. Quae quom ita sint, ecfectum st, nihil esse malum, quod turpe non sit. Atque iste uir altus et excellens, magno animo, uere fortis, infra se omnia humana ducens, is, inquam, quem ecficere uolumus, quem quaerimus, certe et confidere sibi debet ac suae uitae et actae et consequenti et bene de sese iudicare, statuens nihil posse mali incidere sapienti. Ex quo intellegitur idem illud, solum bonum esse, quod honestum sit, idque esse beate uiuere, honeste, id est, cum uirtute uiuere.

decreuerit) *decernit* LPMCR adsensu adprobato) *assensum approbat* P cadere) *eadem* E ac) *at* E *et* ceteri. altus) *alter* C ac) *et* LPMCROr. actae) *apte* L sese) *se* C posse mali) *mali posse* LPMR *malum p.* C incidere sap.) *sap. inc.* P om. *sap.* C idem) *id est* E honeste) om. E *et honeste* MCR id est cum uirtute) *et id e. uirt. est* L

simillumam uoci *quemquam*; eam restitui. Initio sententiæ non recte iungebatur: *Qui — ullo modo*, id est, *quomodo — ullo modo*; adhibui igitur ibi Dauisi emendationem, ex qua adparet, unde ortum sit *nullo*. (In Mor., si recte notatum st, erat: *negari etiam nullo.*)

decreuerit) Sic etiam Pal. 1, Spir., quodque mirere, Ox. γ; restituit Gzius. Mox *ac pro nihilo* Gzius e tribus suis, et recte notat, in Erl. esse *at*, sed addit: "Inferius etiam probamus *ac suæ uitæ*, licet solus sic referat Gud. 1." Saltem etiam Erlangensis.

quem quærimus, certe) Dau. et alii: *quem quærimus certe, et* &c. Sed non minus est quærere quam ecficere uelle. *Posse mali* pro *mali posse* Gzius etiam e Spir.

idque esse beate uiuere, honeste) Sic, ut uoluerat Manutius, Gruterus et Dau. tacite, Gzius e Gud. 2 et Bas. *Id* præponitur cum quodam pondere, cui deinde adicitur ipsa res: *honeste — uiuere* (cfr. de Diuin. II, 63: *id ipsum — instare mortem* &c.). In

IX. 30. Nec uero ignoro, uarias philosophorum fuisse sententias, eorum dico, qui summum bonum, quod ultumum appello, in animo ponerent. Quas quamquam uitiose quidam secuti sunt, tamen non modo iis tribus, qui uirtutem a summo bono segregauerunt, quom aut uoluptatem aut uacuitatem doloris aut prima naturae in summis bonis ponerent, sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putauerunt sine aliqua adcessione uirtutem, ob eamque rem trium earum rerum, quas supra

30. uarias) *uanas* P eorum — ponerent) Non. p. 417 (*appellant*). Quas) *quæ* E *quos* Or. quidam) *quidem* E iis) *his* EPLOr. naturæ) *natura* C mancam — uirtutem) Non. p. 141 fore) *enim forte* L adcessione) *concessione* P earum) *earumque* P

Oxx. omnibus uidetur fuisse *et hon.* Spir. ut Erl. In mgine repetitionum Lbn. adnotatur, alios legere: *idemque esse beate uiuere et honeste &c.*, non inscite.

Cap. IX, 30. *Quas quamquam uitiose*) "Quamquam aberrarunt, qui has sententias a Stoicorum disciplina discrepantis secuti sunt, Pyrrho, Aristo, Herillus eorumque discipuli (nam sequitur aliquam sententiam etiam is, qui eius auctor est), tamen &c." Nescio cur Dauisius et deinceps omnes Th. Bentleio crediderint, scribendum esse *quos* (quod Gzius in ed. Uen. 1494 et ed. Crat. esse dicit, de hac saltem falso). Illo numero philosophorum, qui summum bonum in animo ponerent, ipse Zeno et Stoici continebantur, quos sequi minume Cato uitiosum putabat.

iis tribus) Epicuro, Hieronymo, Carneadi; alteri tres Polemo, Calliphon, Diodorus sunt; uid. II, 35. Mox recte dicitur *sine aliqua*, quia hæc inest significatio: *nisi aliquam adcessionem accepisset*, quemadmodum I N. D. 53: *quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non uidetis*, &c. Requiri aliquam mentem, intellegitur. Cfr. hic 37. *Singuli singulas* e P. Fabri (apud Lbinum) emendatione editiones inde a Dauisio habent; nam in codd. littera male geminata erat; uereor, ut de Erl. recte sileatur; uni uirtuti singuli ex tribus philosophis singulas ex tribus rebus addiderant. Tum *cuimodi* etiam Spir., cod. I. F. Gronoui (ad Gell. II, 8); Pal. 1: *eos antepotui modo*; ceteri *cuiusmodi*; emendatum et a Lbino in curis secundis. Quod Zumptius ad Uerr. p. 921 dubitare uidetur, num usquam ipsum *cuicuimodi* in codicibus legatur, ita bis scriptum esse in cod. regio Tusculanarum, scio ex Gudi conlatione.

dixi, singuli singulas addiderunt, his tamen omnibus eos antepono, cuicuimodi sunt, qui summum bonum in animo atque in uirtute posuerunt. 31. Sed sunt tamen perabsurdi et ii, qui cum scientia uiuere ultumum bonorum, et qui nullam rerum differentiam esse dixerunt, atque ita sapientem beatum fore, nihil aliud alii momento ullo anteponentem; ut quidam Academici constituisse dicuntur, extremum bonorum et summum munus esse sapientis, obsistere uisis adsensusque suos firme sustinere. His singulis copiose responderi solet, sed quae perspicua sunt, longa esse non debent. Quid autem apertius, quam, si selectio nulla sit ab iis rebus, quae contra naturam sint, earum rerum, quae sint secundum naturam, † tollatur omnis ea, quae quaeratur laudeturque, pruden-

singuli) *singulis* LPMCR singulas) *singula* LC (*singula singulis* C) his) *iis* L cuicuimodi) *cuimodi* E *cuiusmodi* LMR *eiusmodi* C 31. sunt) om. MC ii) *hi* L ultumum) *summum* E rerum diff.) *diff. rerum* E beatum fore) *fore b.* P ut) *aut* E *aut ut* Or. uisis) om. E *iussis* C quam) *quia* P iis) *his* L sint) *sunt* L (bis) earum) *ut earum* Or. tollatur) add. *demum* MCR quaeratur) *quaeritur* MCR

31. *Sed sunt tamen*) Media uox excidit in pluribus codicibus deterioribus, apud Dau. El. (utro ?), Mead., C. C. C., Ball., (neutrum Oxx. appellant), Ox. χ. Scientia bonum erat Herilli, ἀδιαφορία Pyrrhonis et Aristonis; uid. ad II, 43.

ut quidam Academici) Quom Pyrrhonis et Aristonis summum bonum commemorasset, in mentem uenit similitudinis causa adiungere, de quo non proprie agebatur, quid quibusdam Academicis uisum esse diceretur, quamquam illi nullum summum bonum certa sententia defenderent. *Τέλος εἶναι τὴν ἐποχήν*, Arcesilam docuisse, Sextus Empir. ait Hypotyp. Pyrrh. I, 232. Quae sint uisa (*φαντασίαι*), qui adsensus (*συγκαταθέσεις*), quae eorum sustentatio et retentio (*ἐποχή*), notum uel ex Academicis Ciceronis libris. E cod. Erl. et Spir. mendo satis uolgari (*aut* pro *ut*; cfr. hoc libro 49, 51, libr. I, 7, 47, 72 &c.) Gzius efecit: *aut ut quidam &c.* et mire interpretatus est: *aut ut absurdi sunt quidam Academici, qui — dicuntur;* quid enim huic *aut ut* respondet? Mox Dau. ex El. 1 et Mead. *firmiter.*

Quid autem apertius quam, si — naturam, tollatur) Sententia manifestissuma st, si res eae, quae sint secundum naturam, non seligantur a contrariis et sumantur, tolli omnem uirtutem, maxume

tia? Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, et iis, si quae similes earum sunt, relinquitur, ut summum

si quæ) *quæ* omnes (etiam E ex mea coll.)

τὴν φρόνησιν, quæ in hoc ipso delectu uersetur. Sed non minus manifestum st, orationem non cohærere, quæ sic continuari debebat: *quam — tolli omnem eam* &c. Itaque partim excusatione utuntur anacoluthi, quæ in hoc apertissumo et rectissumo progressu orationis, nulla re interposita, quæ orationem auertat, minume probabilis est, partim correctione; nam Danisius scribi uolt: *apertius quam quod — tollatur*, Latinum esse et huius ætatis putans: *apertum st, quod*, quam sententiam qui defendunt, eos satis refutaui in admonitionibus et obseruatt. de locis quibusdam grammat. Lat. (Haun. 1837) p. 20 sqq.; Gzius autem, quom ut addi uellet, hoc inmani et incredibili errore posuit ante *earum*; ita genitiuos diuellitur a selectionis nomine nec ipse cum ullo nomine coniungitur nec omnino sententiæ umbra remanet. Et tamen Orellius secutus est; nam Ottonem quid dicam? Uerum etiamsi *ut* aut post *quam* aut, ut Gesnerus (Thes. L. Lat. uoc. *ut*) uoluit, ante *tollatur* positum fuerit, uitiosa erit oratio; nihilo enim magis Cicero aut quisquam dixit *apertum st ut* quam *apertum st quod*; quæ enim a nonnullis similia putantur exempla, illa alius generis esse, ostendi ad II, 6; ne illa quidem accipio, quæ Wesenbergius prudentius delecta protulit, primum Læl. 81: *Quod si hoc adparet in bestiis — primum ut se diligant* &c. Nam ibi: *hoc* (quod dixi) *adparet* per se dicitur quasi: *hoc fit*, et tum adiungitur *ut*, quemadmodum sequitur: *quanto id magis in hominum fit natura*; deinde de Diuin. I, 126, ubi in concludendo sic dicitur: *Ex quo intellegitur, ut fatum* &c., ut sit: *Ex quo fit* (*sequitur*), *ut* &c. Relinquitur molestissuma dubitatio, utrum Cicero plane perturbate sic scripserit *tollatur* quasi ante posuisset *fore*, *ut* aut simile aliquid, an mendum subsit eo occultius quod neque prior pars sententiæ (*quid apertius quam*) neque posterior (*tollatur* &c.) per se ullam moueat suspicionem, nec tamen quicquam reperiatur, quo illæ, quales nunc sunt, conciliari inter se uideantur posse, nisi uerba saltem duo addantur (*fore ut tollatur*, ut Lbinus in curis secundis, aut *sequi ut*). *Demum* addunt etiam Mead. et El. 1, Oxx. E (*tollatur enim demum*) ξ (*tolletur enim demum*) χψ, tres Gzi, id est, deteriorum familia, quod unde ortum sit, non uideo.

et iis, si quæ) Sic Pal. 1, Scal., Mor., El. (2), Gzi, excepto Gud. 2, omnes (de hoc dubito; sed de Erl. mea conlatio non recte silere uidetur). Aptissume significatur, conprehendi ceteras senten-

bonum sit uiuere scientiam adhibentem earum rerum, quae natura eueniant, seligentem, quae secundam naturam, et quae contra naturam sint, reicientem, id est, conuenienter congruenterque naturae uiuere. **32.** Sed in ceteris artibus quom dicitur *artificiose*, posterum quodam

et quae) *et si quae* LPMCR add. *etiam* MCR sint) *sunt* omnes, Or. naturae uiu.) *uiu. nat.* MR

tias, si quae sint, nec tamen adfirmari, alias esse; usitatissuma st autem hæc coniunctio *is, si quis*, conflata definitionis relatiuæ (*is, qui*) et illius dubiæ significationis (*si quis*) forma, ut iure mirere Dauisium et Bremium Th. Bentleio *iis* tollenti paruisse. Exempla aliquot habet Ramshornius p. 571 aliis intermixta; add. hic lib. IV, 49 (*illos, si qui*), Diuin. in Cæc. 49, Philipp. VII, 23. Paullo ante *circumscriptis* (id est, *exclusis*) eodem modo dicitur, quo in Uerr. I, 48, II, 149.

uiuere scientiam adhibentem — id est &c.) Formulam summi boni ascita naturæ notione definitam (uid. ad 21) sic Cato posuit, ut ipsi formulæ breuiori præmittat uberiorem declarationem; uid. ad I, 33, de ipsa autem declaratione ad IV, 14.

et quæ contra naturam) Edebatur ex deterioribus codd. *et si quæ*, translato huc, quod supra scribi debuit; recte *si* sustulerant Dau. et Bremius, parentes optumis codd., Pal. 1, Scal., Mor., El. 1 (?), Spir. Ineptissume Cato significaret, se dubitare, num qua essent contra naturam. Et quotiens in his libris hæc duo genera rerum simpliciter contraria ponuntur? Tum *etiam*, quod addebatur post *quæ*, omiserant iam Man. et Uict., tum Dau. El. 1 (?) appellans, cui adsentiuntur Eξ, quattuor optumi Gsi, cod. Mor. Sed *sint* scripsi contra codices, quod in hac obliqua oratione, quom non genus per se constitutum significetur, sed quod illa scientia intellegatur et definiatur, indicatiuos non magis ferri potest quam § 31. Et præcedit *eueniant*.

32. *quom dicitur* a r t i f i c i o s e &c.) *Artificiose* communiter dixit pro eo uocabulo, quod cuiusque artis in laudanda eius actione proprium esset. Saltationem, ut hoc exemplo utar, tam demum ita laudamus, ut arti satisfactum dicamus, quom confectam saltationem uidemus; sapientiæ et honestatis laus ad ipsam susceptionem et uoluntatem pertinet, ut a primo ei tribuatur, effectus non expectetur, non modo ille, qui in medicina et gubernatione sit, sed ne ille quidem, qui in externa actione positus etiam in saltatoris et histrionis arte requiratur (§ 24). Omnino hæc hoc loco

modo et consequens putandum st, quod illi *ἐπιγεννηματικόν* appellant; quom autem in quo *sapienter* dicimus, id a primo rectissume dicitur. Quidquid enim a sapiente proficiscitur, id continuo debet expletum esse omnibus suis partibus; in eo enim positum st id, quod dicimus esse expetendum. Nam ut peccatum st patriam prodere, parentes uiolare, fana depeculari, quae sunt in ecfectu, sic timere, sic maerere, sic in lubidine esse, peccatum st etiam sine ecfectu. Uerum ut haec non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo

32. quom autem) *quod autem* omnes, Or. a primo) *apprime* LPMCR enim positum st) *pos. est enim* E uiolare) *uiolari* EP ecfectu) *effecto* EMCR timere) *tuae* E haec) *hic* E

minus commode posita et potius cum illis, quæ § 24 explicabantur, coniungenda fuisse uidentur.

quom autem in quo sapienter dicimus) Secutus sum Ernesti emendationem; in codd. et edd. omnibus est *quod*. Uerum non solum simile hoc uidetur esse debere superiori: *in ceteris artibus quom dicitur artificiose*, sed omnino *quod* locum non habet; nam quod Gzius interpretatur: *quod adtinet ad id quod*, sic rem aliquam factam ponimus, de qua iudicetur; atqui hic non quæritur, quale id sit, quod hoc nomen interdum a nobis ponatur (de qualitate huius facti), sed quo modo id in singulis actionibus ponatur. Nec, quod uideo nonnemini in mentem uenisse, ullo modo fieri potest, ut sic intellegatur: *quod sapienter factum in aliquo homine dicitur*; unde enim participium illud? nec tum *in* recte poneretur, sed *ab*. Itaque hæc una sententia apta st: quom autem hac uoce *sapienter* in aliqua re et facto laudando utimur, ea uox &c.

a primo) Sic, si silentio fides, Erl., in Pal. 1 erat *adprimo*, e quo illud ecfecit Io. Walkerus; eam emendationem Dau. et Gzius ita laudant, ut, num qua eius scripturæ uestigia in codd. fuerint, non dicant (Oxx. Uξχ *adprime*); sed satis per se certa st. *A primo* sic Cicero præter eos locos, quos Schellerus citat p. 8461, dixit hic IV, 34, de R. P. II, 45 et VI, 27 (Somn. Scip. c. 8), Tusc. I, 54, Terentius Phorm. IV, 2, 14, IV, 3, 37. Alia conlegit Gronouius ad Senec. de uit. beata c. 7. Extremo capite omnes deteriores (Oxx. UEξχ) *recte sunt iudicanda*; quis primus emendarit, nescio (*recta* iam Mars., Crat.).

peccata sunt, sic ea, quae proficiscuntur a uirtute, susceptione prima, non perfectione, recta sunt iudicanda.

X. 33. Bonum autem, quod in hoc sermone totiens usurpatum st, id etiam definitione explicatur. Sed

sunt) *sint* L recta) *recte* LPMCR 33. explicatur) *explicetur* LPMCR

Cap. X, 33. *Bonum autem — definitione explicatur*) Sic (pro *explicetur*) etiam Pal. 1 et Spir., restituitque Gzius; narrat Cato, quid fieri apud Stoicos soleat, ut § 49: *Deinceps explicatur differentia rerum.* Eo minus offensionis habet, quod, tanquam Stoicos appellarit, subicit *eorum*, in quo Ernestius hærebat, alii autem ita se expediunt, ut hoc pronomen eodem modo poni putent, atque *illi*, quo sæpius Cato in Stoicis demonstrandis utitur. Miro hoc demum loco, constituto iam summo bono et demonstrato, nihil esse bonum, nisi quod honestum sit, ipsa boni notio adtingitur et eius origo. Sed, ut ad II, 4 iam dixi, ipsi Stoici huic notioni a prima origine repetendæ et constituendæ minorem, quam debebant, operam inpendisse uidentur nec eius pertractationem in totius disciplinæ descriptione præcipuo loco posuisse. Itaque non satis id consequebantur, quo ipsa hæc explicatio (maxume § 34) spectat, ut perspicue ostenderent, bonum, quod ethice diceretur, quod illi solum bonum appellabant, quomodo ab illo bono, quod alio modo diceretur, differret et qua ex parte cum illo consociaretur. Ex definitionibus autem boni Stoicis, quæ conseruatæ sunt, aliæ tantum huius notionis cum alia non magis explicata nexum significant, ut illa communis *ἀγαθὸν εἶναι ὠφέλειαν ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας* (Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. III, 169, adu. Eth. 22, Diog. VII, 94), aliæ tantum adiunctum quiddam huic notioni et quod consequens sit, exprimunt, ut illæ, quæ apud Sext. Empir. Hypotyp. III, 172 et adu. Eth. 30 ponuntur (*ἀγαθὸν τὸ δι' αὑτὸ αἱρετόν ἢ τὸ συλλαμβανόμενον πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ τὸ συμπληρωτικὸν εὐδαιμονίας*); illa autem, quæ apud eundem Sextum præterea utroque loco explicatur (Hypot. III, 171, adu. Eth. 31 sqq.) quæque etiam apud Diogenem illo loco et apud Stobæum (Ecl. Eth. p. 96) conmemoratur, non boni definitio st, sed rerum bonarum enumeratio et diuisio, quæ alia forma exponitur apud Ciceronem § 55. Itaque quæ uim et naturam notionis propius adtingere conetur, ut Diogenis Babylonii, quam Cato ponit, una præterea superest, paullum oppido differens nec tamen (ut a nonnullis dici uideo) eadem, apud Diog. Laërt. l. c., *τὸ ἀγαθὸν τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικοῦ ὡς λογικοῦ.*

eorum definitiones paullum oppido inter se differunt, et tamen eodem spectant. Ego adsentior Diogeni, qui bonum definierit id, quod esset natura absolutum. Id autem sequens illud etiam, quod prodesset (ὠφέλημα enim

Ego) *Ergo* E esset) *esse a* E ὠφέλημα) *tophelemema* E *ophelem* PM *ophelen* O *ophelen* R enim) om. E

paullum oppido inter se differunt, et tamen) Dauisio *tamen* non recte positum uidebatur, quod, quom iam uerba *paullum oppido* ad minuendam differentiæ uim pertinerent, non esset huic contrarium illud *eodem spectant.* Præsto st Gzius, qui narret, *paullum oppido* esse *ein wenig sehr*; habemus igitur Catonem irridentem magnum Stoicorum in bono definiendo dissensum; aliter enim illud intellegi non potest. Conparat autem inpudentissumus et inperitissumus homo *parum admodum*, *paruo admodum plures*, quæ quis umquam audiuit? Sed bene res habet; neque *oppido differre* quisquam dixit, neque *paullum* addidit alii aduerbio gradus definiendi caussa, diciturque *paullum oppido*, ut *pauci admodum*, *multum admodum*, hoc est, *admodum multum.* TantummodoCato breuitate quadam simul et differentiam esse significat (*paullum differunt*), ad quam significationem aptum st *sed* initio positum, et minuit (*oppido paullum*); itaque uocem *tamen* non ad hoc posterius *oppido paullum* rettulit, sed ad prius illud: *sed — differunt.* Mox coniunctiuos *definierit* (pro quo Ern. e Dau. coniectura: *definiit*) uidetur caussalem significationem habere, et tamen obscurissumam, uix ut adpareat; nam quom hæc una definitio simpliciter indicetur nec, quo ceterae uincat, ostendatur, minume hoc simile st, ut hoc utar, eius, quod II Acad. 32 dicitur: *naturam accusa, quæ in profundo ueritatem abstruserit.*

Id autem sequens illud etiam, quod &c.) Sequens Diogenes hanc definitionem et in ea persistens, quom bonum definisset *natura absolutum*, etiam illud, quod prodesset, definiuit *statum e natura absoluto.* Bonum st uirtus et eius species, uelut φρόνησις, status autem et motus (actio) is, in quo uirtus inest, ὠφέλημα dicitur, id est, status habenti et aliis utilis, et infra § 96 et apud Stobæum Ecl. Eth. p. 140: *αἱρετὸν μὲν ἀγαθὸν πᾶν* (male Heerenius τὸ πᾶν), *αἱρετέον δὲ ὠφέλημα πᾶν, ὃ θεωρεῖται παρὰ τὸ ἔχειν τὸ ἀγαθόν* (spectatur bonum habendo; sine caussa Heer. παρὰ τοῦ ἔχειν), *διὸ αἱρούμεθα μὲν τὸ αἱρετέον, οἷον τὸ φρονεῖν, ὃ θεωρεῖται παρὰ τὸ φρόνησιν ἔχειν, τὸ δὲ αἱρετὸν οὐχ αἱρούμεθα.* Add. p. 158: *ὠφέλημα, οἷον τὸ φρονεῖν, τὸ σωφρονεῖν.* Uerbum ipsum ὠφελεῖν Diogenes (VII, 104) ait definiri a Stoicis: *κινεῖν ἢ ἴσχειν κατ' ἀρε-*

sic appellemus), motum aut statum esse dixit e natura absoluto. Quomque rerum notiones in animis fiant, si aut

absoluto) *absoluta* omnes. fiant si aut) *fiant fiant* E

τήν, βλάπτειν δὲ, κινεῖν ἢ ἴσχειν κατὰ κακίαν. Iam quom *ἀρετή*, hoc est *ἀγαθόν*, Diogeni esset *τὸ τέλειον κατὰ φύσιν* aut *φύσει* (sic enim reddamus *natura absolutum*), *ὠφελεῖν* erat ei *κινεῖν ἢ ἴσχειν κατὰ τὸ τέλειον κατὰ φύσιν* (*φύσει*). Nam mire interpretes iam inde a Lbino et Danisio, etiam Beierus ad Offic. II p. 201, aberrant, uocem *sequens* pro accusatiuo accipientes, et coniungentes *Id sequens*, ut huic superaddatur *illud etiam quod* &c., nec animaduertunt, barbarum esse *id sequens*, in quo *id* aut pro articulo st (*τὸ ἑπόμενον*) aut pro demonstratione (*sequens illud*). Sed hærent in *etiam*; itaque fere enarrant, ut Bremius, Beier, Otto, quasi sit: *quod etiam prodesset*, et gradum aliquem hunc faciunt, ut *ὠφέλημα* sit *ἐπιγέννημα* boni. Atqui *ὠφέλημα* Stoicis non *ἐπιγέννημα* erat, sed ipsa uirtus quatenus habetur; *ἐπιγεννήματα* bonæ actionis erant *χαρά* et *εὐφροσύνη* (Diog. VII, 94). Unus Gziųs *sequens* recte accepit, casu; nam relicua omnia perturbauit, primum *etiam* delens, ut fecerant Man. et Lbinus (apud Marsum st *i.*, quo conpendio notatur *id est*), deinde *ὠφέλημα* mutans in *ὠφέλειαν*, et Stoicos aliter dixisse negans, qui *ὠφέλειαν* ipsum bonum appellabant. Codd. ait habere aut *ophelem* (Ox. *χ*) aut *ophelen*; quid boni habeant, adparet ex Erl.; Dan. et Grut. tacent. Marsus et Iunt. *ophelen*, Crat. *ὀφειλήν* (sic); recte primus, opinor, Uictorius.

e natura absoluto) Sic uerissume Bremius, quem recentiores secuntur; est enim, ut superiore adnotatione exposui, *κίνησις ἢ σχέσις κατὰ τὸ φύσει τέλειον.* Natura *absoluta* neque ullum habet in hac Stoicorum disputatione locum neque in hac Diogenis definitione, quæ superiorem illam boni constitutionem in se continere debet. Error librari coniungentis *e natura* et ei adcommodantis *absoluta* perspicuus est. Nec in hac interpretatione formulæ Græcæ durior, quam quæ ferenda sit, hæc coniunctio uideri debet: *e natura absoluto*, inter *e* et *absoluto* alio interposito ablatiuo, quom ex sententia proxuma superiore perspicuum sit, *natura absolutum* unam esse notionem ac pro una uoce poni. Si Cicero circumlocutione usus esset: *ex eo, quod esset natura absolutum*, minus breuiter apteque uertisset, et pro generali notione posset uideri certæ cuiusdam rei absolutæ notionem substituisse.

Quomque rerum notiones &c.) Eandem uarietatem originis notionum conmemorant Sext. Empir. adu. Mathem. III, 40 et IX, 393 sqq. et, qui pluris species nouis partitionibus eefectas enume-

usu aliquid cognitum sit aut coniunctione aut similitudine aut conlatione rationis, hoc quarto, quod extremum posui, boni notitia facta st. Quom enim ab iis [illegible], quae sunt secundum naturam, ascendit animus conlatione rationis, tum ad notionem boni peruenit. 34. Hoc autem ipsum bonum non adcessione neque crescendo aut

boni) *bonum* omnes. notitia) *notio* LOr. iis) *his* L

rat, Diogenes VII, 53. Sextus igitur priore loco sic: *καθόλου δὲ πᾶν τὸ νοούμενον κατὰ δυὸ τοὺς πρώτους ἐπινοεῖται τρόπους· ἢ γὰρ κατὰ περίπτωσιν ἐναργῆ* (hanc altero loco *ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν* appellat) *ἢ κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐναργῶν μετάβασιν, καὶ ταύτην τρισσήν· ἢ γὰρ ὁμοιωτικῶς ἢ ἐπισυνθετικῶς ἢ ἀναλογιστικῶς.* Addit deinde exempla. Cicero, ut Diogenes, primam diuisionem duorum summorum generum omittit; *περίπτωσιν*, id est, rerum in sensus incursum, minus adcurate et perspicue *usum* interpretatus est, melius *coniunctionem ἐπισύνθεσιν* (Diog. *σύνθεσιν*) quæ st, quom duæ *φαντασίαι* conflantur, *similitudinem ὁμοιότητα*, ut quom ex imagine Socratis Socratis ipsius notio concipitur, *ἀναλογίαν* autem *conlationem rationis.* Comparandus iam Senecæ locus in ep. 120, 3, ubi quærit, *quomodo ad nos prima boni honestique notitia peruenerit. Quidam*, inquit, *aiunt nos in notitiam i n c i d i s s e, quod est incredibile, uirtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis uidetur obseruatio conlegisse et rerum sæpe factarum inter se conlatio; per analogiam nostri intellectum et honestum et bonum putant.* (Sic recte Schweighaeuserus e codicibus: *nostri*, id est Stoici, *putant bonum intellectum esse analogia.*)

hoc quarto, quod extremum posui, boni notitia) Sic Lbinus in curis secundis correxit, quod in codice archetypo scriptum erat: *posui bonum notitia;* librarius *bonum* adcommodauit ad *quod extremum*. Requiri *boni*, senserat, qui in cod. Scalig. et El. 1 scripsit: *posui bonum, boni*, et qui in Eξ: *bonum, eius.* (Manut. *bonorum notitia.*) Sed quod præterea Gzius tamquam ex Spir. et Erl. edidit *boni notio*, fallitur de Erl. et, opinor, de Spir. Fortasse in deteriore aliquo codice (quemadmodum in L) sic correctam uiderat Ciceronis inconstantiam, qui bis *notionem*, medio loco *notitiam* dixit, quo uocabulo non raro pro altero utitur, uelut V, 60. (Mox *escendit*, quod Gzius alicubi adnotatum uidit, ascripserat aliquis, qui rarius illud uerbum sibi notum esse corrigendo ostendebat; nusquam legi translate positum.)

34. *non adcessione neque crescendo*) Quos "codices pluris" *atque* pro *neque* habere Gzius dicat, nescio; *neque* eo modo poni-

cum ceteris conparando, sed propria ui sua et sentimus et appellamus bonum. Ut enim mel, etsi dulcissumum st, suo tamen proprio genere saporis, non conparatione cum aliis, dulce esse sentitur, sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurumi aestumandum, sed ea aestumatio genere ualet, non magnitudine. Nam quom aestumatio, quae ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit nec rursus in malis, quantumcunque eo addideris, in suo genere manebit. Alia st igitur propria aestumatio uirtutis, quae genere, non crescendo, ualet. 35. Nec

34. agimus) *agitur* L æstumandum) *existim.* L ea æstumatio) *ea æstimatione* E dicitur) *dicit* E numerata) *natura* C nec) *non* C *neque* Or. rursus) *risus* EP

tur, quo ad I, 30 dixi; nam una notio duobus uerbis exprimitur. Sed minus recte Dauisius hic significari putat, omnia bona æqualia esse, stultissume Gœrenzius sic enarrat: *non usu (per accidens)* (!) *neque coniunctione aut similitudine*, qui satis declarat, quæ esset περίπτωσις, quæ ἐπισύνθεσις, quæ nomina ponere non ueretur, se omnino ignorasse. (Et belle Cato, quom dixisset, quomodo ad boni notionem peruentum esset, addit: Hoc autem ipsum bonum, quod quarta ratione intellectum dixi, non intellectum st una ex tribus prioribus rationibus.) Postquam Cato exposuit, a primis naturæ ad boni notionem conlatione rationis uentum esse, cauet, ne quis hoc ita interpretetur, ut in eodem genere, in quo prima natura sint, bonum esse putet, tantummodo adcessione aliqua et gradu (hæc est enim *conparatio*) ab illis differens, et æstumationem maiorem quidem, sed eiusdem generis habere. Itaque sic ascendi illa conlatione rationis dicit, ut posterius et superius (bonum) ab inferiore et priore (primis naturæ) genere, non gradu differat. Nec tamen facile Stoici se ex his angustiis expediebant, in quas inciderant, quom omnium notionum a sensibus originem repetebant, et magis adfirmando rem præcidebant. Nam quom ἀναλογία illa siue conlatio rationis esset aut αὐξητική aut μειωτική (Sext. Emp. adu. Math. ll. citt.), non sane adparet, quomodo ea quicquam inueniri potuerit non solum gradu sed genere differens.

æstumatio, quæ ἀξία dicitur) quæ tribuitur rebus iis, quæ secundum naturam sunt, propter quam seligendæ sunt, et tamen in mediis et indifferentibus relincuntur; uid. 20.

35. *Nec uero perturbationes &c.*) Totum hoc de sapiente perturbationibus uacuo neque cum iis, quæ præcedunt, neque cum iis

uero perturbationes animorum, quae uitam insipientium

quæ secuntur, admodum perspicue cohæret, nec apte interpositum uidetur. Uerba autem uolgo sic scribebantur, ut parenthesi includerentur hæc: *quas Græci — uitiosa declarari uidetur*, tum sequerentur illa: *nec eæ (hæ) perturbationes — mouentur*, ubi absolui putabatur oratio interrupta, deinde adiungerentur relicua: *omnesque — elationem uoluptariam*, et ibi plene interpungeretur. Nec quemquam hæsisse uideo nisi Lambinum. Et tamen quam multa uitiosa! Primum qui sententiam interruptam absoluit, numquam eam particulam copulatiuam (*nec*) repetit, qua ea ab initio superiori orationi adiuncta st; sententia enim reuocatur, non illa adiunctio, et, si *nec* ponatur, id necessario ea, quæ subiciuntur, proxumis, id est, parenthesi adnectat. Non igitur *nec eæ* dicendum erat, sed: *eæ igitur — non* aut simili modo. Deinde adparet, interrumpi hic primariam sententiam de perturbationibus interposita explicatione nominis earum et generum. Itaque ea demum finita oratio ad propositum redire potest. Atqui ea minume ibi finitur, ubi illa *nec eæ* &c. ponuntur, sed continuatur his uerbis: *omnesque* &c., et, postquam dictum st, quo nomine utendum sit, deinde genera diuiduntur. Itaque peruersissume in mediam hanc progressionem sententiarum illa intericiuntur: *nec eæ* &c. Nec, quod putant, ea continent primariæ sententiæ absolutionem. Neque enim primarium st, perturbationes non natura moueri, sed sapientem iis uacare. Id et totius loci exitus ostendit et initium, ubi huic sententiæ contrarium ponitur: *quæ uitam insipientium miseram reddunt.* Deinde autem idem illud paullo post ponitur plenius: *Perturbationes autem* &c. At quomodo ponitur? Ita, ut omnino ante dictum esse uequeat. Quis enim, quom aliquid iam plene dixerit, deinde pauca non contraria posuerit, sed addiderit (*omnesque*), illud sic repetit, tamquam transeat ad aliud et hoc adiungat: *Perturbationes autem* &c., Manifestum st igitur, explicationem illam perturbationum, quæ incipit ab his uerbis *quas Græci* &c., non interruptam sic decurrere, ut generum diuisioni adiungatur originis notatio (*perturb. autem*), deinde huic extremæ parti ipsum illud adiungi et concludi, quod initio dicere Cato instituisset: *itaque his sapiens* &c. Itaque oratio initio abrupta omnino non absoluitur eadem forma, sed id, quod intericctum erat, sensim in idem exit. Illa autem uerba: *nec eæ — mouentur* non a Cicerone scripta sunt ineptissumo loco, sed ab aliquo, qui primariam sententiam conatus est indicare et institutam absoluere, nec tamen satis adtendit. (Lbinus: *nec hæ igitur* et postea: *perturbationes,*

miseram acerbamque reddunt quas Graeci πάθη appellant, poteram ego, uerbum ipsum interpretans, morbos appellare, sed non conueniret ad omnia; quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος: sit igitur perturbatio, quae nomine ipso uitiosa declarari uidetur; [nec eae perturbationes ui aliqua naturali mouentur;] omnesque eae sunt

35. acerbamque) *et acerbam* L conueniret) *conueniet* ELMCR misericordiam) om. E, spatio uacuo. solet dicere) *appellare solet* L sit) *sic* R ipso uitiosa) om. E nec — mouentur) sine uncis Or. eæ) *hæ* (LP)ROr. (*hee* C) omnesque eæ) *omnesque hæ* LPR (*hee* C); *omnesque* Or.

inquam, nulla &c.) Erunt, qui putent ipso illo *autem* (post *perturbationes*) sententiam initio institutam reuocari, auctoreque utantur Handio, in Tursell. I p. 569. Sed rectissume Beierus indicarat, numquam sic poni *autem*, quæ particula id, quod proxume præcessit, continuat, etiam contrario adiungendo et ad id transeundo (quod potest etiam ante positum fuisse); contra *sed* ea, quæ interposita sunt, sic abrumpit, ut, illis relictis, oratio ad primam sententiam redeat. In libro I de Off. 153, quo loco Handius utitur, eadem prorsus est forma orationis, quam hoc loco declaraui. Incipit Cicero de sapientia dicere; intericit admonitionem de prudentia; huic ipsi admonitioni et prudentiæ definitioni ex contrario (*illa autem sapientia*) sapientiæ definitio adiungitur; huic adnectitur, non ad initium redit, primaria sententia: *ea si maxuma st* &c., ipsum initium orationis: *Princepsque* &c., nusquam grammatice absoluitur. Qui in uerbis *illa autem* eo rediri putant, illi statuunt, ab initio Ciceroni tamquam primarium propositum fuisse hoc loco sapientiam definire. At omnis eius oratio eo spectat, ut ostendat, etiam ex sapientiæ notione sequi, ut communitatis officia maxuma sint.

sed non conueniret) Sic, opinor, primi Man. et Lbinus, tum Graterus; nam superiores *conueniet*, ut codd. (El. uterque, Par. 2, Mead., C. C. C. (?), Ball., tres optumi Gzi; Par. 3, Eξ (?), ceteri Gzi *conuenit*); condicionale tempus necessarium uidetur propter *poteram*.

omnesque eæ) Edebatur *hæ*. Sed in Pal. 1 pronomen "penitus erasum erat a manu emendatrice." Omisit Dau. et recentiores (contra omnis Gzi codd.), quia præcederet *hæ perturbationes*. Nunc etiam necessarium esse, adparet, quom a genere ad species transcatur. De definitione uoluptatis siue lætitiæ uid. ad II, 13. Ipsa

genere quattuor, partibus plures, aegritudo, formido, lubido, quamque Stoici communi nomine corporis et animi, ἡδονήν appellant, ego malo laetitiam appellare, quasi gestientis animi elationem uoluptariam; perturbationes autem nulla naturae ui conmouentur, omniaque ea sunt opiniones ac iudicia leuitatis; itaque his sapiens semper uacabit.

XI. 36. Omne autem, quod honestum sit, id esse propter se expetendum, commune nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententiis. Praeter enim tris disciplinas, quae uirtutem a summo bono excludunt, ceteris omnibus philosophis haec est tuenda sententia, maxume tamen his, qui nihil aliud in bonorum numero

formido) *fortitudo* L form., lub.) *lib. form.* MR elationem) *dationem* C his) *iis* LR 36. philosophorum sent.) *sent. philos.* L his) add. *Stoicis* omnes, Or. cum uncis.

diuisio uel e Tusculanarum libro quarto notissuma st; multa conlegit Beierus exc. X ad libr. I Offic.

omniaque ea sunt opiniones ac iudicia leuitatis) *Omniaque ea* neutro genere non potuit absolute dici, quom præcedat proxume unum totius rei nomen (*perturbationes*), sed propter prædicatum; relatum st igitur non ad propius nomen (*opiniones*), sed ad remotius, quod scriptor generalius esse et dignitate præstare uoluit (*iudicia*), cuius formæ in hac adcommodatione subiecti ad subsequens prædicatum aliud exemplum non habeo. (De prædicati genere ad remotius relato, ut I Legg. 1 *lectus* ad *lucum*, non ad quercum refertur, distincte exposuit Wesenbergius in Obseruu. Critt. in orat. pro Sest. p. 13 sq.)

Cap. XI, 36. *Præter enim tris disciplinas*) Tris sententias melius dixisset, ut II, 35; neque enim disciplinæ hæ fuerunt, nisi Aristippi et Epicuri, quos Cicero ibi in una sententia ponit; Hieronymum nulla secuta st familia; Carneades autem tertiam illam sententiam disputandi caussa proposuerat, non quam ipse constanter teneret, nedum Academicorum disciplina et secta.

maxume tamen his, qui) Codices omnes *his Stoicis*, *qui* (unus Philippi Tertii, Ueneti, apud Man. *tamen in Stoicis*, *qui*). Non potest ullo modo huic circumlocutioni (*his*, *qui* &c.), qua etiam caussa continetur, ipsum nomen interponi; sic enim *hi Stoici* ab aliis quibusdam Stoicis seiungentur. Uocem ab interprete additam

nisi honestum esse uoluerunt. Sed haec quidem st perfacilis et expedita defensio. Quis est enim aut quis umquam fuit aut auaritia tam ardenti aut tam ecfrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, quam adipisci scelere quouis uelit, non multis partibus malit ad sese, etiam omni inpunitate proposita, sine facinore quam illo modo peruenire? 37. Quam uero utilitatem aut quem fructum petentes scire cupimus, illa, quae occulta nobis sunt, quomodo moueantur, quibusque de causis ea

hæc) om. E expedita) *perexped.* LPMCROv. illam) *ipsam* R quam) *quamquam* ELP proposita) *postposita* E 37. quomodo) *quo* LPMCR om. *quomodo moueantur* E

post Lbinum multi damnarant. Mox *hæc defensio* est, quæ hanc rem defendit, id est, *huius rei;* uid. ad II, 56. Tum *expedita* etiam Spir., Gud. 1, Eξ, quibus parendum erat; nam etiam in Tuscul. II, 30 optumi codd. (reg., testibus Gudio et Krarupio, Guelf. pr.) habent *perexigua et minuta;* ad Q. Fr. I, 1, 18: *delectus percautus et diligens;* ad Att. quoque XIV, 12 certiorem auctoritatem habet: *perhonorifice et amice.* Solet tamen *per* repeti (N. D. I, 1, R. P. I, 18, Brut. 158), et pro Cael. 50 seruatur is optumis codd., abest a deterioribus.

eandem illam rem, quam) Mendose Pal. 1, 2, 4, Ox. U, tres optumi Gzi (inter eos Erl.) *quamquam;* relatiuom requirunt demonstratiua et tota orationis forma. (*Ipsam* plures edd. uett., *illam* mgo Crat.)

37. *quomodo moueantur*) Sic Pall. (omnesne?), Par. 2, Eξψ, Gzi excepto Gud. 2, omnes, et sic iam edit. a. 1480. *Quo* Uict. et quidam alii; uid. ad II, 53. Hoc studium rerum cælestium cognoscendarum in hac re solet commemorari; cfr. II, 46. Sed ut nunc scribitur, his uerbis: *illa, quæ occulta nobis sunt (moueantur)*, corpora caelestia describuntur; atqui illa occulta minume sunt. Hoc intellexit Bremius, qui scripsit: *quomodo moueantur [astra]*. Sensit igitur illud *scire cupimus illa, quæ — sunt*, generaliter dici, tum exempli loco alterum adiungi; sed correctio nullam probabilitatem habet. Præterea Dau. intellexit, non uacare tautologiæ crimine hoc: *quomodo moueantur quibusque de caussis uersentur*, quæ Bremius non bene excusat. Codd. (Pall. omnes, Dau., Oxx. EUχ, ut de Erl. non recte taceri uideatur) *uersantur*. Uidetur Cicero scripsisse: *quomodo moueantur quibusque de caussis*

uersentur in caelo? Quis autem tam agrestibus institutis uiuit, aut quis contra studia naturae tam uehementer obduruit, ut a rebus cognitione dignis abhorreat, easque sine uoluptate aut utilitate aliqua non requirat et pro nihilo putet? aut quis est, qui maiorum, aut Africanorum aut eius, quem tu in ore semper habes, proaui mei, ceterorumque uirorum fortium atque omni uirtute praestantium facta, dicta, consilia cognoscens nulla animo adficiatur uoluptate? 38. Quis autem honesta in familia institutus et educatus ingenue non ipsa turpitudine, etiam si eum laesura non sit, offenditur? quis animo aequo uidet eum, quem inpure ac flagitiose putet uiuere? quis non odit sordidos, uanos, leuis, futilis? Quid autem dici poterit, si turpitudinem non ipsam per

uersentur) *uersantur* LPMCR obduruit) *obdurauit* omnes. cognitione) *cognita* C et) *aut* E 38. quis animo) *quamuis an.* C ac) *et* E poterit) *poterat* LMCR non ipsam) *ipsam non* E

ca, *quæ uersantur in cælo* (id est, corpora cælestia). Pro *mouentur* cod. Scal. et El. 1 *nouantur*.

obduruit) Correctio hæc est, quam habent cod. El. (1), Eξ, editoresque fere præter Uictorium et Grut. secuti sunt (iam a. 1480; *obdurauit* mgo Crat.). Totiens Cicero ea forma, quæ huius significationis propria st, usus est, adeo nulla ne apud alios quidem inconstantiæ uestigia sunt (nisi quis inperatiuo *obdura* absolute a poëtis posito aliquid tribuendum putat), ut uix dubitari possit, quin unius litteræ mendum codex archetypus habuerit. Tum *cognita* ad Lbinum et Gruterum propagatum erat, contra codd. (Dan., Oxx., Gzi).

maiorum, aut Africanorum aut eius &c.) Fuerunt, qui pro uoce *maiorum* nomen aliquod substitutum uellent; sed recte et maiores communiter appellantur et primum locum tenent Africani; id dubitari potest, in exemplis generi subiungendis rectene sic *aut — aut* ponatur, quasi diuisio sit. Scribendum uidetur: *ut Africanorum*, quod iam Gzio in mentem uenit; uid. ad § 31. *Proauom* Catonis censorium illum non, ut Man. et Bremius putant, minus proprie, sed recte appellari, intellegitur ex iis, quæ Gellius XIII, 19 tradit. (*Habes* post *in ore* excidit in Pal. 1.)

38. *dici poterit, si — statuemus*) *Poterit* iam Marsus, Crat.,

se fugiendam esse statuemus, quo minus homines tenebras et solitudinem nacti nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se foeditate sua turpitudo ipsa deterreat! Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam; sed non necesse st. Nihil est enim, de quo minus dubitari possit, quam et honesta expetenda per se et eodem modo turpia per se esse fugienda. **39.** Constituto autem illo, de quo ante diximus, quod honestum esset, id esse solum bonum, intellegi necesse st, pluris id, quod honestum sit, aestumandum esse, quam illa media, quae ex eo conparentur. Stultitiam autem et timiditatem ˋet in-

statuemus) *statueremus* LPMR *statuerimus* C est enim) *enim est* R per se esse) *per se ipsa esse* L 39. esset) *sit* LPMCR id) om. LP autem et) *aut* C timiditatem) *temeritatem* omnes, Or.

Lbinus, Grut. ex aliquot Pall., Eξ, Spir. *Statuemus* cod. Mor., Grut. et recentiores ex isdem Pall., Spir., *statueremus* (propter *poterat*) Par. tres, Ball., Mead., E, aliquot Gzi, edd. ueteres pleræque; hinc *statuerimus* C. C. C. et fortasse alii, ed. a. 1480, Lbinus. Dauisio Walkerus persuasit, hæc uerba: *si turpitudinem — statuemus* tollenda esse, quom eadem sententia contineretur iis, quæ secuntur: *nisi — eas deterreat.* Repetitur et propius ad rem adcommodatur condicio eo modo, de quo ad I, 7 dictum st.

39. *quod honestum esset*) Sic etiam Pal. 1 et, si Gzio credimus, quattuor eius codd., quintus, Gud. 2, uerbum omittebat. Edebatur ante Gzium *sit.* Cicero rettulit ad *diximus* (§ 26 sqq.). Quod sequitur: *media, quæ ex eo* (honesto) *conparentur*, eo pertinet, quod honestum st omnia facere, ut prima naturæ consequamur; itaque uirtus ea conparat seligendo.

Stultitiam autem et timiditatem) Sic Bremius, Guyetum sequens, uere et necessario scripsit pro eo, quod in codicibus est: *et temeritatem.* Apertum st enim enumerari quattuor uitia, quæ quattuor primis uirtutibus contraria sint; itaque requiritur, quæ fortitudini contraria st, δειλία (uid., si tanti st, Stob. Ecl. Eth. p. 105, Diog. Laërt. VII, 100); ea ignauia appellatur (I, 50) siue timiditas (IV, 53), sæpe etiam utroque nomine (I, 49). Temeritas eadem st quæ stultitia (I, 50). Nam quod Gzius fortitudini duo uitia contraria esse uolt, unum, quod defectu peccet, ignauiam, alterum, quod excessu, temeritatem, primum ea audacia st, non temeritas, etsi hæc sæpe audaciæ comes est, deinde hoc totum ad Stoicos omnino nihil pertinet et ad hanc quadripertitam uiti diuisionem. Ottoni

iustitiam et intemperantiam quom dicimus esse fugienda propter eas res, quae ex ipsis eueniant, non ita dicimus, ut cum illo, quod positum st, solum id esse malum, quod turpe sit, haec pugnare uideatur oratio, propterea quod ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpis actiones, quae oriuntur e uitiis. Quas enim *κακίας* Graeci appellant, uitia malo quam malitias nominare.

XII. 40. Nae tu, inquam, Cato, uerbis inlustribus et id, quod uis, declarantibus! Itaque mihi uideris Latine docere philosophiam et ei quasi ciuitatem dare; quae quidem adhuc peregrinari Romae uidebatur, nec offerre sese nostris sermonibus, et ista maxume propter

fugienda) *fugiendum* E *fugiendam* ceteri. eueniant) *prouenient*, corr. essen. E illo, quod) *illo, quo* EOr. uideatur) *uidetur* L incommodum) *commodum* E *κακίας* Graeci) *Græci κακ.* LPMCROr. 40. Nae) *hæc* LPMCR offerre) *eff.* R ista) *istam* LPMCR

tamen "nulla restat in hoc loco difficultas." Stultitiæ nomen librario non adtendenti alterum simile sub calamum subiecit. (Beierus ad Off. I p. 335, uera et aperta correctione non contentus, temerarie plura mutat.) *Fugienda* Man., tum Gruterus tacite et recentiores; firmat Spir., nam ceteri Gziani et Oxx. *fugiendam*; pluralem postulat, quod subicitur, *ex ipsis*.

cum illo, quod positum st) Etiam Spir. *quo*, et recepit Gzius manifestum mendum, ortum ex *illo*. Nam neque hoc alia quadam sententia positum erat, sed ipsa hæc sententia posita, nec omnino Latine dicitur: *Hoc* (ablatiuo casu) *ponitur illud et illud*. Mox *κακίας Græci* etiam Gud. 1. De *κακίας* et uiti et malitiæ nominibus eadem, quæ hic, exponuntur Tuscul. IV, 34.

Cap. XII, 40. *Næ tu*) Sic Pal. 1, Mor., mgo Crat., Spir., edd. inde a Lbino. Oxx. et Gzi relicui ut nostri deteriores. Ut *Latine scire* dicitur, sic etiam *docere aliquem Latine* et *discere* et *obliuisci* quoque, pro Cæc. 61.

et ista maxume) quæ a te explicatur, Stoica, quæ subtile et spinosum habet disserendi genus; nam Epicurea philosophia, quæ cuiusquemodi uerbis et rebus parum subtiliter excogitatis utitur, facilius aditum sibi fecit. Quid apertius? et quis nescit *istas* appellari res, quæ ad eum pertineant, quocum loquare? In deterioribus codd. m adhæsit ex *maxume* (in Lbinianis, Pall. præter 1,

limatam quandam et rerum et uerborum tenuitatem. Scio enim, esse quosdam, qui quauis lingua philosophari possint; nullis enim partitionibus, nullis definitionibus utuntur, ipsique dicunt, ea se modo probare, qui-

limatam quandam) *qu. lim.* L esse) om. C ipsique) *ipsi qui* LPMCR *ipsique* EOr.

Oxx., exceptis Eξ, Dauisianis; Gzius *ista* in omnibus suis esse sine dubio falso scribit); correctum et iam apud Mars., Crat. Uide nunc (ascribam enim admonitionis caussa) incredibilis interpretum errores, ex quo semel Lbinus dormitauit. Ipse planiorem putat fore lectionem, si ita legatur: ` *et maxume propter istam limatam* &c. Scaliger legit: *sermonibus est quita propter* &c. (in cod. eius dicitur fuisse: *sermonibus e lista propter*), Dauisius: *sermonibus esse ausa, maxume* &c. Bremius: *est ausa, maxume.* Gzius tamen principatum errandi hic quoque stultitia tuetur. "*Ista* neutrum st, et ad prægressa uerba: *uideris Latine docere philosophiam* &c. referendum." Quæres, quo sensu. "Et ista mihi uideris maxume &c." (Audies *facere* et *ista* pro *istud* accipies et hoc pro *id*). Schuetzius, Orellius, Otto *ista* nominatiuom putant, sed enarrant: *et ea quidem maxume*, id est, *et quidem maxume!* Pudet me philologorum. *Tenuitatem* Cicero dicit τὴν λεπτότητα, quo significatu Acad. II, 43 *tenuem et acutam distinctionem* appellat et ibd. 66 *rationes non ad tenue limatas.* Epicureorum scripta Latina, Amafani, Rabiri, Cati Insubris sæpius irridet Cicero et insectatur.

nullis enim partitionibus) Nescio unde in ed. Iunt. irrepsit *nullis tamen* (quod in Gud. 1 superscriptum esse Gzius ait), mansitque in edd. ad Gzium. De re uid. I, 22.

ipsique dicunt, ea se modo) Non ab aliis obicitur, sed ipsi aperte profitentur, se nihil præter sensuum iudicium sequi; ea st enim *natura* (uid. I, 30). *Ipsique* restituit Gruterus (et iam ante Marsus) e Pal. 1, cui consentiunt Mead., Eξ, ex eoque adparet deteriorum codicum scripturam ortam esse. Gzius Erlangensis et Spir. mendum adripuit *ipsisque dicunt* &c., in quo, præter euersionem optumæ sententiæ et ineptus uerborum ordo st et usus; neque enim de huiusmodi iudicio, quom quæritur, cui tamquam uero et cognitionis initio adsentiamur, dicitur, *hoc uel illud nobis se probare;* postremo *ipsis* pro *sibi* contra Ciceronis et huius ætatis consuetudinem ponitur. Nam Cicero ita demum *ipse* pro reflexiuo ponit, ubi in *ipso* homine uel re notanda et ab aliis sepa-

bus natura tacita adsentiatur. Itaque in rebus minume obscuris non multus est apud eos disserendi labor. Quare adtendo te studiose et, quaecunque rebus iis, de quibus hic sermo st, nomina inponis, memoriae mando. Mihi enim erit isdem istis fortasse iam utendum. Uirtutibus igitur rectissume mihi uideris et ad consuetudinem nostrae orationis uitia posuisse contraria. Quod enim uituperabile st per sè ipsum, id eo ipso uitium nominatum puto, uel etiam a uitio dictum uituperari. Sin *κακίαν* malitiam dixisses, ad aliud nos unum certum uitium consuetudo Latina traduceret. Nunc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. 41. Tum ille, His igitur ita positis, inquit, sequitur magna contentio, quam

tacita) *tacite* L te) om. L iis) *his* L mando) *commendo* R ipso) om. L uitium) *uitio* R nominatum) *denominandum* L Sin) *si* C Nunc) *hoc* LPMCR

randa momentum orationis est, uelut pro Sest. 82: *quis umquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit?* id est, non *suis*, sed *suis ipsius*, et in Uerr. I, 18: *ipsis inspectantibus*; pertinent huc nonnulla ex iis, quæ Ramshornius posuit p. 517; multo magis id facit in remotiore sententia post *se*, ut hic 64: *negant se recusare, quo minus ipsis mortuis* &c. Paullo longius progreditur Liu. XXXV, 46 extr. (*nam ipsis*); plane *ipsos* et *ipsis* pro *se* et *sibi* non raro Seneca ponit et Curtius, ille de uit. beat. 26, 7 (*ipsos sequi clamant*), de Benef. I, 4, 3 et IV, 16, 1, Ep. 6, 3 et 22, 8 et 82, 5, Quæst. Nat. VI, 5, hic III, 13 (5, 15) et III, 19 (8, 7) et IV, 7 (2, 8). Mox *memoriæ commendo* una et altera uetus ed., uelut Crat. (mgo *mando)*, Gud. 2, Bas.

ad aliud nos unum &c.) Nullum unum uiti genus prætorea nominauit, ad quod referatur *aliud*; itaque uiro perdocto in mentem uenit, scribi debere: *ad aliquod nos unum*; sed offendit nimia copia uerborum: *aliquod unum certum.* Minus diligenter Cicero generale et speciale (*ad aliud*, id est, *ad aliam rem* et *ad unum certum uitium*) in unum contraxit (*ad aliud unum certum*); non dissimilis illa breuitas, quam § 33 notaui in uerbis *paullum oppido.*

Nunc omni uirtuti) Sic Manuti liber uetus, mgo Crat., e Pal. 1 Grut. et recentiores, Spir. *Hoc* Oxx. et Gxi relicui (Bas. *hunc*).

tractatam a Peripateticis mollius (est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticae) Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis summaque eloquentia rem in summum discrimen adduxit, propterea quod pugnare non destitit, in omni hac quaestione, quae de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis

41. quam tractatam) *quae pertractata est* LC eorum) om. E dicendi) om. P egregia) *e Grecia* EP Stoicis cum) *c. St.* P

41. *quam tractatam — Carneades — rem*) Sic Pal. 1, 4, 5, Par. 1, 3, Mead., Spir., Gud. 2; restituit (post R et Marsum) Gruterus. Relicui codd. (uniuerse eos appellat Dau., Oxx., Gud. 1 et Bas.): *quæ pertractata st*, quod etiamsi meliorem auctoritatem haberet, ferri non posset, quod nouam sententiam in uerbis *Carneades* &c. Cicero non tam abrupte incepturus erat nec illo uerborum ordine. Alteram scripturam, quæ fuit in codice primario, Bremius et recentiores anacoluthi excusatione defendunt; quæ tamen num sufficiat, non immerito dubites. Nam ut omittam nullam in tam breui parenthesi mutandæ constructionis caussam fuisse (referri enim potest, non multo maiorem fuisse § 11, quamquam ibi alia erat caussa, ut, ascito uerbo *arbitror*, modestius, quam coepta esset, oratio finiretur;) sed ut hoc omittam, Cicero orationem non mutat, sed ita eadem forma continuat, ut, si sustuleris *rem*, omnia ordine procedant; deinde ipse ordo uerborum (*Carneades tuus* &c., subiecto initio posito) minume aptus uidetur orationi post parenthesin in aliam formam transeunti, sed periodo recte decurrenti. Tollendi mendi, si mendum st, duplex est uia, ut aut cum Guyeto scribatur: *qua tractata*, aut, quo magis inclino, deleatur *rem;* nam, qui subtilius hæc exegerit, reperiet, ueteres scriptores huius maxume ætatis illo ablatiuo in contrariis coniungendis et mutatione significanda non uti (*quom esset tractata mollius, Carneades*). Quod Stoicus Peripateticis dialecticæ ignorationem obicit, de iis, qui post Theophrastum fuerunt, non immerito dici uidetur, quos Strabo XIII p. 609 Casaub. ait non potuisse *φιλοσοφεῖν πραγματικῶς ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν*, quamquam in perturbationibus animi similibusue rebus non sine caussa Stoicorum *spinas partiendi et definiendi prætermittebant* (Tusc. IV, 9).

quæ de bonis et malis appelletur) Iure Wesenbergius coniunctiuom modum miratur, quoniam neque intellegitur, cur hoc de eius partis nomine ex Carneadis persona proferatur, et, si ex eius

controuersiam, sed nominum. Mihi autem nihil tam perspicuum uidetur, quam has sententias eorum philosophorum re inter se magis quam uerbis dissidere; maiorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse aio discrepantiam quam uerborum; quippe quom Peripatetici omnia, quae ipsi bona appellant, pertinere dicant ad beate uiuendum, nostri non ex omni, quod aestumatione aliqua dignum sit, conpleri uitam beatam putent.

eorum) *horum* LC inter se) *interesse* E dissidere) *diffidere* LC inter) *habere* LPMCR esse aio) *animo* P *omnino* LMCR non ex omni quod) *noro quod ex omni* E *non quod* P *uero quod* LMCROr. aestumatione) add. *omnino* LPMCROr. conpleri) *complecti* L beatam uit.) *u. b.* P putent) *putant* E *non putent* Or.

persona dicitur, *appellaretur* dicendum fuisse uidetur. Nec tamen corrigere ausus sum, quod Carneades illud addidisse uideri potest de ea quæstione, quæ in sua disciplina nec locum nec nomen haberet, præsens autem tempus ortum esse ex confusione quadam eius, quod ex ipsius Catonis, et eius, quod ex Carneadis persona diceretur.

maiorem multo &c.) Cum grauitate quadam et adseueratione (*aio*) Cato repetit sententiam ab aliis oppugnatam; ne quis cum A. Matthiæo offendatur tautologiæ specie. Orationem Gruterus emendauit e Pal. 1, quocum consentiunt mgo Crat., Scalig., Mor., Spir., nisi quod in his tribus erat *animo* (*αιο*) pro *aio*. Ceteri ut nostri deteriores (Pall., Oxx., Gzi relicui; Dau. tacet; E *omnino esse*, Gud. 2 ad *omnino* addit *al' aio*; in Gud. utroque erat: *Stoicos habere*).

nostri non ex omni, quod æstumatione aliqua dignum — beatam putent) Hæc est codicum optumorum scriptura, lenissuma unius uocis transpositione a Dauisio adiuta; nam ut Erl., ita Pal. 1 (de ceteris tacent, Gzius etiam de Erl.), nisi quod is perspicue *non* habet: *nostri non q u o d e x o m n i æ s t u m a t i o n e*, cetera, ut edidi. Peripatetici uitam beatam conpleri (*συμπληροῦσθαι*, Stob. Ecl. Eth. p. 56) et eius summam ecfici (cfr. 43 et IV, 32) putabant ex omnibus iis, quæ secundum naturam essent (quæ Stoici æstumabilia et selectione digna esse dicebant, uid. § 20), ut, si quid ex iis abesset, posset eius adcessione beata uita fieri beatior, aut, si qui ad Stoicos propius adcedentes negabant, hæc *συμπληροῦν τὴν εὐδαιμονίαν*, ut negat is, quem Stobæus sequitur Ecl. Eth. p. 266 et 268 (est autem, ut opinor, Antiochus, non uerus Peripateticus), tamen *ποιητικὰ τῆς εὐδαιμονίας*

XIII. 42. An uero certius quicquam potest esse, quam illorum ratione, qui dolorem in malis ponunt, non

42. An uero) *Annon* C illorum ratione) *illa rat.* E *illa ratio est* P *illa ratio eorum* MR *illa ratio* (*oratio* L) *est eorum* (*horum* C) LC

ea dicebant (hoc miror) et *συμβάλλεσθαί τι πάροντα.* Stoici negabant, quicquam præter uirtutem ad beatam uitam conplendam pertinere; cfr. Tusc. V, 47, Gell. XVIII, 1, Stob. Ecl. Eth. 142 Heer. (*ἀξίαν ἐκλεκτικὴν ἔχειν, συμβλητικὴν δ' οὐδαμῶς πρὸς τὸν εὐδαίμονα βίον*) et 156. Uideamus nunc leue cod. archetypi mendum quas turbas genuerit, adcedente interpolatione. Pal. 4, Par. 1, 2, Gud. 2 retinuerunt *nostri non;* in ceteris codicibus adiecta aduersatiua particula negationem expulit: *nostri uero.* Deinde pro his: *quod ex omni æstumatione aliqua dignum*, scriptum st: *quod æstumatione omnino aliqua d.* (Pall. cett., sine dubio Dau., Oxx. Gzius nihil perspicue scripsit). Tum autem, quod, sublato illo *ex omni*, nihil erat, quo referretur *conpleri*, scriptum in paucissumis et pessumis codd., ut in nostro L, *conplecti* (*conpleri* retinent Pall. omnes, Par. 1, 3, Mead., El., Oxx. Eχξ, Gziani, ut uidetur). Itaque ueteres sic edebant: *nostri uero, quod — dignum sit, conpleri uitam beatam putent*, recentiores inde a Uictorio: *conplecti uitam beatam putent.* Sed contrarium hoc esse sententiæ Stoicorum et Catonis, animaduerterat iam librarius aliquis, qui in El. 2 (1?) scripsit: *conplecti beatam uitam non putent* (*beatam* in eo codice omitti, Gzius somniauit), idque secuti sunt Bremius et Gzius; hic etiam *conpleri* reuocauit. Facile adparet (quamquam superfluum st huiusmodi interpolationem redarguere) negationem in hac scriptura non eo referri, quo debeat, ac potius id omnino omitti; hoc enim dici debet: uita beata non utique ex omni, quodcunque æstumatione aliqua dignum st, conpletur (sed tantum ex uirtute). Illud mirum esse poterat, nisi desissem quicquam in hoc genere mirari, Ciceronis editores putasse dici posse: *uita conpletur, quod æstumatione aliqua dignum st*, pro eo, quod est › *conpletur eo* siue *ex eo.* Docet nos Gzius demonstratiuom sæpe omitti. Ablatiuom huiusmodi ante nominatiuom relatiui non omitti, facile mihi credetur, nec hic locus longiorem eius rei et subtiliorem explicationem postulat.

Cap. XIII, 42. *quam illorum ratione*) Peripateticos a Stoicis dissidere, quom ex boni notione ostendisset, nunc ex mali ostendit, quod, quom illi dolorem in malis adnumerent, ut ualetudinem in bonis, illorum ratione, id est, secundum eorum doctrinam, sapiens semper beatus esse non possit. Gzius putat, "non esse, ut monea-

posse sapientem beatum esse, quom eculeo torqueatur? Eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio certe cogit, ut in omnibus tormentis conseruetur beata uita sapienti. Etenim si dolores eosdem tolerabilius patiuntur, qui excipiunt eos pro patria, quam qui leuiore de caussa, opinio facit, non natura, uim doloris aut maiorem aut minorem. 43. Ne illud quidem st consentaneum, ut, si, quom tria genera bonorum sint, quae sententia st Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior, ut hoc idem adpro-

esse) om. P eculeo) *in ec.* L ut) *uti* (LP)CROr. (*uti nominibus* E) beata uita) *u. b.* E eosdem) om. L patiuntur) *patiantur* LPMCR leuiore) *leuiori* ELMPR opinio) uac. spatium in E natura uim) *naturarum* E 43. quo) *quod* C

tur, his Epicureos innui." Uerba correxit Lbinus; nam optumi codd., Pal. 1 et Spir. *illo ratione*, Erl. *illa rat.*, eodem errore ex compendio aliquo orto, quo § 8 *ea rerum* pro *earum rerum* (sequente littera *r*) scriptum erat. Hinc Pal. 3, 4, EUξ, duo Gzi ut noster P; χψ, plures, ut uidetur, Pall. et Dau. ut nostri MR, et sic ante Lbinum plures editores; *illa ratio est eorum* etiam ed. a. 1480, et Dau. in codd. aliquot esse ait. Scaligeri uetus (imo coniectura erat): *ratione eorum, qui.* Mox *patiuntur* Crat., Uict., Lbinus, Dau. et post hunc ceteri, sine codicum mentione, ut nunc demum confirmetur; nam superiores (Mars.) et Gruterus, tum Ox. χ *patiantur*, E *potiantur*. *Tolerabiliter ferre* eodem significatu, quo *toleranter*, dixit Cicero etiam Tusc. III, 55, ad Fam. XV, 20. *Amabiliter* pro *amanter* dixit Antonius in ep. ad Cic. post ep. ad Att. XIV, 13; similem permutationem in adiectiuis quibusdam accidere, adnotatum st (Ruddim. II, 99), nec tamen Ciceronis alia exempla succurrunt. Tum *leuiori* adnotatur etiam ex Oxx. EU; sed uid. Wesenbergi Obseru. Critt. in orat. pro Sest. p. 7 et 8.

43. *consentaneum ut, si — plenior, ut hoc &c.*) *Ut* particulam Cicero, quom plura inter eam et ea, quæ ei subicerentur, interposita essent, repetit, ut multis aliis locis factum esse adnotauit iam Manutius ad Ep. ad Q. Fr. I, 1 c. 13, 38, tum Bremius ad libr. de Fat. c. 9, Zumptius ad Uerr. II, 17 p. 251, alii. Argumentatio ipsa, quæ fortasse clarius proponi poterat, non eo spectat, ut nunc defendatur, omnis beatos æque esse beatos (id enim differtur; uid. § 44: *recte secusne, postea*), sed ut ex hac sententia, quam Peripatetici non probent, ostendatur, quam uim ha-

bandum sit nobis, ut, qui plura habeat ea, quae in corpore magni aestumantur, sit beatior. Illi enim corporis commodis conpleri uitam beatam putant, nostri nihil minus. Nam quom ita placeat, ne eorum quidem bonorum, quae nos bona uere appellemus, frequentia beatio-

ea) om. C *eorum* L aestumantur) *existt.* L ne) *neo* LPMCR *ut* E bona uere) *bona naturæ* LMROr. appellemus) *appellamus* L

beat distinctio bonorum a præpositis, malorum a reiectis. Uerba *ut, qui plura* &c. sic adnecti, ut explicetur, quid insit in illo *hoc idem*, dixi ad II, 6.

plura habeat ea) *Ea* excidit etiam in Manutiana et reliquis ante Gzium contra codd. (Mead., Ball., C. C. C., Oxx., Gri: e tribus Par. Dau. profert *et ea*). Eodem modo dicitur: *plura habet hæc*, id est, hæc maiore numero (plura ex his), atque: *mammarum multitudo, quas easdem paucas habent eæ bestiæ* &c. (N. D. II, 128). Animaduertendum st autem, quom Cato primum *corporis aut externa bona* nominasset, deinde eum tantum *corporis commoda* nominare, ut hoc genere etiam externa conprehendantur omniaque intellegantur, quæ Peripatetici præter uirtutem in bonis numerent (*ea, quæ in corp.* et deinde: *corporis commodis*).

ne eorum quidem bonorum, quæ nos bona uere appellemus, frequentia) Stoicorum sententia ne uerorum quidem bonorum frequentia beatior fit uita, quôm semel est beata (nam de hoc agitur); neque enim bonæ actiones, quæ uera bona sunt, sic numerantur, ut, qui sæpius recte fecerit, beatior sit; sapiens enim quotiens agit, semper recte agit, et singulæ actiones omnis numeros honestatis continent; quot agendi occasiones habeat, nihil ad rem (uid. 46); multo igitur minus illorum commodorum frequentia, quæ Stoici bona esse negant, beatior uita fit. Diuisit Cato unum bonum (uirtutem) in plura (honestas actiones, cfr. ad § 21), ut *frequentiam* eorum cum externorum et corporis commodorum frequentia conparare posset. Sic autem, ut edidi, non solum meliores codices, Pal. 1, Spir., margo Crat. (Morelianus mire *nos bona quidem app.*), sed etiam deteriores aliquot (Pal. 4, Par. 1, 3, C. C. C., Ox. χ, etiam ed. 1480 et Marsus). Inscitus aliquis emendator, qui non intellegebat, quomodo uerorum bonorum, quæ ipsi Stoici probarent, frequentia tamen beatior fieri uita negaretur (non adtendebat enim, beatiorem fieri negari, non beatam, et frequentia bonorum, non usu bonorum), putauit substituendum aliquid esse, quod a uirtute et Stoico bono seiunctum esset; ita

rem uitam fieri aut magis expetendam aut pluris aestumandam, certe minus ad beatam uitam pertinet multitudo corporis commodorum. 44. Etenim, si et sapere expetendum sit et ualere, coniunctum utrumque magis

uitam fieri) *f. u.* P aut magis) *atque mag.* E 44. si et sapere — magis) *si ualere et sapere magis* (mediis omissis) LMCR (*etiam sapere* C) *si et sapere* P sit et) *et* EOr.

scriptum st (in Pall., Dau., Oxx., Gzianis relicuis, dummodo omnes recte inspecti sint): *quæ nos bona naturæ appellemus*, idque editores inde a Cratandro omnes tenuerunt. Intellegebant *prima naturæ*, atque sic etiam scribi uolebant Lbinus, Dau., Bremius, qui quod illo modo dici usquam negabant, obliti erant eius, quod V, 45 a Pisone Peripatetico dicitur. Sed Cato Stoicus bona ea appellare non poterat, in hac præsertim cum Peripateticis controuersia; appellaret autem, etiamsi *prima* scriberetur, quoniam maneret *eorum bonorum*. Deinde illa prima naturæ putant conparari cum corporis commodis, tanquam præstantiora; atqui in primis naturæ uel maxume numerabantur corporis commoda (§ 17, II, 34, V, 18); hic autem etiam latius patere corporis commodorum appellationem, superiore adnotatione dixi. Longe denique aliam esse ueram Catonis argumentationem, initio declaraui. Coniunctiuos *appellemus* eandem habet caussam, quam ad § 17 adtigi. Poterat Cato dicere ex sua persona *appellamus* (ut erat in Mead. et El. 2 (?) probaueruntque Dau. et Bremius), sed partem hanc fecit sententiæ a *placeat* pendentis, qua Stoicorum dogma continetur.

si et sapere expetendum sit et ualere &c.) ut Peripatetici censent; nam Stoici ualere non expetendum, sed sumendum et eligendum dicunt; et quamquam et sapere, quod uirtus est, æstumationem habet (ἀξίαν) et ualere, tamen illa sapientiæ æstumatio non augetur, addita ualetudinis æstumatione, quia illa ex alio genere st nec gradu tantum et magnitudine a ualetudinis æstumatione differt (§ 34). Locum eodem modo, quo nostri codices deteriores, mutilatum habent ceteri eiusdem generis (Dau., Oxx., Bas., Gud. 1; Gruterus tacet) et ueteres editiones (Mars., Crat., Uict.). Aberrarat oculus librari in uoce *expetendum*, deinde *ualere* retractum st, sed prauo loco. Manutium credo primum tacite e bono codice locum expleuisse. Adcedunt Spir. et Mor. (In hoc codice contra propter repetitum *sapere* exciderunt hæc: *solum, neque tamen — quam sapere*). Sed Spir., ut Erl., omittit *sit* in utraque protasi (*si et sapere expetendum* et: *si utrumque*), quos repugnantibus præsertim priore loco Moreliano et eo codice, e quo hæc restituta

expetendum sit, quam sapere solum, neque tamen, si utrumque sit aestumatione dignum, pluris sit coniunctum, quam sapere ipsum separatum. Nam qui ualetudinem aestumatione aliqua dignam iudicamus, neque eam tamen in bonis ponimus, iidem censemus, nullam esse tantam aestumationem, ut ea uirtuti anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent, quibus dicendum st, quae et honesta actio sit et sine dolore, eam magis esse expetendam, quam si esset eadem actio cum dolore. Nobis aliter uidetur; recte secusne, postea; sed potestne rerum maior esse dissensio?

XIV. 45. Ut enim obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae, et ut interit magnitudine maris Aegaei stilla mellis, et ut in diuitiis Croesi terunci adcessio, et gradus unus in ea uia, quae st hinc in Indiam, sic, quom sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum corporearum aestumatio splendore uir-

utrumque sit) *utrumque* ELOr. coniunctum) om. P separatum) *separatim* PM iudicamus) *uideamus* PMCR eam tamen) *tamen eam* LPMCR iidem) *id est* E potestne) *postne* E 45. offunditur) *effunditur* CR et ut) *et* L mellis) *maris* PU *maris Ionii* L *muriæ* MROr. Croesi) *adesset* E is) om. P corporearum) *in corpore harum* EMCR *incorporearum* PL *in corpore ceterarum* Or.

sunt, non secutus sum, quia in huiusmodi hypothesi uerbum non recte omittitur. Tum *separatim* etiam ψ (Erl. Gzius addit) et ueteres quædam editiones. Mox *iudicamus* restituit Gruterus e Pal. 1 (mgine Crat., Spir., Gud. 1, Moreliano, de quo errat Orellius, ed. a. 1480), *eam tamen* (pro *tamen eam*) Gzius e tribus optumis suis codd.

Cap. XIV, 45. *stilla mellis*) ita ut eius dulcedo non adpareat. Sic legitur in codicibus incorruptis, etiam Spir., Mor., mgine Crat. (si Gzio credimus, etiam Bas. et Gud. 1). In duobus iis, quæ secuntur, similibus Cato utitur exemplo particulæ minumæ eiusdem generis adiectæ; in hoc simili minumum, quod adicitur, ex alio st genere (mel) quam id, cui adicitur. Id librarios offendit; itaque scriptum st *stilla maris* (Oxx. EUξχ, Gud. 2, Uind.); sed stilla aquæ marinæ dicenda erat. Deinde factum *muriæ*, quod, excepta prima, editiones, quas noui, teneat (Grut. et Dan. tacite); fortasse sic Ox. ψ. Sed *muria* etiam ab aqua marina differt.

rerum corporearum) Codd. meliores et deteriorum plurumi

tutis et magnitudine obscuretur et obruatur atque intereat, necesse st. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum, quae opportuna dicuntur), sic recta ecfectio (κατόρθωσιν enim ita appello,

est) om. P fit) *sit* E quae) *quæque* M *queque* PR *quæcunque* LC *quæque* Or.

(Pall. quattuor, Mead., Oxx. E$\xi\chi\psi$, Spir., mgo Crat.) *rerum in corpore harum*, alii deteriores (Pal. 2, 3, Gzi relicui) *incorporearum*. Hoc, quod edidi, Dau. in Par. tribus (?) ait esse et in El. 1, probauitque ipse et Bremius. Puto recte emendatum codicis archetypi mendum esse, in eo autem *IN* ortum esse e littera *M*, tum propter *in* distractum *corporearum*. Nam quod Cicero alibi (duobus omnino locis in interpretatione Timæi) *corporeum* dixit, quod corpore constaret, quam significationem etiam Lucretius tenet, aperte tamen II N. D. 41 *ignem corporeum* dixit eum, *qui corporibus animantium contineretur*, quemadmodum hic intelleguntur res, quæ in corpore sint, non solum circa id. Marsus, tum e Maffei codice, quem ipsum emendatum fuisse manifestum st, Manutius et deinde, Bremio excepto, omnes ediderunt: *in corpore sitarum*. Dubito num sic dicatur *in corpore situm*, ut sit, quod ad corpus pertineat; nam solet ita dici, quod a corpore pendet et in eius potestate st.

Et quemadmodum opportunitas) Transit occulte ab eo, quod disputauerat, uitam non beatiorem fieri adcessione commodorum corporis aut externorum, ad id, quod adtigit § 43, ne in suo quidem genere temporis diuturnitate crescere posse bonum nec beatam uitam eo nixam.

quæ opportuna dicuntur) Sic etiam Spir. et Mor. (*e* pro *ae* in Erl. semper scribi solet); codices deteriores aut *quæque* (*queque*), ut Ox. E, Gud. uterque, quod secuti sunt Marsus et Uictorius, aut *quæcunque*, quod ceteri ante Gzium ediderunt; nam hic *quæque* scripsit. Pronominis *quisquis* et *quidquid* extra has formas et ablatiuom *quoquo* et genitiuom eum, qui pronuntiando corruptus iacet in *cuicuimodi*, comici ueteres etiam accusatiuom *quemquem* posuerunt (Plaut. Men. V, 1, 17, Poen. II, 1, 37, Terent. Hec. I, 1, 8), plurali numero Liuius (XLI, 8) *quibusquibus*, fortasse ueteris scriptoris uerbum retinens; Cicero num ad Att. XVI, 8 *quiqui* scripserit, dubito; neque enim apta st significatio, Octauianum sine discrimine omnis, quicumque Calatiæ fuerint, perduxisse ad

quoniam rectum factum *κατόρθωμα*), recta igitur ecfectio, item conuenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum st, ut naturae consentiat, crescendi adcessionem nullam habet. **46.** Ut enim opportunitas illa, sic haec, de quibus dixi, non fiunt temporis productione maiora, ob eamque caussam Stoicis non uidetur optabilior nec

quoniam) *quod* E recta igitur — conuen.) *ita conuenientia recta igitur eff.* C 46. enim) om. C eamque) *eam* C caussam) *rem* L

suam sententiam, et Mediceus codex, in quo ita scribitur, mendose omittit *sunt* prorsus contra Ciceronis consuetudinem. (Pro Sest. 97 mendum hoc erat editionum non multarum.) Quam non usitatus fuerit pluralis numerus, ostendit illud poëtæ: *quisquis ubique, uiri, docilis aduertite mentis* et similia. Feminino autem genere nemo omnino usus est antiquiorum ullo numero aut casu; itaque uetustissumi, quom eo carerent, ausi sunt dicere: *mulier, quisquis es* et similia. Tacitus, qui primus *nemine* dixit, etiam primus, quem *quoquo* esset, finxit *quaqua de re*. Nam ex aduerbio *quaqua* nihilo plus ecficitur, quam ex *quaquam*, *haudquaquam*, *nequaquam* dictum etiam esse: *femina quaquam*. Aliam enim illa aduerbia rationem habent. *Quæque* pro *quæcunque* Ciceronem non potuisse uideri, dicetur ad § 51. Restabat ipsum *quæcunque*, nisi meliores codices sequi eo magis præstaret, quod hic simpliciter genus definitur; *omnia* opportuna (id est enim: *quæcunque* &c.) eiusmodi esse, adici opus non erat. Mox *rectum factum* potius quam, ut alibi semper (24 et 59, &c.) *recte factum* Cicero dixisse uidetur, quod contraria erat *recta ecfectio*. De ipsa sententia uid. ad § 48.

ut naturæ consentiat) Grammatice hoc refertur ad *bonum*; nec tamen bonum ipsum consentit naturæ, sed consentire naturæ bonum st. Itaque Cicero breuitatis caussa minus proprie dixit. Mox *crescendi adcessio* ea dicitur, quæ crescendo fit, noto genitiui usu, maxumeque gerundi, de quo in epistula ad Orell. p. 79 exposui; alia conlegit Henrichsenius ad Cic. de Orat. II, 118; simili modo *cautio defendendi*, id est, quæ ad defensionem pertinet, dicitur pro Flacco 31.

46. *Stoicis non uidetur optabilior*) Plutarchus adu. Stoicos c. 8 p. 1061 F ex Stoicorum sententia: *ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρές τις ὥρας γένηται φρόνιμος, οὐδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τοῦ τὸν αἰῶνα χρωμένου τῇ ἀρετῇ καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καταβιοῦντος.* Idem de Stoic. repugn. c. 26 p. 1046 C: *Ἐν πολλοῖς εἴρηκεν ὁ Χρύσιππος, ὅτι παρὰ τὸν πλείστον χρό-*

magis expetenda beata uita, si sit longa, quam si breuis; utunturque simili: Ut, si cothurni laus illa esset, ad pedem apte conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur nec maiores minoribus, sic, quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus nec longinquiora breuioribus anteponent.

si breuis) *si sit br.* EL illa esset) *esset illa* L anteponent) *anteponerent* C *anteponentur* ceteri, Or.

νον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονοῦσιν, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἐπίσης τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας μετασχοῦσιν. (Etiam apud Stob. Ecl. Eth. p. 198 H., ubi nunc Chrysippus dicitur *τὴν ἀμεριμνίαν*, quæ nusquam laudatur et in qua definienda desideratur genitiuos *τῶν σοφῶν ἀνδρῶν*, æquiparasse *τῇ τοῦ Διὸς εὐδαιμονίᾳ*, scribendum st *τὴν ἀμεριαίαν*, sed simul uerba quædam tollenda, quæ propter id mendum male repetita sunt.) Easdem sententias Seneca persequitur epist. 74, 26 sqq. Incidebat tamen Chrysippus necessario in repugnantiam, quæ a Plutarcho notatur; nam quom alio tempore animaduerteret, conuenientiam illam, quam plenam esse dicebat in sapientis uita, etiamsi breuissuma esset, tamen in continuatione quadam agendi et status, qua uitæ notio continetur, perspici debere, sapientem autem ex insipiente fieri posse doceret, negabat quicquam prodesse, si quis, morte iamiam instante, ad breuissumum tempus sapiens factus esset. Simile, quod Cato ponit, apud Græcos, quorum libri nunc extant, non reperio.

sic, quorum —, nec plura —, anteponent) Qui ita, ut Stoici, de fine boni sentiant, hoc facturos Cato negat. In codicibus et superioribus editionibus omnibus scribitur *anteponentur.* Ita si *quorum* masculini generis esse (ut est) putabitur, intellegetur: *ab iis — anteponentur;* uerum ne illos quidem, qui paullo ante (41) defensuri fuerint, dicere Ciceronem potuisse: *uita conpletur, quod æstumatione dignum st* pro hoc: *conpletur eo, quod,* defensuros puto, dixisse eum etiam: *quorum bonum conuenientia finitur, plura paucioribus non anteponentur,* ut sit: *a b i i s.* Poterat hoc aliquo modo audiri, si in relatiua sententia eadem esset præpositio, idem uerbum (*a quibus anteponitur*). Sin autem erit etiam (quam sententiam non adtingerem, nisi intellegenti homini, qui superioris interpretationis in uolgari scriptura prauitatem sensisset, in mentem uenisse uiderem), sed si erit, qui sic accipi hæc uelit: *sic e a, quorum* &c., intellegique honestas actiones quasi quædam plura Stoicorum bona, ut § 43 interpretatus sum, is frustra laborabit, ut

47. Nec uero satis acute dicunt: Si bona ualetudo pluris aestumanda sit longa, quam breuis, sapientiae quoque usus longissumus quisque sit plurumi. Non intellegunt, ualetudinis aestumationem spatio iudicari, uirtutis opportunitate; ut uideantur, qui illud dicant, iidem hoc esse dicturi, bonam mortem et bonum partum meliorem esse longum quam breuem. Non uident, alia breuitate pluris aestumari, alia diuturnitate. **48.** Itaque consentaneum st his, quae dicta sunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, quod ultumum, crescere putent posse, isdem placere, esse alium

47. Si) *sed* E iidem) *id est* E hoc) *hic* L esse longum) *long. esse* LPMCROr. 48. his) *iis* R appellamus) *appellemus* R crescere put.) *p. cr.* R

bonum rei alicuius pro eius laude atque æstumatione, quæ ea in bonis censeatur, dici posse ostendat. Sed et *o m n e bonum* et uerbum *finitur* satis declarant significari eos philosophos, qui hunc finem boni teneant, nihil ut in bonis habeant præter ipsam conuenientiam et opportunitatem. *Anteponentur* ortum st ex superiore *anteponerentur*, quom orationis a re (cothurno) ad homines conuersio animaduersa non esset.

47. *meliorem esse longum*) Sic etiam Spir., id est: *si* (*quom*) *longus sit*, quemadmodum paullo ante: *pluris æstumanda sit longa*, id est: *si* (*quom*) *longa sit*. Uerba hæc: *qui illud dicant* e Pal. 1 exciderant. Nimis uero aperte cauillantur Stoici, partus et mortis perfunctionem cum beatæ uitæ habitu et possessione comparantes.

48. *ratione illorum — isdem placere esse alium &c.*) Instituerat sic dicere: *ratione illorum, qui — crescere putent posse, esse alium alio etiam sapientiorem* (cfr. § 42), sed post sententiam interiectam mutauit orationem subiecitque: *isdem placere*, tamquam si illud *ratione illorum* omnino non posuisset. (Gzius coniungit: *dicta sunt ratione illorum*, et enarrat: *was in Bezug auf jene gesagt ist!*) *Etiam* (ante *sapientiorem*) omittebant Gud. 1 et Bas. deleuitque Gzius, non uidens, quo referretur. Dixerat Cato, Peripateticis alium alio beatiorem esse; addit, etiam sapientiorem alium alio iis uideri. Adtinguntur hic notissuma Stoicorum dogmata, omnia recte facta et peccata æqualia esse (*ἴσα εἶναι τὰ κατορθώματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα*), et omnis sapientis æquo esse sapientis, et, qui non sapientes sint, omnis et stultos et æque mi-

alio etiam sapientiorem, itemque alium magis alio uel peccare uel recte facere, quod nobis non licet dicere, qui crescere bonorum finem non putamus. Ut enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut iam iamque possint emergere, quam si etiamtum essent in profundo, nec catulus

etiam) *et* E om. L itemque) *item* E non longe) *longe non* L *longe* MCR
tum) *cum* LMCR

seros esse, de quibus testimonia a multis in libris peruagatis conlecta (inde a Lipsio, manuduct. ad philos. Stoic. lib. III, dissert. 3, 4, 20, 21) hic ascribere inutile st. Stoici enim quom notionem honesti et boni sic posuissent in conuenientia cum norma quadam quasi extrinsecus adhibita, ut non satis considerarent omnis, ut ita dicam, nisus humanæ naturæ et uniuersalis rationis in ea ad sui perfectionem elaborantis, quorum ui et momentis hominum singulorum uitæ constituuntur, primum, quidquid normæ legis conueniret, communem hanc habere dicebant conuenientiæ notam, quæ genere, non gradu ualeret, ut omne æquale esset, contraque, quod a lege discreparet. Deinde, qui recte faceret, ita facere docebant propter absolutam intellegentiam recti et uoluntatis cum lege conuenientiam; alioquin enim nihil eum recte facere posse; ita esse perfecte sapientem; contra, qui ulla in re peccaret, peccare propter intellectus et uoluntatis a lege discrepantiam et quasi a recta linea declinationem; quæ quoniam usquequaque adesset, stultum talem hominem esse et omnibus uitiis obnoxium. Ita quom uirtutem et sapientiam reapse extra hominum uitam remouissent (dubitabant enim, unquamne sapiens quisquam fuisset), in angustiis hærebant, quem ad uera hominum discrimina uentum erat, et ad eam, quæ hic adtingitur, progressionem ad uirtutem (τὴν εἰς ἀρετὴν προκοπήν), quam totam in stultitia et miseria relinquebant (Diog. Laërt. VII, 127, Plutarch. de profectibus in uirt. c. 2 p. 76 A); et tamen mitigare eam sententiam interpretando conabantur (uid. IV, 56).

Ut enim qui demersi sunt in aqua) Plutarch. adu. Stoic. c. 10 p. 1063 A: *ὥσπερ ὁ πῆχυν ἀπέχων ἐν θαλάττῃ τῆς ἐπιφανείας οὐδὲν ἧττον πνίγεται τοῦ καταδεδυκότος ὀργυιὰς πεντακοσίας, οὕτως οὐδὲ οἱ πελάζοντες ἀρετῇ τῶν μακρὰν ὄντων ἧττόν εἰσιν ἐν κακίᾳ· καὶ καθάπερ οἱ τυφλοὶ τυφλοί εἰσι, κἂν ὀλίγον ὕστερον ἀναβλέπειν μέλλωσιν, οὕτως οἱ προκόπτοντες, ἄχρις οὗ τὴν ἀρετὴν ἀναλάβωσιν, ἀνόητοι καὶ μοχθηροὶ διαμένουσιν.*

ille, qui iam adpropinquat, ut uideat, plus cernit quam is, qui modo st natus, item, qui processit aliquantum ad uirtutis habitum, nihilo minus in miseria st quam ille, qui nihil processit.

XV. Haec mirabilia uideri intellego; sed quom certe superiora firma ac uera sint, his autem ea consentanea et consequentia, ne de horum quidem st ueritate dubitandum. Sed quamquam negant nec uirtutes nec uitia crescere, tamen utrumque eorum fundi quodam

item) *ita* L aliquantum) *aliquantulum* R habitum) *aditum* EPMCROr. in mis. st) om. E qui) om. E Hæc) *Nec* E *et* C certe) *recte* L horum) *eorum* LMCR negant) *negent* LMPCR tamen) *et tamen* omnes, Or. fundi) *et inde* C

•

item qui processit) Ed. a. 1480, Uict., Grut. (ex aliquot Pall.; ceteri ante Gzium: *ita qui*; is *item* restituit ex suis tribus optumis codicibus, Oxx. EUξχ. Uid. Handi Tursell. III p. 512, Hensing. et Beier. ad Cic. Off. II c. 14, 51. Add. hic IV, 76, de Inuent. I, 7, N. D. III, 45; *non*, *quemadmodum* — *item* (Acad. II, 110) restituit Orellius e codd. in Topicis 46; *sicut* — *item* e codd. restitui debet N. D. I, 3. In rhetor. ad Herenn. III, 28 sic scribendum st. *Sed quomodo* (uolgo *quia*) *in ceteris rebus ingeni bonitas imitatur sæpe doctrinam*, *ars porro naturæ commoda confirmat et auget*, *item* (sic codd.) *fit in hoc* &c.

ad uirtutis habitum) πρὸς ἕξιν ἀρετῆς, ad uirtutem habendam et ad eum statum adfectumque, in quo uirtus est; infra IV, 37. *quom hominem ad rationis habitum perduxerit;* Acad. I, 38 *uirtutis usus* et *ipse habitus* distinguontur. Secutus sum emendationem ueterem, quæ præter L nostrum in Pal. 2 erat. In cod archetypo fuit, ut editum a ceteris est, *ad uirtutis aditum*; sed neque *aditus uirtutis* commode dicitur, quasi sæpta et seclusa sit, et prorsus peruerse *procedere ad aditum*, quasi salutanda sit, non habenda. (Henr. Stephanus *adeptum* scribi uolebat, barbare; sed mendum deprehenderat.)

in miseria st) Hæc uerba et mox *qui* etiam in Spir. exciderunt; nam interpolationis nulla suspicio st. Plutarchus ἀνοήτους καὶ μοχθηροὺς διαμένειν dicit; Cato miseriam ponit, quæ a uitio non seiungitur apud Stoicos; cfr. IV, 61.

Cap. XV. *ne de horum quidem*) Sic Gzius "cum omnibus suis et P. Marso;" de Marso fallitur.

Sed quamquam — tamen) Postquam de dogmate Stoico adseuerauit, adiungit cautionem et exceptionem. *Negant* pro *negent*

modo et quasi dilatari putant. 49. Diuitias autem Dio-

etiam Spir. et ed. Marsi, restituitque Gzius. Tum in codicibus (E ξ, mgine Crat., Gzi omnibus, edd. antiquis, Iunt., Mars., Uict.) erat: *crescere et tamen* (χ *crescere sed tamen*) litteris *e* et *t* ea ratione geminatis, de qua ad II, 84 dixi. Hinc nescio quis editor fecit *attamen*, quod Crat. et a Manutio omnes ante Orellium habent. (De Orellio mox dicam.) Cicero, ut ad II, 85 dixi, numquam sic *attamen* ponit, sed *tamen* subicit ei uoci, in qua pondus orationis est (Brut. 15); deinde *at* (*at* — *tamen*) tum infertur, quom oratio ad minus descendit, si maius aliquid ecfici non potest; ubi, ut hic, tantum admonitio quædam e contrario genere adiungitur, ei particulæ locus omnino nullus est. Opponetur Orat. 113: *Quamquam aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere, attamen utrumque in disserendo st.* Sed si hæc recte ita scripta essent, abesse non poterat, ut Lbinus sensit, huius sententiæ cum superiore coniunctio: *Quamquam enim aliud* &c. Cicero primum per *quamquam* particulam adnectit, quod superiori contrarium esse uideatur et correctionem habere: *quamquam — dicere;* deinde hoc remouet alia sententia: *Ac tamen* &c. Fusionem uirtutum et uitiorum Cato eam uidetur dicere, quæ fiat, quom latior iis campus et uberior materia detur, ut Seneca epist. 74, 27: *Modo latius uirtus funditur, regna, urbis, prouincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia, modo arto fine circumdatur paupertatis, exili, orbitatis* &c.

49. *Diuitias autem*) Transit Cato ad aliam rem explicandam eodem modo, quo § 33 (*Bonum autem*) et § 36 (*Omne autem*). Neque enim hoc, quod de diuitiarum ui et æstumatione interponitur, cum superiore disputatione de uirtutibus et beata uita gradus non habentibus cohæret. Alio quodam modo cum ea controuersia, quæ inter Stoicos et Peripateticos erat et quam Cato in rebus ipsis positam contendit, hæc Diogenis Babylonii de diuitiis sententia coniuncta esse uidetur, ut quæratur, num forte ea de caussa externa commoda in bonis habenda sint, maxume diuitiæ, quod bona contineant. Sed parum perspicua st tota disputatio, non solum quod ignoratur, ecquis umquam illa ratione usus sit ad diuitias in bonis ponendas, sed quod ipsa Diogenis argumentatio non satis certa uia et ratione procedit. Primum enim tanquam concessum ponitur, diuitiis ualetudinem et uoluptatem contineri, uirtutem et artis non contineri, adsumptoque (etsi id uerbis non exprimitur), bonum quod sit, non contineri eo, quod non sit bo-

ille, qui iam adpropinquat, ut uideat, plus cernit quam is, qui modo st natus, item, qui processit aliquantum ad uirtutis habitum, nihilo minus in miseria st quam ille, qui nihil processit.

XV. Haec mirabilia uideri intellego; sed quom certe superiora firma ac uera sint, his autem ea consentanea et consequentia, ne de horum quidem st ueritate dubitandum. Sed quamquam negant nec uirtutes nec uitia crescere, tamen utrumque eorum fundi quodam

item) *ita* L aliquantum) *aliquantulum* R habitum) *aditum* EPMCROr. in mis. st) om. E qui) om. E Hæc) *Nec* E *et* C certe) *recte* L horum) *eorum* LMCR negant) *negent* LMPCR tamen) *et tamen* omnes, Or. fundi) *et inde* C

item qui processit) Ed. a. 1480, Uict., Grut. (ex aliquot Pall.), ceteri ante Gzium: *ita qui*; is *item* restituit ex suis tribus optumis codicibus, Oxx. EUξχ. Uid. Handi Tursell. III p. 512, Heusing. et Beier. ad Cic. Off. II c. 14, 51. Add. hic IV, 76, de Inuent. I, 7, N. D. III, 45; *non*, *quemadmodum* — *item* (Acad. II, 110) restituit Orellius e codd. in Topicis 46; *sicut* — *item* e codd. restitui debet N. D. I, 3. In rhetor. ad Herenn. III, 28 sic scribendum st: *Sed quomodo* (uolgo *quia*) *in ceteris rebus ingeni bonitas imitatur sæpe doctrinam, ars porro naturæ commoda confirmat et auget, item* (sic codd.) *fit in hoc* &c.

ad uirtutis habitum) πρὸς ἕξιν ἀρετῆς, ad uirtutem habendam et ad eum statum adfectumque, in quo uirtus est; infra IV, 37: *quom hominem ad rationis habitum perduxerit;* Acad. I, 38 *uirtutis usus* et *ipse habitus* distinguontur. Secutus sum emendationem ueterem, quæ præter L nostrum in Pal. 2 erat. In cod. archetypo fuit, ut editum a ceteris est, *ad uirtutis aditum;* sed neque *aditus uirtutis* commode dicitur, quasi sæpta et seclusa sit, et prorsus peruerse *procedere ad aditum*, quasi salutanda sit, non habenda. (Henr. Stephanus *adeptum* scribi uolebat, barbare; sed mendum deprehenderat.)

in miseria st) Hæc uerba et mox *qui* etiam in Spir. exciderunt; nam interpolationis nulla suspicio st. Plutarchus ἀνοήτους καὶ μοχθηροὺς διαμένειν dicit; Cato miseriam ponit, quæ a uitio non seiungitur apud Stoicos; cfr. IV, 61.

Cap. XV. *ne de horum quidem*) Sic Gzius "cum omnibus suis et P. Marso;" de Marso fallitur.

Sed quamquam — tamen) Postquam de dogmate Stoico adseuerauit, adiungit cautionem et exceptionem. *Negant* pro *negent*

ars diuitiis conti-
cedamus, uirtutis
quod haec pluru-
ligeat, quod idem
ilitatem, firmita-
tur nec haec ea-

m; quam si non

dationis LPMCR non

lath. VII, 431) et
bona esse noluisse
hæc alibi perseque-
reat et in ullo nisi
id incidissent, in
si se sapientis esse
ita insipientiæ nota
nihil perturbauit,
argumentis pro-
ri.
edire Catonem ad
quod ter particulæ
it, complectatur),
ersona loquens in
am formam ora-
uidetur: *uirtutis*
usitatius sic Cicero
in huiusmodi ora-
ut magis adpareret
quod si omnia nobis,
la diuina, ut aiunt,
io, negotiis omnibus
locaret. Debuit dici:
um esse; refertur enim
dam. Nat. Deor. I,
rectius futurum

nendas; at, si sapientia bonum sit, non sequi, ut etiam diuitias bonum esse dicamus. Neque ab ulla re, quae non sit in bonis, id, quod sit in bonis, contineri potest; ob eamque caussam, quia cognitiones conprehensionesque rerum, e quibus ecficiuntur artes, adpetitionem mouent,

at) *aut* LPMR sequi) *sequitur* LC ut) *aut* E neque) *nec* (EP)C id quod *id qua* E cognitiones) *cogitationes* LMCR conprehensiones) om. E (non que adpetitionem) *ad petitionem* P *adpetitiones* (E) *ad appetitiones* LMCR

sequi Urs. cod., Eξχ, Bas., Gud. 1, Uind. Tum *neque ab* (pro *nec ab*) Dau. tacite, Eξ, Gzius ex omnibus suis. *Continere potest* Cato mire subito ex sua persona dicit, quom in sententia relatiua (*id*, *quod sit in bonis*) sic coniunctiuo usus esset, tamquam ex aliena loquens (*posse*); cfr. 17. E contrario genere ante paucos uersus erat indicatiuos pro coniunctiuo seruatus (*potest* et *non potest*).

cognitiones conprehensionesque) Sic Pal. pr. restitueratque Lbinus suis libris reclamantibus; uid. § 17; etiam Uχψ *cogitationes*; in Eξ hæc omnia: *ob eamque caussam — contineri potest* exciderant propter easdem uoces bis positas; Dau. et Gzius tacent. Morelius, Melius, inquit, *cognitiones;* ueterem cod. non appellat. In mgine Crat. erratum esse uidetur; nam ad uerba *id quod sit &c.* ascribitur: *nulla ars diuitiis contineri potest*, *ob eamque caussam quod cognitiones.*

adpetitionem mouent) *Ad appetitiones* etiam El. uterque, Mead., (de C. C. C. fallitur Dauisius), tum ψ, edd. ueteres pleræque (Uict., Man.). Præpositionem Crat., Lbinus deleuerunt (*ad petitiones* χ. Gzius de præpositione addita omissaue nihil dicit). Singularem numerum Gruterus tacite posuit; eum Gzius confirmari ait a Spir., Erl. (uid. uar. script.), Bas. Tacetur de Ox. U; Marsus *ad appetitionem.* Non significatur, suam quasque conprehensiones adpetitionem mouere, sed uniuerse hanc uim habere, ut adpetendi motum (τὴν ὁρμὴν) cieant; cfr. IV, 48, Acad. II, 24. Argumentum sic concluditur, quia cognitiones conprehensionesque adpetitionem moueant, ut in bonis sint, ideo non posse contineri a diuitiis. Atqui, quæ adpetitionem naturalem mouent, ea non continuo bona sunt, sed tantum in primis naturæ, in quibus § 17 καταλήψεις ponebantur (cfr. Stob. Ecl. Eth. p. 148 H.). Itaque conclusio ualde infirma est; nec ipse Diogenes confisus ea esse uidetur (*quod si de artibus concedamus, eas diuitiis contineri*). Nam etsi, quom discrimen sapientis et insipientis Stoici rhetorice exaggerarent, πάντα ἀγνοεῖν τὸν

quom diuitiae non sint in bonis, nulla ars diuitiis contineri potest. **50.** Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio, propterea quod haec plurumae commentationis et exercitationis indigeat, quod idem in artibus non sit, et quod uirtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius uitae conplectatur nec haec eadem in artibus esse uideamus.

Deinceps explicatur differentia rerum; quam si non

50. propterea quod) om. C commentationis) *commendationis* LPMCR non ullam) *nonnullam* EL

φαῦλον docuisse narrantur (Sext. Emp. adu. Math. VII, 434) et artis ipsasque *καταλήψεις* in sapiente etiam bona esse noluisse (Plut. adu. Stoic. c. 7 p. 1061 C), tamen non ita hæc alibi persequebantur, ut *κατάληψιν* simpliciter bonum appellarent et in ullo nisi sapiente esse negarent. Nimis enim aperte in id incidissent, in quod tamen incidebant occultius, ut, quom ipsi se sapientis esse non profiterentur, omnis eorum et doctrina et uita insipientiæ nota inusta esset. Illud prorsus mirum, si Cicero nihil perturbauit, quod Diogenes huiusmodi, qualia hic ponuntur, argumentis probandum crediderit, uirtutem diuitiis non contineri.

50. *uirtutis tamen non sit eadem ratio*) Redire Catonem ad Diogenis orationem reddendam, adparet ex eo, quod ter particulæ quod coniunctiuom modum subicit (*indigeat*, *sit*, *conplectatur*), cuius nulla esset caussa, si hæc Cato e sua persona loquens in primaria sententia *sit* tantum propter hypotheticam formam orationis diceret. Ergo infinitiuo utendum fuisse uidetur: *uirtutis tamen non eandem esse rationem.* Et profecto usitatius sic Cicero scripsisset; sed etiam alibi uno et altero loco in huiusmodi oratione obliqua finitum uerbi modum retinuit, ut magis adpareret condicionalis significatio, uelut I Off. 158: *quod si omnia nobis, quæ ad uictum cultumque pertinent, quasi uirgula diuina, ut aiunt, suppeditarentur, tum optumo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione et scientia conlocaret.* Debuit dici: *tum optumo quemque ingenio — se conlocaturum esse;* refertur enim ad illud: *Nec uerum st, quod dicitur a quibusdam.* Nat. Deor. I, 123 ubi st: *neque enim tam desipiens fuisset*, rectius futurum erat: *neque enim tam desipientem futurum fuisse* (nisi ita esset), ut &c. Nam ex Posidoni persona ratio redditur iudici ante positi.

Deinceps explicatur differentia rerum) id est, eorum, quæ, quom

ullam esse diceremus, confunderetur omnis uita, ut ab Aristone, neque ullum sapientiae munus aut opus inue-

confunderetur) *et conf.* Or. neque ullam) *non ull.* C

ad beate misereue uiuendum nihil ualerent, ἀδιάφορα dicebantur, latine patente huius uocabuli significatione, apud Ciceronem etiam *media* (53, 58, 59), quo uocabulo Græci tum maxume usi uidentur, quom de actionibus, quæ in his rebus uersarentur, explicarent (Stob. Ecl. Eth. p. 190, 218, 236 H., cfr. Acad. I, 37). Totam differentiam e Stobæo (p. 142 sqq.), Diogene Laërt. (VII, 102 sqq.), Sexto Emp. (adu. Mathem. XI, 59 sqq.) exposuerunt Lipsius manud. ad philos. Stoic. II, 23, Tennemannus in hist. philos. IV p. 86 sqq., Beierus excursu VI ad Cic. de Off. Lib. I, tom. I p. 319 sqq., e quibus hic etiam Gzi errores sustulit, quos ille grauissimos commisit in exc. 1 ad Acad. lib. 1, dum ipsius Ciceronis errorem defendere conatur. Nam is Acad. I, 37, dum festinat, *reiecta* (τὰ ἀποπροηγμένα) in æstumabilium genere posuit, deceptus fortasse a Græco scriptore, qui minus adcurate locutus esset, ut facit Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. III, 191. Nam cur Ciceronis locum mutilum esse cum Beiero suspicemur, caussa nulla st.

non ullam esse diceremus) id est prorsus, *nullam esse*, ne tali quidem relicto discrimine, quale Zumptius ad Diu. in Cæcil. 60 subesse putat, qui ipsum usum poëtarum exemplis defendit, idemque e codicibus restituit Uerr. III, 124. Adcedit Brut. 312: *ut non ulla esset;* nam in Parad. § 16 (*non grauitas, non fides, non constantia, non ulla uirtus*) et pro Cluent. 39 (*non ille honorem a pueritia, non studia uirtutis, non ullum existumationis bonæ fructum umquam cogitarat*) singularem, cur ita dicatur, caussam habet anaphoræ figura. Ad Fam. VI, 9 aliter et rectius scribitur in codice palimpsesto Taurinensi; in Tusc. etiam I, 91 et longe plurumi et optumi codices habent *nullis*. L. Plancus scripsit (epist. ad Fam. X, 18, 2): *non ullam rem aliam extimescens quam eandem &c.* Quod Gzius *non* ad *diceremus* pertinere uolt, Latinum non est: *non dico quemquam esse* pro eo, quod est: *nego quemquam esse*, illud autem: *non dico* (contendo, adfirmo), *esse aliquem* longe aliam significationem habet.

confunderetur omnis uita) *Et confunderetur* Gzius e Gud. 2 et Bas., quod in eo st uitio, de quo dixi ad II, 63. Neque enim duo æqualia hæc sunt: *et confunditur uita*, *nec ullum sapientiæ munus inuenitur*, sed prius illud et generalius explicatur altero adiecto.

niretur, quom inter res eas, quae ad uitam degendam pertinerent, nihil omnino interesset neque ullum delectum adhiberi oporteret. Itaque quom esset satis constitutum, id solum esse bonum, quod esset honestum, et id malum solum, quod turpe, tum inter illa, quae nihil ualerent ad beate misereue uiuendum, aliquid tamen, quod differret, esse uoluerunt, ut essent eorum alia aestumabilia, alia contra, alia neutrum. 51. Quae autem aestumanda

pertinerent) *pertinent* L inter illa) *hæc ut illa* MCR *hæc inter illa* L *inter hæc ut illa* P quod differret) *quo differet* P *quod differrent* LMCR *quo differrent* Or. esse) *a se esse* C uoluerunt) *uoluerint* E alia æstum.) *aliqua etiam*, LC 51. Quæ) *quæque* (*queque*) omnes, Or. (*neutrumque quæ* E)

tum inter illa) Sic etiam Pal. 1 et Spir. (Bas. *tamen inter illa*, Gud. 2 *et tamen inter illa*); restituit Lallemandus. Dau. ex El. 1 legi uolebat *inter illa*, deleto *tum*. Offendebat eum, ut alios, coniuncta progressionis et oppositionis (*tamen*) significatio: *Primum bonum ita constituerunt; deinde tamen* &c. Deteriores ceterorum ut nostri; *tum hæc ut illa* Pall. 3, 4, 5, Par. 3, χ, ed. Marsi, *tum inter hæc ut illa* Ox. U (ut uidetur), *tum hæc inter illa* Pall. 2, 6, Ball. et Mead. (sine dubio etiam Eξ). Hinc nescio quis editor ecfecit: *tum inter hæc et illa* (iam Crat.), quasi agatur de differentia rerum bonarum aut malarum et non bonarum malarumue, ac non de harum inter se.

aliquid tamen, quod differret) Id est, aliquod discrimen. Sic enim Latine dicitur: *aliquid differt inter has res siue: est aliquid, quod differat* (Off. I, 99); uid. Schellerus p. 2931; et sic cum Erl. sine dubio ceteri boni codices habuerunt. Sed quod Gzius "omnis, quos uiderit, et scriptos et editos ueteres" *quod differret* habere dicit, errauit, ut solet; in deterioribus codd. uiderat, ut in nostris et Oxx. Eξχψ, *quod differrent*, quod Marsus habet; apud Crat. iam st *quo differrent*, quod omnes tenuerunt. Una ed. a. 1480 recte *quod differret*. In eadem locutione offensum st Tusc. II, 35, nunc tamen ad ueritatem reditum.

alia æstumabilia, alia contra) ἀξίαν ἢ ἀπαξίαν ἔχοντα (ἐκλεκτικὴν ἢ ἀπεκλεκτικὴν, συμβλητικὴν δὲ πρὸς τὸν εὐδαίμονα βίον οὐδαμῶς, Stob. p. 142, cfr. Diog. VII, 105) et ideo ὁρμῆς ἢ ἀφορμῆς κινητικά, ληπτὰ ἢ ἄληπτά. Cfr. § 20 et qui paullo ante testes citati sunt.

alia neutrum) quæ nec secundum naturam essent nec contra, ut digitum hoc aut illo modo protendere, capillos pari aut inpari

dolorem, morbum, sensuum amissionem, paupertatem, ignominiam, similia horum, partim non item. Hinc est id exortum, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον nominauit, quom uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac nouis, quod nobis in hac inopi lingua non conceditur; quamquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. Sed non alienum st, quo facilius uis uerbi intellegatur, rationem huius uerbi faciendi Zenonis exponere.

similia) *et sim.* L item) *itemque* PLMCR Hinc est id exortum) *Hinc est id quod est* E *hinc esse illud* (*illud esse* R) *exortum* LPMCROr. contraque — ἀποπρ.) om. R etiam) om. PL dicere soles) *soles dic.* Or. Zenonis) *Zenonem* L

partim non item. Hinc est) Priori illi *partim satis habere caussae* in diuisionis contrariis partibus notandis respondet: *partim non item*; uid. Handi Tursell. III p. 520. Si *item* Cicero non addidisset, paene necessario ad Latinorum sensum scripsisset: *partim non habere*, tot praesertim interpositis post id uerbum. Deinde Cato, exposita ipsa differentia, transit ad nomen a Zenone inpositum. Uolgo haec sic edebantur, ut est apud Orellium, ualde uitiose. Primum enim *itemque hinc* sic dicitur tanquam alia quaepiam res hinc orta conmemorata sit; deinde sic infinitiuos ponitur, ut cum explicatione dogmatis Stoicorum (*uoluerunt* &c.) confundatur historica Catonis narratio, quasi Stoici disputarint, hinc *exortum esse* (praeterito tempore) προηγμένον. Uide nunc, quam moleste propter neglegentiam hominum ueritas eruenda sit aut saltem testimonia: nam scribendum esse *non item. Hinc est*, Wesenbergius meus intellexit, quom in codd. esse ignoraret. *Item*, non *itemque*, etiam Spirensem habuisse, id est, optumos, perspicitur ex eo, quod Gzius paullo ante (*itemque eorum*) Erl. et Spir. *item* habere narrat; ex Erl. adparet, de hoc loco hominem dicere debuisse; *est*, non *esse*, praeter Spir. etiam Eξ, *id* Spir. (Quom in Gud. 2 esset *illud esse huic*, Gzius *esse* deleuit.) Adparet, nescire nos, in uoce *exortum* solusne codex Erlangensis aut summum hic et Spirensis discrepent, an ea uox omnino in meliore familia absit, et num quae tales sint turbae, quales in Erl. (*quod est quod*). Potest placere: *Hinc est id, quod Zeno προηγμένον — nominauit.* Paullo post *soles dicere* Gzius tamquam ex Erl. et Spirensi; mihi de Erl. tacetur. Eosdem solos e suis codd. *etiam* habere ait.

XVI. 52. Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id est enim *προηγμένον*), sed eos, qui in aliquo honore sunt, quorum ordo proxume adcedit, ut secundus sit, ad regium principatum, sic in uita non ea, quae † primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent,

52. dicit) add. *ut* E id est enim) *idem enim est* omnes, *id enim est* Or. sunt) *sint* omnes, Or. regium) *regnum* E sic) *sit ea* E ea, quæ) om. E primario) sine nota Or. *primorie* E

Cap. XVI, 52. *Ut enim, inquit*) Stobæus Ecl. Eth. p. 156: *Οὐδὲν δὲ τῶν ἀγαθῶν εἶναι προηγμένον, διὰ τὸ τὴν μεγίστην ἀξίαν αὐτὰ ἔχειν, τὸ δὲ προηγμένον, τὴν δευτέραν χώραν καὶ ἀξίαν ἔχον, συνεγγίζειν πῶς τῇ τῶν ἀγαθῶν φύσει. Οὐδὲ γὰρ ἐν αὐλῇ τῶν προηγουμένων εἶναι τὸν βασιλέα, ἀλλὰ τοὺς μετ' αὐτὸν τεταγμένους.* (Sic scribendum: ne in aula quidem regem inter præstantis dignitate numerari, sed eos, qui &c. In Heereni scriptura *τὸν προηγούμενον εἶναι* uitiosus est articulus; codd. *αὐλητων προηγουμενον.* Deinde pluralem (*τοὺς μετ' 'αυτὸν τεταγμένους*) Dau. restituit; codd. *τοῦ — τεταγμένου.*)

id est enim) Quom ex *id est*, ut sæpe, factum esset *idem* (Oxx. Eξξ, edd. ante Manutium; Grut. et Dau. tacent; Gzius in "multis scriptis" ait esse *idem*), additum et uerbum: *idem enim st.* Correxi mendum manifestum.

in aliquo honore sunt) Sic necessario scribendum erat propter id, quod scribarum arbitrio minus obnoxium fuit, *adcedit*; simpliciter genus notum describitur. *Secundus ad regium principatum* etsi uideri potest ita dictum esse, ut præpositio conparationem significet, tamen, quoniam *ad* sic poni non solet nisi in significanda dissimilitudine et differentia (ut quom dicitur: *nihil ad aliquem, quid ad utilitatem tantæ pecuniæ?* (II, 85) et apud Liuium: *non ad cetera ingenia Punica callidus*, et apud Plautum (Capt. II, 2, 25): *ad huius sapientiam nimius nugator fuit;* uid. lex.), et quoniam *secundus*, quod ipsum ordinem indicat, ad eam significationem minus aptum st, puto Ciceronem *ad* præpositionem rettulisse ad uerbum *adcedit*. Itaque comma interposui.

primario loco) Aliter Cicero scripsit; nam nec *primarius* locus (id est, qui ad primum pertinet, primi generis est) recte dicitur pro *primo*, et aliud codices ostendunt; nam etiam Pal. 1, Spir., mg. Crat., El. unus *primorie* (*primori e*), El. alter, Scalig. cod., Mead., Ball. (ψ), Gud. 1 *primiore*, Pal. 2 *primore loco*, quod edi-

προηγμένα, id est, producta nominentur. Quae uel ita appellemus (id erit uerbum e uerbo) uel promota, et remota, uel, ut dudum diximus, praeposita uel praecipua, et illa reiecta. Re enim intellecta, in uerborum usu faciles esse debemus. 53. Quoniam autem omne, quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse st, nec bonum esse nec malum hoc, quod praepositum uel praecipuum nominamus. Idque ita definimus, quod sit indifferens cum aestumatione mediocri; quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. Neque enim illud fieri poterat ullo modo, ut

appellemus) *appellentur* L e uerbo) add. *exprimere* L uel ut) *ut ut* E 53. praepositum) *propositum* ELMCR uel) *ut* E praecipuum) *praecipua* MC Idque ita) *Itaque id* LPMOROr. illi — dicunt) *ille — dicit* C dicerem) *diuiditur* C

dit Gzius. (Dau. probabat *primore in loco.*) Sed adiectiuom illud, quod antiquarii quidam, ut Uarro, Gellius pro eo, quod est primus, posuerunt paucis locis, apud ceteros, si pluralem *primores* excipias, dicitur tantum de priore parte rei alicuius aut rerum coniunctarum (ut dentium); itaque *primore loco,* si diceretur (sed nemo dixit, quod ineptum erat), significaret: *in prima parte loci.* (Nec Liuius XXIV, 20, 13 scribere potuit, quod e Gronoui coniectura editur: *primori inuentute conscripta;* in litteris: *ibi sin priore* hominis nomen latet.) Cicero *primo* posuit; quid in litteris *rie* lateat, nescio. Mox in multis codd. et uett. edd. esse *idem erit uerbum,* Gzius ait, nemo alius uidit.

uel promota et remota) Quom proprie tantum *promota* nominare deberet, addidit e contrario *et remota*, quasi de utrorumque nomine proxume egerit; simile st, quod V, 90 legitur *et reducta;* uid. ad I, 41.

53. *Idque ita definimus, quod*) Hoc etiam e cod. Mor., id est, e meliore familia, restitui; eodem modo *ita* praeponitur definitioni sententia relatiua conprehensae, quo II, 29: *eam autem ita persequitur, quae palato percipiatur &c.* Figura mixta st ex abundantia ea, qua demonstratiua particula ipsius rei appellationi praeponitur, de qua dixi ad II, 13 (cfr. de *ita* Handius III p. 483), et ex breuitate; nam *ita* hanc modi explicationem postulare uidetur: *ita definimus, ut id esse dicamus, quod sit &c.* Editionum scriptura et deteriorum codicum *id* ita positum habet, ut uideatur cum *quod* proxume coniungi, quemadmodum § 33 et alibi.

nihil relinqueretur in mediis, quod aut secundum naturam esset aut contra, nec, quom id relinqueretur, nihil in his poni, quod satis aestumabile esset, nec, hoc posito, non aliqua esse proposita. 54. Recte igitur haec facta distinctio st; atque etiam ab iis, quo facilius res perspici possit, hoc simile ponitur. Ut enim, inquiunt, si hoc fingamus esse quasi finem et ultumum, ita iacere talum, ut rectus adsistat, qui ita talus erit iactus, ut ca-

nihil rel. in mediis) *rel. in medium nihil* L in his) *hiis* C hoc posito) *hæc posita* LPMCR esse) *esset* E *essent ceteri*, Or. 54. hae) *hic* E iis) *his* L res perspici) *respici* C rectus adsistat) *recte ass.* LMC

nec, hoc posito, non aliqua esse) *Hoc posito* Pal. 1, Mor., mgo Crat., liber Maffei apud Man., ed. a. 1480. Restituit Lbinus. Gzio adfirmanti, in Erl. et Spir. esse *hæc posita*, non magis credo quam II, 77. Deinde autem edebatur *essent*, peruersissume, non solum in orationis coniunctione: *nec — nihil in his poni — nec — non aliqua essent* (quam ipsam frustra Bremius defendere conatur; nemo enim in tali membrorum coniunctione et progressu uerbi formam mutauit), sed multo magis in sententia; sic enim condicionaliter Catoni dicendum erat de ea re, quam, quom non probaret, necessario tamen ex alio falso initio sequi ostenderet; nunc ostendit, uera et necessaria consecutione hæc omnia ita connecti, ut non possint non esse aliqua præposita. Itaque *esse* scribi debere, uiderant Manutius et Morelius, secutique Dauisius et Ernestius erant, ille in El. 1 ita scribi addens. Grauior est Erl. et Mor. auctoritas, id est meliorum, in quibus quom scribatur *esset*, significatur *esse*. Mox (54) cod. Mor. *facta definitio est.*

54. *ut rectus adsistat*) Uere Thorupius nostras (in commentat. de locis aliquot horum librorum, Ripis Cimbricis 1836 edita, p. 53 sq.) reprehensa Gzi et aliorum incuria, qui nos ad Senftlebium et Pitiscum (v. *Talus*) ablegent, ubi nihil omnino dicitur de discrimine tali, qui rectus adsistat et qui rectus cadat, ostendit, eum talum rectum adsistere dici, qui quom ita in mensam ceciderit, etiam in eo statu erectus maneat, id latus, quod postulatum fuerit, sursum habens, rectum autem cadere eum, qui tantummodo sic in mensam inciderit, ut illud latus sursum uergat. Hic talus ideo ceteris ipso casu præponetur, quod ad recte adsistendum uidetur adcessisse; itaque eius præpositio refertur ad finem; et tamen, nisi etiam steterit rectus, nihilo magis finem adsecutus erit quam ceteri; ita-

dat rectus, praepositum quiddam habebit ad finem, qui aliter, contra, neque tamen illa praepositio tali ad eum, quem dixi, finem pertinebit, sic ea, quae sunt praeposita, referuntur illa quidem ad finem, sed ad eius uim naturamque nihil pertinent. **55.** Sequitur illa diuisio, ut bonorum alia sint ad illud ultumum pertinentia (sic

habebit) *habet* E aliter) add. *quam* E add. *qui* PMR referuntur) *referunt* E quidem) *quid est* E

que illa præpositio extra finem st nec ullam eius partem continet.

qui aliter, contra) Non intellecta breuitate orationis, in qua *contra*, ut sæpe, totius apodoseos priori contrariæ locum tenet (*qui autem aliter ceciderit, nihil præpositum habebit atque etiam in contrariam partem inclinabit, ut reiectus sit*), librarii aut *quam* addiderunt ad *aliter* (ut in Erl.) aut *qui* etiam ante *contra* posuerunt (in Par. tribus, C. C. C., Mead., Ball., e quo uno id Oxx. adnotant. Gzi, ut ait, omnibus, sed uides Erl.).

55. *Sequitur illa diuisio*) quæ exponitur apud Stob. Ecl. Eth. p. 124 et uberius exemplis declaratur apud Diog. Laërt. VII, 96: *ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικά, τὰ δὲ ποιητικά· τὸν μὲν οὖν φίλον καὶ τὰς ἀπ' αὐτοῦ γινομένας ὠφελείας ποιητικὰ εἶναι ἀγαθά· θάρσος δὲ καὶ φρόνημα καὶ ἐλευθερίαν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην καὶ ἀλυπίαν καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἀρετὴν πρᾶξιν τελικά· ποιητικὰ δὲ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθὰ τὰς ἀρετάς· καθὸ μὲν γὰρ ἀποτελοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ποιητικά ἐστιν ἀγαθά, καθὸ δὲ συμπληροῦσιν αὐτήν, ὥστε μέρη αὐτῆς γίνεσθαι, τελικά.* (Recte Lipsius Manud. ad phil. Stoic. II, 22 addidit *τὰς ἀρετάς*, etsi mirum st et hic id nomen excidisse et paullo post (97 post *ἀμφοτέρως δὲ ἔχοντα*) *τὰς κακίας*. Esse talia bona, Diogenes satis iam dixerat; nunc huius generis, ut superiorum duorum, nomen repetit, ut exemplum adiungat, aut potius ipsam rem; neque enim plura erant; et ad *τὰς ἀρετάς* referuntur uerba pluralia *ἀποτελοῦσι, συμπληροῦσι.*) Omnis uirtutes et pertinentia et efficientia esse bona, Stobæus etiam p. 102 ait. Cato unam sapientiam nominat, sed in ea sunt omnes uirtutes. Ceterum Stoici notabiliter a disciplinæ constantia desciscebant, communi opinioni cedentes, quom amicum in bonis numerabant; nam amicus meus quamuis sit sapiens et ipse uirtutem habeat, numquam tamen pars meæ perfectionis et uirtutis, id est mei boni, fieri potest. Uolebant amicitiæ dignitatem tueri, sed tuendus erat animi habitus amicum complectens tamquam uirtuti necessarius.

enim appello, quae *τελικά* dicuntur; nam hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus uerbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intellegatur), alia autem ecficientia, quae Graeci *ποιητικά*, alia utrumque. De pertinentibus nihil est bonum praeter actiones honestas, de ecficientibus nihil praeter amicum, sed et pertinentem et ecficientem sapientiam uolunt esse. Nam quia sapientia st conueniens actio, est in illo pertinenti genere, quod dixi; quod autem honestas actiones adfert et ecficit, [id] ecficiens dici potest.

55. nam) *iam* PMR uno) om. EMCR autem) *nunc* E de ecfic. — amicum) *deficientibus nihil ad amicum* L sapientiam) *sapientem* EP in) *cum* LMCR om. EPOr. [id]) sine uncis Or.

nam hoc ipsum) Uid. § 15. In editiones post primam uenerat *iam hoc* (Uψ); correxit Dauisius e Pal. 1, 2, 4, 6, El. 1, C. C. C., Ball. (Mead. *namque hoc*). Mox *uno* ante *non* propter similitudinem ductuum exciderat in cod. archetypo (Mead., Oxx. et Gzi omnibus; idem adnotare debuit Graterus, sed scripsit *non* ab omnibus Pall. abesse; Gzi præter tris meliores, id est Bas. et Gud. 1, *uno* dicuntur addere post *poterimus*). *De* (id est *ex*) *pertinentibus* minus adcurate sic dicitur, tamquam ex maiore numero rerum pertinentium, et bonarum et non bonarum, seligatur una, quæ bona sit.

sapientiam esse uolunt) In cod. archetypo propter duo, quæ præcedunt, participia, scriptum erat *sapientem*, ut est in Pal. 1, 3, 4, 6, Parr. tribus, C. C. C., χ, Gzi omnibus. Tum in eodem codice exciderat *in*, quod Dau. addidit ante *illo* (Pal. 1, Spir., Gud. 2); cfr. II, 98; in deterioribus suppletum st *cum* (Pall. quinque, Par. 2, C. C. C., Mead., Ball., Oxx. omnibus, Gzi ceteris), quod Gzius defendit, quia dicatur *esse cum aliquo*, qui alicuius partis sequatur! Qui defenderet dici *esse aliquo genere* (quasi genus qualitas sit), non repertus est, etsi sic nonnulli ediderunt; (*alicuius generis* quom dicimus, eo aliquid conprehendi significamus). Lbinus: *est ex illo*. Sed significatur hic: *locum habet in illo genere*; cfr. 69.

[*id*] *ecficiens dici potest*) Si *id* retinetur, *quod* pronomen est et sententia generalis, eaque sententia sic (per *autem*) adiungitur, quasi absoluat conclusionem ante coeptam. Sed apertum st, hoc membrum prorsus respondere superiori (*quia st* —, *est in illo* &c). Itaque non dubito, quin *id* ex ultima syllaba uerbi præce-

XVII. 56. Haec, quae praeposita dicimus, partim sunt per se ipsa praeposita, partim quod aliquid ecficiunt, partim utrumque: per se, ut quidam habitus oris et uoltus, ut status, ut motus, in quibus sunt et praeponenda quaedam et reicienda; alia ob eam rem praeposita dicentur, quod ex se aliquid ecficiant, ut pecunia, alia autem ob utramque rem, ut integri sensus, ut bona ualetudo. 57. De bona autem fama (quam enim appellant

56. Haec) add. *enim* L quidam) *quia* E ut status, ut) *status et* E quaedam) *sunt quaedam* E ut bona) *et bona* E 57. autem) *enim* E

dentis ortum sit. Lbino Dauisioque et iam ante ei, qui cod. El. 1 scripsit, *id* ex *ideo* ortum esse uisum st.

Cap. XVII, 56. *Haec, quæ præposita dicimus &c.*) Eadem diuisio, a bonis ad præposita translata, exponitur apud Diog. Laërt. VII, 107 (ἔτι τῶν προηγμένων τὰ μὲν δι' αὑτὰ προῆκται, τὰ δὲ δι' ἕτερα, τὰ δὲ καὶ δι' αὑτὰ καὶ δι' ἕτερα) et apud Stobæum minus plene, omisso tertio genere, p. 144 et 150.

partim utrumque) Neque *ob utrumque* cum Lbino scribendum st, neque cum Gzio barbare audiendum *quoad* neque abutendum cum Ottone iis, quæ Ramshornius p. 393 sq. ex aliis generibus conlegit, sed intellegendum, *utrumque* nominatiuo casu sic dici, ut ea conprehendat, quæ ante Cato posuit: *partim et per se præposita et quod aliquid ecficiunt*, quomodo § 50 dicitur *neutrum*, et § 55 ipsum *utrumque*. Itaque paullo post, præcedente *ob eam rem*, dixit *ob utramque rem*. Tum Gzius tris suos optumos *et status* habere ait; quid habuerint, ostendit Erl. Si certum esset *motui et statui* tribui *habitum* posse, probarem, ut ἀσυνδέτως duo genitiuorum ordines iungerentur: *oris et uoltus, status et motus;* neque enim status et motus omnino præponuntur, sed certi quidam; cfr. V, 35. Sed etiam II, 31 *membra et sensus* pro eorum integritate nominabantur. Paullo post *dicentur* eodem fere modo positum st, quo § 28 *dicetur* (quom dicentur, ob eam caussam dicentur). Lbinus et ceteri ante Gzium *dicuntur* (contra Pall. omnis, E$\xi\chi$, Gzianos, id est, contra omnis omnino). Deinde Mor. codex *integra ualetudo.*

57. *De bona autem fama*) Præpositio *de* absolute ponitur in significanda re, de qua agetur, ut semel et iterum in epistulis (II ad Fam. 17, 2 et III, 12, 2). De ipsa controuersia nihil alibi legi puto. Carneadi cessisse Antipater uidetur aut Panætius.

εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare quam gloriam) Chrysippus quidem et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem eius caussa porrigendum esse dicebant; quibus ego uehementer adsentior. Qui autem post eos fuerunt, quom Carneadem sustinere non possent, hanc, quam dixi, bonam famam ipsam propter se praepositam et sumendam esse dixerunt, esseque hominis ingenui et liberaliter educati, uelle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam uiris, idque propter rem ipsam, non propter usum; dicuntque, ut liberis consultum uelimus, etiam si postumi futuri sint, propter ipsos, sic futurae post mortem famae tamen esse propter rem, etiam detracto usu, consulendum. 58. Sed quom, quod honestum sit, id solum bonum esse dicamus, consentaneum tamen est fungi officio, quom id officium nec in bonis ponamus nec in malis. Est enim

hoc loco) transp. post *famam* E (om. *loco* L) detracta) *detractate quidem* E eius caussa) *eius tam* E *in caussa* P *in eius caussa* L *in eam* C om. MR propter se) *propter ipsam propter se* M propter usum: dicuntque) *dicuntque propter usumque* E rem) om. E 58. quom, quod) *quod cum* PMR *quando quod* C

eius caussa porrigendum) Sic mgo Crat., cod. Mor., nec aliud significat Erl., in quo ex cā factum *cam*, *tam* (cfr. 66). Editur sic inde a Manutio, Grutero et Dau. tacentibus. Deteriores etiam aliorum codices aberrant; Oxx. $E\chi\psi$ et, si Gzio credas, omnes eius *in caussa* (sed ex Erl. adparet, quid de Spir. et fortasse Gud. 2 iudicandum sit). Marsus, ut MR, has uoces omittit; ueteres editiones relicuæ habent *in eam*, quod corrigendo natum st; ac ne cui esse aliquid id uideatur, sumendi caussa manus porrigitur, non digitus, et in mensam, possessiones, similia, non in famam; digitum porrigere de actione et opera minuma ab ipsis Stoicis dici solebat; uid. Plut. de Stoic. repugn. c. 26 p. 1046 C, adu. Stoic. c. 8 p. 1061 F. Aliquot uersibus post in uerbis *futuræ post mortem famæ tamen* particula *tamen* (uideo enim errari) ad id ipsum refertur, quod huius famæ nullus ad nos fructus perueniat.

58. *fungi officio, quom id officium nec in bonis ponamus nec in malis*) Officium, *τὸ καθῆκον*, Stoici sic definiunt et describunt, ut primum rei, quam facere debeamus, et huius ipsius debitionis

aliquid in his rebus probabile, et quidem ita, ut eius

ita) *est ita* C

notionem, quam nos præcipue tenemus, a re facta non admodum distinguant. Definiunt igitur officium *τὸ ἀκόλουθον ἐν τῇ ζωῇ, ὃ πραχθὲν εὔλογον ἀπολογίαν* (*ἀπολογισμὸν*) *ἔχει* (Stob. Ecl. Eth. p. 158, Diog. Laërt. VII § 107). Id quoniam, quom sic communiter dicebatur, in singulis rebus perfici poterat, sine summa illa conuenientia (*ὁμολογίᾳ*), in qua uirtus erat, quod sic factum erat, neque bonum neque malum erat. Tum demum, si actio ab illa conuenientia profecta esset eamque contineret, bonum fieri iudicabatur appellabaturque *κατόρθωμα* siue *καθῆκον τέλειον*, officium perfectum (Stob. p. 158 et 184), illud autem superius *καθῆκον μέσον* (Stob. 158, infra IV, 15); sæpissume tamen hoc, quod medium dixi, solum offici nomen tenet, ut hoc toto loco, et § 20 et 22, Academ. I, 37, maxumeque Off. I, 8. (Cfr. de hac diuisione Tiedemanni Systema Phil. Stoic. III p. 299 sqq., Tennemanni Hist. Phil. IV p. 107 sqq., Beieri exc. 3 et 4 ad lib. I Off.) Estque id nomen eius proprium. Nam in hoc maxume hæret hæc omnis Stoicæ doctrinæ pars, quod eorum officia non a summa lege tamquam initio oriuntur et deriuantur, quæ certam quandam uiuendi uoluntatem postulet eamque, quom ad multiplicis uitæ rationes tamquam materiam adcesserit, in certis quibusdam actionibus perspici iubeat, quamuis eæ materiæ diuersitate uarientur. Huiusmodi officiorum originem quom illi ex sua illa *ὁμολογίᾳ* elicere non potuissent, aliud offici initium sumebant a primis naturæ (§ 22, 23, 59, IV, 47), ita ut his officiis ex inferiore loco, ut ita dicam, surgentibus et ibi sedem primam habentibus, de summo descendens occurreret honesti notio; nec plene hæc consociabantur. Itaque primum deerat certa norma probabilis illius rationis, qua officium censeri debebat; quo fiebat, ut interdum foedissuma quæque sapienti suo Stoici concedere uiderentur (uelut illa, quæ Sext. Emp. adu. Math. XI, 190 sqq. conmemorat); deinde difficillumum erat ex illo primo naturæ adpetitu initium officiorum, quæ aliis deberentur, uelut eius, quod § 59 ponitur, depositi reddendi, reperire (itaque alio loco omnem iustitiæ notionem actionesque, quæ inde orirentur, longe melius sic constituebant, explicata naturæ ui, ut a primis naturæ non repeterentur actionum initia, § 62 sqq.); postremo propter illam caussam cogebantur eam, quæ hic exponitur, disputationem contra Aristonem, qui ab ipsis ortus erat et desciuerat, suscipere, ut officium aliquod in rebus mediis, id est, in earum electione et reiectione esse defenderent. Ea autem disputatio neque

ratio reddi possit; ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi possit; est autem officium, quod ita factum st, ut eius facti probabilis ratio reddi possit; ex quo intellegitur, officium medium quiddam esse, quod neque in bo-

ergo — acti rat. r. possit) om. MC quiddam) *quoddam* omnes, Or.

perspicua admodum neque firma st, quod tota ponitur in definitione illa offici, quæ ipsa non confirmatur, et præterea parum distinguuntur res mediæ in corpore et extra sitæ (ut ualetudo, ut pecunia) et actio ad ea spectans, ut in illis: *est quiddam, quod usui esse possit* (quod uidetur pertinere ad res commodas) et: *agere aliquid et facere eorum* (quæ res commodæ intellegi nequeunt, quæ non aguntur). Ipsa summa argumentationis uarie concipitur, tum, in rebus mediis *esse* omnino officium (de *existentia* offici) quod initio propositum st et § 59 primis duabus conclusionibus efficitur, tum, uersari id in rebus mediis (de *materia* et loco offici), tum, ipsum esse medium (de *qualitate*), quorum duo postrema omnino non distinguuntur; et tamen differunt. Nonnulla in hac re fortasse Ciceronis culpa st.

ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi possit) Exciderunt hæc uerba propter similem sententiarum exitum etiam in Eǩ, El. 1, Gud. 1. Hærent interpretes et in aduerbio et in *acti* nomine, quod Gzius delet; Lbinus et alii *probabilis facti* substituunt (quos alios codices Gzius dicat *facti* habere, nescio). Sed recte uerba habere uidentur. Primum in ipsis rebus, quatenus nondum de nobis agentibus cogitetur, probabile aliquid esse dicitur, cuius ratio reddi possit; deinde eadem probabilitas transfertur ad nostram in his rebus actionem (cfr. paullo post: *est autem eius generis actio quoque quædam*); itaque *actum* dicitur, non *factum*, et ei additur aduerbium, quia substantiuom non est, et tota hæc pars, de quo minus interpretes laborarunt, confert aliquid ad conclusionem.

officium medium quiddam esse, quod) τὸ καθῆκον εἶναι μέσον τι. Hanc enim sententiam esse, non illam, εἶναι καθῆκόν τι μέσον, quom uerborum ordo ostendit (debebat enim altero modo dici: *medium quoddam officium esse*), tum id certissume, quod *offici medii* appellatione, ut id esse demonstret, neque usus est ante neque in toto hoc loco utitur. Itaque *medium quiddam* necessario scripsi (id est, *rem quandam mediam*); ceteri omnes *quoddam*. Uid. ad I, 18.

nis ponatur neque in contrariis. Quoniamque in iis rebus, quae neque in uirtutibus sunt neque in uitiis, est tamen quiddam, quod usui possit esse, tollendum id non est. Est autem eius generis actio quoque quaedam, et quidem talis, ut ratio postulet agere aliquid et facere eorum. Quod autem ratione actum st, id officium appellamus. Est igitur officium eius generis, quod nec in bonis ponatur nec in contrariis.

neque in cont.) *nec in c.* R iis) *his* LMOr. rebus) om. E st) *sit* omnes, Or. nec in bonis) *neque in b.* LPM *non in b.* C nec) *neque* M

Quod autem ratione actum st, id — appellamus) Indicatiuom, quem restitui, manifesto flagitabat sermonis ratio, quom simpliciter genus definiatur (*quod — id*), eiusque notum nomen conclusionis caussa ponatur, ut nulla talis excusatio coniunctiui sit, quali § 17 et 49 usi sumus. Sæpissume autem librarii etiam in antiquis codicibus ex hac scriptura (*st*) ecfecerunt *sit*, cuius generis menda etiam nunc non pauca tollenda sunt in Ciceronis scriptis certissuma orationis regula, uelut pro Cæc. 74 (*quid refert — habere bene partum, si incertum sit — si parum sit communitum ius, si — potest?*), Philipp. VI, 15 (*in L. Antoni clientela sit?* uerum habet Gellius; de facto admirabundus Cicero quærit, non, fierine debeat), ad Att. VII, 3, 1 (*etsi cupidissume expetitum a me sit*), ad Fam. I, 6, 2 (*etsi minore in re uiolatur tua dignitas quam mea adflicta sit*; conparat duas res factas), Acad. II, 48 (*non, inquiunt, uerisimile sit?* codd. *non, inquam*; scribendum st: *nonnumquam, uerisimile st, sic etiam moueri*), Tusc. I, 41 (*si uero aut numerus quidam sit animus —, multo etiam integriora ac puriora sunt*; conmemorat sententias supra positas), Parad. 39 (*quidquid denuntiatum sit, facit*; cfr. ad I § 10), de R. P. I, 53 (*ipsa æquitas inæquissuma sit*; nunc edunt *fit*), ibd. III, 6 (*sin alter utra sit uia prudentiæ deligenda*; non hypothesis est, sed condicio; codex: *sin aliter sit utra*; puto, Ciceronem scripsisse: *sin altera st utra*), N. D. I, 48 (*ea figura profecto st, quæ pulcherruma sit omnium*; non dixit: *tali, ut sit pulcherruma*, sed: *habet eam, quam pulcherrumam esse posui, humanam*; eodem libro § 93 *ausa sit*, ex quo alii *ausit* fecerant, iam correctum st), ibd. 68 (*quod enim ex atomis sit, id natum aliquando sit*; posterius *sit* alterum traxit). de Fato 30 (*At si ita fatum sit —, non poterit dici*), Offic. I, 66 (*quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, quom persuasum sit*; non caussa adfertur, sed describitur uirtus: *et tum*

XVIII, 59. Atque perspicuum etiam illud est, in istis rebus mediis aliquid agere sapientem. Iudicat igitur, quom agit, officium illud esse. Quod quoniam numquam fallitur in iudicando, erit in mediis rebus officium; quod efficitur hac etiam conclusione rationis. Quoniam enim uidemus esse quiddam, quod recte factum appellemus, id autem st perfectum officium, erit etiam inchoatum; ut, si iuste depositum reddere in recte factis sit, in officiis ponatur depositum reddere; illo enim addito, *iuste*, fit recte factum, per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitur. Quoniamque non du-

59. atque) *atqui* EL numquam) *nihil* C hac etiam) *etiam hac* LMCR appellemus) *appellamus* L est) *esse* C erit) *erit autem* omnes, Or. cum uncis. fit) *facit* omnes.

adparet, *quom persuasum st* &c.). Alia emendaui in Opusculis Acad. p. 184. In rhet. ad Herenn. IV, 52 ex *st* factum *sit*, tum *fit* (*quis mihi præsto fit? Præsto fieri* pro eo, quod est *præsto esse*, Latini non dixerunt).

Cap. XVIII, 59. *Atque perspicuum*) *Atqui* etiam Pal. 1 et mgo Crat., nec tamen in hac adiunctione noui argumenti locum habere uidetur. Mox *quod quoniam* ex notissumo illo genere st, quod ad I, 67 adtigi. *Hac etiam* Gzius etiam e Spir. et Bas.

erit etiam inchoatum) Quod in codicibus additur *autem*, in apodosi et conclusione nullo modo ferri posse, Lbinus et Bremius senserant; et quis dubitare præter Gzium potest? Ortum st ex superiore membro, cui non recte parenthesis notas post Bremium addiderunt; neque enim illud de perfecto officio intericitur explicationis caussa, sed continet ipsam progressionem conclusionis. Quod Fr. Schleiermacherus in noto opere, quod inscripsit *Grundlinien zur Critik der bisherigen Sittenlehre* p. 162, quam inscite Cicero Græcorum philosophorum dogmata reddiderit, ex eo intellegi putat, quod medium officium Cicero *die angefangene Pflicht* interpretatus sit, hic quidem iniuriam Ciceroni fecit nec perspexit uim uocis, in qua nihil est nisi contrarium τοῦ τελείου; ipsa autem conclusio ex hac copulatione καθήκοντος τελείου et οὐ τελείου a Græcis, ut ceteræ, traducta st.

fit recte factum) Lbini hæc emendatio st, fere ab omnibus probata; *facit* neque subiectum habet neque id hic intellegi aliunde potest (*is*, *qui agit*), neque *facere recte factum* dici a Cicerone potuit.

bium st, quin in iis, quae media dicimus, sit aliud sumendum, aliud reiciendum, quidquid ita fit aut dicitur, omne officio continetur. Ex quo intellegitur, quoniam se ipsi omnes natura diligant, tam insipientem quam

iis) *his* LMOr. omne) *omni* omnes, *communi* Or. ipsi) *ipsos* LPMCR diligant) *diligunt* C

omne officio continetur) In unaquaque tali actione adest id, quod quærimus et esse demonstramus, officium. Codd. *omni*, quod ortum esse ex substantiuo sequenti adparet (Pall. 2 omittit *omne*, Pal. 3 pro eo habet *in*, Mor. *omnium*). In uerum incidit Gruterus. Ceteri tamen prætulerunt, quod Manutius primus non feliciter edidit, *communi officio*. Primum, in quo omnes etiam librorum de officiis enarratores errant, *commune officium* numquam in arte pro *medio* dictum st tamquam proprium nomen, quo modo hic poneretur, neque Græce κοινὸν καθῆκον umquam auditum st. In libro I de Off. 3 in diuisione Cicero ponit *medium*, non *commune*, sed quod ante dixerat, huiusmodi officia ad institutionem uitæ communis spectare et de iis se acturum (7), pro propria appellatione substituit *hoc commune*, ad superiora illa respiciens. Quod autem hoc ipso loco dicitur, *commune aliquod officium esse sapientis et insipientis*, id nihil habere propriæ appellationis, manifestum st. Deinde hic ne locus quidem st *medii* nomini, quia Cicero, ut dixi, hic semper officium, nulla adiecta nota, medium intellegit, quasi unum sit, ut ipsa superiore periodo, quom perfectum officium nominasset, tamen subiecit: *in officiis ponatur* (non *in mediis officiis*) et: *in officio ponitur*.

Ex quo intellegitur) Hoc quidem non hinc intellegitur, sed inest in eo, quod initio positum erat, aliud, communi natura iubente, sumendum, aliud reiciendum esse. Nimis etiam exitus huius argumenti (*ex quo ecficitur, uersari in iis, quæ media dicamus*) incurrit in idem, a quo orsus Cato erat (*Quoniamque non dubium st, quin in iis, quæ media dicimus* &c.). Ut dixi iam, non satis distinguitur, utrum id demonstrandum sit, officium (quod, si sit, sua natura in mediis esse constet) esse, an hoc, officium, quod esse concedatur, in mediis uersari; nec dubito, quin hæc quidem nimis aperta initi et finis conclusionis confusio e festinatione Ciceronis et incuria orta sit; cfr. ad 28, ad I, 19, II, 35.

quoniam se ipsi) *Ipsi* etiam e Spir. restituit Gzius; superiores tacite *ipsos*. Tum *diligunt* ex ed. pr. ad Man. et deinceps ad ceteros ante Gzium propagatum st (contra EUξχ, Gzi omnis).

sapientem sumpturum, quae secundum naturam sint, reiecturumque contraria. Ita st quoddam commune officium sapientis et insipientis; ex quo ecficitur, uersari in iis, quae media dicamus. **60.** Sed qnom ab his omnia proficiscantur officia, non sine caussa dicitur, ad ea referri omnis nostras cogitationes, in his et excessum e uita et in uita mansionem. In quo enim plura sunt, quae secundum naturam sunt, huius officium st in uita manere; in quo autem aut sunt plura contraria aut fore

iis) *his* LMCOr. dicamus) *dicimus* L 60. his) *iis* R

60. *ab his omnia proficiscantur officia*) uid. § 22. Stob. Ecl. Eth. p. 160: *Παραμετρεῖσθαι δὲ τὸ μέσον καθῆκον ἀδιαφόροις τισί, καλουμένοις δὲ* (male Heerenius *γε*) *παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν, τοιαύτην δὲ εὐφυΐαν προσφερομένοις, ὥστ', εἰ μὴ λαμβάνοιμεν αὐτὰ ἢ διωθοίμεθα ἀπερισπάστως, μὴ ἂν εὐδαιμονεῖν.* (Sic emendanda, quæ in codicibus leguntur: *ὥστε μὴ λαμβάνοιμεν — ἀπερισπάστως μὴ ἐνευδαιμονεῖν*: Nisi ea sumpserimus et reiecerimus sine ulla perturbatione aut cupiditatis æstu, non poterimus beati esse; est enim hæc selectio illorum materia uirtuti necessaria.)

in his et excessum e uita &c.) id est, et inter ceteras cogitationes etiam excedendi e uita et manendi deliberationem. Paullo breuius hic Cicero *excessum* et *mansionem* ponit; sed poterat per se recte dici, excessum et mansionem ad illa referri. Gzius scripsit *in his esse*, ut sit: *mediis illis contineri*; debebat (post *ea*) scribi *iis*; sed quod librarios putat non intellexisse, illo modo dici *in aliquo esse*, Latinus nemo intellexit. Paullo post Gzius ait in Spir. et Erl. *esse*, ut est in Mor. *officium est de uita excedere*; mihi ex Erl. non notatur, nec uideo cur Cicero intra duos uersus præpositionem uariarit. Potuisse dici *excedere de uita*, non nego; tot sunt loci, ubi et iis uerbis, quæ ab *ex* præpositione incipiunt, de nullo, quod sentiatur, discrimine, subicitur, et ubi iis, quæ a *de* incipiunt, *ex*; nam et *exire de triclinio* (de Orat. II, 263 et 223) dicitur et *exterminare de ciuitate* (pro Balbo 51) et *emittere de carcere* (Uerr. V, 22) et *eicere de naui* (Off. III, 89), *de conlegio* (ad Q. Fr. II, 5, 2), *de ciuitate* (pro Arch. 22), ut perspicuum sit, non necessario exprimi id, quod in præpositione *e* simul significatur, rem alteram altera conprehensam fuisse et intra eam fuisse. E quo primus Gruterus tacite; *ex* superiores, Oxx. tacite, Gud. uterque, Uindob. Uid. ad II, 15.

uidentur, huius officium st e uita excedere. E quo adparet, et sapientis esse aliquando officium excedere e uita, quom beatus sit, et stulti manere in uita, quom sit miser. **61.** Nam bonum illud et malum, quod saepe iam dictum st, postea consequitur; prima autem illa naturae, siue secunda siue contraria, sub iudicium sapientis et delectum cadunt, estque illa subiecta quasi materies sapientiae. Itaque et manendi in uita et migrandi ratio omnibus iis rebus, quas supra dixi, me-

e quo) *ex quo* LPMCR sapientis) *sapientiæ* E e uita) *de u.* C 61. naturæ) om. L materies) *materie* E *materia* cett. Or. omnibus) *in omn.* R

61. *quod sæpe iam dictum st*) saltem bis, § 21 et 22. Paullo post *materie sapientiæ* etiam Spir., in qua scriptura significari *materies*, sensit Gzius; cfr. Zumptius ad Uerr. p. 245, qui ad nominatiuom accusatiuom adiungere debebat, quod fecit edendo p. 216, non cum genitiuo, datiuo, ablatiuo coniungere, ut facit p. 896. Sed nocuit præcepti ueritati tralaticia ratio accusatiuom inter casus obliquos ponendi, a quibus spero fore, ut aliquando seiungatur. *Materiem* scribitur ad Fam. III, 6 in cod. Med. et pro Mil. 35 codicum Erf. et Bau. auctoritas, quibus multi deteriores adcedunt, cum codicibus Quinctilianeis coniuncta præstat codici palimpsesto.

Itaque et manendi in uita et migrandi ratio &c.) Hæc Stoicorum sententia exponitur apud Stobæum Ecl. Eth. p. 226: *φασὶ δέ ποτε καὶ τὴν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως* (addendum *γίγνεσθαι*) *κατὰ πολλοὺς τρόπους, τοῖς δὲ φαύλοις μόνην ἐν τῷ ζῆν, καὶ εἰ μὴ μέλλοιεν ἔσεσθαι σοφοί·* (inperitissume Heerenius *τοῖς δὲ φαυλοῖς μηδὲ μονὴν ἐν τῷ ζῆν*, quasi Stoici genus humanum tollant) *οὔτε γὰρ τὴν ἀρετὴν κατέχειν ἐν τῷ ζῆν οὔτε τὴν κακίαν ἐκβάλλειν*, (nam neque uirtutem retinere in uita eos, qui eam habeant, neque insipientiam et turpitudinem eicere necessario eos, qui in ea sint; mire hæc apud Heerenium uertuntur, qui ueteris philosophiæ plane ignarus ad Stobæum adcessit) *τοῖς δὲ καθήκουσι καὶ τοῖς παρὰ τὸ καθῆκον μετρεῖσθαι τήν τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον.* Plutarchus de Stoic. repugn. 14 p. 1039 E Chrysippi uerba ex libro *περὶ τοῦ προτρέπεσθαι* ponit: *Πρῶτον γὰρ ἡ ἀρετὴ ψιλῶς οὐδέν ἐστι πρὸς τὸ ζῆν ἡμᾶς, οὕτω δ' οὐδ' ἡ κακία οὐδέν ἐστι πρὸς τὸ δεῖν ἡμᾶς ἀπιέναι*, idemque eandem sententiam adtingit c. 18 p 1042 D, et adu. Stoic. c. 11 et 12 p 1063 C et 1064 E. Datur igitur sapienti illa, quæ dicitur *εὔλογος ἐξαγωγή*,

tienda. Nam neque *** uirtute retinetur in uita, neque

neque *** uirtute) *neque iis qui uirtute* LMCROr. retinetur) *retinentur* LMCROr.

quom, subducta recte ratione, pluris et grauiores reppererit caussas moriendi, non solum pro patria et amicis, sed etiam si fuerit ἐν σκληροτέρᾳ ἀλγηδόνι ἢ πηρώσεσιν ἢ νόσοις ἀνιάτοις. Cetera de hac ἐξαγωγῇ conlegit Lipsius manud. ad phil. Stoic. III, 22 et post eum multi, nuper Beierus exc. XV ad lib. I de Offic.

*Nam neque *** uirtute retinetur in uita*) Sic Pal. 1 et Erl., id est, meliores (Gzius omnino de suis tacuit), Pal. 4 et Par. meus, id est, etiam deteriorum minume mali, nisi quod lacuna non indicatur, quæ indicio non eget. Nam si quis ex iis, qui omnia expediunt, subiectum uerbi *retinetur* esse uelit *rationem*, ut deliberatio in uita retineri dicatur, quom homo deliberans retineatur, redarguat tamen eum orationis forma et manifesta oppositio. Nam ut in altero membro dicitur non utique ei, qui uirtute careat, moriendum esse, sic in priore dici debet, non utique ei, qui eam habeat, uiuendum esse, quod deinde proxuma sententia in adfirmationem conuertitur: *Et sæpe &c.* Illis autem uerbis: *neque mors est oppetenda* (*οὐκ ἐκβάλλονται*, ut Stoici apud Stobæum locuntur) prorsus hoc contrarium ponitur: *neque retinetur in uita* (*οὐ κατέχεται ἐν τῷ ζῆν τῇ ἀρετῇ*), nec dubium st, quin hoc ipsum *κατέχειν* Cicero reddiderit. Deest igitur, quod contrarium sit his uerbis: *iis, qui sine uirtute sunt.* Scripserat igitur Cicero: *Nam neque [is, qui uirtute fruitur,] retinetur in uita neque &c.*, aut similibus uerbis, sed hac orationis forma. Fortasse *is qui* in cod. archetypo exciderat post *neque* et tum alterum uerbum abundare uisum st. Quid res et sententia postularet, uidit Lbinus, sed uerbum *retinetur* iniuria mutauit: *neque iis, qui uirtute fruuntur, manendum in uita.* Propius adcessit Nissenius: *neque ii, qui uirtutem teneant, retinentur in uita;* codices incorruptos singularem habere ignorabat; is aptissumus est, quod de uno sapiente cogitatur. Dauisius e Pal. 3, in quo erat: *nam neque is qui uirtute retinetur* (in Par. 1 et 3 ait esse: *nam neque qui uirt. ret.*) efficiebat: *Nam neque is quidem*, id est, *sapiens;* barbarum st: *neque — quidem — neque* (uid. ad. II, 87), nec *is* habet, quo referatur, quom, quæ proxume præcedit, manendi et migrandi ratio etiam ad insipientis pertineat. Iam non opus est, ut longa disputatione coarguam uolgarium codicum peruersissumam interpolationem (Oxx. omnium, nisi quod Eξ omittunt *in uita;* de Dau. ceteris et Gzi tacetur). Tautologia quidem et sententiæ absurditas

iis, qui sine uirtute sunt, mors est oppetenda. Et saepe officium st sapientis, desciscere a uita, quom sit beatissumus, si id opportune facere possit, quod est conuenienter naturæ uiuere. Sic enim censent, opportunitatis

oppetenda) *appet.* CR et) *ut* omnes, *at* Or. desciscere) *deficere* C censent) *censet* L

adparet: *iis, qui uirtute retinentur in uita, mors non est oppetenda.* Quod Bremius sic sententiam enarrat: "Neque sapiens neque insipiens per se habet caussam, cur e uita excedat," tautologiam occultat (sapientem substituendo pro *iis, qui retineantur*), alterum uitium non potest; cui enim in mentem uenire poterat, sapientem per se (id est, in sapientia) caussam moriendi habere? (Cogitandum st de Stoico, non de Christiano dei coram conspiciendi pie cupido.) Illud addo, quom præcessecrit: *et manendi in uita et migrandi ratio*, in caussa reddenda in huiusmodi diiunctione: *nam neque — neque*, utrumque significari debere, ut fit ea forma loci, quam restitui (*neque — in uita retinetur, neque — mors est oppetenda*).

Et sæpe officium st sapientis) Codd. aliorum ut mei: *Ut sæpe*, mendose. Correxit Ursinus (e codice illo suo), tum Lbinus. Transit Cato a negando (*sapiens non retinetur in uita*) ad aientem sententiam et explicationem. Minus recte Dauisius e C. C. C. scripsit *At sæpe*. Nulla hic oppositio st. Mox pro *desciscere* cod. Mor. *desistere*, χ, ed. 1480 et aliæ quædam, ut Crat. *deficere*, cod. Urs. (?) *discedere*. "Firmant uolgatam Spir., Erl., Gud. 1;" etiam mgo Crat.

quod est conuenienter naturæ uiuere) Si ita Cicero scripsit, non, ut alibi, minus distincte sententiam obscuram aut argumentationem difficilem exposuit et in ea se inplicauit, sed recta, ut ita dicam, uia communis notiones eloquendo peruertit. Quid est enim, quæso, hoc, opportune *a uita desciscere* esse naturæ conuenienter *uiuere*? Qui mortuus esset, eum demum uere uiuere, fuerunt etiam inter antiquos, qui uaticinarentur; Stoici ab ea sententia longissume aberant, qui inmortalis esse animos non decebant; ipsum excessum e uita esse uitam, nemo dixit. Beatæ autem uitæ hoc esse proprium, ut etiam opportune finiatur, id uero longe aliam habet sententiam, non hanc, ut in morte opportuna uitæ summa et cum natura conuenientia ponatur. Deinde oratio peruerse progreditur. Primum enim opportune mori dicitur esse naturæ conuenienter uiuere; deinde hoc ita esse, demonstratur ex eo, quod opportunitatis sit beate uiuere (*Sic enim censent &c.*),

esse beate uiuere. Itaque a sapientia praecipitur, se ipsam, si usus sit, sapiens ut relinquat. Quamobrem quom uitiorum ista uis non sit, ut caussam adferant mortis uoluntariae, perspicuum st, etiam stultorum, qui iidem miseri sint, officium esse manere in uita, si sint in maiore parte earum rerum, quas secundum naturam esse dicimus. Et quoniam excedens e uita et manens aeque miser est, nec diuturnitas ei magis uitam fugiendam facit, non sine caussa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui possint, esse in uita manendum.

si usus sit) *suis sit* E *si iusserit* PMC *si uixerit* L caussam) *casum* C sint (post *miseri*) om. C ei magis) *et mag.* E *magis ei* cett. dicitur) *dicit* E iis) *his* L possint) *possunt* EL

quasi ab opportunitate primum ad uniuersam beatæ uitæ notionem et deinde ad naturæ conuenientiam ueniatur, ac non contra. Tolletur hæc absurditas, in quam Cicero, repugnante natura, incidere potuisse non uidetur, si statuerimus idem hic in codice archetypo accidisse, quod lib. V, 86 accidisse certissumum st, ut, membro orationis omisso et deinde retracto, permutatio loci duarum sententiarum uel potius duorum membrorum fieret; sic enim scripsisse Ciceronem puto: *si id opportune facere possit. Sic enim censent, opportunitatis esse beate uiuere, quod est conuenienter naturæ uiuere. Itaque &c.* Quom dixisset Cato: *si id opportune facere possit,* explicat, quanta uis sit opportunitatis (τῆς εὐκαιρίας); eam enim in ipsa beatæ uitæ notione inhærere, quoniam beate uiuere sit conuenienter naturæ uiuere (nam hæc conuenientia etiam opportunitatem comprehendit; qui enim uiuit scientiam adhibens earum rerum, quæ natura eueniant, is se ad has opportune adcommodat, etiam in fine uitæ inponendo, ne ultra opportunitatem ea protrahatur). Cohæreat iam omnia. Uitium orationis etiam Kernius, interpres Germanus, uidit et *uiuere* post *naturæ* delendum putauit. Uerum tum non *quod est* scribi debuit, sed, ut in unius uerbi interpretatione, *id est.*

se ipsam, si usus sit) Ipsa sapientia sapientem a se dimittit nec retinet; et is ab ea, id est, eius usu et habitu discedit; neque enim mortuus eam habebit, Stoicorum sententia. Frustra Ernestius *se ipsum* malebat (debuit *se ipse*) neque recte a Bremio et Gzio refellitur. *Si usus sit* (in quo opportunitatis significatio st) Gruterus e Pal. 1, et prope adcedit Erl. (de Spir. tacetur). *Si uixerit* Gud. 1, *si iusserit* Oxx. omnes, duo Gzi. Aliquot uersibus post *ei magis* Gzius e quattuor suis; antea erat *magis ei.*

XIX, 62. Pertinere autem ad rem arbitrantur, intellegi, natura fieri, ut liberi a parentibus amentur; a quo initio profectam communem humani generis societatem persequimur. Quod primum intellegi debet figura membrisque corporum, quae ipsa declarant, procreandi a natura habitam esse rationem. Neque uero haec inter se congruere possent, ut natura et procreari uellet et diligi procreatos non curaret. Atque etiam in bestiis uis naturae perspici potest; quarum in fetu et in educatione

62. communem) *omnem* C persequimur) *persequuntur* R procreandi) om. P esse rat.) *rat. e.* P possent) *possint* E(P) perspici) *inspici* LPMCR et in) *et* LC potest) om. P

Cap. XIX, 62. *Pertinere autem ad rem arbitrantur &c.*) Quæ hic de communitate et societate humana exponuntur, ea apud Græcos, qui supersunt, in Stoicorum decretis explicandis, fere breuiter adtinguntur, quia non magnam habent proprietatem; apud Ciceronem sæpius ornate explicantur, ut libro I de legibus pluribus locis (pertinebant enim hæc ad eam disputationem, qua Stoici confirmabant, *τὸ δίκαιον φύσει εἶναι καὶ μὴ θέσει*, uid. ad § 71) et de Off. I, 50 sqq., ubi Beierus plura ascripsit. Similia Peripatetici disserebant, quom *ζῶον πολιτικόν* hominem esse docebant; uid. V, 65 sqq. Apud Stobæum Ecl. Eth. p. 250 sqq. multa eorum, quæ hic et proxumo capite exponuntur, similluma leguntur tamquam Peripatetica (uelut hoc ipsum: *Ὅτι γὰρ οὐ μόνον αἱρετὰ τὰ τέκνα τοῖς γεινομένοις ἐστὶ διὰ τὰς χρείας, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτὰ, γνώριμον ἐκ τῆς ἐνεργείας*). Uerum omnia illa Antiochia esse indico, id est, magnam partem Stoica. Propria maxume Zenonis erat imago ciuitatis mundanæ (*ἡ πολὺ θαυμαζομένη πολιτεία τοῦ τὴν Στωϊκὴν αἵρεσιν καταβαλομένου Ζήνωνος* appellatur a Plutarcho de fort. Alexandri I, 6 p. 329 A), qua continebantur etiam di; uid. § 64. Mox Ernestius *profecti* scribi uolt, quasi non æque bene ipsa societas ab hoc initio proficisci et serpere dicatur; in *persequimur* (uidendo et explicando) se Cato conprehendit, quom in *arbitrantur* scholam significasset; uid. ad 18. Dau. ex El. 2 (?) *persecuntur* (E§ *persequitur*). Tum Lbinus *e figura;* uid. ad II, 90. *Congruere possint* (ut EP) Gruterus casu, ut uidetur.

uis naturæ perspici potest) Sic etiam Spir., El. (uter?), ego Crat. Ante Gzium erat *inspici;* E§ *respici.* Uerba hæc in memoriam reuocant Ciceronis locum in Tuscul. III, 3, ubi optumi codices habent: *ut nobis optume naturam inuidisse uideantur, qui ni-*

laborem quom cernimus, naturae ipsius uocem uidemur audire. Quare *ut* perspicuum st, natura nos a dolore abhorrere, sic adparet, a natura ipsa, ut eos, quos genuerimus, amemus, inpelli. 63. Ex hoc nascitur etiam, ut communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum uideri. Ut enim in membris alia sunt tamquam sibi nata, ut oculi, ut aures, ali-

uidemur audire) *uidemur* P *uidemus* L *audimus* MR Quare ut) om. *ut* omnes, *quasi* C inpelli) transp. inter *ipsa* et *ut* C 63. etiam, ut) *ut etiam* LPMCR hominum) om. L sunt) *sint* E ut aures) *aut aur.* M

hil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præstantius honoribus, inperiis, populari gloria iudicauerunt. Et adest, qui nos doceat, quid sit *optume alicui naturam inuidere*, Klotzius; ceteri interpolatos codices secuntur. Omnes autem putant Ciceronem ex superioribus concludere, corrumpi nos ab iis, qui honores, inperia, popularem gloriam laudent. Itaque sic ratiocinantem inducunt: Inde a pueris parentes nos, magistri, poëtæ, populus deprauant et a natura auertunt, ita ut illi uideantur nos corrumpere, qui &c.! Cicero, indicata opinionum et errorum origine, dicit, ad quam prauitatem iudicandi sensim deducamur: *a naturaque desciscimus, ut nobis optume naturæ uim uidisse uideantur, qui* &c. Eo peruenimus, ut hi nobis recte iudicasse uideantur et, quid natura uelit, intellexisse. (*Naturarum* pro *natura uim* Erl. § 42).

Quare ut perspicuum st) Particulam *ut* aut Marsus (si recte Hertelius tacet) aut Man. primus addidit. Abest a codd. omnibus (Pall., EU$\xi\chi$) et edd. antiquioribus.

63. *nascitur etiam, ut*) Sic Gzius etiam e Spir. Antea nihil positum st, quod ex hoc fonte nascatur, sed tantum fons ipse demonstratus (a natura nos inpelli, ut liberos amemus). Et tamen dicit *nascitur etiam*, ut hæc particula omnino adiunctionem quandam ad id, quod ante dictum sit, significet (ut quom dicimus: *ex quo fit etiam, ut*); cfr. 24. Uideo enim homines acutos nimis hæc seuere exigere, qui scribi uolunt: *nascitur, etiam ut* contra naturalem sermonis cursum. Concursus adiectiuorum *communis* et *naturalis* nihil habet offensionis, quom non eodem ordine et dignitate sint: *Est communis hominum inter homines commendatio, a natura profecta* (non: *et a natura pr.*).

aliqua etiam ceterorum membrorum usum adiuuant) Recte, opinor, Marsus, Man., Lbinus scripserunt: *alia etiam.* In uera et

qua etiam ceterorum membrorum usum adiuuant, ut crura, ut manus, sic inmanes quaedam bestiae sibi solum natae sunt, at illa, quae in concha patula pinna dicitur, isque, qui enat e concha, qui, quod eam custo-

ut crura, ut manus) om. E que in) *quem* E pinna) *pina* codd. qui quod) *quique* MR *quidem quod* L *quod* C custodit) *custodiat* C

aperta partitione nec Cicero nec alius quisquam *aliquis* — *alius* dixit, multo minus *alius* (in quo iam notatur partitio et alterum membrum præcipitur expectatione) — *aliquis*. In Tusc. IV, 60 perspicuum erit inspicienti, non distribui genus in suas partis, sed exemplum unum e multis poni (*Putat aliquis, esse uoluptatem bonum*), deinde aliud adiungi; et poterant multo plura. De Offic. I, 112 quidquid est codicum non solum bonorum, sed satis bonorum, ac fere omnes retinent *alius debeat;* Gzius Beiero persuasit, ut ex duobus Gzi codicibus, quibus adcedit Orellianorum pessumus, ederet *aliquis*, cuius mendi originem Orellius indicauit. In Acad. denique II, 30, ubi editur: *alia uisa sic adripit, ut iis statim utatur, aliqua recondit, e quibus memoria oritur*, codices habent *aliqua sic recondit*, e quo uerissume P. Faber ecfecit: *alia quasi recondit;* Gzius *aliquis* pro *alius quis* poni docet, in obseruatiuncula trita et inani se iactans. Nam ex quo animaduersum st, interdum *aliquis* generaliter sic superiori alicui subici, ut ex orationis cohærentia facile intellegeretur, illud ipsum superius excludi, multi ipsam uim uocis *alius* in *aliquis* inesse putarunt, eaque sententia et interpretationes non ferendas et defensiones mendorum unius alteriusue codicis genuit. Mox de *solum* (*sibi solum nata*) uid. ad II, 44.

quæ in concha patula pinna dicitur) Hunc societatem, quam pinna et pinnoteres (squillæ genus est) inire putabantur, non tam, ut hic dicitur, ad canendum quam ad prædam captandam (de N. D. II, 123, Plin. H. N. IX, 66), multi commemorauerunt, quom sollertiam naturæ in rebus fingendis laudarent, quos Dauisius enumerat ad II N. D. c. 48, et hic addit Plutarchum de sollert. animalium c. 30 p. 980. In scholas exemplum induxerat Chrysippus (cfr. § 18), cuius uerba ex opere περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς seruauit Athenæus III p. 89 D. Rem non ita se habere, et squillam illam errabundam in pinnæ barbam incidere et ea inplicari, historiæ naturalis periti nunc docent. In Gzi etiam codicibus omnibus scriptum erat *pina* et *pinoteres* (*pinotheres*), ut editur de N. D. In Græcorum scriptorum editionibus fere scribitur πίννη. Oratio breuitatem aliquam habet, conflata nominis nota-

dit, pinnoteres uocatur, in eandemque quum se recepit, includitur, ut uideatur monuisse, ut caueret, itemque formicae, apes, ciconiae, aliorum etiam caussa quaedam faciunt. Multo magis haec coniunctio st hominis. Itaque natura sumus apti ad coetus, concilia, ciuitates. 64. Mundum autem censent regi numine deorum, eumque esse quasi communem urbem et ciuitatem hominum et deorum, et unumquemque nostrum eius mundi esse par-

uocatur) om. L eandemque) *eamque* LMPCROr. recepit) *recipit* ELPMR magis) om. E coetus) *caetum* L ciuitates. Mundum) *mundum ciuitates* C 64. quasi) om. L et) *etiam* C (ter)

tione et habitationis significatione, eadem sententia ac si dicas: *quæ in concha patula habitat et pinna dicitur; in concha* autem e contrario respondet ei, quod sequitur: *e concha.* Mox *custodiat* ex edit. pr. (et Uen. 1480) Man. et deinceps, excepto Dauisio, ceteri ante Gzium, qui *custodit* ex omnibus suis restituit. Oxx. id ex uno E adnotant.

in eandemque quom se recepit, includitur) *in eandemque* (concham, e qua enauit) etiam Spirensis; illa uerba: *qui, quod — uocatur* interposita sunt nominis declarandi caussa, in quibus *eam* ad pinnam refertur. Tum in cod. archetypo fuit *recipit* (ut erat in plerisque Pall., Oxx., Gzi omnibus) et restitutum st a Grutero, Dauisio, aliis. Tum demum pinnoteres includitur, postquam se recepit, non dum se recipit, estque legituma hæc perfecti particulæ *quom* subiecti cum præsenti coniunctio; uid. ad V, 42. Scriba una littera mutata hoc adcommodauit ad *includitur.* Paullo post tam abruptus et a Ciceronis more alienus transitus orationis est, ut pæne suspicer excidisse *que* (*Multoque magis*).

64. *Mundum — regi numine deorum*) Qui locus de prouidentia (*προνοίᾳ*) copiose explicatur II N. D. inde a § 75; quomodo autem subtilius tractatus fuerit et cum reliqua summa disciplina consociatus, hic non quæritur. Quod autem additur de communi deorum et hominum ciuitate (cfr. Legg. I, 53, N. D. II, 154), de eo testimonia aliquot etiam Græcorum conlegit Lipsius Physiolog. Stoic. II, 7 et est res nota. Mox *consequitur* habet ed. a. 1480 et quædam aliæ, postrema Lbini. *Consequi* Pal. 1, 4, 5, Oxx., Gzi omnes, excepto Gud. 2. Tum *hominum* pro *omnium* Oxx. Eξχ, Bas., Gud. 1; correctum st in ed. Crat. *Est uituperandus* etiam Spir., *is sit* (pro *sit is*) non notatur.

tem, ex quo illud natura consequi, ut communem utilitatem nostrae anteponamus. Ut enim leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt, sic uir bonus et sapiens et legibus parens et ciuilis offici non ignarus utilitati omnium plus quam unius alicuius aut suae consulit. Nec magis est uituperandus proditor patriae quam communis utilitatis aut salutis desertor propter suam utilitatem aut salutem. Ex quo fit, ut laudandus is sit, qui mortem oppetat pro re publica, quod deceat, cariorem nobis esse patriam quam nosmet ipsos. Quoniamque illa uox inhumana et scelerata dicitur eorum, qui negant se recusare, quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur (quod uolgari quodam uersu Graeco pronuntiari solet), certe uerum st, etiam iis, qui aliquando futuri sint, esse propter ipsos consu-

consequi) *consequitur* C ignarus) *ignorans* C omnium) *hominum* LMCR est uituperandus) *uit. est* LMPCROr. is sit) *sit is* LPMCROr. oppetat) *opp.* CR deceat) *doceat* LPM *docet* R nobis esse patr.) *e. patr. nob.* LMPCROr. terrarum) *terret* E

quod deceat) Hoc ex ed. pr. restituit Ernestius; Gzius a Bas. et Gud. 2 firmari dicit; debuit sine dubio Erl. et Spir. nominare. *Doceat* ceteræ edd. uott. (nisi quod de Marso tacetur); Man. et Lbinus: *qui doceat*. (Sibi, non continuo etiam ceteris, patriam cariorem esse, talis uir declarat, non docet.) *Nobis esse patriam* iam ed. Crat. et Man., nescio unde; confirmat Erl. In altero ordine praue insignitur *nobis*.

illa uox — eorum, qui) Quom ita posuisset *illa*, quasi relatiuom pronomen huic demonstratiuo adiuncturus, addidit *eorum* et hoc definiuit relatiui adiectione, quia ad hanc hominum significationem facilius adcommodari poterant, quæ subicienda erant (*se recusare — ipsis mortuis*). Ita abundat *illa*, nisi quod notam uocem demonstrat. Eiusdemmodi exempla posui in epist. crit. ad Orell. p. 79 (ex hoc opere IV, 36, de Off. I, 119, Uerr. V, 156, Quinctil. XII, 8, 4, Senec. de Const. Sap. 9, 4). *Omnium* post *terrarum* excidit in Bas., Gud. 1, ed. Marsi. Uersiculum Græcum (*ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί*) nobilitauit Tiberi usus et Neronis mutatio (uid. Dio Cass. 58 c. 23, Suet. Ner. 38). Alterum addit Stobæus Ecl. Eth. p. 253 Heer. *Οὐθὲν μέλει μοι, τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.*

lendum. XX, 65. Ex hac amicorum adfectione testamenta commendationesque morientium natae sunt. Quodque nemo in summa solitudine uitam agere uelit, ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia, facile intellegitur, nos ad coniunctionem congregationemque hominum et ad naturalem communitatem esse natos. Inpellimur autem natura, ut prodesse uelimus quam plurumis,

65. summa) om. C congregationemque) *et congregationem* R hominum) *omnium* C communitatem) *communicationem* C

Cap. XX, 65. *Ex hac animorum adfectione*) Capitis noui initium incommodo loco factum st. Stobæus illo, quem ad 62 citaui, loco p. 250, postquam de liberorum caritate dixit: ἀπὸ ταύτης γοῦν τῆς φιλοστοργίας καὶ διαθήκας τελευτᾶν μέλλοντας διατίθεσθαι καὶ τῶν ἔτι κυοφορουμένων φροντίζειν, ἐπιτρόπους ἀπολιπόντας καὶ κηδεμόνας καὶ τοῖς φιλτάτοις παρατιθεμένους καὶ παρακαλοῦντας ἐπικουρεῖν αὐτοῖς.

Quodque nemo — uelit) Hoc si recte scribitur, coniunctiuos modus uerbi condicionalem habet significationem obscuriorem, a particula *quod* separatam, huiusmodi: etiamsi infinita alicui detur uoluptatis abundantia, nemo tamen uelit &c. Nam quod Gzius conparat id, quod proxume præcessit: *quod deceat*, ibi coniunctiuos eodem modo positus est, quo § 59: *quoniam — diligant* (cfr. V, 37, de Fat. 41); neque enim hæ sententiæ per se ponuntur, sed, posito iam ante *intellegitur* aut *fit*, *ut* &c., sic asciscuntur, ut quasi partes fiant totius illius, quod intellegi fierive dicatur. Hic res nota et concessa initio ponitur, et ex ea conclusio oritur, quemadmodum proxume (64): *quoniamque — ducitur*, *certe uerum st* &c. Sed minume inprobabilis Bremi suspicio st, Ciceronem scripsisse: *Quomque — uelit.* Restituendum st *quom* pro *quod* III N. D. 84, ubi nunc editur: *in quibus quod more ueteris Græciæ inscriptum esset BONORUM DEORUM, uti se eorum bonitate uelle dicebat.* Occasio dicti significatur, non pars est hæc dicti. Mox *summa*, quod exciderat in ed. pr. (et a. 1480), omittebatur apud Man. et ceteros deinceps, donec Dau. restituit ex tribus Parr., El., C. C. C., Mead. (quinque Gzi; Oxx. tantum ξ appellant). In Spir. et Erl. Gzius ait esse *neo cum inf. quidem*, in Gud. utroque omitti *quidem*. Deinde quod ad *naturalem communitatem nati* dicimur, tautologiam habet, quam in his libris, ut alia multa, ferre debemus; Dau. *ciuilem communitatem* substituebat habuitque imitatores.

in primisque docendo rationibusque prudentiae tradendis. 66. Itaque non facile st inuenire, qui, quod sciat ipse, non tradat alteri; ita non solum ad discendum propensi sumus, uerum etiam ad docendum. Atque ut tauris natura datum st, ut pro uitulis contra leones summa ui inpetuque contendant, sic ii, qui ualent opibus atque id facere possunt, ut de Hercule et de Libero accepimus, ad seruandum genus hominum natura incitantur. Atque etiam Iouem quom Optumum et Maxumum dicimus, quomque eundem Salutarem, Hospitalem, Statorem, hoc intellegi uolumus, salutem hominum in eius esse tutela. Minume autem conuenit, quom ipsi inter nos uiles neglectique simus, postulare, ut dis inmortalibus cari simus et ab iis diligamur. Quemadmodum igitur membris utimur prius, quam didicimus, cuius ea utilitatis caussa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communitatem

tradendis) *tradendo* P 66. non fac.) *ut fac.* R non tradat) *tradat* R Atque) om. E datum — contra) om. L et de) *et* C dicimus) om. P in eius) *non eius* L uiles) *ciuiles* E *abiecti* ceteri, Or. neglectique) *neglecti* E simus) *sumus* LR ut) om. L simus) *sumus* L quam) om. E utilitatis caussa) *tam utilitatis* E

66. *quod sciat ipse, non tradat alteri*) Gzius narrat, in Erl. et Spir. esse: *quod sciat, non tradat ipse alteri.* Non credo; et aperte contraria sunt *ipsum scire* et *alteri tradere.* Paullo post *et Libero* etiam Eξ, Bas., *atque Libero* Gud. uterque. *Salutarem* Iouem *Σωτῆρα* dicit, Græcum nomen reddens, *Hospitalem* *Ξένιον.*

uiles neglectique sumus) Pal. 1 *cules neglectique*, Spir. ut Erl., ex quo facile erat ueram scripturam elicere; neque *ciuiles* aut, si in hoc *uiles* significari conceditur, *uiles* quisquam pro *abiecti* substituturus erat; sed quom leuiter deprauatum esset *uiles*, suppositum st participium, ut simile esset alteri. *Abiectus* est, qui animum despondit, cui deest libera et generosa uis; qui neglegitur, ut cura nulla eius agatur, quod contrarium st beneuolo studio et amori, is *uilis* est ei, a quo neglegitur, non abiectus. Uera scriptura, nescio unde seruata, in Pal. 3 et ed. Marsi cum interpolata coaluit: *uiles abiecti neglectique.* Paullo post Gzius in Erl. et Spir. ait esse: *cuius ea caussa utilitatis*, in Gud. 2: *cuius caussa ea utilitatis*,

coniuncti et consociati sumus. Quod ni ita se haberet, nec iustitiae ullus esset nec bonitati locus. 67. Et quo modo hominum inter homines iuris esse uincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. Praeclare enim Chrysippus, cetera nata esse hominum caussa et deorum, eos autem communitatis et societatis suae, ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine iniuria. Quoniamque ea natura esset hominis, ut ei cum genere

consociati) *sociati* L ni) *nisi* R bonitati) *humanitati* C 67. quo modo) *quoniam modo* E *quod* PMR *quo* C esse) om. L esse uincula — nihil iuris) om. PMR esse) *esset* PMCR cetera nata) *cet. natura* P *extera natura* L homines) om. C ut ei) *ut et* EP *ut* LMCR

67. *Et quomodo*) Non tam pergit Cato, quam cursum et progressum inhibet, ne bestias etiam societas illa iuris conprehendere uideatur. Itaque scribendum uidetur: *Sed* (*set*) *quomodo*; et præcedit *s*. Diogenes Laërt. VII, 129: *ἔτι ἀρέσκει αὐτοῖς* (*τοῖς Στωϊκοῖς*) *μηδὲν εἶναι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα διὰ τὴν ἀνομοιότητα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ δικαιοσύνης καὶ Ποσειδώνιος ἐν πρώτῳ περὶ καθήκοντος.*

Præclare enim Chrysippus &c.) N. D. II, 154: *Ipse mundus deorum hominumque caussa factus est, quæque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inuenta sunt.* Ex Seneca et Lactantio quædam Lipsius Phys. Stoic. II, 8. *Et deorum* omittebatur in uno cod. Parisiensi Danisi, qui probabat, quia, quæ secuntur, ad solos homines pertinent (itaque etiam Lbino in mentem uenerat pro *eos autem* legere *homines autem*); sed Cicero ipsum dogma plene ponit; deinde deuertit ad hominum communitatem, quæ hic agitur.

Quoniamque ea natura esset hominis, ut ei) Codd. meliores (Pal. 1, 4, Spir., etiam Gud. 1, Bas.) *ut et*, e quo recte Lbinus pronomen necessarium restituit; deteriores codices corruptam uocem emittunt (EUξχ, Gud. 2). Supra Cicero præsenti tempore usus est (*possint*), hic sic loquitur (*esset, intercederet* &c), quasi ante præterito tempore uerbum primariæ sententiæ extulerit (*Chrysippus dixit*), in quam inconstantiam sæpissume incidit aut in illo uerbo, quod proxume primario subicitur, aut in orationis progressu, quem philosophorum ueterum decreta reddit, nec solum ubi ea ad unum aliquem auctorem refert, sed etiam ubi communiter de scholis loquitur; ne in iis quidem locis eam semper uitat, ubi ipse superiorum sententiam initio prorsus suam facit et e sua persona

humano quasi ciuile ius intercederet, qui id conseruaret, eum iustum, qui migraret, iniustum fore. Sed quemadmodum, theatrum ut commune sit, recte tamen dici potest, eius esse eum locum, quem quisque occuparit, sic in urbe mundoue communi non aduersatur ius, quo minus suum quicque cuiusque sit. 68. Quom autem ad tuendos conseruandosque homines hominem natum esse uideamus, consentaneum st huic naturae, ut sapiens uelit gerere et administrare rem publicam atque, ut e natura

ius) *ius ei* L ut) *cum* PMCR *cum omne* L quicque) *quodque* ELOr.

profert (ut in Cat. 78); interdum durissume in uno et altero orationis membro præterito tempore utitur, deinde ad præsens redit (e quo genere st illud, quod a Klotzio et me in Læl. 46 restitutum st, sed a Klotzio non recte intellectum, *haberet*). Totum genus, quod alii sparsim adtigerant, conprehendit et exemplis scite declarauit Dietrichius in Quæstionibus gramm. et crit. de locis aliquot Cic. Lips. 1835. In hoc opere eiusmodi loci leguntur II, 21 (ubi tantum interrogatur de sententia Epicuri) et 84, III, 71, IV, 14 et 20 et 56 et 59. Pro *migraret* (quod cod. Mor. firmabat) Pal. 1 et mgo Crat. *negaret*.

ut commune sit) Sic etiam Spir., nec hoc *ut* in concedendo a librario ortum esse potest. Restituit Gzius; superiores *quom*.

eius esse eum locum, quem quisque occuparit) Insolenter Cicero propter rhetoricam formam orationis, quia contraria sunt *commune sit* et *eius esse*, hoc *eius* sic posuit, ut referretur ad *quisque*, quod in relatiua sententia sequeretur (*quem quisque occuparit locum, eum eius esse*); simile st, sed tamen aliquantum remotum, quom demonstratiuæ sententiæ uerbum, cuius subiectum e *quisque* sumitur, ante relatiuam sententiam ponitur, ut IV Tusc. 7: *sed defendat, quod quisque sentit,* quocum Wopkensius conparat I, 7: *ponere iubebam, de quo quis audire uellet.*

suum quicque cuiusque sit) id est, *singulæ res sint suæ cuiusque*. Adparet, *quicque* substantiuom esse. Praue itaque Gzius ex Erl. et Spir. *quodque*; (et interpretatur *quodcunque!*) uid. ad I, 18.

68. *ut sapiens uelit gerere rem publicam* &c.) Diog. Laërt. VII, 121: *πολιτεύσεσθαί φασι τὸν σοφόν, ἂν μή τι κωλύῃ, ὥς φησι Χρύσιππος ἐν πρώτῳ περὶ βίων· καὶ γὰρ κακίαν ἐφέξειν καὶ ἐπ' ἀρετὴν παρορμήσειν· καὶ γαμήσειν, ὥς ὁ Ζήνων φησὶν ἐν πολιτείᾳ, καὶ παιδοποιήσεσθαι.* De rei publicæ administratione cfr. Stob. Ecl. Eth.

uiuat, uxorem adiungere et uelle ex ea liberos. Ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur. Cynicorum autem rationem atque uitam alii cadere

68. et uelle) *uelleque* R liberos) add. *procreare* MCR quidem) *quam* E Cynicorum) *Cunctorum* E rationem atque uitam) *uit. a. rat.* E cadere) *eadem* E

p. 184 Heer. Senec. de tranqu. an. I, 6: *Placet uiam* (editur *uim*) *præceptorum sequi et in mediam ire rem p.* et paullo post: *Promptus compositusque* (sic e cod. Colon. scribendum st) *sequor Zenonem, Cleanthem, Chrysippum, quorum tamen nemo ad remp. adcessit, nemo non misit.*

et uelle ex ea liberos) id est, cupere liberos habere et, quæ ad id pertineant, facere; honeste elocutus est, quod alibi dicitur *liberos quærere*, παιδοποιεῖσθαι. Terentius Hec. IV, 4, 33: *si ex me illa liberos uellet sibi.* (*Uelle sibi aliquid* dixit Cicero II R. P. 48.) Sic autem, ut nunc editur, scriptum st in Pal. 1 et 4 (Par. 1 Dauisi noster est P), Gzi, excepto Gud. 2, omnibus, editum a Grutero, Dau., Gzio. Breuitatem, quæ st in uerbo *uelle*, explent ceteri codices (Grut., Dau., Oxx.), addito *procreare*. Editores quom offenderentur hac coniunctione *uelit* — *uelle*, alii, ut Manutius, *uelle* tolli iusserunt, retento *procreare*, alii, hoc eiecto, pro *uelle* scribi aut *quærere* (Dau.) aut *tollere* (Gzius). Mihi Cicero quom *uelle* singulari significatione poneret, oblitus uidetur hos infinitiuos pendere a *uelit*, quod iam paullo remotius est. Nec in hanc neglegentiam incidere non potuit, qui illud scripsit II, 33: *ferarum natura — natura sua*, aut I Off. 8: *sic definiunt, ut — definiant* (quod Gzius "Græca structura" dictum uolt; qua, non dicit augator). Illo, quod in Ouid. Heroid. XXI, 58 legitur: *precor, — perdere uelle uelis,* non utor.

Ne amores quidem sanctos &c.) Diog. VII, 129: καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, ὥς φησι Ζήνων ἐν τῇ Πολιτείᾳ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ βίων καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ ἠθικῇ, εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον, καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. Cfr. Stob. Ecl. Eth. p. 118 et p. 238, Tusc. IV, 70 sqq. et ibi Dauisius. Ab Academicis hoc ad Stoicos translatum erat (N. D. I, 79 &c.).

Cynicorum autem rationem) Κυνιεῖν τε τὸν σοφόν (φασι)· εἶναι γὰρ τὸν κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ ἠθικῇ. Condicio additur apud Stobæum Ecl. Eth. p. 238: Κυνιεῖν τε τὸν σοφὸν λέγουσιν, ἴσον τῷ ἐπιμένειν τῷ κυνισμῷ (scr. ὅσον τῷ

in sapientem dicunt, si quis eiusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit, alii nullo modo.

XXI, 69. Ut uero conseruetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas, et emolumenta et

forte casus) *c. f.* E   69. uero) *ergo* C

ἐπιμένειν, hactenus, ut maneat in cynica ratione, si antea in ea fuerit), *οὐ μὴν σοφὸν ὄντα ἐνάρξασθαι* (*ἂν ἄρξασθαι*) *τοῦ κυνισμοῦ*.

Cap. XXI, 69. *et emolumenta et detrimenta* &c.) Hunc totum locum non solum editores omnes, excepto Morelio, ita tacite prætermittunt, ut nihil omnino eos habuisse adpareat, quod de hac communitate dicerent, nec quæ esset, suspicari ausos esse, sed ne ii quidem, qui ueterem philosophiam enarrarunt, hoc dogma ulla ex parte adtigerunt. *Ὠφελήματα*, id est, *κατ᾽ ἀρετὴν κινήσεις*, erant honestæ actiones, *βλάμματα* inhonestæ, quatenus effectus spectatur, uid. ad § 33 et de *τῷ βλάμματι* Plut. de Stoic. repugn. c. 16 p. 1041 D. Atque primum eæ prosunt ipsi ei, qui recte agit; nam utitur uirtute eamque tenet agendo, in qua summum bonum st; deinde autem, quia pars est homo mundi et societatis humanæ, interest eius, omnia ab omnibus recte et e uirtute fieri; ita, quidquid quisquam usquam recte fecit, id illum suæ bonitatis fructum ad omnis bonos propagat, prodestque mihi, si bonus sum, quod bonus aliquis longissume a me remotus recte fecit. Hoc apertissume dicit Plutarchus, ipsum decretum ridens, adu. Stoic. c. 22 p. 1068 F, quo loco Morelius usus est: *Ἂν εἷς σοφὸς ὁπηδήποτε προτείνῃ τὸν δάκτυλον φρονίμως, οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην σοφοὶ πάντες ὠφελοῦνται*, et paullo post *τὴν θαυμαστὴν* commemorat *ὠφέλειαν*, *ἣν οἱ σοφοὶ κινουμένων κατ᾽ ἀρετὴν ἀλλήλων ὠφελοῦνται, κἂν μὴ συνῶσι μηδὲ γινώσκοντες τυγχάνωσι*. Idem significat c. 33 p. 1076 A, ubi dicit, Stoicorum ratione *ἀρετῇ τε οὐχ ὑπερέχειν τὸν Δία τοῦ Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπ᾽ ἀλλήλων τὸν Δία καὶ τὸν Δίωνα, σοφοὺς ὄντας, ὅταν ἕτερος θατέρου τυγχάνῃ κινουμένου· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ καὶ παρὰ θεῶν ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑπάρχει καὶ θεοῖς παρ᾽ ἀνθρώπων, σοφῶν γενομένων, ἄλλο δὲ οὔ*. Paria autem esse *ὠφελήματα*, sequitur necessario, quoniam recte facta (*τὰ κατορθώματα*), quæ illa ipsa sunt, paria esse uidimus. Quæ sit in hoc decreto fallacia, manifestum st; nam quom mihi mea uirtus prosit, quod eius particeps summum bonum teneo, ceteri, qui recte agunt, meam uirtutis et boni possessionem non adiuuant, nec illo modo prosunt, quamquam id faciunt, quod fieri cupere debeo. Deinde (ut rem ab omnibus relictam persequar plenius) adparet, proprie Stoico-

detrimenta (quae ὠφελήματα et βλάμματα appellant)

rum ratione neminem uni singulatim prodesse nisi sibi, ceteris autem communiter, nec alii magis, alii minus. Et tamen non raro Stoici consuetudinem uerborum et communis notiones sequentes sic locuntur, tamquam unus alteri actione aliqua eius caussa suscepta seorsum prosit, uelut quom disputant, qui alteri noceat, sibi nocere (Stob. Ecl. Eth. p. 184, 188, 204, Plut. adu. Stoic. c. 16 p. 1041 C). Sed quamquam non solum sapientes, sed omnes continentur illa mundi societate, tamen, quoniam Stoici ex omni parte sapientem ab insipiente separare student et τῆς ὠφελείας notionem cum uirtute coniungunt, negant ex aliorum recte factis ullum emolumentum ad insipientem et malum peruenire, quem numquam omnino ὠφελεῖσθαι docent (μηδένα δὲ φαῦλον μήτε ὠφελεῖσθαι μήτε ὠφελεῖν, Stob. p. 188). Contra inter malos eandem male factorum societatem esse statuebant, nec sapienti sua uirtute semper beato quicquam ea obesse. Admiscebant enim summæ illi et primæ rationi alia tantum ad speciem cum illa connexa, quom populariter disserebant, omnis sapientis bene sibi uelle, malos inter se dissidere et odio inflammatos esse (τοὺς δὲ φαύλους διαφερνοῦντας πρὸς ἀλλήλους, ἐχθροὺς εἶναι καὶ κακοποιητικοὺς ἀλλήλων καὶ πολεμίους, Stob. p. 184). Si seuerius declamatorias has sententias exegissent, facile uidissent, hinc illud tantum effici, ut mali sibi singuli singulis et proxumis (et quidni etiam sapienti?) multa externa et corporis incommoda inferrent, non illam communitatem oriri. Atque ex hac sententia de sapientium et bonorum uirorum concordia et beneuolentia, qua fit, ut inter se semper bene cupiant, numquam inuideant, oritur etiam nimis aperta fallacia uel lusu illud decretum, commune esse τὰ εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα, id est, prosperos et aduersos euentus, qui ad præposita et reiecta pertineant, ut, quod alteri bene aut secus euenerit, id alter suum quoque aut commodum aut incommodum putet; nam εὔχρηστα erant τὰ προηγμένα, δύσχρηστα τὰ ἀποπροηγμένα (Plutarch. adu. Stoic. c. 20 p. 1068 A). Quoniam autem commoda et incommoda non ita, ut emolumenta et detrimenta, inter sapientis et insipientis diuisa et quasi dirempta erant, sed et sapienti incommoda accidere et insipienti commoda poterant, quærendum uidetur fuisse, seorsumne sapientibus et insipientibus hæc communia essent, an omnibus. Uerum Stoici partim splendidas has sententias non tam minute et subtiliter ad rerum et uitæ ueritatem accommodare conati esse uidentur, partim in commendanda grauiter mutua hominum caritate nonnihil obliti esse discriminis illius in-

in sapientem dicunt, si quis eiusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit, alii nullo modo.

XXI, 69. Ut uero conseruetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas, et emolumenta et

forte casus) *c. f.* E 69. uero) *ergo* C

ἐπιμένειν, hactenus, ut maneat in cynica ratione, si antea in ea fuerit), *οὐ μὴν σοφὸν ὄντα ἐνάρξασθαι (ἂν ἄρξασθαι) τοῦ κυνισμοῦ.*

Cap. XXI, 69. *et emolumenta et detrimenta &c.*) Hunc totum locum non solum editores omnes, excepto Morelio, ita tacite prætermittunt, ut nihil omnino eos habuisse adpareat, quod de hac communitate dicerent, nec quæ esset, suspicari ausos esse, sed ne ii quidem, qui ueterem philosophiam enarrarunt, hoc dogma ulla ex parte adtigerunt. *Ὠφελήματα*, id est, *κατ' ἀρετὴν κινήσεις*, erant honestæ actiones, *βλάμματα* inhonestæ, quatenus ecfectus spectatur, uid. ad § 33 et de *τῷ βλάμματι* Plut. de Stoic. repugn. c. 16 p. 1041 D. Atque primum eæ prosunt ipsi ei, qui recte agit; nam utitur uirtute eamque tenet agendo, in qua summum bonum st; deinde autem, quia pars est homo mundi et societatis humanæ, interest eius, omnia ab omnibus recte et e uirtute fieri; ita, quidquid quisquam usquam recte fecit, id illum suæ bonitatis fructum ad omnis bonos propagat, prodestque mihi, si bonus sum, quod bonus aliquis longissume a me remotus recte fecit. Hoc apertissume dicit Plutarchus, ipsum decretum ridens, adu. Stoic. c. 22 p. 1068 F, quo loco Morelius usus est: *Ἂν εἷς σοφὸς ὁπηδήποτε προτείνῃ τὸν δάκτυλον φρονίμως, οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην σοφοὶ πάντες ὠφελοῦνται*, et paullo post *τὴν θαυμαστὴν* conmemorat *ὠφέλειαν. ἣν οἱ σοφοὶ κινουμένων κατ' ἀρετὴν ἀλλήλων ὠφελοῦνται, κἂν μὴ συνῶσι μηδὲ γινώσκοντες τυγχάνωσι.* Idem significat c. 33 p. 1076 A, ubi dicit, Stoicorum ratione *ἀρετῇ τε οὐχ ὑπερέχειν τὸν Δία τοῦ Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπ' ἀλλήλων τὸν Δία καὶ τὸν Δίωνα, σοφοὺς ὄντας, ὅταν ἕτερος θατέρου τυγχάνῃ κινουμένου· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ καὶ παρὰ θεῶν ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑπάρχει καὶ θεοῖς παρ' ἀνθρώπων, σοφῶν γενομένων, ἄλλο δὲ οὔ.* Paria autem esse *ὠφελήματα*, sequitur necessario, quoniam recte facta (*τὰ κατορθώματα*), quæ illa ipsa sunt, paria esse uidimus. Quæ sit in hoc decreto fallacia, manifestum st; nam quom mihi mea uirtus prosit, quod eius particeps summum bonum teneo, ceteri, qui recte agunt, meam uirtutis et boni possessionem non adiuuant, nec illo modo prosunt, quamquam id faciunt, quod fieri cupere debeo. Deinde (ut rem ab omnibus relictam persequar plenius) adparet, proprie Stoico-

nia. **70.** Amicitiam autem adhibendam esse censent, quia sit ex eo genere, quae prosunt. Quamquam autem in

70. adhibendam esse) *e. adh.* R

et *κατορθώματος* discrimen, itemque *βλάμματος* et *ἁμαρτήματος*, tenue sane. Adparet, necessario, ut hæc cautio adiungeretur, repetenda illa fuisse: *Sed emolumenta — dicuntur* (id est: sed quamquam — dicuntur, recte facta tamen &c.), quæ Dauisius deleta uolebat. Sed et Dauisius et recentiores, uno Bremio excepto, sic hæc pessumdant interpungendo: — *dicimus. Ea possunt paria non esse; sed emolumenta* &c. Illa uerba; *ea — paria non esse* proxume cum antecedentibus cohærent respondentque e contrario his: *quæ sint paria necesse st.* Ostenditur, in commodis et incommodis non eandem esse necessitatem. Unum restat; nam quoniam sequitur *recte facta et peccata*, uidetur præcedere debere *emolumenta et detrimenta;* id senserat Lbinus in prima editione; postea alio aberrauit. Hic tamen facilius multo quam supra § 11 in diiunctione (*aut in bonis aut in malis*) priore loco tantum præcipua notio poni potuit, altero etiam contraria adici.

70. *Amicitiam adhibendam esse censent* &c.) Diog. Laërt. VII, 124: *δι' αὐτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται καὶ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν.* Distinctius Stobæus Ecl. Eth. p. 186 sq. exponit, a Stoicis amicitiam prodesse putari non propter mutuas utilitates, quod nullum ex hominibus duobus diiunctis in ipsis bonum effici possit (*διὰ τὸ μηδὲν ἐκ διεστηκότων ἀγαθὸν εἶναι κατ' αὐτούς*), sed partim propterea, quod ab amicis amore conprehendamur (*φιλίαν — κατάσχεσιν οὖσαν φιλικὴν πρὸς τῶν πέλας*, non, ut editur, *κατὰ σχέσιν*), et tum in externis bonis esse, partim propter eum amorem, quo nos ipsi amicos conplectamur, et tum in animi bonis numerari.

ex eo genere, quæ prosunt) Naturali quadam orationis libertate primum demonstratiuom sic substantiuo additur, ut eidem relatiuom adiectum iri uideatur, deinde, quom occurrat, id ad sententiam minus rectum fore (neque enim genus prodest, sed eius generis res), relatiuom ad singula refertur, quæ substantiuo conprehenduntur, quasi dictum sit *ex eorum genere* (ut Lbinus scribi uolebat, nec tamen paucis uersibus ante: *in eorum genere, quæ*) aut *ex iis;* cfr. pro Font. § 2: *constat ex iis generibus hominum et ciuitatum, qui* &c. (rettulit ad *homines*, non ad *genera*) et II de lege agr. 87: *ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt;* ad Qu. Fr. I, 1 § 6. Nonnulli hos locos non satis distinxerant ab aliis, in quibus relatiuom cum substantiuo demonstratiui adiectione copulatum non est. In definiti generis signifi-

communia esse noluerunt, quorum altera prosunt, nocent altera. Neque solum ea communia, uerum etiam paria esse dixerunt. Incommoda autem et commoda (ita enim *εὐχρηστήματα* et *δυσχρηστήματα* appello,) communia esse noluerunt, paria noluerunt. Illa enim, quae prosunt aut quae nocent, aut bona sunt aut mala, quae sint paria necesse st; commoda autem et incommoda in eo genere sunt, quae praeposita et reiecta dicimus; ea possunt paria non esse. Sed emolumenta communia esse dicuntur, recte autem facta et peccata non habentur commu-

autem et) *autem* E *autem aut* C noluerunt) *nol.* E noluerunt) *esse nol.* E (om. *paria nol.* C) autem et) *autem* E *autem aut* C habentur communia) *habentur quia* E

ter sapientem, qui ullusne esset, dubitaretur, et insipientis. Non magni momenti ad summam disciplinam hæc fuisse, etiam inde facile aliquis sibi persuadeat, quod neque *εὐχρηστήματος* neque *δυσχρηστήματος* nomen quisquam præter Ciceronem, quod sciam, commemorauit. (Initio capitis *ut uero* adnotatur et in mgo Crat. et e cod. Mor., quod edebatur *ut ergo*.)

quorum altera — altera) Quom *emolumenta* et *detrimenta* dicere coactus esset inopia linguæ, in qua nulla essent substantiua, quæ a uerbis *prodesse* et *nocere* descenderent, ut *ὠφέλημα* et *βλάμμα* ἀπὸ τοῦ ὠφελεῖν καὶ τοῦ βλάπτειν, hæc addidit, ut propius ad Græcorum nominum uim adcederet.

Incommoda autem et commoda) Dauisius inuerti malebat: *commoda autem et incommoda* (et sic in Bas. esse Gzius ait; de "aliquot" codd. Orellius errat), nec suspicionem inprobo, non solum quod eo ordine Græca uerba ponuntur, et paullo ante *emolumenta et detrimenta*, non contra, sed quod cogitationi necessario prius occurrunt commoda, deinde ex his nascitur negatiua notio. Enim post *ita* excidit in ed. Man. et deinceps ceteris ante Dau. Paullo post *autem aut* ex ed. pr. propagatum st ad Man., Lbinum, Grat., Gzium; *et* Dau. ex El., Ball., Mead. (E§χ, Bas., Gud. utroque); Spir. ut Erl. Tum Pal. 1 *diximus*.

Sed emolumenta communia esse dicuntur, recte autem facta &c.) Cauetur, ne, quod de honestis inhonestisue actionibus statuitur, quatenus ecfectum habeant et qualitate sua agentem iuuent aut ei noceant, id etiam ad ipsam actionum susceptionem pertinere putetur, quod si indicatum fuerit, nulla sit cuiusquam propria actio, cuius in eum aut laus aut culpa cadat. Hoc est enim *ὠφελήματος*

nia. **70.** **Amicitiam autem adhibendam esse censent, quia sit ex eo genere, quae prosunt. Quamquam autem in**

70. adhibendam esse) *e. adh.* R

et *κατορθώματος* discrimen, itemque *βλάμματος* et *ἁμαρτήματος*, tenue sane. Adparet, necessario, ut hæc cautio adiungeretur, repetenda illa fuisse: *Sed emolumenta — dicuntur* (id est: sed quamquam — dicuntur, recte facta tamen &c.), quæ Dauisius deleta uolebat. Sed et Dauisius et recentiores, uno Bremio excepto, sic hæc pessumdant interpungendo: — *dicimus. Ea possunt paria non esse; sed emolumenta* &c. Illa uerba; *ea — paria non esse* proxume cum antecedentibus cohærent respondentque e contrariò his: *quæ sint paria necesse st.* Ostenditur, in commodis et incommodis non eandem esse necessitatem. Unum restat; nam quoniam sequitur *recte facta et peccata*, uidetur præcedere debere *emolumenta et detrimenta;* id senserat Lbinus in prima editione; postea alio aberrauit. Hic tamen facilius multo quam supra § 11 in diiunctione (*aut in bonis aut in malis*) priore loco tantum præcipua notio poni potuit, altero etiam contraria adici.

70. *Amicitiam adhibendam esse censent* &c.) Diog. Laërt. VII, 124: *δι' αὐτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται καὶ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν.* Distinctius Stobæus Ecl. Eth. p. 186 sq. exponit, a Stoicis amicitiam prodesse putari non propter mutuas utilitates, quod nullum ex hominibus duobus diiunctis in ipsis bonum ecfici possit (*διὰ τὸ μηδὲν ἐκ διεστηκότων ἀγαθὸν εἶναι κατ' αὐτούς*), sed partim propterea, quod ab amicis amore conprehendamur (*φιλίαν — κατάσχεσιν οὖσαν φιλικὴν πρὸς τῶν πέλας*, non, ut editur, *κατὰ σχέσιν*), et tum in externis bonis esse, partim propter eum amorem, quo nos ipsi amicos conplectamur, et tum in animi bonis numerari.

ex eo genere, quæ prosunt) Naturali quadam orationis libertate primum demonstratiuom sic substantiuo additur, ut eidem relatiuom adiectum iri uideatur, deinde, quom occurrat, id ad sententiam minus rectum fore (neque enim genus prodest, sed eius generis res), relatiuom ad singula refertur, quæ substantiuo conprehenduntur, quasi dictum sit *ex eorum genere* (ut Lbinus scribi uolebat, nec tamen paucis uersibus ante: *in eorum genere, quæ*) aut *ex iis;* cfr. pro Font. § 2: *constat ex iis generibus hominum et ciuitatum, qui* &c. (rettulit ad *homines*, non ad *genera*) et II de lege agr. 87: *ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt;* ad Qu. Fr. I, 1 § 6. Nonnulli hos locos non satis distinxerunt ab aliis, in quibus relatiuom cum substantiuo demonstratiui adiectione copulatum non est. In definiti generis signifi-

amicitia alii dicant aeque caram esse sapienti rationem amici ac suam, alii autem sibi cuique cariorem suam, tamen hi quoque poteriores fatentur, alienum esse a iustitia, ad quam nati esse uideamur, detrahere quid de aliquo, quod sibi adsumat. Minume uero probatur huic

hi quoque) *id qu.* C *in qu.* PM *unumquodque* R a iust.) *ab iust.* Or.

cratione Cicero indicatiuom modum (*prosunt*) retinuit in sententia orationi obliquae (*sit*) interposita.

Quamquam autem — dicant) Non dubito, quin Cicero, ubi sic simpliciter, nulla latente potentiali condicionaliue aut simili significatione, esse aliquid et tamen aliud aut simul esse aut non esse significat, numquam in recta oratione particulae *quamquam* in protasi coniunctiuom subiecerit. Sed quoniam codices boni, qui eiusdemmodi mendum § 48 sustulerunt, hic nihil nos iuuant, nihil mutaui; fieri enim potest, ut Cicero scripserit: *Quom autem — dicant* &c. Ipsam de particulae usu disputationem, quae sine multorum locorum explanatione, nonnullorum correctione, et errorum reprehensione absolui non potest, persequi ab hoc loco alienum st. (Otto mendum uidit scripsitque *dicunt;* in re praeceptis comprehendenda labitur).

sibi cuique cariorem suam) Qui adtendet, reperiet consuetudinem postulare: *suam cuique cariorem;* uerum sic non satis sentiebatur pondus orationis neque in *suam* neque in oppositione sui (eines selbst, uid. ad I, 67) et *amici.* Itaque Cicero et *suam* in ultumum locum reiecit et ante *cuique,* quod ne poterat quidem primum locum tenere, addidit *sibi,* quod illam oppositionem significaret, uix ipse rationem huius illorum pronominum coniunctionis, cuius nullum aliud habeo exemplum, subtiliter exquirens.

hi quoque posteriores) Moserus (Symbol. Crit. ad Cic. de Fin. et Tusc. Ulmae 1825) tolli postremam uocem uolt, opinor (neque enim libellum uidi), quod putat Latinos non sic loqui de iis, quos posteriore et propiore loco nominarint. At iam IV, 10 legitur: *hanc posteriorem* eodem modo.

detrahere quid de aliquo) *quid* Dauisius in Par. 1 et 3 non esse tradit et abesse uolt, Beierus ad Off. Tom. II p. 219 etiam sine libris eiciendum fuisse putat, nescio cur, nisi forte *quid* pro *quidpiam* sic infinitiuo iunctum non tulerunt aut (quod de Beiero suspicor) in generali huiusmodi iudicio, quo aliquid inprobatur (*alienum st a iust.*) *detrahere quicquam* dicendum putarunt, quemadmodum paullo post (71), ubi st: *alienum st a sapiente non modo*

disciplinae, de qua loquor, aut amicitiam aut iustitiam propter utilitates ascisci aut probari. Eaedem enim utilitates poterunt eas labefactare atque peruertere. Etenim nec iustitia nec amicitia esse omnino poterunt, nisi

amicitiam aut iustitiam) *iust. aut amic.* È enim utilitates) *enim uoluptates* PMC iustitia nec amicitia) *iustitiæ nec amicitiæ* ELPMR esse omn. pot.) *pot. esse om.* E

iniuriam facere cui, Lbinus scripsit *cuiquam*; nam dicimus *iniquom esse, ridiculum esse, summæ arrogantiæ esse, quemquam facere aliquid* (non quod negatiui quicquam sit, ut Stuerenburgius ad Off. p. 219 opinatur), in quo genere turpiter Gzius et ceteri recentiores lapsi sunt, qui III Legg. 18 scripserunt: *nihil esse turpius, quam q u e m p i a m legari nisi rei publicæ caussa*, quom recte ederetur *quemquam*. Uerum hoc pertinet ad subiectum sententiæ infinitæ, quod generale st; obiectum, quod simplici infinitiuo additur, speciale st (*detrahere hoc uel illud &c.*), recteque retinetur *quidpiam* aut *aliquid* aut, quæ significatio minume ad sensum eminet, *quid*, ut II de Diuin. 125: *nec frustra aut sine caussa facere quid dignum deo st.* Itaque recte III Off. 26 Stuerenburgius *facere cuipiam iniuriam* edidit. Omninoque sæpius hæc forma pronominis sic ponitur, ubi notioni primum adfirmatiue et infinite conceptæ adiungitur negatio, ut hoc opere V, 35: *ut nec absit quid eorum nec ægrum debilitatumue sit*; ad Att. V, 11, 5: *nec mehercule habeo, quod adhuc quem accusem meorum*; Off. III, 30: *non igitur magis est contra naturam morbus aut egestas aut quid eiusmodi.* Satis adparet, hæc non spectare ad defendendum illud II Legg. 66: *noluit quid statui*, ubi recte Lbinus *quicquam*. Paullo post *eædem uoluptates* non (ut Orellius ait) unus codex notus et ed. Uict., sed Pall. præter tris, Oxx. omnes, editiones (Marso fortasse excepto) ante Lbinum; *utilitates* Pall. tres, Par. 1, 3, Mead., mgo Crat.

nec iustitia nec amicitia) In codice archetypo erat *nec iustitiæ nec amicitiæ*, quod tenuerunt Uictorius, Gruterus, Gzius, defendere conatus est Bremius (nam Gzi stultitiam omitto); uerum ut fingamus, dici potuisse *iustitias, sapientias, temperantias*, quod semel Cicero *fortitudines* de uario genere fortitudinis promendæ dixit, nihil id omnino ad hunc locum pertinet, ubi de ipsa natura et notione iustitiæ et amicitiæ agitur. Itaque non magis ferendum st, quod Dauisius ex C. C. C. (Bas.) edidit: *nec iustitia nec amicitiæ.* (Oxx. tantum in ψ *iustitiæ* esse, in ξψ *amicitiæ* notant.) Ex *amicitia esse* factum st *amicitiæ esse*, deinde ad id adcommodatum

ipsae per se expetantur. 71. Ius autem, quod ita dici

expetantur) *expetuntur* E

iustitiæ. Notandum autem uerbum plurale nominibus singularibus per *neque* — *neque* coniunctis subiectum (uid. Zumpt. § 374); nec potuit Cicero aliter dicere, quia necessario subiciendum erat *expetantur*; si *expetitur* diceretur, de una notione agi uideretur. Quod in Erl. legitur *expetuntur*, rectum non est. Ubi enim significamus, quid opus sit et fieri debeat, ut aliquid consequamur aut uitemus, hæc propria modorum coniunctio st, quæ, quantum noui, ne ab iis quidem, qui separatim condicionalium sententiarum formas exposuerunt, satis ab aliis generibus coniunctiuom et indicatiuom coniungendi discernitur: *hoc fieri non potest*, *nisi* (*si non*) *facias*; *hoc fiet*, *nisi facias*. De R. P. I, 60: *quod quidem, nisi unum sit, esse nullum potest*; Off. III, 118: *Neque enim bonitas nec liberalitas nec comitas esse potest*, *si hæc non per se expetantur*; Cat. 36: *nam hæc quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, extinguontur senectute*; R. P. I, 66: *tum magistratus et principes, nisi ualde lenes et remissi sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur* (populus); ibd. I, 10: *non igitur potestas est ex tempore opitulandi rei publicæ, nisi eo loco sis, ut tibi id facere liceat*; supra lib. I, 54: *ne ipsarum quidem uirtutum laus reperire potest exitum, nisi dirigatur ad uoluptatem*; ibd. 67: *nec uero ipsam tueri possumus, nisi æque amicos et nosmetipsos diligamus*; Cæs. B. Ciu. III, 44: *neque munitiones Cæsaris prohibere poterat*, *nisi proelio decertare uellet*. Soloecum futurum erat: *nisi uolebat*. In his omnibus non simpliciter res duæ condicione copulatæ mente concipiuntur, sed primum quasi absolute adfirmatur aut negatur (*non potest* aut *fiet*), tum additur exceptio ad hypothesin prope accedens, eadem breuitate, qua multis modis iudicio de ipsa rei natura aut simpliciter de condicione posito hypothesin adfirmatiuam adiungimus, fieri aliquid tamquam fingentes (ut Acad. I, 7: *si sequare* — *magnum st*, *sin persequamur* — *erit*, et infinitis locis). Quia tamen Latini, quod carebant futuri temporis simplicis coniunctiuo modo, ubi futuri temporis significatio præualebat, remittebant interdum nonnihil ex coniunctiui ponendi consuetudine (quam rem adtigi in disputat. de formis quibusdam uerbi Latini II p. 19 extr.), hic quoque interdum futuri temporis indicatiuom modum ponunt, ut infra IV, 41: *constitui uirtus nullo modo potest*, *nisi tenebit*, ad quam formam § 40 ex Erl. restituam: *introduci enim uirtus nullo modo potest*, *nisi omnia* — *unam referentur ad summam*. Quomodo autem Horatius loquitur: *deficient* —, *nisi adec-*

appellarique possit, id esse natura; alienumque esse a sapiente non modo iniuriam cui facere, uerum etiam nocere. Nec uero rectum st cum amicis aut bene meritis consociare aut coniungere iniuriam; grauissumeque et ueris-

71. natura) *naturam* PLMR cui) *cuiuis* R consociare) *sociare* E grauissumeque) *grauissime* E

dit (Sat. II, 3, 151), Cicero saltem numquam scripsit. Cum illo genere, quod in transcursu adtigi, sententiæ ex hypothesi et simplici condicione mixtæ non recte confunduntur ii loci, in quibus condicio non tam ad uerbum finitum primariæ sententiæ pertinet, quam cum infinitiuo in unam notionem rei cogitatæ coalescit, ut I, 62: non *dubitat, si ita melius sit, e uita migrare*, cuius similis est coniunctiuos in hac forma II, 44: *id sequi uolunt, quodcunque ueri simile uideatur.*

71. *Ius autem — id esse natura*) Pall. omnes, χψ, Crat., Uict., Grut., Gzius *naturam*, nec Dau. aut Gzius alteram scripturam (quæ st etiam in ed. a. 1480, tum apud Lbinum, Dau., alios) commemorant nisi ex Terti apud Manutium libro. De Erlangensi dubitari potest; sed ut fuerit in cod. archetypo *naturam*, non standum st in huiusmodi re librari auctoritate, qui lineola addita infinitiue accusatiuom adcommodauit, sed sententiæ; docebant autem Stoici, φύσει εἶναι τὸ δίκαιον καὶ μὴ θέσει (Diog. Laërt. VII, 128, Stob. Ecl. Eth. p. 184), non φύσιν. Et quod Gzius obicit, Chrysippum deum summum appellasse κανόνα δικαίων καὶ ἀδίκων (Digest. 1, 3, 2), quis nescit, naturam Stoicis esse τὸν νόμον, e quo ius oriatur? Sed aliud est hoc ipsum ius, quod *natura diiudicatur* (Legg. I, 44) et *ex natura ortum st* (ibd. 35), aliud natura. Recte igitur et necessario etiam I Legg. 33 scribetur: *ius quod dicam, natura esse* (et ideo hanc totam parenthesin Cicero addidit, quod dixerat, nos ad ius inter omnis communicandum *natura* esse factos), recte § 36: *natura esse ius*, ubi, quod sequebatur e, factum st *naturæ*.

consociare aut coniungere) Etiam Spir., Eξ, *sociare*; uerius tamen in hac copulatione alterum (cfr. 66 *coniuncti et consociati*, &c.), et sæpius scribæ simplicia pro compositis substituunt. Mox Beierus ad Off. T. II p. 22 scribi uolt *grauissumeque et seuerissume*, ut II, 24 Lælius *grauiter et seuere uoluptatem a bono secreuisse* dicitur. Seueritas tamen magis in illo uoluptatis contemptu adparet quam in hac re. Tum *seiungere* etiam Oxx. EUξχ, ed. Uict. In iis, quæ secuntur, uerbis uereor, ne, Cicerone parum

sume defenditur, numquam aequitatem ab utilitate posse seiungi, et, quidquid aequom iustumque esset, id etiam honéstum, uicissimque, quidquid esset honestum, id iustum etiam atque aequom fore. **72.** Ad easque uirtutes, de quibus disputatum st, dialecticam etiam adiungunt et physicam, easque ambas uirtutum nomine appellant, alteram, quod habeat rationem, ne cui falso adsentiamur neue umquam captiosa probabilitate fallamur, eaque, quae de bonis et malis didicerimus, ut tenere tuerique

seiungi) *seiungere* PMC 72. easque) *eas* E adiungunt) *adiungit* C eaque, quæ) *ea que* LC didicerimus) *diceremus* LPMCR tenere) *ne* E *ceteri* P tuerique — fallique posse) om. P

uigilante, stilus aliud scripserit ac deberet. Neque enim Stoici separatim docebant, ut hoc loco inter sententias eorum proprias poni posset, quod *æquom et iustum esset*, id esse *honestum* (nec enim ulla controuersia erat, quia hæc coniuncta essent), nec id cum superiore cohæret; rectum futurum erat: *et, quidquid æquom iustumque esset, id etiam utile, uicissimque, quidquid esset utile, id iustum etiam atque æquom fore.*

72. *Ad easque uirtutes*) Etiam Spir. *eas*; sed facilius excidit *que*, quod aptissume in transitu ponitur (uid. ad 73) nec bene aberit. De dialectica uirtute præcipuus est locus Diogenis VII, 46: *αὐτὴν δὲ τὴν διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι καὶ ἀρετὴν ἐν εἴδει περιέχουσαν ἀρετάς, τήν τε ἀπροπτωσίαν, ἐπιστήμην τοῦ, πότε δεῖ συγκατατίθεσθαι καὶ μή·* (*ne cui falso adsentiamur*) *τὴν δὲ ἀνεικαιότητα, ἰσχυρὸν λόγον πρὸς τὸ εἰκὸς, ὥστε μὴ ἐνδιδόναι αὐτῷ·* (*neue umquam captiosa probabilitate fallamur*) *τὴν δὲ ἀνελεγξίαν, ἰσχὺν ἐν λόγῳ, ὥστε μὴ ἀπάγεσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸ ἀντικείμενον·* (*eaque — ut tueri tenereque possimus*) *τὴν δὲ ἀματαιότητα, ἕξιν ἀναφέρουσαν τὰς φαντασίας ἐπὶ τὸν ὀρθὸν λογον.* Alios locos Ciceronis et Quinctiliani, in quibus ad rhetoricam et eloquentiam hoc transfertur, conlegit Dauisius ad Acad. I c. 2. Physicam qui uirtutem dixerit, non succurrit præter Plutarchum, de plac. philos. I init. Sed eadem eius ratio st; nam omnis scientia uirtus et omnis uirtus scientia habetur; uid. Ritterus Hist. Philos. III p. 518. De forma orationis, quæ sequitur (*alteram, quod* — tum 73: *physicæ quoque*) dictum st in exc. ad I, 23. *Didicerimus* etiam ex Spir. restituit Gzius; Bas. *dixerimus*; Gud. 2 *disseramus*. *Arbitrantur* Pal. 1, mgo Crat., Spir., El. (uter?) restituitque Dauisius; erat *arbitramur*. *Ab uero* Gzius tamquam ex Erl. et Spir.

possimus. Nam sine hac arte quemuis arbitrantur a uero abduci fallique posse. Recte igitur, si omnibus in rebus temeritas ignoratioque uitiosa st, ars ea, quae tollit haec, uirtus nominata st.

XXII, 73. Physicae quoque non sine caussa tributus idem st honos, propterea quod, qui conuenienter naturae uicturus sit, ei proficiscendum st ab omni mundo atque ab eius procuratione. Nec uero potest quisquam de bonis et malis uere iudicare, nisi omni cognita ratione naturae et uitae etiam deorum, et utrum conue-

arbitrantur) *arbitramur* LMCR a) *ab* Or. ars) *ab his* LPMC *ars ab his* Or. om. *ars — nominata est* R haec) *huius* E 73. quoque) *quidem* E idem st) *idem* E ei) *et* EP *ei et* MR *ei etiam* C atque) *et* LPMCR de bonis) *et de bon.* MR et) *etiam de* C omni) *animi* PR et uitæ) *uitæ et* R etiam) *et* P et) *etiam* C utrum) *utrumque* E

ars ea) Sic uetus P. Manuti liber, cod. Scaligeri, (cur Gruterus Pal. 1 non inspexit?) El. (2), mgo Crat., Mor., Spir., restituitque Dauisius. In deterioribus aberratum: *ab his ea*. Ex his Marsus, tum Gzius conflarunt *ars ab his ea*, ordine etiam uerborum ab hoc loco alieno.

Cap. XXII, 73. *propterea quod, qui &c.*) Chrysippus ἐν ταῖς φυσικαῖς θέσεσιν hæc scripserat: *Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως οὐδ' οἰκειότερον ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον οὐδ' ἐπὶ τὰς ἀρετὰς οὐδ' ἐπὶ εὐδαιμονίαν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς κοινῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως.* Alia in eandem sententiam ab eo scripta idem, qui hæc, seruauit Plutarchus de Stoic. repugn. c. 9 p. 1035. Plura ex multis scriptoribus conlegit Beierus in excursu VIII ad Cic. libr. I de Officiis. Pro *uicturus sit*, non dubito, quin Cicero scripserit: *uicturus est*, qui etiam N. D. I, 103, ubi uideatur aliqua caussa coniunctiui ponendi fuisse, posuerit: *utatur enim suis bonis oportet, qui beatus futurus est.* Tum *ei* (L et Bas.) Lbinus in curis secundis, Dau., Gzius; *et profic.* Spir., Gud. 2, ed. 1480; ceteræ edd. *ei et*, una et altera e prima *ei etiam*; deinde *atque* (post *mundo*) Gzius etiam e Spir. Mox *et de malis* editiones quædam (Crat., Ern.) contra ξχ, Gzi omnis; *et de bonis etiam* Eξχ.

conueniat — natura hominis cum uniuersa) *Μέρη αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου*, ut ait Chrysippus apud Diog. VII, 87.

niat, necne, natura hominis cum uniuersa. Quaeque sunt uetera praecepta sapientium, qui iubent *tempori parere* et *sequi deum* et *se noscere*, et *nihil nimis*, haec sine physicis quam uim habeant (et habent maxumam), uidere nemo potest. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias et relicuas caritates quid natura ualeat, haec una cognitio potest tradere. Nec uero pietas aduersus deos, nec quanta iis gratia debeatur, sine explicatione naturae intellegi potest. 74. Sed iam

natura) *nature* C uniuersa) *uniuerso* R hæc) *nec* E cognitio) *cogitatio* PR Nec uero — potest) Non. p. 232. aduersus) *aduorsum* Non. iis, *his* E(LPM)Or. potest) *non pot.* E

Quæque sunt —, hæc sine physicis &c.) Peruerse uolgo hæc diuellebantur: *cum uniuersa: quæque — nimis. Hæc sine* &c., quasi hoc dicatur, de bonis et malis non posse recte iudicari nisi cognito, quid sit *tempori parere*, ac non hæc sit sententia, illa ipsa præcepta sine physicis, de quibus agitur, intellegi non posse. Recte Manutius et Dauisius. Fefellit editores *que* in transitu ad nouam rem et partem argumentationis positum, (ut § 67 *quoniamque*, N. D. II, 69: *Concinneque* &c.; ibd. 127: *Ceruæque*, Legg. II, 30: *Descriptioque sacerdotum* &c.), nec hoc uno loco id accidit. Uelut I N. D. 24 hæc uerba: *quodque in nostro corpore — in deo* non superiori sententiæ adhærere debent, sed nouæ in iis initium constitui; transitur enim ad notionem dei calore et frigore uexati. Praue interpunguntur uerba in Orat. § 59, ubi in uoce *idemque* transitur a uocis ad motus commemorationem, quæ diuisio posita st § 55. *Uetera* Gzius in *ueterum* mutari uolt; non uideo satis grauem caussam; pridem hæc a sapientibus hominibus præcepta et per multas ætates celebrata Cato significat.

tempori parere) Alibi hoc præceptum inter huiusmodi effata non commemoratur; et tamen ita communis hæc est admonitio (*καιρῷ λατρεύειν μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι*, Phocylid. u. 112), ut uideatur locum suum tueri nec cedere debere ei, quod Uictorius (Uarr. Lectt. XI, 19) e Stob. Serm. tit. III p. 47 Gesn. et Clem. Alexand. Strom. V p. 238 Sylb. substituit, *tempori parcere* (*χρόνου φείδου*). Phrasin ipsam (*tempori parere*) aliquotiens a Cicerone positam esse, notum st. Cetera perungata sunt, *ἕπου θεῷ*, quod Pythagoræ tribuitur (Lips. ad Sen. de uit. beat. c. 15, Gatak. ad Anton. VII, 31) *γνῶθι σεαυτόν* et *μηδὲν ἄγαν* (Menag. ad Diog. Laërt. I, 40, 41).

sentio me esse longius prouectum, quam proposita ratio postularet. Uerum admirabilis conpositio disciplinae incredibilisque rerum traxit ordo; quem, per deos inmortalis! nonne miraris? Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam conpositum tamque conpactum et coagmentatum inueniri potest? quid posterius priori non conuenit? quid sequitur, quod non respondeat superiori? quid non sic aliud ex alio nectitur, ut, si ullam literam moueris,

74. rerum) *me rerum* E quem) *quæ* LPMCR aut in) *aut* R *aut etiam* C coagmentatum) *coaugm.* ELPM aliud ex) *alter iudex* E *aliud uidelicet* PLMR ut) *ut non* omnes, Or. ullam) *unam* Or.

74. *incredibilisque rerum traxit ordo*) *Me* ante *rerum* quoniam Gzius e solo Erl. adnotat, in Spir. non uidetur fuisse; nec opus eo st. *Quem* liber antiquos Man., mgo Crat., Pal. 1, El. (?), Spir., Gud. 2, restituitque Dau. Paullo post Pal. 1 *cocicmentatum*, aliquot Pall., Uχ *coaugmentatum*.

ut, si ullam litteram moueris, labent omnia) Codd. et edd. *ut non, si* &c. Ita hæc erit sententia, si ulla erit: "Omnia sic alia ex aliis nectuntur (*quid non sic nectitur?*), ut, etiamsi unam (*ullam* in hac scriptura ferri nullo modo potest), litteram moueris, non tamen omnia labent." Omitto *non* incommode positum; omitto, si sic firmitas laudetur, ut res stare dicatur, etiamsi aliquid moueatur, hoc aliquid non ita extenuari debere (*etiamsi unam litteram*), sed ita dicendum esse: etiamsi unam aliquam partem, hoc uel illud, moueris. Hoc dico, disciplinæ firmissume conpactæ et coagmentatæ non hanc propriam esse laudem, sed illam, omnia sic inclusa esse suis quæque locis et cum proxumis coniuncta, nihil ut subtrahi possit, quo fit, ut eo rem audeamus demittere, ut, si unum ereptum nobis sit, omnia cadere fateamur. Nam confidimus, quod Cato subicit, nihil esse, quod moueri et eripi possit. Et hoc Catonem dixisse, apertissumum st ex IV, 53: *Et ais, si una littera commota sit, fore, tota ut labet disciplina.* Si recte hic legeretur *ut non*, ibi dicendum erat, nulla sane sententia: *non fore*. Uere igitur Augustus Matthiæus tolli *non* uoluit, eique adsensus est Wesenbergius in Obsernatt. Crit. in Orat. pro Sestio p. 29 not. Librario, non perspecta sententia, Cato uisus est dicere debere, non labare omnia. Sed præterea Ernestius scripsit: *si unam*, ut Marklandus (Remarks on the Epistles of Cicero to Brutus p. 49) scribi uoluerat. *Si ullam* sic ponitur, ut sufficere dica-

labent omnia? Nec tamen quicquam st, quod moueri possit.

75. Quam grauis uero, quam magnifica, quam con-

quod) *quo* LPMR

tur, si ulla omnino (uel una) mota fuerit; uid. ad II, 117; commode Wesenbergius adhibet II Acad. 101, ubi primum ita dicitur: *hoc autem si ita st, ut unum modo sensibus falsum uideatur, præsto st, qui neget rem ullam percipi posse sensibus*, deinde autem sic: *Si ullum sensus uisum falsum st, nihil potest percipi.* Et tamen usitatius Cicero *unam* positurus fuisse uidetur; nam quom non *sententiam* aut *decretum* dicat, sed, rem extenuando augens, *litteram*, huic extenuationi aptius erat *una*. Niebuhrius (Fragm. Cic. oratt. p. 108) professus est, nullum se emendandi genus peius odisse quam illud, quod contra libros negationem aut addat aut tollat. Ego non solum codices in eo mendo ab aliis codicibus argui et consensum codicum interdum aliis auctoritatibus cedere uideo (ut in Uerr. I, 39 Augustini et Asconi, etsi Klotzius et hos et sanam rationem contempsit), sed aliquotiens conspirationem eorum adeo manifesta ratione falsi conuinci, ut multo minus dubitationis hæc correctio habeat quam aliorum occultiorum errorum sublatio. Exemplum (quoniam longum st ea, quæ nuper in Orat. § 9 peruersissume disputata sunt, refutare) possum e Seneca, in cuius libro III de Ira 2, 3 nunc legitur: *Numquam uniuersus populus feminæ amore flagrauit, nec in pecuniam aut lucrum tota ciuitas spem suam misit; ambitio uiritim singulos occupat, inpotentia non est malum publicum; sæpe in iram uno agmine itum st.* Inpotentiam, ut possit iræ contraria poni, Ruhkopfius cupidinem indomitam dominandi interpretatur. At id numquam uox significat, sed iram uehementem. Et dicendum erat in oppositione: *In iram sæpe.* Scripsit Seneca: *Inpotentia st malum publicum;* deinde confirmat: *sæpe in iram* &c.

quod moueri) Gruterus ex omnibus Pall. (etiamne primo?) *quo*, et sic etiam C. C. C., Ball., Mead. (Oxx. tantum e χ proferunt). *Quod* Eliensis "aliique," Spir., Gud. 1, Bas. Sententiam supra declaraui. De mouendi instrumento non agitur. Paullo ante notandus est propter aliorum locorum correctionem librariorum duplex error, qui ex *iud* (in *aliud*) et *ex* ecfecerunt *iudex* (Erl.), tum, frequentissuma permutatione, *uidelicet*, (Ἐξχφ, Gud. uterque).

stans conficitur persona sapientis! qui, quom ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse st beatus, uereque omnia ista nomina possideat, quae irrideri ab inperitis solent. Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec se nec suos regere potuit, rectius magister populi (is enim dictator est), quam Sulla, qui trium pestiferorum uitiorum, luxuriae, auaritiae, crudelitatis magister fuit, rectius diues, quam Crassus, qui nisi eguisset, numquam Euphratem, nulla belli caussa, transire uoluisset. Recte eius omnia dicentur, qui scit uti solus omnibus; recte etiam pulcher appellabitur; animi enim lineamenta sunt pulchriora quam corporis; recte solus liber, nec dominationi cuiusquam parens nec obediens cupiditati; 76. recte inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen uincula inici nulla possint. Nec expectet ullum tempus aetatis, ut tum denique iudicetur, beatusne fue-

75. uereque — possideat) om. E nec suos) *suos* L dictator est) *est dictator* LPMCROr. dicentur) *adicientur* E corporis) *corporibus* E nec obed.) *neque ob.* LCOr. 76. possint) *possunt* L nec) *neque* Or. expectet) *exspetet* E ullum) *nullum* L ut tum) *uirtutum* EP

75. *persona sapientis*) Hanc quibus coloribus Stoici exornauerint, notius est quam ut aliorum scriptorum locos hic adponere opus sit, quos conlegerunt Lipsius Manud. ad Phil. Stoic. lib. III, diss. II sqq., Tiedemannus Syst. Philos. Stoic. III p. 270 sqq., Tennemannus IV p. 134 sqq., alii.

is enim dictator est) Hoc ordine etiam Spir. et Bas. Editiones omnes *est dictator*; non ita paucis locis, ubi *est* post *enim* tertia sede ponitur, in quartam retrahi codices iubent. De antiqua dictatoris appellatione omnia nota; sed in ea *magister* dicitur, qui regit; Cicero ludendo ambiguae uocis alteram significationem, qua de doctore ponitur, adsumit. Paullo post Spir. *dicetur;* Erl. scriptura, uelim adnotari, quam confirmet nostram in libr. I, 17 emendationem (*Democritia dicit*) ex eodem libro sumptam. Nam hic eius scriba, quom *a* adiunxisset ad *dicentur*, effecit *adicientur*, ut ibi in deterioribus *adiicit* natum st.

Nec expectet ullum tempus aetatis) In ipsius sapientis actione significanda transit ad hypotheticam orationis formam (*neque*, *qui*

rit, quom extremum uitae diem morte confecerit, quod ille unus e septem sapientibus non sapienter Croesum monuit. Nam si beatus umquam fuisset, beatam uitam usque ad illum a Cyro extructum rogum pertulisset. Quod si ita st, ut neque quisquam, nisi bonus uir, et omnes boni beati sint, quid philosophia magis colendum aut quid est uirtute diuinius?

pertulisset) *protulisset* LPMCR uir et) *turet* E.

sapiens sit, expectet). *Ullum tempus* sic dicitur, ut iudicium omnino differendum esse in ullum aliud tempus negetur, sed statim fieri debere; deinde magis definite et aperte excluditur, quam plerique expectari iubebant, mors. Inutiliter Th. Bentleius *ullum* in *ultumum* mutauit, habuitque adsentientis Dan., Ern., Gzium, alios, e quibus Gzius longius progressus est, ut omnia hæc uerba: *quom extremum uitæ diem morte confecerit* tolli uellet, quod post illud *ultumum* abundarent. Ne *morte* quidem erat cur Danisius deleri iuberet, quo addito grauius exprimitur eorum sententia, qui utique mortem expectari uolunt; (nec *uitam* dixit, sed extremum uitæ diem). De sententia et Solonis dicto uid. ad II, 87. Pro *ut tum* etiam Spir. *uirtutum*, Gud. 2 *nisi tutum*.

pertulisset) Sic Pal. 1, El. (2), Spir., mgo Crat., Mor., restituitque Danisius. *Beata uita* non *profertur* tamquam ultra suos terminos, sed *perfertur*, id est, retinetur et habetur. Seneca ep. 50, 8: *semel nobis traditi boni perpetua possessio st*; *uirtus non dediscitur.*

M. TULLI CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Initio libri Cicero, ut ostendat, nullam caussam fuisse Zenoni, cur a ueteribus Academicis et Peripateticis desciscens nouam disciplinam conderet, exponit, quomodo illi philosophiam constitutam habuerint, e cuius tribus partibus ethicam primum differt (c. 2), tantum dicens, locum de re publica et rhetoricam a Zenone neglecta esse, quæ illi diligentissume excoluerint (c. 3). Nec in dialecticis ueteres a Stoicis uinci; quin artem argumentorum inueniendorum ab his prorsus omissam esse (c. 4). Physica illorum Stoicos fere in maxumis rebus retinuisse et minus copiose esse persecutos (c. 5). Summum autem bonum, quod contineat philosophiam, ueteres, planissume Polemonem, dixisse esse secundum naturam uiuere; quod quom uarias haberet interpretationes, illis eam placuisse, ut esset, omnibus aut maxumis rebus iis, quæ secundum naturam essent, fruentem uiuere, eumque fuisse Xenocratis et Aristotelis finem (c. 6). Quom enim homo ex animo et corpore constaret, et animi et corporis rationem eos habuisse, sed ita, ut animum infinita quadam

laude corpori præponerent; animi autem bona uirtutes esse, quarum semina a natura data essent (c. 7). Itaque Zenonem nihil adtulisse noui, nisi inania quædam uerborum discrimina (c. 8), quibus in urbem, in forum, in curiam aditus non sit; ibi ipsos Stoicos communi more loqui (c. 9). Iam Cicero propius ad ea, quæ a Catone dicta erant, adcedere conatur, illis, quæ communia Stoicis sunt cum antiquis, quasi concessis utens. Quoniam igitur hanc primam habeamus a natura adpetitionem, ut nosmetipsos conseruemus, ex animo autem et corpore constemus, ex his nos oportere ait finem summi boni constituere, ut sit eorum, quæ sint secundum naturam, quam pluruma et quam maxuma adipisci (c. 10). Stoicos ab isdem initiis profectos corpus et externa commoda deseruisse, quom tamen homo sit animal animo excellens, non solus animus (c. 11). Nec prorsus obscurari illa externa, ut Stoici dicant, etsi non magnum momentum faciant, et, etiamsi obscurentur, esse tamen in summa (c. 12). Nam summam aliquam faciendam esse omnium, quæ secundum naturam sint. Præterea omnium naturarum summum bonum simile esse debere. In ceteris autem animalibus id, quod extremum sit, ex tota eorum constitutione ecfici. Idem igitur in homine fieri debere. Itaque Stoicis, si caussam suam obtinere uelint, dicendum esse, non omne animal primum se totum diligere et conseruare uelle, sed id tantum, quod in quoque optumum sit, quod fieri non posse (c. 13). Hominem talem sapientiæ perficiendum esse, qualem a natura acceperit; accepisse autem eum totum, ex animo et corpore; neutrum neglegendum esse. Perfectionem hominis maxume laudari in eo, quod in homine optumum sit, id est, in uirtute, sed priora, a quibus ad hæc uenerit, deseri non oportere; Stoicos, quom ad summum bonum peruenire uelint, naturalis adpetitionis obliuisci (c. 14). Uirtus, tantum abesse, ut constitui non possit, si quicquam extra eum ad beate uiuendum pertineat, ut introduci omnino non possit uirtus, nisi omnia, quæ legat

quæque reiciat, ad finem referat. Conseruandam esse primam naturæ institutionem et totam hominis naturam tuendam (c. 15). Itaque omnis errare, qui in una uirtute finem ponant, quæque Stoici de uirtute dicant, ea iis communia esse cum Pyrrhone et Aristone, quos non probent (c. 16). Male autem Stoicos, quom ad summum bonum ita peruenerint, ut a natura discedant, reuerti ad naturam, ut inde agendi principia quærant; nam omnia, quæ adpetantur, inesse debere in summo bono; nec offici rationem hominem inpellere ad naturalia adpetenda, sed ab iis et actionem et adpetitionem conmoueri (c. 17). Deinde Cicero ostendit, in consectariis Stoicorum, quibus ecficere uelint, omne bonum, quia laudabile sit, esse honestum, ceterisque ea ad concludendum sumi, quæ non concedantur (c. 18). Acutis Stoicorum conclusiunculis uerba corrigi, non mores emendari. Quod Stoici constantia totius doctrinæ tanto opere glorientur, intellegi debere, quom falsa consequantur, initia illa, e quibus hæc consequantur, ipsa falsa esse. Paradoxa initio magnifica uisa esse, mox splendorem amisisse (c. 19). Ipsum Zenonem ea sic interpretando mollire, ut aliis uerbis idem dicat, quod ueteres; sed si sententia eadem sit, non dubitari posse, quin illi uerbis commodius utantur (c. 20); itaque de sententiis uidendum esse. Ab illis igitur beatam uitam constitui ex omnibus commodis, sed ita, ut longe ceteris uirtus antecellat, nec plus corporis et externis bonis ab iis tribuatur, quam a Zenone, qui ea bona non appellet (c. 21). Itaque de re nullam esse dissensionem; Zenonem uerborum magnificentia esse delectatum; a quo ueteres illos Catonem iure reposcere posse (c. 22); neque enim nisi inanium uerborum differentiam interesse. Refutat deinde Cicero simile, quo Cato docuerat, omnis insipientis æque esse miseros; leuationem enim uitiorum fieri ostendit (c. 23 et 24). Et quod uirtus crescere non posse dicatur, et ideo omnia uitia æqualia esse, potius ex inæqualitate uitiorum concludi debere, uirtutem crescere

(c. 24). In has omnis angustias Stoicos incidere propter gloriosam ostentationem. Nam tolli illa ratione officia et uitæ actionem, ut ab Aristone; sed Aristonem simplicius agere; Stoicos uersute inducere aliis nominibus eandem differentiam, quam ueteres tenuerint (c. 25). Proëgmena illa et apoproëgmena eodem loco haberi, quo ab Aristotele et ceteris Platonis alumnis bona corporis et externa (c. 26). Paradoxa, si quis propius aspexerit, nihil habere admirabile. Similia, quibus omnia peccata paria esse demonstretur, dissimilia esse (c. 27 et 28). Omnino Stoicos maxume eo uitio premi, quod duas contrarias sententias obtinere uelint (c. 29).

I, 1. Quae quum dixisset, finem ille. Ego autem, Nae tu, inquam, Cato, ista exposuisti, ut tam multa, memoriter, ut tam obscura, dilucide. Itaque aut omittamus contra omnino uelle aliquid aut spatium sumamus ad cogitandum; tam enim diligenter, etiamsi minus uere, (nam nondum id quidem audeo dicere) sed tamen adcurate non modo fundatam, uerum etiam extructam disci-

1. ista) *ita* R ut tam [priore loco]) *in uita* P *tam* LCROr. ut tam [sec. loco]) *uitam* E *in uita* P *tam* LCROr. etiamsi) *etsi* LPCROr.

Cap. I, 1. *Ut tam multa — ut tam obscura*) Ut Erl., sic Spir. lineola aberrat altero loco (*uitam*); in Gud. 2 erat, ut in P nostro: *in uita — in uita;* scripturam leuiter corruptam adiuuare aliquis uoluit præpositione addita. Uerum igitur restitui. *Ut* particula significat, cuius rei ratio habeatur in utraque laude Catoni tribuenda, quemadmodum quom dicimus: *ut illis temporibus* et similia; nam quod plerumque hæc ita ponuntur, ut minuendi quandam uim habeant, quom non absolute aliquid alicui tribui significetur, sed pro ea mensura, qua in hac illaue re uti æquom sit, non aliena et lenis hæc laudis adtenuatio, quod et Catonem laudans Cicero se laudat et quod sic rei difficultas magis ostenditur. Priores editores tenuerunt, quod codices deteriores habent (etsi P melioribus adnumerari non potest), nec de ceteris bonis quicquam dixerunt.

sed tamen adcurate) Quoniam pondus orationis erat in con-

plinam non est facile perdiscere. Tum ille, Ain' tandem? inquit; quom ego te hac noua lege uideam eodem die accusatori respondere et tribus horis perorare, in hac me caussa tempus dilaturum putas? quae tamen a te agetur non melior, quam illae sunt, quas interdum obtines. Quare istam quoque aggredere, tractatam praesertim et ab aliis et a te ipso saepe, ut tibi deesse non possit

Tum ille, Ain') *tum ille an* E *tene illam* PCR *tune illam* L deesse non possit) *non p. d.* L

iunctis uerbis *tam diligenter*, in reuocanda post parenthesin oratione etiam *tam* repetendum uidetur fuisse; alioquin generaliter dici hoc uidetur, non de Stoica disciplina. Non inprobandi igitur Lbinus et Dauisius, quorum ille *sed tamen tam*, hic *sed tam* scribendum putauit. *Etiamsi* pro *etsi* ex aliis codicibus non profertur; sed *etsi* significat, non uere fundatam esse disciplinam, *etiamsi* tantum dubium hoc relinquit. *Perdiscere* minus aptum uisum et Lbino et Dauisio, partim quod Cicero non nunc demum eam disciplinam discat, sed refellere aggrediatur et de huius rei difficultate potius dicere debere uideatur, partim quod imago, quæ sit in uerbis *fundatam* et *extructam*, non seruarit. (Lbino *subuertere* aut *euertere* aut aliquid tale requiri uidebatur, Dauisio *deicere*.) Sed Cicero, quod iam Lbino in mentem uenit, tamquam orator dicturus nondum se *caussam* satis *didicisse* significat et præterea, ne sine caussa Cato tam multa dixisse uideatur, modeste fingit, se quædam nunc ab eo didicisse, ad quæ consideranda spatio opus sit. Imaginum illam constantiam in his saltem libris non tam curiose sectatus est.

Tum ille, Ain' tandem) Sic mgo Crat., tum Uictorius et ceteri deinceps, Gruterus et Dau. de codicibus tacentes. Spir. ut Erl., proxume uerum. Oxx. χψ *tene illam tandem*, Eξ *tum illam tandem*, Gud. 1, 2, Monac., Bas. *tunc illam* (Gud. 1, Bas. *illa*) *tandem*.

hac noua lege) qua Pompeius tertium consul (a. 52) breuiorem iudiciorum formam constituit, ut eodem die ab accusatore et ab reo peroraretur, et duæ horæ accusatori, tres reo darentur; uid. Ascon. argum. Milon. p. 145 Hot. quæque de ea lege, adhibitis ceteris testimoniis (Brut. 324, Plut. Pomp. 55, Appian. Ciu. II, 23, Dion. Cass. XL, 52), exposui in disputatione de tribunis ærariis (Haun. 1838) p. 6. Pro *uideam* codex Mor. *audiam*. Deinde Cato Ciceronem, quom ueram Stoicorum disciplinam inpugnet,

oratio. 2. Tum ego, Non mehercule, inquam, soleo temere contra Stoicos, non quo illis admodum adsentiar, sed pudore inpedior; ita multa dicunt, quae uix intellegam. Obscura, inquit, quaedam esse confiteor; nec tamen ab illis ita dicuntur de industria, sed inest in rebus ipsis obscuritas. Cur igitur easdem res, inquam, Peripateticis dicentibus, uerbum nullum est, quod non intellegatur? Easdemne res? inquit; an parum disserui, non uerbis Stoicos a Peripateticis, sed uniuersa re et tota sententia dissidere? Atqui, inquam, Cato, si istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem satis, inquit, me dixisse. Quare ad ea primum, si uidetur; sin aliud quid uoles, postea. Immo istud quidem, inquam, quo loco quicque**, nisi iniquom postuló, arbitratu

2. inquam) om. LPCR soleo) *sole* E *solere* PCR temere cont. Stoicos) *cont. St. tem.* P quæ uix) *ut uix* L igitur) *qui* E a) om. E re) *fere* R dissidere) *dissentire* C *disserere* L inquam) *inquit* C quo loco quicque) *quo loco* C *loco* Or. sine lacunæ nota. nisi iniquom) om. L *nisi inicium* E arbitratu) *responde arbitratu* LPCR *respondere arb.* Or.

non bonam caussam acturum dicit, similem earum, quas interdum in iudiciis oratorio artificio obtineat.

2. *Non mehercule, inquam, soleo*) *Inquam* addidit Crat. (in contextu) tum Dau. e Pal. 1 et 3, El., Gzius ex suis præter Gud. 2 omnibus (?); adcedit Morel. Tum *sole* habuit codex archetypus (Pal. 1 *sole te temere*); hinc *solere* Pall. 3, 4, 5, 6, Dau., Oxx., Gud. 1, Bas. Emendatum, ut in L nostro, in Pal. 2 et Mead. Paullo post *dissentire* ex ed. prima in alias, etiam Manutianam et proxumas, uenit; *dissidere* restituit Dau. e Pal. 1 et 4, El., Par. 1 et 3 (tribus optumis Gzi, mgine Crat.).

quo loco quicque **, *nisi iniquom postulo, arbitratu meo*) Edidi hunc locum, partim ut in longe plurumis, partim ut in optumis quibusque codicibus scriptus est, nisi quod lacunæ notam addidi. Nam *quo loco quicque nisi* Pal. 1, 3, 4, 6, mgo Crat., ed. Marsi ef, opinor, codices fere omnes; nam *quo loco* apud Dau. Par. tres, Mead., Oxx. omnes, Gzi omnes, de *quicque* Dau. prorsus oblitus est dicere, in Oxx. EUξ pro *nisi* scribi *quidque* narratur, opinor, errore; Gzius *quicque* e Gud. 1, *quodque* e Monacensi profert, de Erl. tacet, ut scias, quid de ceteris eius silentio tribuendum sit; Pal. 2 habebat *quin*, 5 *quicquam*, leuiter aberrans. (Orel-

meo. Ut placet, inquit. Etsi enim illud erat aptius, aequom cuique concedere.

enim) om. C

lius uocem *quicque* non commemorauit; tale st illud uarietatis selectæ genus.) Ex his uestigiis manifesto perspicitur, hanc fuisse orationis formam: *Immo istud quidem, quo loco quicque [uisum fuerit s. occurrerit]*, *nisi iniquom postulo*, *arbitratu meo.* In codice archetypo hic, ut aliquotiens, uox exciderat. *Istud* ita refertur ad id, quod a Catone positum erat (de rerum aut uerborum dissensu), ut, quom Cicero se id ibi, ubi se quicque obtulerit, tractaturum dicat, hoc simul ad omnia disputationis formam pertineat, quam se suo arbitrio moderaturum significat, nisi ea postulatio Catoni iniqua uideatur. Uideamus nunc errores. Primum omissum st *quicque* fortasse in uno et altero codice, in ed. prima, Uictori, aliis (Lallemandus in codicibus regiis non esse mentitur); deinde duplex tentata st correctio; nam apud Man. et ceteros ante Gzium scribitur: *Immo isto quidem inquam loco*, prorsus contra sententiam; neque enim Cicero se eo, quo Cato iusserat, loco hanc controuorsiam tractaturum ait, ne quid dicam de *immo* et *quidem.* (In ed. Crat. est: *imo isto quidem*, *inquam*, *loco quidquid postulo.*) Gzius autem edidit: *Immo istud quidem*, *inquam*, *loco*, *nisi* (et sic in ed. a. 1480 Orellius esse ait, modo recte adtenderit). Sic prorsus a codicibus disceditur eaque deleatur, quæ nullo modo addita a librariis esse possunt. Nec, quod rem recte conlocatam laudantes Latini *loco* (apto) positam interdum dicunt, continuo, quom suo aliquid loco reseruari uolo, dicere licet: *Istud loco.* In altera parte antiquior interpolatio st; nam quom deteriorum codicum principis librarius non intellegeret, *arbitratu meo* cum prioribus coniunctum esse, addidit *responde*, quod in cod. archetypo non fuisse, satis declarant Erl., Spir., mgo Crat., nam de ceteris bonis hic tacetur. Hoc quia ineptum erat (neque enim Cicero Catonem respondere uolt, sed ipse ei suo arbitratu respondere), Dauisius *respondere* scribi iussit, quam interpolationis occultationem præceperant Ox. χ et ed. a. 1480, secutusque Orellius est; ceteri editores *responde* tenuerunt. Nec Latinum st: *non iniquom postulo respondere arbitratu meo*, hoc sensu: *non iniquom st me postulare*, *ut* &c. *Nisi iniquom postulo* eodem modo interponitur quo: *nisi molestum st*, et similia.

Etsi enim illud &c.) Aptius Cato putat futurum fuisse, quod ipse fieri uoluerat, sed æquom esse in tali re *cuique concedere*, id est, suam cuique libertatem relinquere eique morem gerere. Et generaliter hoc eloquitur (*cuique*). Quom in ed. prima et deinde

II, 3. Existumo igitur, inquam, Cato, ueteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem, deinde eorum Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset caussa Zenoni, quom Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret; quorum fuit haec institutio, in qua animaduertas uelim, quid mutandum putes, nec expectes, dum ad omnia dicam, quae a te dicta sunt; uniuersa enim illorum ratione cum tota uostra confligendum puto. 4. Qui quom uiderent, ita nos

3. igitur) om. C Platonis audit.) *aud. Pl.* E eorum) *Ephorum* L mutandum putes) *put. mut.* LCROr. a te) *ante* EPLC uniuersa — ratione) *uniuersam — rationem* L 4. ita nos) *nos ita* C

apud Marsum, Man., Lbinum excidisset *enim* (quod Gruterus ex omnibus Pall., Danisius ex suis reuocauit), propterque eam caussam Manutius *æquom* accusatiuom putasset (*erat aptius, æquom cuique concedere*), mire et is et alii editores coniecturis luserunt.

Cap. II, 3. *quorum fuit hæc institutio*) Paullo brevius *institutionem* dixit uniuersam formam disciplinæ et descriptionem institutam, ut iterum § 19: *ab hac antiqua institutione. Mutandum putes* etiam Spir., ed. Crat., Uict. Ceteræ inuerse. Mox in archetypo fuit *ante dicta* (ut in ξχψ, Gxi omnibus); recte post R scriptum st a Manutio et ceteris omnibus. Qui enim, quom nos de aliena oratione iam disputet et eius partis distinguat, sic loquitur: *quæ ante dicta sunt*, is necessario suam superiorem orationem demonstrat; cfr. ad § 24; § 78 aberratum non est.

4. *Qui quom uiderent* &c.) Ita hanc expositionem promiserat illis uerbis: *quorum fuit hæc institutio*, ut expectaretur liberum orationis initium (*Quom uiderent* &c.); sed quom interiecta esset illa: *in qua animaduertas* &c. positumque *illorum ratione*, his Cicero ipsius expositionis exordium relatiuo pronomine adiunxit. Est hæc illius generis, in quod frequenter incidit, ut, superiore et primaria orationis forma neglecta, ad ea, quæ interposita sunt, reliqua adcommodet, species una e multis. Deinde quomodo totius eius, quæ sequitur, periodi formam (quæ sic procedere debebat: *quom uiderent ita nos esse natos, ut et — apti essemus, — easque ipsas — adpeteremus, haberemus etiam —, totam* &c.) Cicero mutauerit dissoluta partitione, dictum st in excursu ad I, 23. Conatur Cicero ostendere, tripertitam philosophiæ diuisionem, quam Sextus Emp. VII adu. Math. 16 Xenocrati et Peripateticis tribuit

esse natos, ut et communiter ad eas uirtutes apti esse-

(nam neque Plato neque Aristoteles ipsi ita descriptam habuerunt, etsi id inferioris ætatis scriptores quidam tradunt et ipse Cicero Acad. I, 19), ex humanæ naturæ elementis ortam esse. Physicæ tamen et dialecticæ originem perbreuiter et communiter significauit (*habere etiam insitam quandam cupiditatem scientiæ*), eamque significationem mediam interposuit inter ea, quæ ad moralem partem pertinent; ea enim societatem generis humani conplectitur. Uirtutes autem postquam duas nominauit, iustitiam et temperantiam, addit *ceteras eiusdem generis* (sic pro *ceterasque* Gzius etiam e Spir., cfr. 85 et V, 14), quas procliue st duas relicuas e quattuor primariis, prudentiam et fortitudinem, intellegere, ut Gzius facit. Uidetur tamen mihi aliud aliquid hoc loco obuersatum animo Ciceronis esse. Nam scientiæ cupiditatem, quæ a prudentia non facile separatur, postea conmemorat et ab his uirtutibus seiunctam quodammodo in altera parte ponit; idemque facit § 18, ut, fortitudine antea (17) significata, tamquam extra coetum, omnem honestatem, quæ e principiis naturæ ducatur, absoluat partim contemplatione rerum occultarum et disserendi cupiditate, partim, ut hic, iustitia et temperantia. Perspicuum mihi uidetur, utroque loco Aristotelis et Peripateticorum diuisionem τῆς διανοητικῆς καὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς significari, de qua hic satis erit agentem demonstrasse Ritterum in Hist. Philos. III p. 302 sq. et de Peripateticis post Aristotelem Stobæum Ecl. Eth. p. 246 et 292. Quod autem uirtutis ethicæ duas præcipuas species ponit, eam eius diuisionem, quamquam, qui Græce eam exposuerit, non habeo nominare, usitatam tamen fuisse, manifestum st ex II Off. 18, ubi omnis uirtus dicitur uerti aut in perspiciendo (διανοητικῇ) aut in animi motibus cohibendis (temperantia, altera pars τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς) aut in hominibus moderate utendis (iustitia, altera pars τῆς ἠθικῆς). Obscurarunt eum locum Goeringius et Beierus, dum ad ipsius Aristotelis formam adcommodare student, qui nulla certa ethicæ uirtutis partitione utitur; magis tamen aberrat Petersenius in Philosoph. Chrysipp. Fundam. p. 260, negans, illo loco uirtutis diuisionem tradi. Eodem spectant, quæ in Partitionibus Oratt. § 75 et 76 traduntur, etsi ibi minus adcurate temperantiæ nomine omnis uirtus ethica (quæ *in agendo* st) conprehenditur, huiusque altera species ponitur, quæ ad alios pertineat et in communione uersetur, iustitia. Huiusmodi igitur diuisionem hoc loco Ciceronis animo obuersatam esse credo, qui *ceteras eiusdem generis* non alias primarias, sed partis et species his

mus, quae notae inlustresque sunt, iustitiam dico, temperantiam, ceteras generis eiusdem (quae omnes similes artium relicuarum, materia tantum ad meliorem partem et tractatione differunt), easque ipsas uirtutes uiderent nos magnificentius adpetere et ardentius, habere etiam insitam quandam uel potius innatam cupiditatem scientiae, natosque esse ad congregationem hominum et ad societatem communitatemque generis humani, eaque in maxumis ingeniis maxume elucere, totam philosophiam tris in partis diuiserunt; quam partitionem a Zenone esse retentam uidemus. 5. Quarum quom una sit, qua mores conformari putantur, differo eam partem, quae quasi

ceteras) *ceterasque* LPCR tractatione) *tractationem* R adpetere) om. E etiam) om. L insitam) *insitamque* P uel) *uelud* E et ad) *ad* C in max. ing. maxume) *maxime in max. ing.* R a Zenone) om. P esse retentam) retentam esse LPCROr. 5. una) *ita* L conformari) *confirmari* EPCR

subiectas, uelut æquitatem, beneficentiam, alias, intellexit, quemadmodum V, 36, nominatis quattuor primariis uirtutibus, quæ omnem uirtutis uim continent, tamen addidit: *et relicuas eiusdem generis.* Ea autem, quæ post scientiæ cupiditatem secuntur de communitate generis humani, cadunt sub iustitiæ notionem, sed a Cicerone seorsum ponuntur, quod meminerat, locum de rebus publicis copiose a ueteribus illis pertractatum esse.

quæ omnes similes relicuarum artium &c.) Similitudinem uirtutum et artium ueteres sæpe conmemorant; cfr. II, 115, III, 49, IV, 67; ostendit igitur, uirtutes et materia, quod πάθη et ὁρμάς moderentur, et tractatione, quod ea boni et honesti notione in communibus actionibus regant, differre in meliorem partem, ut splendidiores sint, quam artes. Eodem pertinet, quod sequitur, magnificentius nos uirtutes (quam artis) adpetere. Hæserunt Lbinus et Dauisius.

esse retentam) Sic etiam Spir. Tollitur sic hexametri uersus exitus, etsi eum Cicero ne in orationibus quidem semper uitauit (uid. Zumptius ad Uerr. p. 66), nedum hic.

5. *qua mores conformari*) Codex archetypus habuit *confirmari* (Pall. et Gzi omnes, EUψ, mgo Crat.); quis emendarit, nescio; (non Marsus).[1] Ethica mores non confirmat, sed constituit et, quales esse debeant, quærit et præcipit, hoc est, conformat. Confusio horum uerborum multis locis adnotata st. *Quis sit* alibi non adnotatur.

stirps est huius quaestionis; quis sit enim finis bonorum, mox; hoc loco tantum dico, a ueteribus Peripateticis Academicisque, qui re consentientes uocabulis differebant, illum locum, quem ciuilem recte appellatari uidemur (Graeci πολιτικόν), grauiter et copiose esse tractatum.

III. Quam multa illi de re publica scripserunt! quam multa de legibus! quam multa non solum praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt! Primum enim ipsa illa, quae subtiliter disserenda erant, polite apteque dixerunt, tum defi-

quis) *qui* LPCROr. re) *in re* C illum) *eum* LPCROr. appellatari uidemur) *appellamus* C Graeci) *Græce* PCR re publica) *re* E quam — legibus) om. L apteque) *atque* E tum def.) *cum def.* PCR

qui re consentientes &c.) Antiochi sententia, qui interiorem disciplinarum proprietatem parum curabat, Cicero, ut semper, utitur (Legg. I, 38: *Aristotelem et Theophrastum, cum Speusippo, Xenocrate, Polemone congruentis re, genere docendi paullum differentis*, Acad. I, 18 et 22, Off. III, 20). *Illum locum* (pro *eum*) etiam Spir. *Græci* Crat. et Uict., tum Ernestius; confirmant "tres optumi" Gzi. Ceteri *Græce*, nec quicquam e codicibus adnotarunt. Quanto opere in hoc ciuili loco Peripateticorum industria Stoicorum præstiterit, commemorat Cicero etiam Legg. III, 14.

Cap. III. *quam multa — bene dicendi reliquerunt*) Rhetoricam, quæ cum philosophia parum firmo uinculo coniungebatur, Cicero hic propter usum eloquentiæ in regendis hominibus ad ciuilem locum adiunxit, qui ipse in morali parte st; alibi (V, 10, Acad. I, 32, Legg. I, 62) cum dialectica coniungit, qui ei locus adsignabatur ab iis, qui eam philosophiæ partem faciebant, etiam a Stoicis (uid. Diog. Laërt. VII, 41 et 42, Senec. Epist. 89, 16). *Artis* quas dicat, expositum st ad III, 4; his, in quibus præcepta bene dicendi continebantur, contrarias ponit orationes, quibus exempla, eorum Peripateticorum, qui etiam oratores fuerant, ut Demetrius Phalereus (cfr. V, 7: *ab his oratores — extiterunt*). Quamquam autem oppositionis gratia *orationes* nominauit, deinde tamen, quasi uniuerse *libros* dixerit, omnem Peripateticorum scribendi rationem laudat. Aberrarunt Gzius et Orellius. Mox *tum definientes*, quod Gzius e tribus optumis suis codicibus posuit, tenui, quod ita interpretor, utrumque eos suo tempore fecisse, ut tum definirent, tum autem partirenter.

nientes, tum partientes, ut nostri etiam; sed nos squalidius; illorum, uides, quam niteat oratio. 6. Deinde ea, quae requirebant orationem ornatam et grauem, quam magnifice sunt dicta ab illis! quam splendide! de iustitia, de fortitudine, de amicitia, de aetate degenda, de philosophia, de capessenda re publica, de temperantia, † hominum spinas uellentium, ut Stoici, nec ossa nudantium,

illorum) *eorum* C 6. de temperantia) add. *de fortitudine* omnes. hominum) *homini de* E *hominum de* cett. *nec more hominum acu* Or. sine mendi nota. spinas) *spinis* PLCR

6. *de temperantia, hominum spinas uellentium*) In describendo Stoicorum disserendi genere imaginem sumpsit a chirurgis lente et caute et minutatim artem exercentibus; sed simul eas res elegit, quarum nomina aliam obicerent imaginem in oratione notanda usitatam. Nam *spinas uellere* et *ossa nudare*, carnibus resectis, chirurgi est; sed præterea legenti disserendi spinæ et definiendi partiendique et spinosum dicendi genus occurrunt et oratio exilis, ossa, non carnem neque sanguinem habens (Brut. 68). Uerba Ciceronis in codice archetypo corrupta erant; sic enim scriptum *ibi* erat, ut est in optumis (Pal. 1, Spir., mgine Crat.): *de temperantia*, *de fortitudine hominum de spinas uellentium* (*homini* solus, ut uidetur, Erl. proprio mendo; etsi quis confidat silentio ?). Hinc in cod. Moreli et deterioribus (etsi ex Ug non adnotatur) *factum de spinis*, quod erat in editionibus ante Gruterum, nulla sententia. In cod. El. (1) audacter et inepte scriptum est: *de animis hominum spinas uellentium*. Adparet, uoces *de fortitudine* nescio quo errore ex superioribus repetitas esse, nec alia est origo præpositionis *de* ante *spinas*. Ne illud quidem obscurum, in his uerbis negationem deesse, quom hæc sit sententia, ueteres illos oratione non similis fuisse hominum spinas uellentium. Sed præterea in genitiuo editores hæserunt. Itaque, ut omittam uiolentos Lbini conatus, P. Marsus edidit: *de temperantia, nec more hominum uellentium spinas* (hoc ordine, sed *uellentium de spinis* etiam cod. Bas.), manifesto coniecturam, non codicem sequens, idque Gzius asciuit. Inutiliter hoc Heinrichius (ad Cic. Oratt. part. ined. p. 17 ed. Kilon.), quem Orellius sequitur, exornauit addita uoce *acu*, e qua quomodo *de* oriri potuisse putarit, miror. Fieri potest, ut aliquid eiusmodi, quale Marso uisum est, exciderit in loco uerborum repetitione perturbato (paullo rectius alii apud Lbinum: *more hominum non spinas* &c.; nec enim hoc tamquam nouom adiungitur). Fortasse

sed eorum, qui grandia ornate uellent, enucleate minora dicere. Itaque quae sunt eorum consolationes! quae cohortationes! quae etiam monita et consilia, scripta ad summos uiros! Erat enim apud eos, ut est rerum ipsarum natura, sic dicendi exercitatio duplex. Nam quidquid quaeritur, id habet aut generis ipsius sine personis temporibusque aut, iis adiunctis, facti aut iuris aut nominis controuersiam. Ergo in utroque exercebantur; eaque disciplina ecfecit tantam illorum utroque in genere

quæ sunt) *sunt* EC id) om. P iis) *hiis* E *his* Or. ecfecit) *effecit* E

tamen Cicero solum genitiuom superioribus adiunxit, significans, hæc, quæ dicerent illi, hominum esse non spinas uellentium. Si enim sic scripsisset: *quam magnifica sunt*, rectissume per adpositionem adderetur: *hominum* &c. Nunc quom ante dixerit: *quam magnifice sunt dicta ab illis!* post plura interposita liberiore quadam breuitate orationis usus uideri potest, quæ sic explenda sit: *quam magnifice sunt dicta ab illis* — (ita ut ea sint) *hominum* &c. Post *hominum* facillume *non* excidere potuit. Sed adfirmari nihil potest. In loco dubio non premam aliam suspicionem. Nam uoces *de temperantia* minus commode extremo loco positæ uidentur ac potius hæc uirtus cum ceteris (*iustitia, fortitudine*) coniungenda fuisse, ut ab harum singularum uirtutum præceptis deinde oratio ascenderet ad præcepta de ætate degenda, de uniuersa philosophia &c. Iam quom in codicibus sic scriptum sit: *de temperantia, de fortitudine*, pæne suspicor, duo etiam illa uerba alium olim locum habuisse, et sic Ciceronem initio scripsisse: *de iustititia, de temperantia, de fortitudine.* Adnotandus deinde nominatiuos (*ut Stoici*) in conparando sic interpositus, ut non conueniat cum primariæ sententiæ forma, sed ἀπὸ κοινοῦ audiatur: *faciunt.* Exempla eius generis ascripsi ad II, 17.

Nam quidquid quæritur &c.) Notas et tritas in rhetorum scholis diuisiones adtingit, primum quæstionis generalis (τῆς θέσεως) et causæ (τῆς ὑποθέσεως) (uid. de inuent. I, 8, de Orat. I, 138 et II, 65, Orat. 46, ubi Aristotelis disciplina conmemoratur, Topic. 79 et Partit. § 61, ubi θέσις *propositum* appellatur, &c.), deinde generum controuersiæ, ex quibus status oriuntur, quæ Cicero hic ut in orat. 45, de Orat. II, 104 et 113, tria facit; quanta apud alios et in aliis ipsius Ciceronis libris diuidendi diuersitas sit, persequitur Quinctilianus lib. III c. 6.

dicendi copiam. 7. Totum genus hoc Zeno et qui ab eo sunt, aut non potuerunt aut noluerunt, certe reliquerunt. Quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. Itaque uides, quo modo loquantur. Noua uerba fingunt, deserunt usitata. At quanta conantur! — Mundum hunc omnem oppidum esse

7. Zeno) *et Zeno* PCROr. qui ab eo) *ab eo qui* LCROr. concupierit) *cupierit* L quo modo) *quo* CR at) *aut* E conantur) *conatur* Or.

7. *Zeno et qui ab eo sunt*) Editum hactenus est: *et Zeno et ab eo qui* &c., inepta distractione; nam Zeno cum sua schola Peripateticis et Academicis contrarii ponuntur. Cfr. quae dixi ad II, 68. Ut edidi, erat etiam in Spirensi; nam quod Gzius in eo et Erl. prius *et*, sed simul in tribus optumis codd. alterum *et* omitti scribit, redarguitur ab Erlangensi. Ordinem hunc uerborum (*qui ab eo sunt*) in isdem tribus esse ait. De usu locutionis *esse ab aliquo* dixit Handius in Tursell. I p. 86.

aut non potuerunt aut noluerunt, certe reliquerunt) Memorabilis haec est orationis figura; nam quom Cicero sic posuisset *potuerunt aut noluerunt*, ut infinitiuos eruendus esset ex sequenti uerbo finito (uelut *tractare*, si subiceretur *non tractarunt*), hoc ipsum uerbum cum negatione in unum contrariae notionis uerbum conflauit: *certe reliquerunt*, ut zeugmatis singularis species existat, cuius exemplum prorsus simile non reperio. *Relinquere* eadem significatione ponitur I, 18, Legg. I, 6. (Gzius et Otto putant *totum genus* pendere ab ipso uerbo *potuerunt*. Scilicet dicitur *multum, nihil possum*; quidni etiam *hoc genus non possum*, id est, non tractare possum? deinde autem: *hoc genus nolo*?) De Chrysippi arte rhetorica cfr. de Orat. I, 50.

At quanta conantur) Hunc locum, etsi non dubito, quin mendi aliquid habeat, tamen sic edo, ut ante Gzium scribebatur, quia correctio euidens non suppetit. Primum offendit nonnihil numeri subita mutatio in *conantur* et *incendit* in hac coniunctione: *incendit igitur*, ubi conclusionis forma, ut idem subiectum seruetur, postulare uidetur. Itaque Dau. et Ern. scribi uolebant *conatur*, idque in ed. a. 1480 repertum Orellius edidit, Zenonem significari putans. Mihi commodius de uniuersa schola, de qua ante Cicero dixit nec Zenonem a ceteris segregauit, hoc quoque dici uidetur, deinde autem unus aliquis Stoicus has sententias tradens animo concipi, ea orationis mutatione, de qua ad II, 22 expositum est;

nostrum. — Incendit igitur eos, qui audiunt. Uides, quantam rem agas, ut, Circeiis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existumet. — Quid? ille incendat? Restinguet citius, si ardentem acceperit. Ista ipsa, quae tu breuiter, regem, dictatorem, diuitem solum

Incendit igitur — audiunt) transp. post *existumet* Or. (*Incendi ergo eos* E) quantam rem) *quanta res* E agas) *agat* Or. ut Circeiis) om. E (*Circelis* P, *certe is* L *Cereolis* C) totum h. mund.) *mund. tot. hunc* E Restinguet) om. E citius) *potius* R tu) *tum* E regem — rhetoribus) Non. p. 164.

et similiter hic post *eos*, *qui* dicit *ardentem*; sed tamen id hoc loco, ut uerba nunc sunt, durius fit. Uitiosius est, quod de Catone sic dicitur, tamquam superiora de eo dicta sint: *Uides, quantam rem agas*, siue ἀποφαντικῶς hoc profertur, ut Catonem Cicero testetur, siue interrogatiue, ut quærat, animaduertatne. Nam quod Gzius audit: *si cum iis senseris*, primum Cicero in toto hoc loco Catonem a Stoicis separat et cum eo de iis tamquam seiunctis loquitur (ut paullo ante: *Itaque uides* &c.); deinde necessario hæc rei, quæ agitur, magnitudo in ea persona notari debet, quæ incendatne an non incendat, quæritur. (*Uide*, quod Ernestius substituebat, est cauere iubentis, quod ab hoc loco alienum est.) Itaque et ueteres quidam editores (Uen. 1480, Iunt., Crat., qui in margine habet *agas*) et nuper Dauisi coniecturam sequens Schuetzius *agat* scripserunt, recte meo iudicio. Sed sententiarum ordo non recte procedit; illa enim, quæ ad magnitudinem rei augendam pertinent (*uides*, *quantam rem* &c.) subici necessario debere uidentur ipsi rei declarationi: *mundum — nostrum*, et tum demum addi, quid ex eo consequi uideatur: *Incendit igitur* &c. Si his illa postponantur, caussalis particula abesse uix potest (*Uides enim*). Deinde hæc uehemens refutatio: *Quid? ille incendat?* necessario subici debet adfirmationi aut saltem eius apertæ confirmationi (*Uides enim*). Itaque non sine caussa Dauisius et Matthiæus, quos Gzius et Orellius secuntur, uerba illa: *Incendit igitur — audiunt* inter *existumet* et *Quid? ille* &c. ponenda putarunt, confirmante aliquatenus illa, quam primam adtigi, numeri mutatione. Aptius enim transitus ad singularem fiet in illa ad Catonem orationis conuersione (*agat, qui hæc dicat*). Nec tamen hæc omnino certa sunt. Codices nihil iuuant; *quanta res* e solo Erl. adnotatur, in quo uoces aliquot hic, ut sæpe, neglegentia omissa sunt. (Eritne, qui coniungat: *Incendi ergo eos — uides* et ex eo exculpere aliquid conetur?) *Potius* pro *citius* Dau. ex El. (1), Mead., Ball.

esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde; quippe; habes enim a rhetoribus; illorum uero ista ipsa quam exilia de uirtutis ui! quam tantam uolunt esse, ut beatum per se eficere possit. Pungunt enim, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui adsentiuntur, nihil conmutantur animo, et iidem abeunt, qui uenerant; res enim fortasse uerae, certe graues, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius.

IV, 8. Sequitur disserendi ratio cognitioque naturae; nam de summo bono mox, ut dixi, uidebimus, et ad id explicandum disputationem omnem conferemus. In his igitur partibus duabus nihil erat, quod Zeno conmutare gestiret. Res enim se praeclare habent, et quidem in utraque parte. Quid enim ab antiquis ex eo genere, quod ad disserendum ualet, praetermissum st? qui et definierunt pluruma et definiendi artis reliquerunt, quodque st definitioni adiunctum, ut res in partis diuidatur, id et fit ab illis et, quemadmodum fieri oporteat, traditur; item de contrariis; a quibus ad genera formasque generum uenerunt. Iam argumenti ratione conclusi ca-

ac) *atque* L *et* R Pungunt enim) *Pungunt* LPCROr. nihil) *nisi* C 8. his) *tis* (P) *hiis* E duabus) om. E se praeclare) (*et* E) *præcl. se* LPCROr. habent) *habeat* E res) *tres* PCR oporteat) *oportet* C uenerunt) *deuenerunt* C

a te quidem apte et rotunde, — illorum uero ista ipsa) Potuit pergere eadem forma: *ab illis uero — quam exiliter;* sed post breuem parenthesin repetitis uerbis *ista ipsa* orationem mutauit.

Pungunt enim) *Enim* Gzius in Bas. et Gud. 2 addi narrat; oblitus est Erl. appellare et sine dubio Spir. Particula non tam caussam quam explicationem significat.

Cap. IV, 8. *In his igitur partibus duabus*) *Duabus* omittit etiam Spir. Excidisse potius in his codicibus aut in ipso meliorum principe puto, quam in ceteris additum esse, nec sine caussa, quom breuiter et coniuncte disserendi rationem cognitionemque naturae nominasset, significat, has esse duas partis e tribus.

ad genera formasque generum uenerunt) *Deuenerunt* ex ed. pr. ad Man. et deinceps proxumos propagatum st. Correxit Dau. e Par. 1, 2, Mead., El. (Oxx. et Gzi omnibus).

caput esse faciunt ea) Paullo insolentius hic poni *esse faciunt*,

put esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; deinde ordinem secuntur; tum, quid uerum sit in singulis, extrema conclusio st. 9. Quanta autem ab illis uarietas argumentorum ratione concludentium eorumque cum captiosis interrogationibus dissimilitudo! Quid? quod pluribus locis quasi denuntiant, ut neque sensuum fidem sine ratione nec rationis sine sensibus exquiramus, atque ut eorum

ea quæ) *eaque* omnes. est) om. C 9. pluribus) *plurimis* E rationis) *rationes* C sine) om. E atque ut) *atque* Or.

Bremius recte sensit, quoniam alibi fere de iis ponitur, quæ libere finguntur aut in narrando inducantur, ut I N. D. 19 (ubi Epicureus de Platone loquitur) et 88 et III, 41, de opt. gen. orat. 17; hic de decreto et sententia dicitur. Sufficeret sane *caput faciunt ea, quæ.* (*Eaque*, quod ante Man. edebatur, reapse non differt.) *Perspicua* dicit πρόδηλα siue ἐναργῆ (Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 138 et II, 97, adu. Math. VIII, 141). Ordo, quem Cicero dicit, spectatur in iis, quæ concludendi caussa sumuntur, coniungendis et connectendis. Concluditur ad extremum, quid uerum sit, non, ut Gzius intellegit, in his ipsis, quæ sumpta sint (in propositione maiore et minore), sed in singulis rebus, quæ ad quærendum propositæ sint.

9. *argumentorum ratione concludentium*) Neque argumentum ipsum concludere alibi dicitur, sed concludi, neque ratione concludere, sed rationem (uid. ad I, 30); sed argumenta concludentia Cicero appellat, quæ conclusionem contineant et efficiant, *ratione* addit, ut recte et uere factam conclusionem distinguat a captiosa. Cogitauit Cicero de Aristotelis Analyticis et libro περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Oratio paullo duriorem omissionem uerbi habet, quom in priore membro magis intellegatur, uarietatem hanc inuentam ab illis esse, in secundo, ita traditam, ut simul dissimilitudo explicaretur. Mox etiam mgo Crat. habet *plurimis locis*, ut ea melioris familiæ scriptura putanda sit. Nimium tamen hoc est, et nescio quomodo etiam in optumis codicibus interdum *plurimis* pro *pluribus* scribitur, etiam ubi plane ineptus est superlatiuos, uelut I de R. P. 12, ubi plura ascripsit Orellius.

nec rationis) Mendum editionis primæ fere ad omnis ante Gruterum propagatum st, excepto Marso. Correxit Gruterus ex omnibus Pall. (Dau., Oxx., Gzius de codd. tacent. *Sine* exciderat etiam in Pal. 1).

atque ut eorum — ne separemus) In codicum scriptura: *atque*

alterum ab altero *ne* separemus? Quid? ea, quae dialectici nunc tradunt et docent, nonne ab illis instituta sunt? [inuenta sunt?] De quibus etsi a Chrysippo maxume st

ne) om. omnes, Or. [inuenta sunt] om. L *et inuenta* Or. sine uncis.

ut eorum alterum ab altero separemus, apertissume contrarium dicitur, atque debet; itaque olim Marsus, Iunta, Crat., nuper Gzius, sequens paucissumos et pessumos codices (Pal. 3, Bas., Gud. 1), *ut* sustulerunt atque hoc sic superioribus adiungi uoluerunt, ut ostendatur, quid illo modo secuturum sit, hac sententia: atque sic eorum — separemus. Id aliquo modo ferri poterat, si superior oratio negatiuam formam haberet (*denuntiant, ne aut — aut*), ut uis particulæ *ne* pertineret ad *atque*, etsi sic quoque Latina consuetudo potius negatiue hanc continuationem adiungi iuberet. Nunc quom adfirmatiuam formam prior sententia habeat (*denuntiant, ut*), deinde negatiue diuidatur (*neque — nec*), prorsus illa interpretatio euertitur. Uerum uidit Lbinus in curis secundis, particulam negatiuam uerbo adiunctam excidisse. (Dauisius *neque eorum.*) Præterea, quoniam dicitur: *denuntio, ut ne facias*, non: *ut non*, requiri uidetur: *ut neue sensuum fidem — neu rationis;* uid. Wesenbergius Obseru. Critt. ad orat. pro Sest. p. 36. Et erat sane legitumum; seruatane sit semper regula in hac diiunctione negationis, non audeo adfirmare.

instituta sunt? [inuenta sunt?]) Retinui quod in omnibus, præter L nostrum, codicibus scriptum st (Grut., Dau., Oxx., Gzi); neque enim uidetur hoc ex eo ortum esse posse, quod inde a Iunta substituerunt: *instituta sunt et inuenta.* Nec tamen ullo modo in hac orationis forma ferri asyndeton illud et uerbi substantiui geminatio potest. (Debebat saltem dici: *nonne inuenta?* sed nihil omnino st, cur hæc sic distrahantur et insigniantur.) Itaque prorsus credo teneri hic antiquom interpretamentum ascriptum ad uerbum *instituta*, quod significat, ab illis primum hæc tractata esse et formam accepisse (cfr. ad § 3). Proxuma sic cohærent: Quamquam Chrysippus Stoicus in dialecticis ita elaborauit, ut aliquid propriæ laudis in hac parte Stoici habere uideantur, Zeno tamen, de cuius cum superioribus conparatione et ab iis discessione quæritur, multo minus in hoc genere elaborauit quam ueteres. Ab ipso autem Chrysippo (*ab hoc*, qui præter ceteros excellit) quædam non melius docentur et traduntur, quam ueteres tradiderant. Nominatiuos *ueteres*, in quo Lbinus et alii hæserunt, minus habet offensionis, quod, quom uerbum in tota hac sen-

elaboratum, tamen a Zenone minus multo quam ab antiquis; ab hoc autem quaedam non melius, quam ueteres; quaedam omnino relicta. 10. Quomque duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio conpleatur, una inueniendi, altera disserendi, hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne adtigerunt quidem. Nam e quibus locis, quasi thesauris, argumenta depromerentur, uostri ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio et uia tradiderunt. Quae quidem res ecficit, ne necesse sit isdem de rebus semper quasi dictata decantare neque a commentariolis suis discedere. Nam qui sciet, ubi quicque positum sit, quaque eo ueniat, is, etiam si quid obrutum erit, poterit eruere, semperque esse in disputando suus. Quod etsi ingeniis magnis praediti quidam dicendi copiam sine ratione consecuntur, ars tamen est dux certior quam natura. Aliud est enim poëtarum more uerba fundere, aliud ea, quae dicas, ratione et arte distinguere.

tamen) *tum* E 10. perfecte) *perfecta* E ne adt.) *non att.* L ecficit) *effecit* LPROr. commentariolis) *commentatoribus* R etsi) *et* C magnis) *magis* L consecuntur) *consequitur* E est dux) *dux* E est enim) *enim est* R

tentia *ἀπὸ κοινοῦ* adsumatur, actiuom non minus facile succurrit.

10. *priorem autem illi* &c.) Notabiliter *illos* dixit, quos propius nominarat, *hos*, quos prius. Sed tempore et cognitione propiores erant Stoici quam *ueteres* illi; cfr. § 12. Topicam' Aristotelis significari et ita laudari, ut oratorem magis audias quam philosophum, adparet.

Quæ quidem res ecficit, ne) Sic ed. prima et a. 1480, tum a Manutio ceteri ad Gzium. Relicui ueteres editores, Gzius ex Eξ suisque omnibus *ecfecit;* mihi id ex Erl. non adnotatur. Melius etiam artis, quæ ab illis inuenta nunc extet, ecfectus uidetur significari uerbis *quæ res*, quam ipsius inuentionis. Uerbo, quod est *ecficio*, sunt qui tradant, a Cicerone eiusque æqualibus semper ut *ne*, numquam simplex *ne* subici, quos et hic locus refellit et alter a Wesenbergio adnotatus, ad Attic. VI, 1, 16. Mox *quod si* etiam Eξ, Bas. *Est* post *tamen* omittit etiam Spir., non recte in huiusmodi apodosi.

V. 11. Similia dici possunt de explicatione naturae, qua hi utuntur et uostri, neque uero ob duas modo caussas, quod Epicuro uidetur, ut pellatur mortis et religionis metus; sed etiam modestiam quandam cognitio rerum caelestium adfert iis, qui uideant, quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo, et magnitudinem animi deorum opera et facta cernentibus, iustitiam etiam, quom cognitum habeas, quod sit summi rectoris ac domini numen, quod consilium, quae uoluntas; cuius ad naturam apta ratio uera illa et summa lex a philosophis dicitur. 12. Inest in eadem explicatione naturae insatiabilis quaedam [e] cognoscendis rebus uoluptas, in qua una, con-

11. qua) *quæ* E hi) *ii* L *hic* E ut) *et* E caelestium) om. P iis) *his* EL iustitiam) om. P ac domini) *et dom.* PCR apta) *aperta* L dicitur) *datur* C
12. [e] cognoscendis) *cognosc.* E, sine uncis Or. *in cogn.* R

Cap. V, 11. *qua hi utuntur et uostri) Hos* appellat, quos supra, quia remotiores erant, sæpius contrario pronomine (*illos*) demonstrauit (5, 6, 8, 9, 10), opinor, quia, quom topica, quæ eorum propria erant, commemorasset, animo propiores occurrebant. Sed in hac significatione, quid utrique similiter faciant, scribendum uidetur: *et hi utuntur et uostri*, ex qua scriptura in Erl. codice ortum puto *quæ*.

sed etiam modestiam) Lbinus malebat *sed quod etiam*, Dauisius *sed et quia*, nimis seuere orationem exigentes ad normam; uid. exc. ad I, 23. Mox *cælestium* omittitur etiam in Gud. utroque, Bhs. Genus præcipuum rerum, quas inuestigare in physicis studebant, Cicero nominat (cfr. ad III, 37). Quæ secuntur, maxume de summo rectore et de eius ad naturam apta ratione, quæ sit summa lex, ea e media Stoa hic, præeunte, ut uidetur, Antiocho, ad ueteres translata esse, facile sentiet, qui uel e N. D. I § 36 et 40, Legg. I, 18 et II, 8 Stoicorum sententias et orationem norit (Diog. VII, 88 &c.). *Ac domini* (pro *et dom.*) Uict., tum Gzius e quattuor optumis suis codd.

12. [*e*] *cognoscendis rebus*) Præpositio aberat etiam a Spir. Potest ablatiuos breuius positus quasi instrumentum uoluptatis percipiendæ significare. Marsus edidit: *in cognoscendis*. Tum *possimus* (quo uerbi modo qualitas uoluptatis magis coniungitur cum magnitudine) plures ueteres editiones (Uen. a. 1480, Crat.); *pos-*

fectis rebus necessariis, uacui negotiis honeste ac liberaliter possimus uiuere. Ergo in hac ratione tota de maxumis fere rebus Stoici illos secuti sunt, ut et deos esse et quattuor ex rebus omnia constare dicerent. Quom autem quaereretur res admodum difficilis, num quinta quaedam natura uideretur esse, ex qua ratio et intelle-

negotiis) *et otiis* E possimus) *possumus* LROr. et quattuor) *quia quattuor* E natura) *ni* C

sumus a Manutio omnes tacite, nisi quod Gzius editiones ueteres conmemorat, non codices.

num quinta quædam natura esset &c.) Apertum st, σῶμα illud κυκλοφορητικόν, αἰθέριον, ἀμετάβλητον significari, e quo Aristoteles cælestia orta esse docet (de cælo libr. I, 2 et 3, II, 7 aliisque locis, quos Krugius in Hist. Philos. Ant. p. 256 citat), quodque posteriores conmemorando celebrarunt, uelut Sextus Empiricus (Hypot. libr. III, 31, adu. Math. X, 316), Plutarchus (de plac. phil. I, 3), Diogenes (V, 31), Stobæus (Ecl. Physic. p. 308 Heer.), quos Krugius nominat, aliique, quos Coteleriu ad Clementis Recogn. VIII, 15 et Dauisius ad Ciceronis Acad. I c. 7 enumerant. Eandem quintam naturam a Xenocrate aperte conmemoratam fuisse, auctor est Simplicius in Aristot. Phys. VIII p. 268 A (in editione Berol. scholiorum Aristot. p. 427). Cicero adtingit etiam Tuscul. I, 22 et Acad. I, 26, et utroque loco, ut hic, conuincitur, quam ex non limpidis fontibus cognitionem philosophiæ Aristotelie duxerit. Nam animum ex hoc quinto genere materiæ et corporis ortum esse, nusquam Aristoteles dixit, qui diligentissume animum a corporea natura seiunxit. Antiochus, ut opinor, quom Stoici igneum animum facerent, Aristotelem quoque induxit animum ex elemento aliquo fingentem; nam apud ipsum Ciceronem hanc confusionem natam non arbitror, qui hæc omnia ab aliis sumpserit. Interpretes ne in Tusculanarum quidem loco, cui omnis machinas frustra admouent, ut a Cicerone culpam non recte conuersi ἐντελεχείας nominis amoliantur, alterum hunc grauiorem errorem adnotarunt, qui ab aliis ante aliquot sæcula animaduersus est. (Ἐντελέχειαν tamen esse quintam illam naturam, ne Cicero quidem dixit, quod Gzius et Otto et alii narrant, etsi coniunctionem aliquam harum notionum fingit, quæ nulla st.) Zenonis de ignea animi natura et ignis inter elementa principatu notissuma sententia st.

gentia oriretur, in quo etiam de animis, cuius generis essent; quaereretur, Zeno id dixit esse ignem; nonnulla deinde aliter, sed ea pauca; de maxuma autem re eodem modo, diuina mente atque natura mundum uniuersum atque eius maxumas partes administrari. Materiam uero rerum et copiam apud hos exilem, apud illos uberrumam reperiemus. 13. Quam multa ab iis conquisita et conlecta sunt de omnium animantium genere, ortu, membris, aetatibus! quam multa de rebus iis, quae gignuntur e terra! quam multae quamque de rebus uariis et caussae, cur quicque fiat, et demonstrationes, quemadmodum quicque fiat! qua ex omni copia pluruma et

mente) *ratione* C atque eius) *et eius* E *at eius* L copiam apud hos) *apud eos ccp.* LPCR 13. iis) *his* EPLOr. omnium) *omni* E iis) *his* L quamque) om. R quicque) *quæque* C fiat) *fiet* E quicque) *quitquid* E *quæque* cett. Or. fiat) *fiant* omnes, Or. (etiam E ex mea coll.) copia) *materia* (punctis not.) *copia* L

et copiam apud hos exilem) Sic editur inde a Manutio, et confirmant Erl. et Spir., id est, melior familia. Deteriores ceterorum ut nostri et ueteres editiones: *et apud eos copiam* (Par. tres Dau., Mead., El. (1), C. C. C., Εχψ, relicui Gziani). Ex leuiculo mendo inutiles et peruersæ Dau. et Gzi coniecturæ natæ sunt. (Gud. 2 *naturam uero rerum.*) Mox *ab iis* necessario scripsi (ut erat in ed. R), id est, ab iis, qui proxume (uoce *illos*) demonstrati sunt. Nam hic quidem *ab his* referri non poterat nisi ad Stoicos, de quibus dixerat: *apud hos.*

13. *de rebus iis, quæ gignuntur e terra*) περὶ φυτῶν. Solet Cicero hac circumlocutione uti (V, 33, Acad. I, 26, N. D. II, 29 et 33), quod unum aptum totius generis nomen non habebat; nam herbis non conprehenduntur arbores, plantæ apud Latinos aliter dicuntur. (In iis locis, in quibus Forcellinus et Schellerus plantam per synecdochen φυτόν intellegi tradunt, partim apertissumum est, propriam significationem necessario retineri, ut apud Colum. XI, 3 med. *et semine et plantis*, partim nihil obstat, quo minus retineatur, ut apud Iuuen. III, 227.) De N. D. II, 36 breuitatis caussa *stirpes* dicit (*stirpium similis aut bestiarum*), sed § 28: *ea, quorum stirpes terra continentur;* infra V, 33 *arbores et stirpes;* cfr. § 10. Plinius *terra edita* uertit (lib. XII init.). Aristotelis et Theophrasti de historia naturali libros significari, manifestius est quam ut dici debeat.

cur quicque fiat — quemadmodum quicque fiat) Sic edendum

certissuma argumenta sumuntur ad cuiusque rei naturam explicandam. Ergo adhuc, quantum equidem intellego, caussa non uidetur fuisse mutandi nominis. Non enim, si omnia non sequebatur, idcirco non erat ortus illinc. Equidem etiam Epicurum, in physicis quidem, Democritium puto. Pauca mutat, uel plura sane; at quom de

certissuma) *necessaria* R sumuntur) *sequuntur* C cuiusque) *cuius* E enim si) *nisi* C sequebatur) *sequebantur* L Epicurum) *Epicurorum* E *Epicureorum* PC *Epicure horum* R Democritium) *Democritum* omnes. uel) *ut* E at) *aut* E de plur.) *e plur.* EPCROr.

fuit e uestigiis codicis Erl., e quo mihi hæc notatur scriptura: *cur quitque fiet — quitquid fiant;* Gzius ex eo et Spir. profert: *cur quidquid fiet* (Sp. *fiat*) — *quidquid fiat.* Ceteri editores, qui meliores codices habuerunt, tacent. (Ox. E altero loco *quoque.*) Numerum eundem seruari debere et tantum uocem interrogatiuam mutari (*cur* et *quemadmodum*), ipsa forma orationis ostendit. Ad *quidquid* recipiendum segniorem me fecit Erlangensis codicis inconstantia; dicetur de hac re ad V, 24. Paullo post sic loquitur Cicero, tamquam hoc præcipue agatur, nonomne scholæ nomen a Zenone oriri debuerit, ac non illud, re an uerbis Zeno a ueteribus discrepet.

Democritium puto) Recte sic Uictorius et Orellius mendum codicum correxerunt. Nam præterquam quod ipsum hoc ineptissume dicitur: *Epicurum puto Democritum*, pro eo quod est: *quasi alterum quendam Democritum esse puto* (longe aliter Acad. I, 6: *Epicurum, id est, Democritum probarem*; nam qui Epicurum probat, Democritum probat), omnino hoc totum abhorret a sententia huius loci. Negat enim Cicero, caussam fuisse, cur Zeno nouæ sectæ auctor existeret ac non Peripateticus siue Academicus appellaretur, etsi paullum deflecteret; itaque addit, se etiam Epicurum in Democriti schola numerare. Non Platonem aut Aristotelem Zenonem efficere uolt, sed Platonicum aut Aristotelium. Eodem mendi genere interdum *Epicurus* scribitur pro *Epicureo*, ut in Erl. I, 25. Hic autem pro *Epicurum* etiam Pall. 1 et 6 *Epicurorum*, hinc ceteri Pall., Oxx. omnes *Epicureorum*, Par. 1 et 8 *Epicureonta*.

pauca mutat, uel plura sane; at quom de plurumis) Hæc sic enarranda puto: Pauca mutat, uel, si quis ita mauolt, plura sane, quam quæ pauca dici possint. In *sane* significatur concessio non pertinaciter resistentis (ut II Acad. 105). Ita dubitatur tantum, quanta habenda sint, quæ Epicurus mutarit. Alii sic enarrant:

plurumis eadem dicit, tum certe de maxumis. Quod idem quom uostri faciant, non satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam.

VI. 14. Sed haec hactenus. Nunc uideamus, quaeso, de summo bono, quod continet philosophiam, quid tandem adtulerit, quamobrem ab inuentoribus, tamquam a

idem) *item* LPCR (*quit idem* E) 14. haec) *hic* E quid) *ecquid* Or.

"etiam plura mutet, quam iam mutauit," ut hoc dicatur, etiam si una et altera mutatio adcesserit, nihilo minus hoc indicandum fore. Sed præterquam quod hæc concessio nimia est (data enim hac uenia, non potest pro certo poni, eum de plurumis et maxumis eadem dicere), non puto in hoc transitu a rei factæ declaratione (*mutat*) ad concessionem coniunctiuom modum, qui specialior est, ex indicatiuo audiri posse, quomodo e subsequenti coniunctiuo eruitur indicatiuos (III, 21). Itaque Dauisius scribi uolt: *pauca mutet, uel plura sane*; atqui pauca eum mutare, constabat. Gzio autem placet: *pauca mutat; mutet uel plura sane;* in qua coniectura male concurrunt *uel* et *sane*, et nimis dura coniunctio orationis est. *De plurumis* necessario cum Lbino, Dauisio, Schuetzio scribendum erat. Nam neque per se ullam habet sententiam aut orationis Latinæ formam *e plurumis eadem dicere*, quom significatur (ut profecto significatur) plurumarum rerum consensio, neque uariari in hac contrariorum coniunctione potest: *quom de plurumis, tum certe* (si de plurumis non concedas) *de maxumis.* Habuit tamen codicum scriptura defensores Wopkensium (Lectt. Tull. p. 27), enallaga utentem, quid *e* significet, non dicentem, et Gzium, qui *e plurumis* putat esse "quoad pluruma," ascribens locum corruptum de Off. I, 51, in quo *e quibus legibus cetera obseruentur* uolt esse "quoad quas leges." (Sanarat pridem eum locum Gulielmi emendatio, quam et sententia et orationis forma manifesto ueram esse euincunt.) Oxx. *e pl.* adnotant e ψχ, *plur.* ex U, ut in Eξ mendum correctum fuisse uideatur.

Quod idem) Sic Ernestius fortasse casu; Gzius confirmari ait a Gud. 2, Bas., Mon., "editisque ueteribus præterea multis." Editiones ueteres omnes *item* et sic in illis codicibus uidetur fuisse; *idem* cum Erl. (et Ox. ξ) habuit, opinor, Spir. Cfr. Gernhardus et Klotzius ad Læl. § 14. (Pro *non* Pal. 1 *nam.*)

Cap. VI, 14. *quid tandem adtulerit*) Man. et ceteri deinceps *ecquid tandem* contra codices (Oxx., Gzi omnis) nec necessario;

parentibus, dissentiret. Hoc igitur loco, quamquam a te, Cato, diligenter est explicatum, finis hic bonorum et quis a Stoicis et quemadmodum diceretur, tamen ego quoque exponam, ut perspiciamus, si potuerimus, quidnam a Zenone noui sit adlatum. Quom enim superiores, e quibus planissume Polemo, secundum naturam uiuere summum bonum esse dixissent, his uerbis tria

explicatum) *explicatus* C bonorum) add. *qui continet philosophiam* (*philosophari* R) omnes. et) om. R quis) *qui* EC noui) *nouum* C planissume) *plenissime* CR dixissent) *dixisset* ELCR tria) transp. post *Stoici* C

et mox dicit *quidnam* (quasi aliquid tamen esse credens), non *ecquidnam* (quasi plane suspicans, nihil esse).

est explicatum, finis hic bonorum &c.) Ita Dauisius e Parisinis tribus, Mead. Adcedunt EUψ, Gzi, excepto Gud. 2, omnes, ut figuram illam orationis, quæ in superiorum editionum scriptura erat, hic in uno et altero codice errore librari male uerba coniungentis ortam esse adpareat. Quæ in codicibus adduntur uerba, ea iure Ernestius damnauit, Gzius omisit. Recte supra ponuntur, ubi, postquam de dialecticis et physicis dixit, redit ad grauissumam suo iudicio partem, quam ante (§ 5 et 8) distulerat; hic putidissume repetuntur. Tum *et qui* etiam ed. a. 1480 et e prima Man. et Lbinus; paullo post Ernestius *si poterimus*, ut in Eξ scribitur; adtigi hoc in disput. de formis quibusdam uerbi Lat. II p. 5 not.

e quibus planissume Polemo) Ceteri enim magis idem significarant quam plane et perspicue dixerant. *Plenissime* ex uno adnotatur Ox. χ, *planissume* Crat. in margine, Marsus, Uictorius. Antiochus (nam huius auctoritatem, non ipsius Polemonis scripta Ciceronem sequi, adparet ex Acad. II, 131) quam fideliter ipsam Polemonis uerborum formulam expresserit, non constat. Polemonis liber περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου nominatur a Clem. Alex. Strom. VII p. 304 Sylb.

tria significari Stoici dicunt) Quinam Stoici hanc triplicem significationem exposuerint, ignoro; nec uidentur id facere potuisse, quin faterentur, ambiguum suum esse finem et interpretatione extrinsecus ascita terminandum. Itaque nonnihil dubito, rectene Stoicis hæc tribuantur; Antiochi esse potius arbitror. Posidonius certe apud Galenum de Placitis Hippocr. et Plat. p. 291 (cfr. Beierus ad Cic. Off. II p. 429) eos reprehendit, qui Stoicum finem (τὸ ὁμολογουμένως ζῆν) alio detorqueant.

significari Stoici dicunt, unum eiusmodi, uiuere adhibentem scientiam earum rerum, quae natura euenirent; hunc ipsum Zenonis aiunt esse finem, declarantem illud, quod a te dictum st, conuenienter naturae uiuere;

esse finem) *fin.* *esse* LPCROr.

unum eiusmodi, uiuere adhibentem &c.) Quom demonstretur explicatio, quæ statim adiungitur, non sine caussa Ernestius scribendum indicasse uidetur *huiusmodi;* nam *eiusmodi* aut ad superius aliquid referri uidetur aut relatiuam orationem postulare. Sed ipsa illa explicatio relatiuæ orationis locum tenere uidetur (quasi sit: *unum eiusmodi, ut sit uiuere* &c.), quemadmodum pro Rosc. Am. 17: *Nam duo isti sunt T. Roscii homines eiusmodi: alter plurumarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur; hic autem* &c., et in Uerr. II, 187: *aspicimus lituras eiusmodi quasi quædam uolnera tabularum recentia.* In inperfecto *euenirent* hic Ernestius hæsit, supra libr. II, 34 non hæserat. Nam et ibi et III, 31 lecta st hæc Chrysippi formula, *ζῆν κατ᾽ ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων.* Eius enim esse, Diogenes Laërt. (VII, 87) et Stob. (Ecl. Eth. p. 134) testantur. Declarabat autem, a Stoicis communem illam et rationalem naturam intellegi, cui singulis parendum esset. Itaque Posidonius illo, quem paullo ante indicaui, loco ait: *κατ᾽ ἐμπειρίαν τῶν κατὰ τὴν ὅλην φύσιν συμβαινόντων.* Ex illa autem *ἐμπειρίᾳ* deriuabatur *ἡ ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ εὐλογιστία*, quam finis loco Diogenes Babylonius habebat (Diog. VII, 88, Stob. p. 134, Clem. Alex. Strom. II p. 179 Sylb. Plutarchus adu. Stoic. c. 27 p. 1072 F pro Diogene Antipatrum nominat).

hunç ipsum Zenonis aiunt finem esse &c.) Non hæc ipsa Zenonis fuisse uerba dicit, ut Gzius putat, sed nihil aliud in iis contineri, nisi ipsum Zenonis finem: hanc tantum declarationem esse eius, quod breuius is dixisset et Cato posuisset (*declarantem illud, quod* &c.). Itaque hanc quidem formulam, *conuenienter natura uiuere*, ipsi Zenoni tribuit, et in eo totius huius loci disputatio uersatur, quom ostendatur, Zenonem eodem fine usum esse, quo ueteres illos, tantum aliter eum declarasse. Tradunt tamen Zenonis formulam fuisse *ὁμολογουμένως ζῆν*, Cleanthem demum *τῇ φύσει* addidisse (Stob. p. 134, Clem. Alex. Strom. II p. 179 Sylb.). Sed Diogenes (VII, 87) iam Zenonem alicubi eodem modo locutum esse scribit, adposito etiam libri nomine. (Cfr. ad III, 21.) *Esse finem* etiam Spir.

(15.) alterum significari idem, ut si diceretur, officia omnia media aut pleraque seruantem uiuere. Hoc sic expositum dissimile st superiori. Illud enim rectum st (*κατόρθωμα* dicebas) contingitque sapienti soli; hoc autem inchoati cuiusdam offici st, non perfecti, quod cadere in nonnullos insipientis potest. Tertium autem,

15. significari) *significare* LPCR ut si) *ut* LR *uter* C pleraque) *plena* E seruantem) add. *idem* L rectum st) *rectum quod* LPCROr. contingitque) *contingit* COr.

15. *alterum significari idem*) Sic Gzius etiam e Spir., hoc est: alterum, quod significaretur, esse idem ut si &c. Quom sufficeret (post illa *tria significari*, *unum eiusmodi* &c.) *alterum idem* &c., Cicero, quod nonnulla interuenerant, uerbum iterum posuit. *Si* post *ut* addidit Lbinus, confirmauitque Pal. 1, tum Spir. Intellegitur externa actionum conuenientia cum naturæ regula officiisque, quæ illa regula constituuntur, non coniuncta cum perfecto illo animi et uoluntatis consensu cum naturæ lege.

illud enim rectum st (*κατόρθωμα dicebas*) *contingitque*) Sic omnibus litteris etiam Spir., nec dubitari debet de Pal. 1, e quo Gruterus edidit: *rectum st* (*quod κατ. dic.*) *contingitque*, omissum *quod* aut non animaduertens aut de eo ideo tacens, quod recte abesse non uidebat. Ueram esse hanc scripturam, etiam ex eo intellegitur, quod deteriores quoque codices habent *contingitque* (ceteri Pall., Par. tres Dauisi, Mead., Gzi præter Bas. De Oxx. mihi non liquet. E Dauisianis soli El. (1) et C. C. C. *contingit*, hic tamen *est rectum*), persuadetque orationis concinnitas in his: *illud rectum st* et: *hoc inchoati cuiusdam offici st*. Dicat aliquis, *illud* non recte referri ad totum illud *uiuere adhibentem scientiam* &c., quia in eo non unum sed multa *κατορθώματα* insint. Sed in eandem difficultatem altera scriptura incurrit in pronomine *hoc*; et eo facilius hic a tota uita ad singulas actiones transitus ferendus est, quoniam *κατορθώματα* apud Stoicos non numerantur, et qui semel *κατορθοῖ*, semper *κατορθοῖ*. Parenthesis abrupte interiecta st (quo genere Liuius fere utitur), non relatiuo pronomine adnexa, quod non nunc primum *κατόρθωμα* Latine uertit, sed breuissume significat, quam Stoicorum uocem ab ipso Catone positam eodem modo interpretetur. (Erit enim fortasse, qui requirat: *κατόρθωμα enim ita dicebas*, quod recte scriberetur, non necessario.) Similiter Acad. II, 88 interponitur: *Græci id οἰκεῖον appellant*.

Tertium autem, omnibus aut maxumis — fruentem uiuere) Hoc

omnibus aut maxumis rebus iis, quae secundum natu-

aut) om. B

est: tertium autem significari &c. In recentioribus aliquot editionibus male hæc sic continuantur: *uiuere, hoc non est &c.*, ubi pro *hoc* saltem *id* dicendum erat, ac tamen hoc loco uitiose abundaret; obscuratur autem in illa distinctione primaria sententia. Pro *autem* Gud. 2 *aut;* et poterat placere, si meliorem auctoritatem haberet (ut V Tusc. 84); necessarium non esse, ostendit uel quod proxume dictum st: *officia omnia media aut pleraque.* Deinde *aut* omittit etiam codex Spirensis, et probari posse Gzius putauit, peruersissume; nam *omnia maxuma* dicerentur ut *omnia minuma*, id est, *uel maxuma*, prorsus omnia, ne maxumis quidem exclusis (uid. ad III, 8), quod hinc alienissumum esse, manifestum st. Deinde satis loquitur ipsa res. Nam in hac tertia sententia aut omnia requirebantur aut, si non omnia, maxuma (plurúma et maxuma); uid. § 27 et 34 et 60 et Acad. I, 22. Postremo Gzius etiam e Spir. dedit *secundum naturam sunt*, quod ego non magis hic probare potui quam similem indicatiuom in III, 31; ita enim hæc in tertiam interpretationem includuntur, ut non certum et definitum sit, quæ res sint secundum naturam. Redit autem Cicero ad præsens tempus (*dicunt*), quom bis inperfectum interposuisset; uid. ad III, 67. Sed hæc minuta. Illud grauius. quod a nullo hactenus animaduersum st, Ciceronem, id est Antiochum, in ambiguitatem non paruam incidere in toto hoc loco et reliquis, quibus eandem rem adtingit. Nam ueterec illi ad beatam uitam requirebant omnia *bona* aut maxuma et plurúma, ut Polemo (apud Clementem Alex. Strom. II p. 180) *φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλόμενος ἀγαθῶν πάντων ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων*, bonorum autem longe summum uirtutem. Itaque et apud hunc uirtus in fine boni principatum tenebat, ut mox Cicero ait, et Aristoteles et Xenocrates eam aperte nominabant, ille *χρῆσιν ἀρετῆς* ponens (uid. ad V, 26), hic *κτῆσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς*. Sed Cicero pro *bonis* substituit ea, quæ sunt secundum naturam, quæ quom Speusippus nominabat, separabat ab ipsa uirtute (apud Clem. Alex. Strom. l. c., *τὴν εὐδαιμονίαν ἕξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν*), aut etiam manifestius e media Stoa (uid. exc. ad II, 33) prima naturæ, ut Acad. I, 22 (*et utrisque hic bonorum finis uidebatur, adipisci, quæ essent prima natura quæque ipsa per se expetenda, aut omnia aut maxima*). Itaque hic finis non differt a Carneadio illo fine qui II, 35 et 42 et V, 20 commemoratur, nisi quod in eo non so-

ram sint, fruentem uiuere. Hoc non est positum in nostra actione; conpletur enim et ex eo genere uitae, quod uirtute fruitur, et ex iis rebus, quae sunt secun-

sint) *sunt* EOr. conpletur) *complectitur* C et) om. ER fruitur) *finitur* LCROr. et) om. R iis rebus) *his tribus* L sunt sec. nat.) *sec. nat. sunt* CROr.

let addi *aut omnia aut maxuma;* et ipsum hoc Cicero addit Tuscul. V, 84 (*nihil bonum, nisi naturæ primis* [*bonis*] *aut omnibus aut maxumis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat*), ut nil iam prorsus intersit. Et tamen Cicero in Carneadis fine semper negat uirtutem conprehendi (II, 38 et 42, V, 22), quia in primis naturæ uirtus non inerat. Adparet, has turbas ex eo ortas esse, quod Antiochus in suo illo disciplinas conflandi conatu ueterum illorum philosophorum dicendi proprietatem cum sententiis coniunctam neglexerit et, quom ea, quæ essent secundum naturam, primum ita posuisset, ut uirtutem simul conprehendi uellet, deinde non satis hanc notionem distinxerit ab illis primis naturæ, quæ sic dicerentur, ut uirtus non conprehenderetur; nisi quid in hac posteriore parte ab ipso Cicerone erroris adcessit. Itaque rectius alibi Cicero ueterum illorum finem sic definit, ut ad uirtutem prima illa adiungat, ut II, 34, V, 21, Acad. II, 131, cett. Hæc est enim formula: *ζῆν κατ᾽ ἀρετὴν ἐν τοῖς περὶ σῶμα καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις* (Stob. Ecl. Eth. p. 268, 278, *βίος κατ᾽ ἀρετὴν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν*, ibd. p. 312).

quod uirtute fruitur) Sic, ut inde a Uictorio et Manutio ad Dauisium, Grutero tacente, editum st, scriptum habet melior codicum familia (nominatur præter Erlangensem mgo Cralandri, de cuius contextu errat Orellius) et deteriorum non pauci (ξψχ). Gzius in tribus suis *fruitur* scribi ait, inter quos erant Erl. et Spir. Eam uitam, in qua inesset uirtus, Cicero sic appellauit, ut simul significaret hominem uirtute tamquam bono fruentem. Id ad ipsam uitam transferri ab homine multo minus est durum quam et alia et illud, quod III, 45 bonum dicitur naturæ conuenire, quia constat uitæ cum natura conuenientia. *Quod uirtute finitur* erat in cod. Urs. et ex Par. 1 et 3 et Mead. commendauit Dauisius, secutique sunt recentiores. Sed *uitam uirtute finiri*, ut esset *absolui*, τελειοῦσθαι, quemadmodum Dauisius interpretatur, nemo Latine dixit; illud dicitur (III, 46) bonum conuenientia finiri, id est, hunc finem, hoc ultumum habere. Uitæ finis mors est; neque enim *finire* est perficere (de præstantia), sed terminare. Et si

dum naturam neque sunt in nostra potestate. Sed hoc summum bonum, quod tertia significatione intellegitur, eaque uita, quae ex summo bono degitur, quia coniuncta ei uirtus est, in sapientem solum cadit; isque finis bonorum, ut ab ipsis Stoicis scriptum uidemus, a Xenocrate atque ab Aristotele constitutus est. Itaque ab iis constitutio illa prima naturae, a qua tu quoque ordiebare, his prope uerbis exponitur.

tertia) *certa* PCR coniuncta ei) *et coni.* L uirtus est) *e. u.* E iis) *his* ELOr. naturæ) *natura* EPR *nostra* C ordiebare, his) *ordiebatis* E

quis subtilius hæc persequi uolet, reperiet, *τέλειον βίον* Aristotelem non in uirtute posuisse, sed uirtutis usui adiunxisse.

quod tertia significatione) Sic Gruterus e Pal. 1 et 6; Dauisius El. addit, Gzius tris optumos suos (Oxx. *certa* adnotant tantum ex Eχψ); antea erat *certa*. Miror Beierum ad Off. II p. 428 hanc tertiam interpretationem, in qua ratio habetur desideriorum naturarum singularum, et illud etiam, quod V, 26 legitur, confundere cum Stoicorum formulis.

a Xenocrate) Clemens Alex. Strom. II p. 180 Sylb. *Ξενοκράτης τὴν εὐδαιμονίαν ἀποδίδωσι κτῆσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῆς ὑπηρετικῆς δυνάμεως. Εἶτα ὡς μὲν ἐν ᾧ γίνεται, φαίνεται λέγων τὴν ψυχήν· ὡς δ' ὑφ' ὧν, τὰς ἀρετάς· ὡς δ' ἐξ ὧν ὡς μερῶν, τὰς καλὰς πράξεις καὶ τὰς σπουδαίας ἕξεις τε καὶ διαθέσεις καὶ κινήσεις καὶ σχέσεις· ὡς τούτων οὐκ ἄνευ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτός.* (Extrema hæc nullam habent sententiam. Scribendum st: *ὡς δ' ὧν οὐκ ἄνευ, τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτός*: Ut ea, sine quibus uirtus exerceri nequeat, ponit corporis et externa commoda; continetur enim his illa *δύναμις ὑπηρετική*. Frequens apud Græcos philosophos appellatio (*τῶν*) *ὧν οὐκ ἄνευ*.)

constitutio illa prima naturæ) Ea st, quæ § 22 his uerbis significatur: *quæ autem natura suæ primæ institutionis oblita st?* et V, 21 his: *hanc initio institutionem* (animal) *confusam habet et incertam*, quæque aperitur, quom exponitur, quid primo animalium ortu natura petat et fugiat, hoc est, quomodo natura animalia ab initio constituat. (Gzius putat dici "adcommodate ad oratorum primam constitutionem caussæ, i. e., primam quæstionem eorum, quæ ad caussam pertinent".) Nec reapse differt *institutio hominis* § 41. Sic autem emendatum st præter L etiam in Pal. 2, restituitque Lbinus, tum Dau., alii. In cod. archetypo erat na-

VII. 16. Omnis natura uolt esse conseruatrix sui, ut et salua sit et in genere conseruetur suo. Ad hanc rem aiunt artis quoque requisitas, quae naturam adiuuarent, in quibus ea numeretur in primis, quae st uiuendi ars, ut tueatur, quod a natura datum sit, quod desit, acquirat; iidemque diuiserunt naturam hominis in animum et corpus. Quomque eorum utrumque per se expetendum esse dixissent, uirtutes quoque utriusque eorum per se expetendas esse dicebant; quom animum infinita

16. conseruetur suo) *suo cons.* R requisitas) *exquisitas* LPCR uiuendi) *uidendi* P tueatur) *tuentur* E animum) *animam* CR utrumque) *unumquodque* LPCROr. infinita quadam) *quad. inf.* LPCROr.

tura (in Pall. ceteris, Dauisianis, Gzianis; Oxx. tantum e χ adnotant).

Cap. VII, 16. *Omnis natura* &c.) Quoniam eædem res ex eodem fonte haustæ uberius exponuntur lib. V § 24 sqq., et maxume § 34 sqq., ea, quæ ad Ciceronis uerba cum Græcorum exemplarium reliquiis conparanda pertinent, ibi dicentur.

artis quoque requisitas) Sic. Pal. 1 (cuius hæc extrema scriptura adnotatur, hic desinentis), Mor., Scaligeranus, mgo Crat., Spir., E^{g} (hi silentio); restituit Lbinus pro *exquisitas*. De uiuendi arte dictum st ad I, 42.

eorum utrumque) Sic meliores codices, Manuti, Mor., mgo Crat., Spir., et deteriorum nonnulli (Pal. 6, Par. 1 et 3 Dau., El., in Pal. 2 erat: *eorum utrumque unumquodque*), requiriturque apertissume a figura orationis: *quom eorum utrumque per se — uirtutes quoque utriusque eorum per se*; et tamen, quom uerum Man., Lbinus, Dauisius secuti essent, Gruterus, Ernestius, Gzius e malis codicibus *unumquodque* retraxerunt (debebant saltem *unumquicque*), quod de duobus neque Cicero neque quisquam alius bonus scriptor dixit, repugnante eius distributionis, quæ ea uoce significatur, natura. Gzius etiam, incredibili illo suo stupore, pro sua sententia ascripsit (in addendis) locum e rhet. ad Herenn. IV, 37: *Diiunctio st, quom eorum, de quibus dicimus, aut* utrumque (si duo sunt) *aut unumquicque* (si plura; uolgo unumquodque) *certo concluditur uerbo.* Addit deinde scriptor exempla, primum quattuor, alterum duarum rerum, tum: *Hic utrumque et in superiore exemplo unamquamque rem certo uerbo concludi uidemus.*

quom animum) Deesse particulam, qua oratio connectatur, ad-

quadam laude anteponerent corpori, uirtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. **17.** Sed quom sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse uellent, quae esset naturae comes et adiutrix, hoc sapientiae munus esse dicebant, ut, *quom* eum tueretur, qui constaret ex animo et corpore, in utroque eum iuuaret et contineret. Atque ita re simpliciter primo conlocata, relicua subtilius persequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere censebant; de animi bonis adcuratius exquirebant; in primisque reperiebant, esse in iis

17. hominis) *corporis* R naturæ) *noster* C quom eum) *eum* omnes, Or. eum iuuaret et) *enim iuuaret* E *iuuaret eum atque* (*ac* PR) LPCROr. simpliciter primo) *pr. simp.* LPCROr. facilem) *faciliter* C esse in iis) *esse in his* E *in hiis esse* C *in his* (*iis* R) *inesse* PR *inesse his* L

paret; Lbino (in curis secundis) *et quom*, Dauisio *quom autem* placebat. *Infinita quadam* etiam Spir., Monac. Gzi, Crat. in contextu, ut hæc auctoritas prævaleat, etsi alterum etiam dicitur; uid. Orellius ad I de Orat. 16.

17. *ut, quom eum tueretur, qui —, in utroque* &c.) Necessariam et certam emendationem adhibui. Quis enim non uidet, sic argumentum concludi? Sapientia totius hominis est custos; homo constat ex animo et corpore; ergo in utroque eum iuuare debet. Itaque in hoc postremo concludi debet, illud autem, sapientiæ datum esse tuendum animal ex animo et corpore constans, adsumitur, quoniam ante dictum st, et ex eo conclusio oritur. Librorum scriptura etiam asyndeton intolerabile habet: *ut eum tueretur —, in utroque iuuaret.* Excidit *cum* ante *eum* ut post *quod* II § 82, *quod* ante *quom* hic § 19.

eum iuuaret et contineret) Hoc in cod. Erl. et Spirensis (in quo erat: *eum iuuaret contineret*) scriptura latere Gzius uidit. In communi scriptura *ac* pro *atque* habent Par. 1 et 3, duo Gzi.

esse in iis) Etiam Spir. *esse in his* (ex Erl. Gzius adnotat *in hiis*); editiones ueteres fere (a. 1480, Mars., Crat.): *in his esse.* Uict., Gzius (e Gud. 2 et Bas.) *inesse in his*, ceteri a Manutio *in his inesse.* Uid. ad II, 31 et III, 22. Minus adcurate Cicero dicit, in animi bonis esse iustitiæ semina. Semina enim nondum bona sunt; sed quom ex iis uirtutes creuerunt, tum bona adsunt. Rectius igitur scripsisset: *esse in eo (animo) iustitiæ semina.* Mox *natura tributum* codices et meliores (tres Gzi optumi) et deteriores multi (Par. 2, Mead., El. Dauisi, Eχψ; Gruterus tacet), recteque

iustitiae semina; primique ex omnibus philosophis natura tributum esse docuerunt, ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur, et, id quod temporum ordine antiquius est, ut coniugia uirorum et uxorum natura coniuncta esse dicerent, qua ex stirpe orirentur amicitiae cognationum. Atque ab his initiis profecti omnium uirtutum et originem et progressionem persecuti sunt. Ex quo magnitudo quoque animi existebat, qua facile posset repugnari obsistique fortunae, quod maxumae res essent in potestate sapientis. Uarietates autem iniuriasque fortunae facile ueterum philosophorum praeceptis instituta uita superabat. 18. Principiis autem a natura datis, amplitudines quaedam bonorum excitaban-

natura) *a natura* PCOr. ii) *hi* L cognationum) *coniunctionum* C Atque — uirtutum) om. L his) *iis* R et orig.) *orig.* C et progressionem) om. PL posset) *possit* L

huic consensui Uictorius et Dauisius obsecuti sunt; cfr. III, 66 (*tauris natura datum st*) et II, 33 et V, 2, maxumeque I Legg. 16: *quid sit homini tributum natura.*

et, id quod — antiquius est, ut dicerent) Manifestum st, particulam *ut* subiectam esse illis uerbis: *natura tributum esse docuerunt.* Itaque dicendum erat: *st coniugia uirorum et uxorum inirentur;* nam et *natura* et *dicerent* insunt in primaria sententia. Cicero nescio quomodo initium orationis deserens (quasi dixisset: *primique ita docuerunt, ut*), non solum in tautologiam incidit similem eius, quæ III, 12 notata st (*sic exæquarunt, ut ita paria redderent*), sed in multo maiorem peruersitatem, si quis uerborum grammaticam coniunctionem persequi uolet (*natura tributum hominibus, ut philosophi dicerent*).

18. *amplitudines quædam bonorum excitabantur*) Imaginem duxit ab ædificiis, quæ a fundamentis excitantur; dicit autem de uirtutum apud ueteres illos constitutione et explicatione, sed oratoria quadam ambiguitate iis utitur uerbis (ut paullo post *absoluta st*), tamquam non de sententiis, sed de ipsis uirtutibus reapse ortis et progressis loquatur. Animaduertendus præterea hic quoque orationis liberior cursus; nam quod huic *partim profectæ a contemplatione* &c. respondere debebat, id aliter conformatum ita st: *quodque hoc solum animal* &c. — *temperantia, modestia, iustitia* — *absoluta st* (id est, *partim profectæ a pudore et adpetitione con-*

tur, partim profectae a contemplatione rerum occultarum, quod erat insitus menti cognitionis amor, ex quo etiam rationis explicandae disserendique cupiditas consequebatur; quodque hoc solum animal natum st pudoris ac uerecundiae particeps, adpetensque conuictum hominum ac societatem, animaduertensque in omnibus rebus, quas ageret aut diceret, ut ne quid ab eo fieret nisi

18. partim) *quædam* R occultarum) *occultiorum* EPCOr. cognitionis) *cogitationis* P explicandæ) *explicandi* PCR disserendique) *disserendæque* L particeps) om. L conuictum) *coniunctum* E *coniunctionum* PL *coniunctionem* CROr. societatem) *societatum* P animaduertensque) *animaduertentes* E ut) om. L

uictus hominum &c.); uid. exc. ad I, 23. De ipsa illa diuisione uirtutum, quæ hic significari uidetur, dixi ad § 4.

rerum occultarum) Sic scriptum erat in cod. Moreli, El., Gud. utroque, Bas. tenuerantque (ex R) editores quidam ueteres, ut Crat. Ceteri *occultiorum* (Gruterus et Dauisius tacentes), quod etiam in mgine Crat. adnotatur; sed respuitur in hac re ab usu Ciceronis conparatiuos rerum genus non simpliciter declarans; uid. I, 64 (*rerum occultarum ignoratione sublata*), V, 10, Acad. I, 15. Puto in codice archetypo obscure scriptum fuisse, ut *occultorum* uideretur (quod in χ casu scribitur); id ab aliis in aliam partem tractum esse.

rationis explicandæ) Sic primus Lbinus, et sic "laudat ex Cuiaci, ut Gruterus putat, membranis Scaliger;" confirmant cod. Mor. (*explicandæ rat.*), El., Gsi, exceptis Gud. 2 et Mon., omnes. *Explicandi* (Pall., Oxx. ξχ) ortum st ex *disserendi*.

conuictum hominum ac societatem) Hoc latebat in Erlangensis codicis scriptura (de ceteris bonis nihil constat), confirmaturque ex III Off. 21: *tollit conuictum humanum et societatem*. Hoc quom in *coniunctum* transisset (*uictus* autem, *uinctus*, *iunctus* fere perpetuo confunduntur), ortum st: *adpetens coniunctionum — ac societatem* (ut est in L et in Oxx. Eψ), tum: *coniunctionum — societatum*, ut Uictorius et deinceps ceteri ante Dauisium ediderunt e codicibus nostri P similibus (Oxx., ut uidetur, ξχ, nonnullis, opinor, Dauisi). Sed pluralis numerus ferri nullo modo potest. Itaque natum st et post ueteres editores a Dauisio e C. C. C., Mead., Par. 2, 3 restitutum: *coniunctionem — societatem*, idque a quattuor suis confirmari Gsius dicit. Habebant *societatem*, uix omnes *coniunctionem*, ne Dauisiani illi quidem (C. C. C).

ut ne quid ab eo) *Ut*, a superioribus omissum, restituit Dau.

honeste ac decore, his initiis, ut ante dixi, tamquam seminibus, a natura datis, temperantia, modestia, iustitia et omnis honestas perfecte absoluta st.

VIII. 19. Habes, inquam, Cato, formam eorum, de quibus loquor, philosophorum. Qua exposita, scire cupio, quae caussa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione desciuerit, quidnam horum ab eo non sit probatum: quodne omnem naturam conseruatricem sui dixerint, an quod omne animal ipsum sibi commendatum, ut

ac) *et* LPCROr. tamquam) om. EL perfecte) *perfecta* C 19. eorum) *illorum eorum* LC *illorum omnium* Or. institutione) *constit.* E probatum) *prolatum* CR conseruatricem sui) *s. cons.* C dixerint) *dixerit* LPCR ipsum sibi) *sibi ips.* L

e tribus Par., Mead., Ball. (Oxx. Eξψχ, Gzi omnibus). Addendus est hic locus ceteris, in quibus in secundaria sententia *is* ita refertur ad subiectum primariae, ut pronomen reflexiuom ponendum fuisse uideatur. (Cfr. Opusc. Acad. p. 420 not.) Mox *ac decore* etiam Spir.

Cap. VIII, 19. *Formam eorum, de quibus loquor, philosophorum*) Sic, paucissumis editionibus ueteribus (a. 1480, Iunt.) exceptis, editum st ante Gzium, et confirmant codices boni (Erl. et, ut hic quidem e Gzi silentio adparet, Spir.); pauci quidam nullius preti (Ox. χ, Gud. 1, 2, Bas., ed. Marsi) nescio quo errore: *formam illorum eorum, de quibus* &c., unus e pessumis (Uindobonensis) *illorum omnium*, quod adripuit Gzius. *Illorum* aptum esset, si non adderetur: *de quibus loquor*. Familiam Aristotelis et Xenocratis uniuerse significat, singulos non curat. Paullo post *constitutione* Gzius profert e Gud. 2, non ex Erl. Habuitne uterque codex an permutauit nomina? Si in meliore familia fuit, probandum st; cfr. § 3: *eleganter habuisse constitutam disciplinam*.

conseruatricem sui dixerint) ueteres illi. Sic Lbinus, tum Ernestius et recentiores. Gzius ita in quattuor suis esse dicit, Oxx. *dixerit* e solo χ adnotant. (Dauisius, qui *dixerint* scribendum uidit, de codicibus tacet.) Coniunctiuom posuit Cicero, quod simul hoc rettulit ad Zenonis inprobantis indicium, tempus tamen uerbi ex sua persona posuit, non plusquamperfectum ex Zenonis, quod genus orationis inter obliquam et rectam fluctuantis in superiore libro aliquotiens adnotatum st (ut 41, 49). Paullo post recte Lbinum puto edidisse: *ut se saluom* (omisso *et*); nam *saluom incolumeque* (ut II, 33 *integrum se saluomque uelit*) unam habet notio-

se et saluom in suo genere incolumeque uellet, an *quod*, quom omnium artium finis is esset, quem natura

incolumeque) *incolumem* E *et incolume* L quod, quom) *quum* omnes, Or. quem) *quid* LPROr. (*quidnam* pro *quid natura* C)

nem, quæ inepte distrahitur; (alio modo § 16 incolumitas et generis sui proprietatisque conseruatio sic distinguontur;) de coniunctione *et saluom* — *incolumeque* dicetur ad V, 64.

an quod, *quom* &c.) Sic necessario scribendum fuit; in singulis enim interrogationibus, quoniam de caussa (desciscendi) interrogatur, necessario repetenda est caussalis particula (*quodne* — *an quod* — *an quod, quom ex animo* &c.). Deinde quoniam in singulis membris auditur ex primo *dixerint* (*an, quod omne animal ipsum sibi commendatum dixerint* &c.), hoc fieri nullo pacto potest nisi eius audiendi index ponatur *quod*. Aliter enim adhærebit ad *an*, nulla sententia. Postremo, quid hoc loco scribendum esset, manifestissume ostendebat, quod sequitur, quartum membrum: *an quod, quom* — *constaremus*, *et hæc ipsa et eorum partis per se esse sumendas* (dixerint). Itaque prorsus miror, adeo orationis formam editores fefellisse, ut eam etiam in extremo membro corruptum irent, Uictorius et Ernestius *quod* tollentes, Hottingerus *quom*. (Gzius, sui similis, *quod* ante *quom* abundare putat, ut in *quod si*. Sic *quod* poni in periodi initio ad eam superiori coniungendam, ignorabat.) *Quod* restituendum esse, senserat etiam Dauisius nec Wesenbergium fugit. Sæpissume in tali concursu coniunctionum, præsertim scriptura similium, quom non prorsus perspicuum esset, quo utraque referretur, altera utra excidit, ut proxume in L. (Cfr. II, 82; in I, 37 Erl. *quom* pro *quoniam, quom*).

finis is esset, *quem*) Paullo breuius nec tamen obscure hoc dicitur, hac sententia: finis artium positus et in iis rebus, quas natura quærit. Nam proprie finem artium natura non quærit; sed finis artium et res a natura quæsitæ, e quibus ille finis constituitur, cogitando confunduntur; artes autem id efficere debent, quod natura quærit; nam ad eam adiuuandam requisitæ sunt (§ 16). Sic autem scriptum fuisse in melioribus codicibus omnibus fidem faciunt Morelianus et Erl., quem quom Gzius in manibus haberet, scripsit tamen homo socors: "Scripti editique uett. plane in uolgata perstant." In editionum et malorum codicum scriptura aperte desideratur infinitiuos: *finis is esset* inuestigare, *quid natura quæreret*. Audiri enim nullo modo potest. Itaque tale aliquid efficere Dauisius uiolenter conatus est. Bremius autem, Ernesti uestigia sequens, scribi malebat: *finis id esset*, *quod* &c. eadem, qua nos,

maxume quaereret, idem statui debere de totius arte uitae, an quod, quom ex animo constaremus et corpore, et haec ipsa et eorum uirtutes per se esse sumendas. An uero displicuit ea, quae tributa st animi uirtutibus tanta praestantia? an, quae de prudentia, de cognitione rerum, de coniunctione generis humani, quaeque ab eisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate dicuntur? Fatebuntur Stoici, haec omnia dicta esse praeclare, neque eam caussam Zenoni desciscendi fuisse. **20.** Alia quaedam dicent, credo, magna antiquorum esse peccata, quae ille, ueri inuestigandi cupidus, nullo modo ferre potuerit. Quid enim peruersius, quid intolerabilius, quid stultius, quam bonam ualetudinem, quam dolorum omnium uacuitatem, quam integritatem oculorum relicuorumque sensuum ponere in bonis potius, quam dicerent, nihil omnino inter

idem) *id est* LC quod quom) *cum* L ex) om. LPCROr. coniunctione) *cognitione* C ab eisdem) *ad hisdem* E esse) *fuisse* L neque) *namque* P *nunquam* R desciscendi) *discutiendi* PL fuisse) om. P 20. ueri) *uere* E cupidus) *cupiens* C relicuorumque) *reliquorum* E ponere) *non pon.* C dicerent) *dicere* Or.

sententia; sed non animaduertebat uir egregius, codices ignorans, Latina adtractione hinc gigni primum *finis is esset*, deinde ad id adcommodari debere *quem*, id est, id ipsum nasci, quod nunc præstantissumi codices dederunt.

ex animo constaremus) Præpositionem Erlangensis dedit; dedissent ceteri boni, si inspecti essent. Numquam eam Cicero post hoc uerbum omittit.

neque eam caussam Zenoni) Quom ex *neque* in codicibus deterioribus plerisque (Pall., Parr., Mead., EUξψ) factum esset *namque*, a nescio quo editore scriptum st *neque enim* (iam apud Iuntam) idque seruatum usque ad Dauisium; *neque* χ, Gzi præter unum e Gud., si Dauisio creditur, etiam C. C. C. (ξ), Morel.

20. *ponere in bonis potius quam dicerent*) Sic in omnibus codicibus scriptum esse credo; nam cum Erl. consentit margo Crat. (in contextu st *eicere*, errore pro *dicere*), cum deterioribus meis Oxonienses Eξχψ, edd. ante Manutium. Ab hoc inde editur *quam dicere* (Orellius iam in ed. a. 1480 sic scriptum esse ait), nec Gruterus, Dauisius, Gzius quicquam adnotant. Et uidetur aperta

eas res iisque contrarias interesse? ea enim omnia,

iisque) *hisque* EOr.

conparatio duos infinitiuos postulare. Sed consideranda st res diligentius; neque enim, utrum ex duobus potius stultum sit, quæritur (*potius stultum st dicere quam ponere*), sed stultum esse dicitur in duorum conparatione alterum potius facere, ac ne hoc quidem generaliter, sed de certis hominibus, stultum esse, quod prætulerint. Iam ut Latine non dicitur: *Peripatetici hoc ponunt in bonis potius quam dicunt* &c. (hoc est: nec dicunt), sed *dicant*, quia indicatiuom respuere uidetur rei, quæ non fiat, significatio in adfirmatiua oratione, eademque de caussa non solum, ubi quid cuius rei uitandæ caussa facturus sim, sed etiam in simplici conparatione duarum rerum ad faciendum propositarum dicere cogor: *potabo potius quam amem*, sic in infinita oratione, quo minus sic loquar: *mirum st, Peripateticos ponere in bonis potius quam dicere* &c., obstat, quod ita tollitur, quod in finita oratione erat, discrimen indicatiui et coniunctiui. (Itaque etiam ex hac interrogatione: *quis facit?* in obliqua oratione fieri: *quem facere?* ex hac autem: *cur faciat?* fieri: *cur faceret?* exposui in admonitionibus de locis quib. gramm. Lat., Haun. 1837, p. 7.) Quod igitur Kritzius Sallustium putat Iugurth. 106, ubi scripsit: *mansurum potius quam — parceret*, scribere etiam potuisse: *quam parsurum*, et de eo præcepto disserit, debuit prius quærere, ecquod huius generis exemplum haberet. Nec sufficiet, si quem ita scripsisse reppererit, ut uerbo consili significationem habenti duos huiusmodi infinitiuos coniungeret: *statuit potius pugnare quam abire;* neque enim inde continuo sequetur, de ipsa actione certi subiecti eundem dicturum fuisse: *potius pugnabo quam abibo* (pro *abeam*) aut, infinita oratione: *dixit se potius pugnaturum quam abiturum* (pro *abiret*). Ac fortasse ne illiusmodi quidem locos reperiet, nisi eos, in quibus *potius* omissum dicitur (ut Plaut. Rud. III, 3, 22: *certum st moriri quam hunc pati grassari lenonem in me*, Corn. Nep. Datam. 8, Ualer. Flacc. Argon. VII, 428); sed omissio aduerbi obscurabat id, quod infinitiuo uidebatur obstare. In Uirg. Cop. 5 (*quid iuuat — abesse quam potius — decubuisse*) aliter uerba distinguenda esse, ut Barthius fecit, ostendit incredibilis transpositio *quam potius*, quam frustra defendunt loco C. Titi apud Macrob. Saturn. II, 12, ubi scribendum st: *quin potius potamus —?* Dixit Sallustius (Iug. 20): *prius omnia pati decreuit quam bellum sumere*, Cæsar autem (B. C. III, 49) etiam ipsas actiones conparans: *prius se — uicturos, quam — dimissu-*

quae illi bona dicerent, praeposita esse, non bona; itemque illa, quae in corpore excellerent, stulte antiquos dixisse per se esse expetenda; sumenda potius quam expetenda; ea denique omni uita, quae in uirtute una

sumenda) *et sum.* LPCR ea denique) *eademque* omnes, Or. omni) *omnia* E *de omni* (P) uirt. una) *una uirt.* LPCROr.

res. Sed in hoc aduerbio *prius* offerebatur animo species quædam, inanis scilicet, sed ex eo genere, quæ in oratione fingenda multum ualent, duarum actionum futurarum, ut tantum altera prior esset; in *potius* magis sentiebatur, distingui actionem factam futuramue a non facta futuraue. Sed redeo ad Ciceronem, qui in hoc iudicio, quod generaliter de ueterum sententiis proferatur e persona Stoicorum, qui nunc sint (*dicent*, *credo*), uideri possit scribere debuisse: *potius quam dicant.* Sed, ut alibi, subito animum transtulit ad Zenonis a ueteribus desciscentis et eos reprehendentis tempus (quasi sit: dicent, Zenonem uidisse, nihil esse peruersius &c.), eandemque figuram seruauit in proxumis (*dicerent, excellerent* &c.), ad extremum deseruit (*efficiat* &c.).

sumenda potius quam expetenda) Sic etiam Spir., restituitque Gzius; præponebatur *et*, incommode in contraria sententia tamquam correctione reprehensioni adiungenda.

ea denique omni uita) denique, si non singulæ res, sed omnis uita conparetur, ea uita, quæ in uirtute consisteret, illam uitam &c. Apertissuma sententia corrupta erat pusillo mendo; nam *N* et *I* coalescentibus scriptum st *eademque omni* (Spir. *omnia*, Gud. 2 *omnium* frequenti in hac uoce mendo) *uita* &c., nulla sententia, quia *eadem* uita nusquam conmemorata st. Itaque *eadem* pro accusatiuo accipere conantes editores inde a Manutio ante Gzium omnes addunt *de* ante *omni* (contra Par. 1, 2, Mead., El., Eξχψ, Gzianos, id est, contra omnis codices) et sic orationem distinguont: *eademque de omni uita, quæ in una uirtute consisteret*; *illam uitam* &c. Audiebant *ualere*, quod fieri primum nullo modo potest, quom nullus eiusmodi infinitiuos præcesserit; deinde tollitur conparatio necessaria duarum uitarum (*ea uita — illam uitam — magis expetendam*). Quid Gzius? Excluso *de* et addito *et* post *consisteret*, narrat, "hos sextos casus ex intellecto *quoad* frequenti exemplo capiendos" (*eademque ualere quoad omnem uitam*). Adeo licentiam cum inscitia plus quam puerili coniungit. Sequitur Otto. Mendum correxerat Dauisius, tantum in distinguenda oratione (*expetenda ea; denique*) leniter aberrans. *Uirtute una* ex Erl. scripsi ut § 36 et 51.

consisteret, illam uitam, quae etiam ceteris rebus, quae essent secundum naturam, abundaret, magis expetendam non esse, sed magis sumendam; quomque ipsa uirtus ecficiat ita beatam uitam, ut beatior esse non possit, tamen quaedam deesse sapientibus tum, quom sint beatissumi; itaque eos id agere, ut a se dolores, morbos, debilitates repellant.

IX. 21. O magnam uim ingeni caussamque iustam, cur noua existeret disciplina! Perge porro. Secuntur enim, quae tu scientissume conplexus es, omnem insipientiam, iniustitiam, alia uitia similia esse, omniaque peccata esse paria, eosque, qui natura doctrinaque longe ad uirtutem processissent, nisi eam plene consecuti essent, summe esse miseros, neque inter eorum uitam et inprobissumorum quicquam omnino interesse, ut Plato, tantus ille uir, si sapiens non fuerit, nihilo melius quam quiuis inprobissumus nec beatius uixerit. Haec uidelicet est correctio philosophiae ueteris et emendatio, quae omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam. Quis enim ferre posset ita loquentem eum, qui se auctorem uitae grauiter et sa-

secundum — magis expet.) *eo expet.* E possit) *posset* E tamen) *eum* E sint) *sunt* LC 21. Secuntur) *Sequentur* LPCROr. enim) add. *ea* E omnem) *omni* E *omnium* LPR iniustitiam) *et iniust.* C *esse* (prius) om. C plene) *plane* P inprobissumus) *improbatissimus* L beatius) *beatus* EL Hæc) *Nec* E correctio) *correptio* EĹPR et emend.) *emendatioque* L habere nullum) a. h. E

debilitates repellant) et a se arceant, si possint; male Eξ, Monacensis *depellant*, Bas. *pellant;* uid. ad I, 33. Paullo ante *quom sunt* ex ed. prima ad Man. et multos propagatum st, correctum ab Ernestio (cum quinque Gzi codd.).

Cap. IX, 21. *Secuntur enim*) Hoc ex Erl. restitui; ceteri tacent. Nihil tamquam nouom aut non animaduersum promittitur. In uerbis *perge porro* iam a Stoicis, quos uniuerse significarat (20), redit ad Catonem iubetque eum secum caussas Zenonis desciscendi considerare. Mox *et iniustitiam* ex ed. pr. ad Man. et ceteros propagatum erat; correxit Dav. (e Par. 1, 2, El., ψ, Gud. 2, Monac., Bas. De uoce *omnem* nihil ab aliis adnotatur. *Omnium* (insipientium et uitiosorum) defendi potest e § 68. Paullo post *nec beatus* Eξχ, tres Gzi.

pienter agendae profiteretur, nomina rerum commutantem, quomque idem sentiret, quod omnes, quibus rebus eandem uim tribueret, alia nomina inponentem, uerba modo mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? **22.** Patronusne caussae in epilogo pro reo dicens negaret esse malum exilium, publicationem bonorum? haec reicienda esse, non fugienda? nec misericordem iudicem esse oportere? In concione autem si loqueretur, si Hannibal ad portas uenisset murumque iaculo traiecisset, negaret esse in malis capi, uenire, interfici, patriam

modo) non E 22. ne) em. R ue PC fugienda) *facienda* EPR uenisset) *ueniret* E negaret) *negasset* L

nomina rerum commutantem) Primum generaliter hac adiectione declaratur, quod dixerat, *ita loquentem*; tum huic adiungitur explicatio, qualis sit haec nominum commutatio a rerum controuersia separata; postremo ea ipsa explicatio quasi in summam contrahitur cum figura aliqua orationis (*uerba — de opinionibus*). Non nego, nimiam quandam hanc esse uerborum copiam et repetitione quadam molestam (*commutantem — mutantem*); nec tamen eam esse puto, quae grauem interpolationis suspicionem moueat, quom recta sit progressio orationis nec quicquam in coniunctione singulorum uitiosi (quod contra st § 22). Manutio multisque postea spuria uisa sunt ea uerba, quae huic notae praescripsi; Schuetzius deleuit.

murumque iaculo traiecisset) Insolenter dictum st; nam longe aliter dicitur *femur hasta traicere* aut *amnem naui traicere* (ex quo etiam *amnis traiectus* a Liuio dicitur), ubi aut transfigendi aut se transmittendi instrumentum ablatiuo notatur. Ea, quae hic est, significatione Liuius bis dixit *uexillum trans uallum traicere*, Propertius et Ouidius *traicere aliquid super aliquid* aut *per aliquid*. Neque tamen corrigere licet, ut sit *murum iaculum traiecisset*, non solum propter uiolentiam, sed quod duplex ille accusatiuos non ponitur nisi de iis, qui traducuntur et transuehuntur per locum aliquem. Solinum quoque adnotant c. 52 dixisse: *ut transiaci (nemora) ne sagittis quidem possint*. (Plinius VII, 2 *superiaci*.) *Transmittere tectum lapide* de lapide trans tectum misso Plinius dixit H. N. XXVIII, 6; uerum in eo uerbo ablatiuos de instrumento uolacrandi non ponitur nisi apud Silium (*cuspide pectus*, &c.).

amittere? An senatus, quom triumphum Africano decerneret, QUOD EIUS UIRTUTE aut FELICITATE, posset dicere, si neque uirtus in ullo nisi in sapiente nec felicitas uere dici potest? Quae st igitur ista philosophia, quae communi more in foro loquitur, in libellis suo? praesertim quom, quod illi suis uerbis significent, in eo nihil nouetur, eaedem res maneant alio modo. 23. Quid enim in-

quod eius) *quid* (*quod* R) *de eius* CR ullo) *nullo* LPC nisi in) *nisi* EPL libellis) *libello* LPCROr. nouetur) *mouetur* LCR add. [*de ipsis rebus nihil mutetur*] Or.

an senatus) Lbinus *in senatu*, omisso *an*, ut idem intellegatur in senatu loquens, qui in concione. Credo *diceret* aptius ei posuisse esse de senatore sententiam dicente quam de uniuerso senatu. Sed si de eodem homine superior interrogatio continuaretur, desideraretur aliquid ad uinciendam orationem (*in senatu autem*). In proxumis uerbis Cicero diiunctiua particula usus est (*aut felicitate*), etsi in decretis hæc coniungi solebant, ut significaret, ne alterum utrum quidem dici licere, si quis Stoicos sequi uellet. (Ern. malebat *ac fel.*) *Quod eius* (in quo retinetur ipsa forma orationis senatusconsultorum) restituit Gruterus e Pal. 4; addit Dauisius Par. tris, Gzius suos, nisi quod Bas. et Gud. 1 retineant *quid de eius*, ut ueteres editiones. (*Quod de* Oxx. omnes.)

in ullo nisi in sapiente) Geminata temere littera st in plerisque codd. (Pall., Dauisi, qui uniuerse codices appellat, Oxx., Gzi, ut ait, omnibus; mihi ex Erl. non adnotatur), ut esset *in nullo*, quod in hac quidem forma, ubi *ullus* in mediam diiunctionem receptum st, ne speciem quidem defensionis recipit. Post R et ed. a. 1480 correxit Manutius, inde ab Ern. omnes. Deinde *in* post *nisi* (*nĩ*) exciderat in cod. archetypo (EUξχ, Spir., Bas., Monac., ed. Uict.), sustulitque Gzius, quem Orellius sequi uolebat. Ciceronis consuetudinem præpositionem flagitare, ostendit Wunderus ad Planc. § 36 p. 120.

in libellis suo) Sic codices meliores (Cuiacianus Scaligeri, Mor.) et flagitat res; generaliter dici *libellus* de omnibus scriptis nullo modo potest. Adcommodauit librarius proxumæ uoci. Paullo post *suis uerbis* Gzius ex omnibus suis; sed erat ita in primis editionibus. Apud Marsum iam inuersum st.

in eo nihil nouetur) Sic Lbinus, P. Fabri emendationem sequens; codd. Gruteri, Dauisi, Gzi, Uξχψ *mouetur*. (De Erl. diffido silentio.) Quæ sequebantur uerba, manifesto spuria erant re-

terest, diuitias, opes, ualetudinem, bona dicas anne praeposita, quom ille, qui ista bona dicit, nihilo plus iis tribuat quam tu, qui eadem illa praeposita nominas? Itaque homo in primis ingenuus et grauis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laeli, Panaetius, quom ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, quod esse caput debebat, si probari posset, nusquam posuit, non esse malum dolorem, sed quid esset et quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde, quae ratio esset perferendi; cuius quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia condemnata mihi uidetur esse inmanitas ista uerborum.

22. iis) *his* EPROr. *hic* L et Laeli) *edulii* E Q.) om. E posset) *posuit* E nusquam) *numquam* PLCR esset et) *esset* E inesset) *esset* EC perferendi) *perferenda* E quoniam) *quem* E inmanitas) *inanitas* E

ctoque a P. Manutio, nuper ab aliis damnata, etsi Gudiani 2, qui ea omittit, nulla prorsus in tali re auctoritas est, nec omnino cuiuscunque unius codicis. Sed et putidam habent repetitionem in uerbis continuo se excipientibus sine ulla eiusmodi excusatione, qualis paullo ante (21) aderat, et grauissume offendit idem uocabulum in duobus membris orationis, quæ sine particula coniunguntur, sic positum quasi sibi ipsum contrarium sit (*in ipsis rebus — eadem res*), et manifesto turbatur forma a Cicerone instituta; nam quod negando dictum erat (*de eo nihil nouatur*), id conuertitur et adfirmando explicatur: *eadem res* &c. (ut ad nostrum morem *sed* addere possis); inter hæc nihil interponi potest. Et aperta st origo additamenti ascripti ad ea, quæ præcedunt, interpretanda; (*in ipsis rebus* respondet his: *quod — in eo*).

23. *quom ad Q. Tuberonem — scriberet*) Qui libellus etiam Acad. II, 135 significatur, nec aliam crediderim illam epistulam fuisse, quæ Tusc. IV, 4 nominatur. Q. Tuberonem, Africani minoris sororis filium, qui Stoicam disciplinam et studiis et uita persequi conatus est, Cicero sæpe conmemorat. Panæti mitiores fuisse sententias quam ueterum Stoicorum (§ 79), notissumum st (Diog. Laërt. VII, 128, Gell. XII, 5). *Nusquam* (pro *numquam*) habebant El. (uter?), Spir., Gud. 2, mgo Crat. Restituit Gzius.

inmanitas ista) Non ausus sum codices meliores sequi (Spir., Ursini librum), in quibus erat *inanitas*. Nam ut temperantiæ contraria ponitur *inmanitas in uoluptatibus aspernandis* et patientiæ *duritia inmanis* (in partitt. orat. 81) et ut Tusc. III, 12 indolentiam (τὴν ἀναλγησίαν) sequi dicitur *inmanitas in animo*, *stupor in cor-*

mum. Quom autem hominem in eo genere posuisset, ut ei tribueret animi excellentiam, summum bonum id constituit, non ut excellere animus, sed ut nihil esse praeter animum uideretur. XII. Uno autem modo in uirtute sola summum bonum recte poneretur, si quod esset animal, quod totum ex mente constaret, id ipsum tamen sic, ut ea mens nihil haberet in se, quod esset secundum naturam, ut ualetudo st. 29. Sed id ne cogitari quidem potest, quale sit, ut non repugnet ipsum sibi.

Sin dicit obscurari quaedam nec adparere, quia

genere) om. E non ut) *non* LPCR animus) *animo* LPCROr. uideretur) add. *constitui summum bonum* C sic, ut) *sic* E st) om. L 29. ne) *nec* LR (*ne id* E) obscurari quædam) *quæd. obsc.* Or.

"peccare fere (?) codices *animantium*" narrat. Altera scriptura, quam adparet ne a deterioribus quidem codicibus defendi, duriorem habet syntaxin: *extremum animantis cuiusque generis*, hoc est, animantis ad hoc uel illud genus pertinentis, ut non sine caussa Ernestius *animanti* scribi maluerit; nam sic coniungere: *extremum cuiusque generis animantis* (ut nunc uerba ordinanda sunt, postquam scribitur: *animantium*), prohibet singularis numerus (*animantis*), alienus omnino a tali partitione. Pro *deceat* Dauisius ex El. (1) et ed. Uict. *debeat*. Opponit Gzius Tusc. II, 8, Cat. Mai. 84, Wopkensius (p. 51) Legg II, 8 et 16, Tusc. I, 82. Mox *genere* aberat etiam a Spir. et Gud. 2. Excidisse incuria puto.

non ut excellere animus) Sic meliores codices (Morel., mgo Crat., El. 1 et 2, quamquam ex his alter *ut excelleret*), e quibus *ut*, quo carere oratio non poterat, Dauisius, praeeunte Lbino, et recentiores asciuerunt; ad nominatiuom adeo non adtenderunt, ut Gzius, quom illud a tribus suis optumis confirmari diceret, de hoc omnino taceret.

Cap. XII, 29. *Sin dicit obscurari quædam*) Ut expositum st a Catone in superiore libro 45. *Quædam obscurari* errore irrepsit in editiones plerasque post Dauisium. Uideri possit hic locus defendere consuetudinem multorum, qui nunc, quom rem factam sine ulla condicionis significatione ad iudicandum proponunt, Germanica uoce (*wenn*) decepti sic locuntur: *si Caius hoc et hoc dicit, errat*, ubi Latina oratio *quod* postulat. Sed Cicero sic loquitur, quasi ignoret, num hoc Chrysippus faciat, ut hæc sit sententia: *Fortasse ita dicit, sed si id dicit* &c., non hæc: *Quod dicit* &c. In iis,

esse nobis, primamque ex natura hanc habere adpetitionem, ut conseruemus nosmet ipsos. Hoc conuenit; sequitur illud, ut animaduertamus, qui simus ipsi, ut nos, qualis oportet esse, seruemus. Sumus igitur homines; ex animo constamus et corpore, quae sunt cuiusdam modi; nosque oportet, ut prima adpetitio naturalis postulat, haec diligere constituereque ex his finem illum summi boni atque ultumi; quem, si prima uera sunt, ita constitui necesse st, earum rerum, quae sint secundum naturam, quam pluruma et quam maxuma adipisci. 26. Hunc igitur finem illi tenuerunt, quodque ego pluribus uerbis, illi breuius, secundum naturam uiuere, hoc iis bonorum uidetur extremum.

ut nos) *et nos* E adpetitio) *petitio* LPR postulat) *postulet* L uera sunt) *uera sint* LPCR quæ sint) *quæ sunt* C quam pluruma — breuius, secund. nat.) om. E 26. iis) *uis* P *ius* CR *his* ELOr. uidetur) *uideatur* omnes.

codicibus restituit. Paullo post *sunt cuiusdam modi*, id est, certæ cuiusdam naturæ, quam conseruari decet; uid. III, 28, V, 36.

si prima uera sunt) Sic etiam Spir., Monac., restituitque Schuetzius; cfr. ad II, 86. Tum *quæ sint* (pro *sunt*) Dau. e Pall. et suis (Eξχψ, Gzi omnibus).

26. *quodque ego — hoc iis — uidetur*) Uerbum in sententia relatiua (*ego pluribus uerbis dixi, illi autem breuius dicunt*) eodem modo omittitur § 7 (*Ista ipsa, quæ tu breuiter* &c.). Sic autem distinxi cum Wesenbergio meo, ut hæc omnia: *Hunc igitur finem illi* &c. usque ad *extremum* in unam sententiam coniuncta contraria ponantur iis, quæ de Stoicis dicturus est. Uolgo sic hæc distinguunt: *quodque ego — uiuere. Hoc his* (sic enim editur) *bonorum uidetur extremum*, ut hæc extrema uerba orationem quasi colligant et claudant. Sed ea uis iam inest in superioribus (*Hunc finem* &c.). Et necessarium tum *his* est, quo pronomine ueteres significare non solet. *Uideatur* etiam codex Mor., omnes Gzi, Eξχ, editiones ante Manutium omnes, cuius correctionem tenui, quod ne ab horum quidem librorum codicibus plane alienum fuisse uidetur id erroris genus, quo in orationibus de prouinciis consularibus et pro Balbo sæpe in uerborum secundæ coniugationis præsenti tempore coniunctiuom pro indicatiuo scriptum ostendi in disput. de illis orationibus part. I p. 20. Certe V, 83 *uideamus* pro *uidemus* scriptum st. Uidendum tamen, ne rectius Wesenbergius *uidebatur* scribat (pro quo et alibi *uideatur* suppositum st et

mum. Quom autem hominem in eo genere posuisset, ut ei tribueret animi excellentiam, summum bonum id constituit, non ut excellere animus, sed ut nihil esse praeter animum uideretur. XII. Uno autem modo in uirtute sola summum bonum recte poneretur, si quod esset animal, quod totum ex mente constaret, id ipsum tamen sic, ut ea mens nihil haberet in se, quod esset secundum naturam, ut ualetudo st. 29. Sed id ne cogitari quidem potest, quale sit, ut non repugnet ipsum sibi.

Sin dicit obscurari quaedam nec adparere, quia

genere) om. E non ut) *non* LPCR animus) *animo* LPCROr. uideretur) add. *constitui summum bonum* C sic, ut) *sic* E st) om. L 29. ne) *nec* LR (*ne id* E) obscurari quaedam) *quæd. obsc.* Or.

"peccare fere (?) codices *animantium*" narrat. Altera scriptura, quam adparet ne a deterioribus quidem codicibus defendi, duriorem habet syntaxin: *extremum animantis cuiusque generis*, hoc est, animantis ad hoc uel illud genus pertinentis, ut non sine causa Ernestius *animanti* scribi maluerit; nam sic coniungere: *extremum cuiusque generis animantis* (ut nunc uerba ordinanda sunt, postquam scribitur: *animantium*), prohibet singularis numerus (*animantis*), alienus omnino a tali partitione. Pro *deceat* Dauisius ex El. (1) et ed. Uict. *debeat*. Opponit Gzius Tusc. II, 8, Cat. Mai. 81, Wopkensius (p. 51) Legg II, 8 et 16, Tusc. I, 32. Mox *genere* aberat etiam a Spir. et Gud. 2. Excidisse incuria puto.

non ut excellere animus) Sic meliores codices (Morel., ego Crat., El. 1 et 2, quamquam ex his alter *ut excelleret*), e quibus *ut*, quo carere oratio non poterat, Dauisius, praeeunte Lbino, et recentiores asciuerunt; ad nominatiuom adeo non adtenderunt, ut Gzius, quom illud a tribus suis optumis confirmari diceret, de hoc omnino taceret.

Cap. XII, 29. *Sin dicit obscurari quædam*) Ut expositum st a Catone in superiore libro 45. *Quædam obscurari* errore irrepsit in editiones plerasque post Dauisium. Uideri possit hic locus defendere consuetudinem multorum, qui nunc, quom rem factam sine ulla condicionis significatione ad indicandum proponunt, Germanica uoce (*wenn*) decepti sic locuntur: *si Caius hoc et hoc dicit, errat*, ubi Latina oratio *quod* postulat. Sed Cicero sic loquitur, quasi ignoret, num hoc Chrysippus faciat, ut hæc sit sententia: *Fortasse ita dicit, sed si id dicit* &c., non hæc: *Quod dicit* &c. In iis,

ualde parua sint, nos quoque concedimus; quod dicit Epicurus de uoluptate, quae minumae sint uoluptates, eas obscurari saepe et obrui; sed non sunt in eo genere tantae commoditates corporis tamque productae temporibus tamque multae. Itaque in quibus propter eorum exiguitatem obscuratio consequitur, saepe accidit,

dicit) *dicunt* E Epicurus) add. *etiam* L et) *etiam* E eorum) *earum* omnes, Or. consequitur) *sequitur* C

quæ interponuntur, ut hæc de obscuratione sententia exemplo ex alia disciplina sumpto declaretur, Gzius hæsit, quod interpungendo orationem fregerat et diuellerat (*concedimus. Quod dicit — obrui. Sed non &c.*). Significantur eæ uoluptates, quas Epicurus maiorum consequendarum aut molestiæ fugiendæ caussa spernendas dicebat; uid. I, 32 sqq. et 47.

Itaque in quibus propter eorum) Ostendit, ea, quæ propter exiguitatem suam (*quia ualde parua sint*) obscurentur (in quibus propter exiguitatem *eorum* obscuratio consequatur), talia esse, ut uix sentiantur nec ullum momentum faciant aut saltem non magnum (*Quibus autem in rebus &c.*), multum diuersa a magnis illis commoditatibus corporis. Edebatur: *in quibus propter e a r u m exiguitatem*, adeo manifesto mendo, adeo nulla sententia, ut pæne incredibile uideri possit, editores et enarratores non offendisse. Nam *earum* referetur necessario ad *corporis commoditates*. Ita habemus res quasdam, non quæ propter suam exiguitatem obscurentur, sed propter aliarum; at quarum? propter *exiguitatem tantarum et tam temporibus productarum commoditatum*. Uideo, iam P. Manutium tacite *eorum* scripsisse idque in aliquot editionibus (repetitionibus Lbini) retentum esse. Corruperat librari aut neglegentia aut inperitia, non uidentis, pronomen referri ad *quibus*. Nec fefellerat absurditas sententiæ Wesenbergium, sed maiore mutatione scribendum putabat: *Itaque in quibus rebus propter earum exiguitatem*, ut sequitur *quibus autem in rebus;* recteque subici poterat in generali notione neutri generis pronomen (*sint illa*). *Consequitur* (quod etiam in margine Crat. et e cod. Mor. adnotatur pro *sequitur*) idem st fere atque *accidit* sine, ut paullo post Cicero ait, *fit*, quia rei in conparationem adductæ exiguitatem sequitur obscuratio et tamquam post oritur. (Cfr quæ ad I, 32 dixi.) Mox *in solem* cod. Mor. *Addere* pro *adicere* ex ed. pr. transiit ad Man. proxumosque, contra codd. Dauisi, qui mutauit, Oxx., Gzi, Mor.

ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa necne sint; ut in sole, quod a te dicebatur, lucernam adhibere nihil interest, aut teruncium adicere Croesi pecuniae. 30. Quibus autem in rebus tanta obscuratio non fit, fieri tamen potest, ut id ipsum, quod interest, non sit magnum. Ut ei, qui iucunde uixerit annos decem, si aeque uita iucunda menstrua addatur, quia momentum aliquod

fateamur) *fateremur* R sole, quod) *solem qui* E aut) *ut* E teruncium) *numinum* L adicere) *addere* C 30. tanta obsc.) *obsc. t.* LPCR fit) *sit* omnes, Or. sit) *fit* C

30. *tanta obscuratio non fit*) Contrarium hoc est per exceptionem illi: *in quibus — obscuratio consequitur;* et si non esset, tamen in tam aperta generis definitione coniuncta cum oratione indicatiua (*fieri potest*) coniunctiuos modus ferri nullo modo posset. Nec *est* in his rebus obscuratio, sed, ut dixi, accidit, quotiens cum maioribus conparantur. Correxi igitur, quod edebatur *sit.* Idem mendum V, 33 et Erl. et alios occupauit nec tamen locum tenuit. *Tanta obscuratio* (pro *obsc. tanta*) Gzius e tribus optumis.

Ut ei — bonum sit) Animaduertenda st propter difficiliores quosdam locos nota forma orationis in exemplo fingendo et particula *ut* relatiua adiungendo. Nos enim demonstratiua forma utimur (*So würde für denjenigen &c.*), quæ latet inclusa in Latino uocabulo (*eo modo*, *quo*); cfr. Off. I, 79 et 144. Nam hinc nascitur propinqua ratio eius particulæ ponendæ, quom non exemplum adiungimus, sed in refutando et reprehendendo ei, quod reprehendimus, similem aliam rem prauam fore dicimus, ubi uis particulæ circumloquendo sic declarari potest: eodem modo agas, si hoc uel illud facias. Itaque *ut* uidetur poni pro *ut si* (eodem modo ac si), fitque ad nostrum sensum inplicatior oratio, quod sæpe in ipsa illa re fingenda alia adhibetur condicio, ut particula *si* ad eam pertinens particulæ *ut* subiciatur (hac sententiarum coniunctione, si illa declaratione uti uolumus et rei explicandæ causa ineleganter loqui: eodem modo agas, si, si (quom, quod) hoc uel illud acciderit, hoc uel illud facias). Huiusmodi st oratio in Acad. II, 83: *Quo enim omnia iudicantur, sublato, reliqua se negant tollere: ut, si quis quem oculis priuauerit, dicat ea, quæ cerni possent, non se ei ademisse* (id est: *ista ratione, si quis — priuauerit, possit dicere;* ne quis *quem* relatiuom putet esse et sic uerba, neglecta eorum serie, ordinet: *ut si quis, quem — priuauerit, ei*

habeat ad iucundum adcessio, bonum sit; si autem id non concedatur, non continuo uita beata tollitur. Bona autem corporis huic sunt, quod posterius posui, similiora. Habent enim adcessionem dignam, in qua elaboretur, ut mihi in hoc Stoici iocari uideantur interdum, quom ita dicant, si ad illam uitam, quae cum uirtute degatur, ampulla aut strigilis adcedat, sumpturum sa-

iucundum adcessio) *iucundum accessionem* EPR *iucundam accessionem* LC si) *sin* Or. degatur) *dicatur* E

non se ademisse — dicat), et I de Diuinat. 86: *Ut, si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se adliciat et adtrahat, rationem, cur id fiat, adferre nequeam, fieri omnino neges.* (*Ista ratione, si — dicam, possis negare.* Uolgo interrogatiue accipiunt, particulæ *si* nullam, opinor, rationem ducentes, contra sententiarum cohærentiam. Nam si hic interrogando significasset: *non neges fieri*, non poterat subicere: *Quod idem facis* &c.) Acad. II, 50 etiam adfirmatiue, non hypothetice sic Cicero dixit: *ut, si lupi canibus similes* (excidisse uidetur *sunt*), *eosdem dices ad extremum* (id est: Ista ratione, si — sunt, dices &c.). Iam recte expediri poterit locus ille in I N. D. 88, in quo Walkerus et Heindorfius se torserunt, ceteri autem difficultatem non adtigerunt. Sic enim distinguenda uerba sunt: *Quæ sunt tantæ animi angustiæ? Ut, si Seriphi natus esses — non crederes leones et pantheras esse, quom tibi, quales essent, diceretur* &c., id est: *Ista ratione — non crederes.* Proxumorum uerborum *æque uita iucunda* insolentior ordo st nec simile exemplum substantiui inter adiectiuom suum et aduerbium ei adhærens interpositi habeo.

ad iucundum adcessio) Sic Lbinus e codicibus, ut ait, Pal. 6 et Scaligeranus, correcti, ut opinor. Iam in archetypo enim, nominatiuo post præpositionem et adiectiuom in accusatiuom mutato, scriptum erat: *ad iucundum adcessionem*, ut in Mor., Pal. 3, 5, aliquot Dau., Gud. 2, Oxx. EUψ; inde factum st: *ad iucundam adcessionem* in Pall. 2, 4, Dau. aliquot, ξχ, Gud. 1 et fere uett. editionibus; in Erl., Spir., Gud. 1 Gzius tradit esse: *ad iucundum accessione.* Tum *tollitur* connexum cum illo *si non concedatur* et relatum superiori *bonum sit*, si uerum st, subitum transitum habet a re, quæ exempli caussa fingatur, ad generalem de re, quæ sit, sententiam; et substituit Cicero uitæ iucundæ uitam beatam. Lbinus *tollatur.* Manutius et ceteri, Dau. excepto, *sin autem* tacite.

ampulla aut strigilis adcedat) Plutarchus adu. Stoic. c. 22

pientem eam uitam potius, quo haec adiecta sint, nec beatiorem tamen ob eam caussam fore. **31.** Hoc simile tandem st? non risu potius quam oratione eiciendum! Ampulla enim sit necne sit, quis non iure optumo irrideatur, si laboret? At uero grauitate membrorum et cruciatu dolorum si quis quem leuet, magnam ineat

quo) *cui* Or. 31. tandem) *tamen* L non risu) *nostris ut* E quis non) *quis* E irrideatur) *derid.* C dolorum) om. P

p. 1069 C: *εἴγε κρασπέδοις καὶ ἀμίσι χρυσαῖς καὶ νὴ Δία ληκύθοις, ὅταν τύχωσι, παραβάλλουσι* (*οἱ Στωϊκοί*) *τὸν μέγιστον πλοῦτον.*

eam uitam, quo hæc adiecta sint) Dauisius ex El., ut uoluerat Gruterus, *cui* (*quoi*) *hæc*, et sic iam Marsus, sine caussa. Nam et *adcedit eo* et *eodem*, id est, ad eandem rem, Cicero non raro dixit (uid. Nizol.) et *addo huc*, *eo*, *eodem* (Tusc. V, 16, Læl. 65) et *adicio oculum aliquo* (Legg. II, 36), et huiusmodi aduerbia sæpe demonstratiuis subiecit pro pronomine et præpositione (*apud eos, quo se contulit* Uerr. IV, 38, *ex iis oppidis, qua ducebantur* Uerr. V, 66; de *unde* uid. lexic.).

31. *Hoc simile tandem st? non — eiciendum?*) Sic interpungendam esse orationem et ipsa uox *tandem*, præsertim uerbo adiuncta, admonebat et ordo uerborum. Uolgo omnia continuast; Gzius autem et interrogationem et sententiam sustulit. In *eiciendi* uerbo imaginem a scena ductam esse, Bremius adnotat. Mox *ampulla sit* significare: *ampulla adsit et adcedat* (*habeatne ampullam ad cetera necne*), dico propter Gzium et Ottonem.

grauitate membrorum et cruciatu dolorum) Recte Tuscul. III, 1, ubi uniuerse de medicina agitur, corporis ægroti et languentis grauitas et dolor nominatur, recte Lucretius (III, 477) in iis, qui uino opprimantur, membrorum grauitatem consequi ait. Hic, ubi significantur grauissuma corporis incommoda (*cruciatus dolorum*) et quæ maxume contraria sint primis naturæ, uereor, ne parum ponderis grauitas illa habeat, recteque Bentleius (ad Tusc. III, 1) scribendum putarit *prauitate membrorum* (Tusc. IV, 29). Nam ut in illis commodis præter ualetudinem numeratur integritas corporis et incolumitas, partesque eius et membra apta et integra nec inminuta et detorta (II, 33, V, 18, III, 17), sic in contrariis incommodis hæc ipsa prauitas et distortio et deformitas ponitur, ut III, 17 et V, 46. Nec apud peritos inuidiam huic correctioni faciet ipsius Bentlei error, omnino de corporis molestia grauitatem dici negantis et Tusculanarum locum non recte tentantis. Nec,

gratiam; nec, si [ille] sapiens ad tortoris eculeum a tyranno ire cogatur, similem habeat uoltum et si ampullam perdidisset, sed ut magnum et difficile certamen iniens, quom sibi cum capitali aduersario, dolore, depugnandum uideret, excitaret omnis rationes fortitudinis ac patientiae, quarum praesidio iniret difficile illud, ut dixi, magnumque proelium. Deinde non quaerimus, quid ob-

nec) ne E [ille]) om. E, sine uncis Or. et si) ac si LCOr. difficile illud) ill. d. LPCROr. quaerimus) quaeremus ELPCOr.

quod *prauitas leuari* minus commode dicitur, ideo non recte dicitur *leuare aliquem cruciatu dol. ac prauitate membrorum.*

[*ille*] *sapiens*) Aberat pronomen a "binis" Gzi; igitur alter Spir. erat. Non demonstratur sapiens tamquam e longinquo et quasi alibi conmemoratus, sed, quid in eius personam et actionem cadat, simpliciter quæritur, ut rectius pronomen abesse uideatur. Quod Gzius Epicuri sapientem hic et III, 42 significari putat (et transcribit, ut omnia, Otto), simile st relicuo eius stupori, apertissuma quæque, dum aliquid dicere conatur, peruertentis. Quid enim ad Catonem refutandum pertinet, quid sapiens Epicureus facturus sit? Id quæritur, utrum sapiens, in cuius persona recte agendi regulam omnes philosophi adumbrabant, sic iudicaturus sit, ut Stoicorum ratio uideatur postulare, an ut ueterum Peripateticorum et Academicorum. Itaque ne Stoicus quidem sapiens hic intellegitur, sed communis sapientis notio. (Præterea Epicuri dictum de sapiente in Phalaridis tauro exclamante: quam hoc suaue! et Stoicorum de sapiente in eculeo beatam uitam retinente confundit) Tum *et si* Uictorius, Dau., Gzius e codd. (Pall. quisque, Mead., El., C. C. C., Uχ, Gzi omnibus); ceteri *ac si*; uid. ad II, 21. Duorum nominum per *et* coniunctionem, non sententiarum conparationem, habet etiam is locus, qui e Tusc. V, 9 profertur. Memorabilis est autem prorsus in hoc loco orationis transitus a rei, quæ nunc fieri fingatur, significatione et præsenti tempore ad eius significationem, quod certa condicione futurum esset, in his uerbis: *nec si — cogatur, — habeat, sed, quom — uideret, excitaret &c.*, e qua neglegentia, quam uicina hæc sint, discere poterunt grammatici quidam. Paullo post *difficile illud* etiam Spir. Edd. inuerse.

Deinde non quærimus) Secutus sum Man. et Lbini correctionem, ab ed. Rom. præceptam; ceteri *quæremus*. Non dicit Cicero, quid aliquando quæsituri sint, nec differt quæstionem (ut 82;

scuretur aut intereat, quia sit admodum paruom, sed quid tale sit, ut expleat summam. Una uoluptas e multis obscuratur in illa uita uoluptaria; sed tamen ea, quamuis parua sit, pars est eius uitae, quae posita st in uoluptate. Nummus in Croesi diuitiis obscuratur, pars est tamen diuitiarum. Quare obscurentur etiam haec, quae secundum naturam esse dicimus, in uita beata; sint modo partes uitae beatae.

XIII. 32. Atqui, si, ut conuenire debet inter nos, est quaedam adpetitio naturalis ea, quae secundum naturam sunt, adpetens, eorum omnium st aliqua summa facienda. Quo constituto, tum licebit otiose ista quaerere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque sit ad beate uiuendum, de istis ipsis obscurationibus, quae propter exiguitatem uix aut ne uix quidem adpareant. Quid, de quo nulla dissensio st? Nemo

est eius) *enim eius* C etiam) *et* P om. L esse dic.) *dic. esse* R uitæ beatæ) *b. u.* LPCR 32. tum) *tamen* C otiose) *ociose* C quærere) add. *que* C de istis) *in istis* E aut ne) om. P nulla) *multa* LPCR

tum *licebit*), sed, quid agatur, admonet, quom Stoici controuersiam mutent. Respondet autem hoc *deinde* illis, quæ supra (29) dixerat: *sed non sunt in eo genere &c.*

ut expleat summam) eam, quæ efficitur ex omnibus iis, quæ sunt secundum naturam; uid. 32 et quæ ad III, 41 dicta sunt. Extremo capite *uitæ beatæ* ed. a. 1480, Crat., Uict., Gzius e quattuor suis.

Cap. XIII, 32. *Adpetitio naturalis ea — adpetens*) Commodius scripturus fuisse uidetur: *adpetitio naturalis eorum*; multo tamen molestius illud: *de obscurationibus, quæ — uix adpareant*, id est, earum rerum, quæ uix adpareant. Obscurationes quidem ipsæ non exiguæ sunt. Particulæ *tum* superadditæ ablatiuis (*quo constituto, tum*) ad temporis consecutionem grauius notandam (itaque fere dicitur *tum denique*) exempla conlegerunt Schwartzius ad Tursell. p. 879, Beierus ad Cic. pro Scauro § 22; idem fit in *deinde* (uid. Beierus ad Off. II p. 35), non Græcismo (*εἶτα*), sed naturali sermonis usu. Pronomen *quoque* communiter positum post nomen generale *rerum* nullam offensionem habet.

Quid, de quo nulla dissensio st?) Sic Manutius e uetere libro Philippi Terti et Sigoni codice, Lbinus ex "aliquot libris manu-

enim st, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum simile esset id, ad quod omnia referrentur, quod est ultu-

naturarum) *naturalium* Or. omnia) om. P referrentur) *referuntur* LPCROr.

scriptis," et deinceps ceteri; confirmant etiam Spir., El. contra deteriores (Pall., Dau., EU$\xi\psi$, Gzi relicuos). Quod sequitur: *nemo st, qui aliter dixerit, quin* (id est: *qui negarit*), de eo exponetur ad V, 22.

omnium naturarum simile esset id &c.) Hoc est: Dass für alle Geschöpfe dasjenige, auf welches alles sich bezieht, ein Aehnliches (Analoges) sey; dass alle Geschöpfe einen analogen letzten Zweck haben. In omnibus enim naturis siue rebus, quæ uigent, hæc est similitudo, ut a se diligendis profectæ primam hanc institutionem conseruent et cum habeant finem, natura ut expleatur. Hactenus igitur *commune*, id est, simile *st omnium animantium extremum*, *secundum naturam uiuere* (V, 26), sed, quia aliarum animantium alia st natura, *extrema et summa inter animalium genera distincta et dispertita sunt* (V, 25). Ita *omnium rerum*, *quæ natura uigent*, *similis est finis*, *non idem*. Pro *omnibus rebus* hic Cicero, quom de animantibus maxume cogitaret, *naturas* dixit, diuersas *animantium genera et naturas* (Legg. I, 22) significans; et mox subicit *omnis natura* et *quæ natura* et (33) *in ceteris naturis* et (34) *relicuas naturas*. Id igitur disputat Cicero, hanc omnium naturarum similitudinem extremi a Stoicis non conseruari; nam ceteras animantis hoc habere extremum, ut tota earum natura expleatur, homini soli a Stoicis extremum poni non in toto homine sed in parte hominis (§ 33). Si igitur Stoici illam omnium animalium similitudinem ultimi tenere aut restituere nolint, mutanda iis esse principia naturæ (primam commendationem), dicendumque, omne animal (non solum hominem) adplicatum esse non ad se totum diligendum, sed ad optumam sui partem (§ 34). Adeo st hæc aperta et euidens sententia et disputatio, ut, etiamsi non adhibeantur illa ex libro V, quod nemo adhuc fecit, tamen nix intellegas, quomodo quemquam fallere possit. Et tamen, quom paullo post (§ 33) uera scriptura deprauata esset, non solum ibi certa Manuti correctio spreta st, sed hic quoque contra omnis (etiam Gzi) codices olim una et altera uetus editio substituit *omnium naturalium* (Uen. 1494, si Gzio credimus, Crat., in cuius margine alterum adnotatur; de Marso errat Gzius, ut solet), idque, quamquam ne infra quidem sic in codicibus scribitur, Gzius et recentiores adripuerunt. Summum bonum simile esse dici

mum rerum adpetendarum. Omnis enim st natura diligens sui. Quae st enim, quae se umquam deserat aut partem aliquam sui aut eius partis habitum aut uim aut ullius earum rerum, quae secundum naturam sunt, aut motum aut statum? Quae autem natura suae primae institutionis oblita st? Nulla profecto *st*, quin suam uim retineat a primo ad extremum. **33.** Quomodo igitur euenit, ut hominis natura sola esset, quae hominem relinqueret, quae obliuisceretur corporis, quae summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis poneret? Quomodo autem, quod ipsi etiam fatentur, constatque inter omnis, conseruabitur, ut simile sit omnium naturarum illud ultumum, de quo quaeritur? Tum enim

umquam) *numquam* L rerum) om. L sunt) *sint* L(P)CR profecto st) *profecto* omnes, Or. 33 Quomodo) *quo* PC poneret) *poneretur* E quomodo) *quo* P naturarum) *naturale* EPCROr.

omnium, quæ sint secundum naturam, putant; quid hoc sit et quomodo disputationem cohærere statuant, non dicunt; itaque difficile et refutare. Summumne bonum omnes simile esse uoluerunt omnium naturalium, uelut integritatis membrorum, ualetudinis, ceterorum? Nec enim, etiamsi non omnium consensum, sed tantum Peripateticorum sententiam sequamur, idem st omnia prima naturæ continere et omnium simile esse. Hocine eo, quod subicitur, argumento confirmatur? (*Omnis enim st natura diligens sui*, ita ut omnes simile debeant habere extremum). Idne a Stoicis neglectum, a ueteribus seruatum st? Idne ab iis efficietur, si dixerint, omne animal adplicatum esse ad id, quod in eo sit optumum? Sed iam Kernium, interpretem Germanum, uerum uidisse animaduerto. *Referrentur*, quod oratio obliqua flagitat, Erl. dedit; ex aliis codd. nihil adnotatur.

Nulla profecto st, quin) Addidi uerbum (Schuetzius e Gzi coniectura: *Nulla st*), ne hæc esset sententia: *Nulla profecto suae institutionis oblita st, quin* &c., id est, nulla. Audiretur enim necessario superius uerbum, quoniam non magis dicitur: *Nemo, qui* aut *quin*, quam *quis, qui* aut *quin*, uerbo non addito. Paullo ante *sint* Gzius e quinque suis codicibus.

33. *Quomodo igitur*) Uictorius et Grut. e Pall. quinque (&c. Gzianis, exceptis Erl. et Spir.) *quo igitur*; uid. ad II, 58.

conseruabitur, ut simile sit omnium naturarum illud ultumum)

esset simile, si in ceteris quoque naturis id cuique esset ultumum, quod in quaque excelleret. Tale enim uisum st ultumum Stoicorum. 34. Quid dubitas igitur mutare

si) *et* L uisum st) *uisum esset* omnes, Or. ultumum) *ultimi* E

Sic Manutius correxit, adcedente uetere Sigoni libro, quem ipsum emendatum fuisse adparet, ut Leidensem meum et, nisi silentium fallit, E§ Oxx., obsecutique sunt ueritati Lbinus, Dauisius, nuper Kernius. Ceteri cum codicibus: *omnium naturale illud ultumum.* Orellio tamen *ultumum naturale* (quo quid est quod magis a ueterum philosophorum et Ciceronis usu abhorreat?) et *ultumum simile omnium* (quo quid potest excogitari nugacius?) non ferendum uisum st; itaque is hic scribendum coniecit, Otto scripsit, quod hinc in superiorem locum Gzius intulerat: *simile sit omnium naturalium*, sententia, ut ostendi, nihilo meliore. Gzium nihil conturbat; *simile omnium naturale* uolt esse *simile omnium naturalium naturale*, quæ breuitas Ottoni non uidetur "Ciceronis propria." Ueris *naturarum* syllaba ultuma obscure notata et omissa (ut III, 8 *ea* pro *earum*, 42 *illo* pro *illorum*) peperit codicis archetypi mendum.

Tale enim uisum st ultumum Stoicorum) Tale enim (quale nunc dixi, ut tantum eius partis, quæ in homine excellat, ratio habeatur) nobis (nunc quærentibus et disputantibus) uisum st Stoicorum ultumum (§ 28 &c.). Itaque tum demum simile hoc humanæ naturæ extremum et ceterarum naturarum esset, si etiam in ceteris id esset ultumum, quod in quaque excelleret. Perspicua st sententiæ progressio, nec dubia correctio leuis codicum mendi, in quibus scribitur: *Tale enim uisum esset ult. Stoicorum.* Condicionalis oratio nullam omnino sententiam habet. Quid disputatio requireret, Bremius uidit, sed infeliciter scribi uolebat: *Tale enim uisum* (i. e. supra perspectum st!) *esse ult. Stoicorum;* correctionem inuenit etiam Wesenbergius (in censura quadam Danice scripta). Gzius et Orellius prorsus aberrant. *Esset* aut ex superiore sententia ortum st aut scribendi errore; neque enim ita raro *esset* pro *est* positum et, ut II de Diuin. 81: *Parum, credo, inpudenter, quod, quom factus esset motus, dicere audent, quæ uis id ecfecerit.* Scribendum esse, *quom factus est* (id est, *quotiens* uel *si quando*), adparet; nec minus, apud Liu. II, 51 restitui debere: *Quom* (i. e. quo tempore) *hæc accepta clades est* (uolgo *esset*), *iam C. Horatius et T. Menenius consules erant.* Apud eundem XL, 22, ubi editur: *ut uero adpropinquabant iugis, quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia contecta nebula* &c., duplex est

principia naturae? Quid enim dicis, omne animal, simul atque sit ortum, adplicatum esse ad se diligendum, esseque in se conseruando occupatum? quin potius ita dicis, omne animal adplicatum esse ad id, quod in eo sit optumum, et in eius unius occupatum esse custodia, relicuasque naturas nihil aliud agere, nisi ut id conseruent, quod in quaque optumum sit? Quo modo autem optumum, si bonum praeterea nullum st? Sin autem relicua adpetenda sunt, cur, quod est ultumum rerum adpetendarum, id non aut ex omnium earum aut ex plurumarum et maxumarum adpetitione concluditur? Ut Phidias potest a primo instituere signum idque perficere, potest ab alio inchoatum accipere et absoluere, huic similis est sapientia; non enim ipsa genuit hominem, sed accepit a natura inchoatum. Hanc ergo intuens debet institutum illud quasi signum absoluere. 35. Qualem igitur natura hominem inchoauit? et quod

34. enim dicis) *enim* P sin) *si* LPCR sunt) *sint* E adpetendarum) *appetendum* ELPR et max.) *aut max.* E *max.* L ab) *et ab* L similis est sap.) *est sap. sim.* LPCR *sap. sim.* (om. *est*) Or. ergo) *igitur* C om PL 35. Qualem) *Quare* E

mendum; scripserat enim Liuius: quod *rarum in altis locis est.* Non alibi omnino raram esse nebulam, sed in altis et uento peruiis locis Liuius putabat.

34. *Quid enim dicis*) Excidit *dicis* etiam in Pal. 4 et Gud. 2. Paullo post *sin autem* Gzius etiam e Spir. Tum cod. archetypus mendum habuit: *rerum appetendum* (Spir., Gud. 2, Eχφ).

Ut Phidias — huic similis est sapientia). Legitumus hic erat institutae orationis exitus: *sic sapientia hominem, quem a natura inchoatum accepit, absoluere debet, qualis institutus est.* Sed declinauit Cicero a proposito, ut plenius rem eloqueretur. Uerborum ordinem confirmat Spir. Antea erat: *huic est sap. sim.* Gzius, Bas. sequens, *est* deleuit, quod in tali oratione abesse nullo modo potest. Paullo ante *a principio* "alii codices" Dauisi, Eξχ, Monac., ed. a. 1480, Man., Lbinus; uid. III, 82. Mox *hanc ergo* ex ed. R. Crat., tum Dau. ex C. C. C., Gzius etiam e Spir., *hanc igitur* Man. et Lbinus ex ed. prima; et *ergo* et *igitur* omittebant codd. Pall., Oxx., ed. a. 1480, Uict., Grut. Tum (35) *quare* pro *qualem* etiam Spir. De caussa generandi hominis non quaeritur, sed qualis inchoatus sit.

est munus, quod opus sapientiae? quid est, quod ab ea absolui et perfici debeat? Si nihil in quo perficiendum st praeter motum ingeni quendam, id est, rationem, necesse st, huic ultumum esse ex uirtute agere; rationis

absolui) *et abs.* C Si) *sic* E in quo) *in eo quod* ELCOr. *in eo quidem* (P)R id est) *id* E huic) *hunc* LPR *hoc* C agere) *uitam augere* LC *uitam frangere* P *uitam fingere* ROr.

35. *Si nihil in quo perficiendum st*) In codicum nostrorum principe fuit, ut fere editum st: *si nihil in eo quod*, ut in Pall. excepto quinto, Dauisi plurumis aut omnibus, Oxx. omnibus, Gzi quattuor; quintus (Gud. 2): *nihil quidem in eo perf.*, nisi is habuit, ut in ed. R et a. 1480 (Man., Lbin.) scribitur, nescio unde, ineptissuma particula; Pal. 5 et cod. Urs. *si nihil in eo perf.*, quod Dauisius tenuit. Iam illud manifestum st, neque in huiusmodi sententia condicionali: *si nihil in eo st* omitti uerbum posse, nisi quom e superiore simili condicione audiatur, et grauem soloecismum esse in hac oratione: *si nihil in eo st*, *quod perficiendum st* (pro *sit*). Sed grauius est sententiæ uitium, quod ille, quem Dauisius sequitur, corrector non uidit. Nam *in eo* est *in homine*. Atqui, præterquam quod necessario sequi debebat: *necesse st ei* (neque enim ullo modo pronomini, quod est *is*, sic illa demonstratio (*huic*) superaddi potest), manifestissumum st ex his uerbis: *nunc de hominis summo bono quæritur*, superiora non de homine posita esse, sed Ciceronem conclusionis caussa dixisse, quid ei ultumum futurum esset, qui non, ut homo, ex animo et corpore, sed ex altera utra parte constaret: *si nihil in quo, id est, in animali aliquo, perficiendum st.* Scriba non intellexit, *quo* pronomen indefinitum esse, et mutauit; cfr. ad III, 70. Iam rectum st *huic* (*tali*).

ex uirtute agere) ἐνεργεῖν κατ' ἀρετήν, quod idem st atque ζῆν κατ' ἀρετήν. Sed aptius illud fortasse uisum st soli animo. Sic autem etiam Mor. codex (*e uirt.*), nec Spir. dubito quin cum Erl. consentiat; Gzius quidem narrat, in utroque desiderari uerba *uitam fingere*; substitui *agere*, dicere oblitus est. Quom non intellegeretur, additum st in deteriorum codicum principe *uitam* (*uitam agere*, ut recte hactenus scriptum st in ed. a. 1480, Crat.), sed uitiose scriptum *uitam augere* (ut est etiam in Bas. et Gud. 1; Gruterus et Dauisius tacent); hinc factum st *uitam fingere*, quod inde a Uictorio ediderunt, Oxonienses, quod miror, taciti. De uirtutis definitione dictum ad II, 88; eadem ponitur Tusc. V, 39, Acad. I, 20. Deinde Dau. malebat: *Sin nihil*. In tali duarum

enim perfectio st uirtus; si nihil nisi corpus, summa erunt illa, ualetudo, uacuitas doloris, pulchritudo, cetera. Nunc de hominis summo bono quaeritur. XIV. 36. Quid ergo dubitamus in tota eius natura, quaerere, quid sit ecfectum? Quom enim constet inter omnis, omne officium munusque sapientiae in hominis cultu esse occupatum, alii — ne me existumes contra Stoicos solum dicere, — eas sententias adferunt, ut summum bonum in eo genere ponant, quod sit extra nostram potestatem, tamquam de inanimo aliquo loquan-

si) *sic* E cetera) *et cet.* LPCR bono quær.) *qu. b.* E 36. ergo) *igitur* E sapientiæ) *sapientia est* E Stoicos) *Stoicum* E de) om. E inanimo aliquo) *in annali quo* E *inanimali aliquo* LC *animali aliquo* (P)ROr.

pluriumue partium enumeratione, recte bis *si* ponitur. Tum *pulchritudo, cetera* Gzius e Spir., Erl., Bas., Gud. 1 (cfr. § 4).

Cap. XIV, 36. *in tota eius natura, quærere, quid sit ecfectum*) Quid et in animo et in corpore a natura ecfectum sit, ut expoliri et perfici debeat. Quod antea inchoatum dixit (35: *qualem natura hominem inchoauit*), nunc *ecfectum* dicit; generauit enim natura hominem et fecit; contrarium st igitur *perficere*. Errauit Nissenius, grauiusque multo, Gzius.

tamquam de inanimo aliquo) Ex melioribus codd. de uno constat Erlangensi (ex quo ipso Gzius profert *annali quo*, omittit, quod ueritatis indicium st, *in*), de ceteris tacetur; in deteriorum principe uidetur fuisse *de inanimali quo*, quod uocibus male diuisis et una littera omissa ex uera scriptura ortum st; nam sic præter editiones quasdam ueteres (a. 1480, Iunt., Crat.) etiam E et cod. Monacensis; Bas. *nominali quo*, Gud. 2 *animali quo*. Inde a Uictorio editum st, si Gzium excipias, *de animali aliquo*, Grutero et Dauisio tacentibus. Quid sententia postularet, uidit Gzius, sed contra usum loquendi et codicum uestigia scripsit: *de non animali*; Orellius ad uerum proxume adcessit, cui placebat: *de inanimato aliquo*. Nam *animal* sane etiam Ciceronis et omnium sententia homo st; illi, quos hic reprehendit, sic de bono statuebant, quasi nullus esset animus hominis, quemadmodum alteri, ut ipse ait, *quasi corpus nullum esset hominis*. Superiores editores in eodem, quo Otto, errore fuisse uidentur, qui enarrat: *quasi de animali aliquo, non de homine*. Adparet, *bestiam* dici debuisse; nam etsi animalia sæpe sic dicuntur, ut homo non conprehendatur, tamen id numquam fit in huiusmodi locis, ubi genera distinguuntur et

tur, alii contra, quasi corpus nullum sit hominis, ita praeter animum nihil curant, quom praesertim ipse quoque animus non inane nescio quid sit (neque enim id possum intellegere), sed in quodam genere corporis, ut

contra, quasi) *qu. c.* C corpus nullum sit) *null. c. s.* R *null. s. c.* C non inane) *nominare* PLCR enim) om. E id) om. L

contraria ponuntur. Et in ipsis bestiis erat tamen animus, etiamsi non excelleret. Illos philosophos Cicero nullam omnino animi rationem habuisse dicit. *Inanimatum*, ut hoc addam, pro *inanimo* neque Ciceronem neque quemquam ueterum dixisse, non magis quam *inarmatus* pro *inermo*, uerissumum erat Lambini iudicium, cui olim non recte nonnulli contra dixerunt; nunc fere ignorare homines uidentur. Apud Ciceronem *inanimus* sine controuersia scribitur Acad. II, 37, Tusc. I, 54 et V, 69, N. D. II, 76, ab optumis quibusque codicibus defenditur et in editionibus proxumorum seculorum legitur Off. II, 11, 12, 14, 17, N. D. I, 36, restitutum st codicum auctoritate Lael. 68, nuperrume etiam (ab Orellio ex antiquissumo cod. Einsiedlensi) Topic. 69; reuocandum st optumis libris iubentibus III N. D. 40. Non recte igitur Zumptius in Uerr. V, 171 e codicibus melioribus restituit *muta atque inanimata*, ubi *ta* ortum st e sequenti uoce *tanta*. De Diuin. II, 98 non numeraui, quia ibi ex optumis codicibus scribendum st, expulsa pessuma interpolatione: *ualeat id necesse st non in hominibus solum, uerum in bestiis quoque.* Illi, quos contra Cicero disputat, quom dicebant, ad rem pertinere, quomodo caelo adfecto conpositisue sideribus *animal* natum esset, de homine tantum cogitabant; Cicero, quod de animali generatim dicatur, in bestiis etiam ualere oportere ait, idque quam absurdum sit, adparere putat. Quod de animali diceretur, necessario etiam in inanimis ualere, qui poterat adfirmare? Praeter Ciceronem auctor illius uocabuli citatur, qui rhetorica ad Herennium scripsit; sed codex uetustissumus bibliothecae regiae Parisiensis (7714), quem Krarupius, amicus meus, contulit, IV, 61 habet *res animatas et inanimas* (ut Lbinus in curis secundis), ut non dubium sit, quin etiam IV, 66 scribendum sit (cum Lbino): *res mutas atque inanimas.*

corpus nullum sit) Sic Gzius e libris suis omnibus; ut R, pleraeque ueteres editiones; ut C, Manutius et deinceps ceteri.

sed in quodam genere corporis) Quid significet, dictum st ad II, 47; neque enim corpore inclusum animum, ipsum incorporeum, intellegi uolt (quemadmodum hoc, quod cernitur, corpore continetur), sed ipsum esse corpus, aduersus Stoicum Stoicorum

ne is quidem uirtute una contentus sit, sed adpetat uacuitatem doloris. Quamobrem utrique idem faciunt, ut si laeuam partem neglegerent, dexteram tuerentur, aut ipsius animi, ut fecit Herillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. Eorum enim omnium, multa praetermittentium, dum eligant aliquid, quod sequantur, quasi curta sententia. At uero illa perfecta atque plena eorum, qui, quom de hominis summo bono quaererent, nullam in eo neque animi neque corporis partem uacuam tutela reliquerunt. 37. Uos autem, Cato, quia uirtus, ut omnes fatemur, altissumum locum in homine et maxume excellentem tenet, et quod eos, qui sapientes sunt, absolutos et perfectos putamus, aciem animorum nostrorum uirtutis splendore praestringitis. In omni enim animante st summum aliquid atque optumum, ut in equis, in canibus, quibus tamen et dolore uacare opus est et ualere; sic igitur in homine perfectio ista in eo potissumum, quod est optumum, id est, in uirtute laudatur. Itaque mihi non satis uidemini considerare, quod

is) om. P aliquid, quod) *aliquod* E reliquerunt) *relinquerent* E 37. aciem — praestringitis) Non. p. 35. praestringitis) *perst.* LCR enim) om. L potissumum) om. R id est) *id* E

sententia utens, qui animum *σῶμα* (aërem igneum) esse studiose defendebant; uid. Tennemanni Hist. Philos. uol. IV p. 59, Ritteri uol. III p. 605. De particulis *quom praesertim*, uid. ad II, 25.

quasi curta sententia) Non inprobabiliter Marsus et Lbisus *sententia st.* Truncum dicitur, cui pars aliqua ablata et detracta ad integritatem deest. De eo, quod sequitur, *illa — eorum*, uid. ad III, 61.

37. *in eo potissumum — laudatur*) Danisius et Ernestius malebant *locatur.* Paullo breuius, sed et recte et perspicue Cicero scripsit, hac sententia: potissumum laudatur, quatenus in uirtute perspicitur. Significat igitur praepositio, cuius rei in laudando ratio habeatur, non multo aliter atque hoc libro 76: *in gubernando nihil, in officio plurumum interest, quo in genere peccetur,* et Tusc. V, 24: *uexatur ab omnibus in eo libro, quem scripsit de uita beata.* Perfectionem autem Cicero dicit eam, qua tota hominis natura a sapientia absoluatur (34 et 35). Mox *quod iter sit* Gru-

iter sit naturae quaeque progressio. Non enim, quod facit in frugibus, ut, quom ad spicam perduxerit ab herba, relinquat et pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine, quom eum ad rationis habitum perduxerit. Semper enim ita adsumit aliquid, ut ea, quae prima dederit, ne deserat. 38. Itaque sensibus rationem adiunxit et, ratione ecfecta, sensus non reliquit. Ut si cultura uitium, cuius hoc munus est, ut ecficiat, ut uitis

iter sit) *intersit* ELC Non enim — spicam perduxerit) Non. p. 225. Non enim) om. E quod) *hoc quod* LPCR ut, quom) *uictum* Non. *cur cum* L ne) non EC 38. reliquit) *relinquit* COr.

terus e Pal. 4 et uetere cod. Scaligeri (Par. tribus, El., Gud. 1, Bas., Mon., etiam Morel.), quom in ceteris (Pall., Dan., Oxx., Gzi) esset: *quod intersit*, in editionibus fere *quid intersit*. Sed iam R et Marsus recte.

Non enim, quod facit) Sic Dauisius "fide Parisinorum." Certius testimonium Noni. Ceteri deteriores codd., de quibus constat, et editiones ante Dauisium: *Non enim hoc quod facit;* in Spir., ut in Erl., aberat et *hoc* et *non enim*, hoc quidem posterius errore. Gud. 2: *non hoc facit.*

ut ea — ne deserat) *non deserat* etiam Eξχ ed. a. 1480, Crat., Lbinus; de Gruteri, Dan, Gzi codd. tacetur; uid. ad II, 15.

38. *sensus non reliquit*) ita ut nos eos nunc quoque habeamus. Præterito tempore utitur Cicero, describens, qualem iam a natura ecfectum hominem uideamus. Supra uniuerse, iter naturæ quale sit, ostendit. Iniuria Ernestius edidit *adiungit — relinquit,* quasi nunc demum homines fiant; incommodius Gzius *adiunxit* tenuit et e paucis codicibus (EUξ, duobus suis) et edd. uett. (a. 1480, Iunt.) *relinquit* scripsit, quasi diuerso tempore hæc natura fecerit ac faciat. Sæpissume in codicibus scribitur *relinquit* et *relinquerat* pro *reliquit, reliquerat.*

Ut si cultura uitium) Eodem simili utitur Piso V, 39 et 40. Orationem ita orditur, quasi subiecturus *sic,* quod huic *ut* respondeat; deinde, quod commodius est de uite uim culturæ in se continente dicere quam de cultura, orationem abrumpit et mutat et absolute hoc de uite ecfert (*si igitur illa,* non: *ut igitur, si illa*), tum subicit: *similiter.* *Omnibus partibus suis* etiam Spir. et ed. Crat., ceteri ut Orellius. *Sic intellegamus* est: sic rem cogitando fingamus; uid. I, 17. Paullo post *se tuetur* quattuor Gzi, ut concurrant *etiam se.* Edd. *tuetur se;* Eξ omittunt *tuetur.*

constitui, si ea, quae extra uirtutem sint, ad beate uiuendum pertineant. Quod totum contra st. Introduci enim uirtus nullo modo potest, nisi omnia, quae leget quaeque reiciet, unam referentur ad summam. Nam si omnino † nos neglegemus, in Aristonea uitia incidemus et peccata, obliuiscemurque, quae uirtuti ipsi principia dederimus; sin ea non neglegemus neque tamen ad finem summi boni referemus, non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. Duarum enim uitarum nobis erunt

sint) *sunt* EC leget) *legi* E reiciet) *reficiet* EPR referentur) *referantur* LPCROr. nos) *ea* Or. neglegemus) *negligimus* omnes. incidemus) transp. post *peccata* LPCROr. (*incidimus* LC) neglegemus) *intelligemus* E *negligimus* cett. referemus) *referimus* R aberrabimus) *aberramus* E

uerti) aut § 45 (*informari non posse uirtutem*) aut § 51 (*nec uirtutem posse constare*); et prauus est uerborum ordo in adiectiuo et substantiuo diuellendo. Multo minus *natura* ferri potest; quid est enim, natura uirtutem constitui, et cui contrarium? an est quædam, quæ arte constituatur? Et tamen sic ponitur *natura*, quasi in hoc uocabulo uis sententiæ sit. Nisi uocula illa, quæ nos uexat, scribendi errore tota orta st, subest mendum occultius. Paullo post *referentur* ex uno, de quo constet, Erl. dedi; caussam exposui ad III, 70.

si omnino † nos neglegemus) Si *nos* nominatiuom putabimus, et uitiose abundabit, quom nullum hic personæ et subiecti notio momentum faciat, et desiderabitur accusatiuos, in quo præsertim pondus aliquod sententiæ sit; sin accusatiuom esse uoluerimus, grauiora erunt uitia; nam neque *nos* de corpore et quæ ad id pertinent, intellegi potest, sed multo magis de animo, et sequitur: *ea non neglegemus*; manifestum st autem, utrobique idem obiectum esse debere. Itaque hic Dauisius pro *nos* substitui mauolt *hæc*, Gœrenz Bremium sequens *ea* posuit. Mirum tamen, qui et hoc exciderit et *nos* ortum sit; nam *nos ea* scribi propter eam, quam initio dixi, caussam nequit; putant *nos* ex *ne* natum. *Neglegemus*, quod et ipsum per se necessarium st et propter id, quod sequitur, *non neglegemus — referemus*, post Lbinum Orellius restituit. Hoc autem posterius *neglegemus*, quod post Lbinum Ernestius restituit, Gœrenz ait in Erl. et Spir. atque edit. Crat. esse; de Crat fallitur; in Erl. uestigium st ueræ scripturæ, non ipsa. *Referemus* omnes habent codices. Manutius propter *neglegimus* mutarat.

instituta capienda. Facit enim ille duo seiuncta ultuma bonorum; quae ut essent uera, coniungi debuerunt; nunc ita separantur, ut diiuncta sint, quo nihil potest esse peruersius. 41. Itaque contra st ac dicitis; nam constitui uirtus nullo modo potest, nisi ea, quae sunt prima naturae, ut ad summam pertinentia tenebit. Quaesita enim uirtus est, non quae relinqueret naturam, sed quae tueretur. At illa, ut uobis placet, partem quandam tuetur, relicuam deserit. Atque ipsa institutio hominis si loqueretur, haec diceret, primos suos quasi coeptus adpetendi fuisse, ut se conseruaret in ea natura,

duo seiuncta) *s. d.* C   uera) om. C   ita) *illa* R *ista* cett., Or.   ut) *et* E   diiuncta) *sei.* E   nihil pot.) *pot. n.* C   41. sunt) *se* E *sint* cett., Or.   summam) *summum* omnes.   est) om. LPC   ipsa) *ista* L   institutio hom.) *h. in.* E   haec) *hoc* E   coeptus) *conceptus* CR

Facit enim ille) Qualis sit illa Herilli leuitas et cur in eam Stoicos incidere putet, exponit, de qua ad II, 33 dictum st. Nam ut *ille* sit Zeno, quod uideo nonnemini placuisse, fieri prorsus nequit, quem iam diu Cicero hunc auctorem disciplinæ non nominarit, de scholæ decretis loquatur. Nec Cicero, quamuis Stoicos, si alterum sequantur, Herilli similis futuros dicat, ipsum Zenonem duo ultuma facere sic simpliciter adfirmare potest. Quod sequebatur: *nunc ista*, id, ne si de Zenone quidem hæc dicerentur, recte poneretur (ut esset *ista uostra*, *Stoica*), quoniam, quom idem subiectum sententiæ retineretur, oratio demonstrationem non reciperet; sed quom ad Aristonem hæc pertineant, ne speciem quidem excusationis habet. Recte igitur Man. et Lbinus *ita*, in quod etiam Gzius incidit.

41. *ea*, *quæ sunt*) Sic Man., Lbinus, Gruterus. Coniunctiuos rationem nullam habet. *Ad summam* etiam Eχ et sine dubio ceteri; Manutius correxisse uidetur. Paullo post *relicuam* recte Gzius audit *naturam*; si *partem* audiri Cicero uoluisset, et *alteram* dixisset et sic posuisset: *unam partem tuetur*. *Institutio hominis* ea est, quam paullo ante (32) *primam institutionem* dixit, habitum et constitutionem a natura datam.

quasi coeptus adpetendi) Dubitationem habet uox *coeptus*, quæ præter hunc locum apud unum Statium poëtam semel legitur. Potuit enim oriri e compendio eius, quod in ueteribus editionibus ante Uictorium (excepta tamen ed. a. 1480 et, si Herteli silentio

in qua ortus esset. Nondum autem explanatum satis erat, quid maxume natura uellet. Explanetur igitur. Quid ergo aliud intellegetur, nisi uti ne quae pars naturae neglegatur? In qua si nihil est praeter rationem, sit in una uirtute finis bonorum; sin est etiam corpus, ista explanatio naturae nempe hoc ecfecerit, ut ea, quae ante explanationem tenebamus, relinquamus! Ergo id est

in qua) *qua* L quid) *quod* LPCR ergo) *enim* C intellegetur) *intelligeretur* E *intelligitur* C uti ne quæ) *ut in eque* E *ut eque* cett. *ut ne qua* Or explanationem) *explicationem* PCR

magis quam Gzi adfirmationi credimus, Marso) legitur, *conceptus* (*cceptus*), idque Gzius e quattuor suis codicibus se reuocasse ait, cui tamen, quom in meis et Oxx. nihil uarietur, uix credo. Et uidetur *conceptus* nomen talem habere imaginem, quæ particula mollienda fuerit, ductam a conceptu foetus, de quo fere solo dicitur substantiuom; nam uerbi prima significatio ab initio in pluris cognatas scinditur, quæ ab illa foetus significatione non oriuntur. Retinui in re dubia, quod certior codicum auctoritas tuetur, quod si uerum st, Cicero substantiui nouam formam ideo posuit, quod, quom *coepta* dicerentur, magis significaretur res coepta quam actus ipse hominis incipientis, ut genitiuos addi non posset; et erat in huiusmodi formis secundum regulam extra communem usum fingendis aliqua sermonis libertas, e quo genere st *intentus palmarum* pro Sest. 117; *quasi* autem particulam ideo áddidit, quod non tam adpetitiones ipsas quam coeptus adpetendi appellabat. Fateor tamen, nec eam satis grauem uideri caussam, cur particula ponenda fuerit, et coeptus illos *initia* adpellari potuisse. Itaque non ualde inprobo alteram scripturam. Quod V, 24 legitur de adpetitione naturæ progrediente et sensim alias atque alias res conplectente: *coeptatque adpetere et propulsare*, ad uocem *coeptus* hoc loco defendendam nihil habet argumenti.

uti ne quæ pars) Sic (nisi quod *ut*) Gzius, quom etiam in Spir. esset *ut ineque*; cod. Mor. et Scalig. *ut inæque*. Manutius e cod. Maffei et Marsus *ut ne qua*. Ante eum edebatur, ut in codicibus deterioribus est (EUχ, Gud. utroque, Monac., Uindob.) *ut æque* (*eque*). Pro *quid ergo* (ut est etiam in mgine Crat., nam edebatur *enim*) Mor. *quid igitur*. Paullo post *ante explanationem* etiam Spir., Mor., mgo Cratandri; restituerat Dauisius ex El. et Mead. Ante (et Oxx.) *explicationem*.

conuenienter naturae uiuere, a natura discedere! 42. Ut quidam philosophi, quom, a sensibus profecti, maiora quaedam et diuiniora uidissent, sensus reliquerunt, sic isti, quom ex adpetitione rerum uirtutis pulchritudinem aspexissent, omnia, quae praeter uirtutem ipsam uide-

42. et diuin.) *ac diu.* CROr. ex) om. C quae praeter) *quæ propter* LPC *propter quæ* Or. (om. *quæ* R)

42. *Ut quidam philosophi*) qui cognitionem rerum a sensibus separarunt et sensibus fidem abrogarunt. Academicos autem maxume significat, etsi recentiores quidem non maiora ac diuiniora illa tenebant, sed omnem perceptionem una cum sensuum fide eiciebant. (*Et diuiniora* etiam Uict. et Ox. E; in ceteris edd. *ac* ex primis.)

quæ præter uirtutem) Sic scribendum esse senserant Clericus et Dauisius; (Ascensius saltem in ed. a. 1527 non ita scripsit;) Gxius auctores addidit Erl., Spir., Bas., Gud. 1, in quo superscriptum erat *propter*. Hoc in deteriores codices irrepsit (quamquam Oxx. ex uno ψ adnotant, ut saltem E§ uerum habuisse putem) et a Uictorio et Grutero editum st. *Propter* et *præter* a librariis non raro permutantur, cuius rei in his ipsis libris supra in uarietate scripturæ exempla me adnotare memini. Quom ineptum esset, *propter uirtutem* philosophos illa uidisse, ex quibus uirtutem eos aspexisse Cicero dixit, ueteres editores (iam a. 1480, Iunt., Crat., cett. ante Gruterum, excepto Uictorio) substituerunt *propter quæ*. Erunt autem etiam fortasse, qui *quæ propter* eodem modo intellegi posse dicant, ut anastrophe sit. Uerum etsi Cicero bis, si recte memini, in epistulis ad Att. sic hac anastropha usus est, ut præpositionem casui suo subiectam alius exciperet accusatiuos (X, 4, 1: *istos, quos propter omnia amisimus*, et X, 8, 8: *ut iis pareamus, quos contra me senatus, ne quid res publica detrimenti caperet, armauit*), tamen id in tali oratione fecit, in qua apertissuma esset pronominis relatiui et præpositionis coniunctio, quod hic contra st. Nec Cicero, quamquam philosophos illos ex adpetitione rerum uirtutem aspexisse indicat, ut ista adpetitio prior fuerit, etiam propter res externas et corporis eos uirtutem uidisse dicere potest, quoniam ea suam ex ratione originem habebat. Illud addo, in illa ratione necessario dicendum fuisse: *ea omnia, quæ propter*, quoniam in genere illarum rerum momentum st orationis; recte contra uniuerse: *omnia, quæ præter uirtutem*. In hac

rant, abiecerunt, obliti, naturam omnem adpetendarum rerum ita late patere, ut a principiis permanaret ad finis; neque intellegunt, se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere.

XVI. 43. Itaque mihi uidentur omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse dixerunt honeste uiuere, sed alius alio magis; Pyrrho scilicet maxume, qui, uirtute constituta, nihil omnino, quod adpetendum sit, relinquat; deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus, introduxit autem, quibus conmotus sapiens adpeteret aliquid, quodcunque in mentem incideret et

permanaret) *permanent* E   43. quodcunque) (priore loco) *quod cuique* omnes.

autem scriptura quam sententiæ peruersitatem Orellius deprehenderit, non intellego. Nam præter uirtutem atque adeo ante eam (quoniam eius lux post oritur) philosophi illi multa in ipsa illa adpetitione rerum uiderant et amplexi erant; ea postea abiecerunt.

permanaret ad finis) Oxx. EUξ *permaneret*, ut in plerisque ante Manutium editionibus est (ed. a. 1480, Crat., Uict., nec tamen antiquissumis), χ *permanet;* de ceterorum codicibus non constat, nisi quod Gud. 2 habet *perueniret*. Permanandi uerbum postulat notio naturæ late patentis; utrum Cicero inperfectum posuerit an, omissa præteriti temporis cogitatione (ut subicit *neque intellegunt*), præsens, dubito.

Cap. XVI, 43. *qui — relinquat*) Non utique necessariam caussæ, cur hic maxume errare uideatur, significationem, quæ in uerbi modo est, non est tamen, cur sublatam uelimus, ut hoc simile sit ei, quod sequitur: *non est ausus* &c., quom præsertim illa uerba (*qui — non est ausus*) erroris significationem non contineant et tempus etiam uerbi mutatum sit. Longe duriorem modi mutationem in eiusmodi sententiis, quæ eandem formam seruare debuisse uideantur, demonstraui ad II, 61.

quodcunque in mentem incideret) Sic pro *quod cuique* recte P. Manutius et editores inde a Dauisio, præceperantque correctionem, qui librum Latini Latini et El. 1 scripserunt; nam in aliis codicibus hoc repertum non est, etsi Gzius tacet. Confirmat emendationem et quod adiungitur: *et quodcunque occurreret*, et quod § 47 legitur. Sapientem Aristo ad aliquid adpetendum conmoueri uolebat non eo, quod cuique in mentem incideret, sed eo, quod-

quodcunque tamquam occurreret. Is hoc melior quam Pyrrho, quod [uel] aliquod genus adpetendi dedit, detexunque ipsi.

quod [uel]) om. P quod E; hinc uncis Or.

Quibus autem uerbis Aristo usus sit, non constat, nec quemadmodum totam rem persecutus sit; uerba autem duo, quæ ipse posuerit, a Cicerone uertendo exprimi, adparet quom ex eo, quod § 47 eodem modo hæc diiungit (*quodcunque in mentem ueniat* a u t *quodcunque occurrat*), tum perspicue ex numero plurali pronominis relatiui (*introduxit*, *q u i b u s commotus* &c). Itaque a Tennemanno (Hist. Philos. IV p. 220 sqq.) Cicero non tam ob obscuritatem horum uerborum quam ideo reprehendi debuit, quod, posita uerborum formula, rei explicationem omiserit. Quod autem ipse Tennemannus, quid senserit Aristo, ex iis intellegi putat, quæ apud Sextum Empiricum adu. Mathem. XI, 64 sqq. dicuntur, ibi uidemus Aristonem negasse, natura alia esse *προηγμένα*, alia *ἀποπροηγμένα*, sed talia esse *παρὰ τὰς διαφόρους τῶν καιρῶν περιστάσεις*, ita ut nulla esset *φυσικὴ ἑτέρων παρ᾽ ἕτερα προκρίσις*, *κατὰ περίστασιν δὲ μᾶλλον*. Uerum tamen ignoratur, quid statuerit de discrimine et selectione harum rerum, si illæ *περιστάσεις* non uariarent. Stoici autem, a quibus erat progressus, quom omne agendi principium ab adpetitu et reiectione rei æstumationem habentis aut non habentis ita repeterent, ut in hac ipsa *ἐκλογῇ* uim uirtutis ponerent, in quo ipsi sane hærent, nescimus, quid Aristo, sublato hoc discrimine, substituerit et quod offici initium posuerit. Itaque ut non adfirmo, Chrysippum, quem Cicero in Aristone inprobando sequitur (§ 68, II, 43 &c.), perspexisse, quid Aristo uellet et conaretur, sic Aristonis caussam nunc satis firmiter defendi posse non puto.

quod [*uel*] *aliquod*) Hoc si recte scriptum st, significare debet: *quod aliquod tamen* (*saltem*), quem usum particulæ olim adnotabant e Terenti Phorm. II, 1 (8), 71, ubi nunc, metro etiam flagitante, *uel* sublatum st, et, si non esset, non necessario ita accipiendum esset. Uideo potuisse particulam transire in eam significationem, quom ab hac orationis forma: *uel hoc sufficit* (ubi augetur exiguitas) deueniretur ad hanc: *uel hoc fac* (id est, saltem), ubi ferimus exiguitatem; sed cum transitum factum esse, nullo testimonio cognoscitur ac ne inclinantis quidem in eam partem aut nonnihil uersus eam progressæ significationis ulla uestigia sunt. Itaque uellem scire, ceterine boni codices cum Erl. consentirent.

rior quam ceteri, quod penitus a natura recessit. Stoici autem, quod finem bonorum in una uirtute ponunt, similes sunt illorum; quod autem principium offici quaerunt, melius quam Pyrrho; quod ea non occurrentia fingunt, uincunt Aristonem; quod autem ea, quae ad naturam adcommodata et per se adsumenda esse dicunt, non adiungunt ad finem bonorum, desciscunt a natura et quodam modo sunt non dissimiles Aristonis. Ille enim occurrentia nescio quae comminiscebatur; hi autem ponunt illi quidem prima naturae, sed ea seiungunt a fini-

a) om. EP principium off.) *officium principii* L quod ea) *ea* E ad naturam) *et ad nat.* Or. Ille) *illa* E illi quidem) *illa qu.* COr.

ea non occurrentia fingunt) *Occurrentia* plurali numero dixit singulas illas res, quæ in mentem inciderent et quæ incurrerent, quibus Aristo actiones moueri putabat; ad id pronomen, quod ad *principium offici* refertur, Latino more adcommodauit et simul breuitate quadam usus est in uerbo, hoc significans: quod non fingunt occurrentia et in iis id (principium offici) ponunt; cfr., quæ ad II, 19 dixi (*hæc ultuma bonorum*). Mox ante uoces *ad naturam* Gzius *et* addidit, tamquam ex Erl. et Spir. Fallitur saltem de Erl. Uid. ad II, 63.

ponunt illi quidem) Ut Danisius scribi noluerat, Orellius Gud. 1 (in quo tamen *illi* superscriptum erat) et Bas. sequens scripsit: *ponunt illa quidem.* Mirere, in tam nota re errari potuisse (uid, si tanti st, Ramshorn. p. 529, Beier. ad Off. II p. 44). Pronomen ad sustentandam particulam additum necessario ad subiectum refertur, in quo et conceditur aliquid (*ponunt illi quidem*) et contrarii aliquid obicitur. Pronomen pronomini in hac forma superadditum st V, 71 (*illa — conplent ea quidem*) et V, 68 (*Hæc — sunt illa quidem*, ubi Gzius inperite *ista* maluit, quod pronomen sic poni nequit). Ad obiectum tum demum referri potest pronomen, si in eo solo id, quod contrarium st, notatur, ut II, 62 et IV, 38; itaque falso Lbinus, Schuetzius, Orellius in epist. ad Q. Fr. III, 1, 6 ediderunt: *Urbanam expolitionem urget illam quidem et Philotimus et Cincius, sed etiam ipse crebro interuiso*; recte in codicibus est: *urget ille quidem*, eodem ordine, quo ad Q. Fr. I, 4, 3: *De nouis tribunis plebis est ille quidem in me officiosissumus Sestius.* Rectene in hac forma pronomen particulæ subiceretur, iure dubitauit Beierus ad Orat. § 18 (*multis quidem*

bus et a summa bonorum; quae quom praeponunt, ut sit aliqua rerum selectio, naturam uidentur sequi; quom autem negant, ea quicquam ad beatam uitam pertinere, rursus naturam relinquont. 44. Atque adhuc ea dixi, †caussa cur Zenoni non fuisset, quamobrem a superio-

et a) *et* E praeponunt) *prop.* LPCR 44. adhuc) *huc* E cur) *cum* E

illa adiumentis) non solum propter exemplorum raritatem, sed quod ea una st caussa pronominis ponendi, ut ei particula adhæreat, etsi illo modo scribitur etiam ad Att. XV, 18, 5 et in melioribus codicibus Tusc. I, 22; in Orat. 76, Brut. 167 et 267 ex scripturæ uarietate perspici potest, sæpius in uno et altero codice aut ueteribus editionibus aberrari. Idem hic V, 48 in codice archetypo accidit, ubi particula etiam uerbo subiecta st. Paullo post *præponunt* restituit Gzius e Gud. 2 et Bas. Poterat addere Erl. Erat *proponunt*. Idem error III, 15 et 53 in ipso nomine *præpositorum*.

ea dixi, †*caussa cur Zenoni non fuisset*) Aliter Cicero scripsit. Primum *cur* particula insolenter pronomini *ea* pro relatiuo subicitur; ut enim ex eo, quod dicitur: *multa dixit, quamobrem non posset*, non sequitur, ut etiam hoc rectum sit: *dixit ea, quamobrem*, eadem huius uocis ratio st, ut optume dicatur: *argumenta adfero, cur* &c., uix autem probandum uideatur: *ea, cur*, hoc est, *ea, propter quæ*. Sed tamen hoc excusari posse puto, ut oratio simili modo, atque ad III, 53 exposui, ex breuitate et abundantia mixta sit, hac sententia: *adhuc ea dixi*, quæ ostendant, *cur* &c. Et uniuersa summa disputationis conprehenditur (*dixi, cur*) et singulæ partes significantur (*ea dixi*). Neque tamen exemplum plane simile ullum habeo. Sed soloecum st *fuisset* pro *fuerit*. Quoniam enim Cicero in uerbo *dixi* non disputationem alio tempore a se habitam demonstrat, neque, quo consilio superiora dixerit, significat (ut si dicas: *ea dixi, ex quibus adpareret*), sed eius, quam nunc ipsum absoluit, disputationis summam conligit, non minus praue hoc scriptum st quam si dicas: *adhuc a me explicatum st, cur hoc facere non deberes* pro eo, quod est *debeas*. Tum uerborum hic ordo (*caussa cur*), in quo subiectum sententiæ pendentis non initio positæ particulæ interrogatiuæ præponatur, neque Ciceronianus est neque omnino prosæ orationis, etsi nunc sunt, qui ita præclare dici putent. Et tamen sic omnes codices (Gruteri et Gzi) et primæ editiones (etiam a. 1480); *cur*

rum auctoritate discederet; nunc reliqua uideamus, nisi aut ad haec, Cato, dicere aliquid uis aut nos iam longiores sumus. Neutrum uero, inquit ille. Nam et a te perfici istam disputationem uolo, nec tua mihi oratio longa uideri potest. Optume, inquam. Quid enim mihi potest esse optatius, quam cum Catone, omnium uirtutum auctore, de uirtutibus disputare? 45. Sed primum illud uide, grauissumam illam uostram sententiam, quae familiam ducit, honestum quod sit, id esse solum bonum, honesteque uiuere bonorum finem, communem fore

dicere aliquid) *al. dic.* R et a) *a* R tua mihi) *m. t.* C longa) add. *mihi* E
45. illam uostram) *u. ill.* R

caussa quis primus ediderit, nescio. Postremo etiam Spir. et Gud. 2, id est, melior familia habet *caussa cum*, non *cur*. Puto, Ciceronem scripsisse: *caussam Zenoni non fuisse*, illud *cum* e compendio uocis *caussam* ortum esse. Ea pronomen in hac scriptura eandem seruabit rationem.

nisi aut ad haec) E*ξ* *nisi tu ad haec*; Gzius mauolt: *nisi aut tu*, ut contraria sint *aut tu* et *aut nos*. Uerum *nos* non pro *ego* positum st, sed Cicero et se et Catonem conprehendens hoc dicit: aut nisi hic noster sermo iam longior factus est. Atque ita Cicero, quom de disputationis et sermonis progressu loquitur, communicationis figura utitur etiam ubi suam partem maxume significat, ut II, 85 (*nimium longi sumus*) et ibd. 104, ne quis hos locos eis aduersari putet, quae ad § 39 dixi. Et tamen quod Cicero reapse suae orationis longitudinem significarat, Cato respondet: *nec tua mihi oratio* &c. *Aliquid dicere* etiam Mars., Uict. Tum in Erl., Spir., Gud. 2 *mihi* post *longa* reici Gzius ait; uidendum, ne in duobus reliquis, ut in Erl., bis uox posita fuerit.

45. *Sed primum illud uide*) Huic respondet illud § 46: *Minume uero illud probo*. Mox Spir. *ducit familiam*. Paullo post pro *informari* cod. Mor. *conformari*; rectius alterum de notione constituenda. Deinde in aliqua ex editionibus Lambinianis errore scriptum st *quidpiam* et a Grutero propagatum, a Gzio (contra codices Dauisi, Oxx. EU$\chi\psi$, suos) defensum; quam praue, dixi breuiter ad II, 117. *Numeretur* Cicero breuius dixit, ut esset *ἐγ[illegible]ται* (*wird mitgezaehlt*), quod, in quo genere numeraretur, facile ex orationis cohaerentia adparebat. (Lbinus: *in bonis numeretur*.)

uobis cum omnibus, qui in una uirtute constituunt finem bonorum; quodque dicitis, informari non posse uirtutem, si quicquam, nisi quod honestum sit, numeretur, idem dicetur ab illis, quos modo nominaui. Mihi autem aequius uidebatur, Zenonem cum Polemone disceptantem, a quo, quae essent principia naturae, acceperat, a commu-

finem bonorum) *finem* L quicquam) *quidpiam* Or. quod) om. L quos modo) m. *qu.* E acceperat) *accederet* E

Mihi autem æquius uidebatur &c.) Debebat Zeno in caussa cum Polemone disceptanda a communibus initiis progrediens (ita ut in hac antiqua schola maneret, quamdiu liceret) uidere, ubi primum controuersia nasceretur, non, quod facit, relicta statim uetere schola, e qua profecerat, cum Aristone et Pyrrhone et similibus stans et iis se adiungens, isdem, quibus illi, uti argumentis et sententiis (ut facit, quom ait, honestum quod sit, id esse solum bonum, et id eo confirmat, quod aliter uirtus constitui nequeat). Sententiam minume obscuram, quam Kernius recte expressit, declaraui propter nonnullorum errorem, qui extrema uerba (*uti isdem argumentis, quibus illi* &c.) sic intellexerunt: *tamen uti sententiis et argumentis Academicorum et Peripateticorum.* Cogitarunt de rerum inter Stoicos et Peripateticos conuenientia. Uerum hoc loco id ipsum Cicero queritur, quod Zeno eam occultans argumentis sententiisque aliunde ascitis utatur. *Nec illi* ad unam Polemonem referri potest. Iam quid de Gzio dicam, qui sic uerba ordinat: *æquius uidebatur uidere Zenonem cum Polemone disceptantem* et id enarrat: "horum sententias in conflictu ponere (!), conparare inter se"? Itaque in altera parte sententiæ (*non stantem* &c.) retinet cum omnibus ante Manutium et Lbinum et cum Grutero ridiculum codicum mendum: *ut iisdem argumentis*, ne animaduertens quidem, apud Dauisium et Ernestium aliter scribi, nec de sententia aut oratione uerbum ullum addit. Hunc Billerbeckius sequitur; Otto autem (nam interuenerat Orellius) *uti* edidit, ad *disceptantem* — *uidere* ascripsit: *disceptantes conparare.* Pro *non stantem* Cicero poterat scribere *quam stantem*, ut ad regulam conparationis forma exacta esset; nunc conparatiuom (*æquius uidebatur*) rettulit ad illius rationis, quam Zeno secutus esset, significationem eam, quæ iam in superioribus inerat; deinde eam aperte tamquam rectæ et æquæ contrariam adiunxit. *A* ante *natura* omittebant "tres optumi" Gzi.

nibus initiis progredientem uidere, ubi primum insisteret et unde caussa controuersiae nasceretur, non, stantem cum iis, qui ne dicerent quidem sua summa bona esse a natura profecta, uti isdem argumentis, quibus illi uterentur, isdemque sententiis.

XVII. 46. Minume uero illud probo, quod, quom docuistis, ut uobis uidemini, solum bonum esse, quod honestum sit, tum rursum dicitis, initia proponi necesse esse apta et adcommodata naturae, quorum ex selectione uirtus possit existere. Non enim in selectione uirtus ponenda erat, ut id ipsum, quod erat bonorum ultumum, aliud aliquid acquireret. Nam omnia, quae sumenda quaeque legenda aut optanda sunt, inesse debent

iis) *his* L a) om. EP uti) *ut* omnes. 46. solum bon.) *b. s.* E sit) om. E rursum) *rursus* PLR esse) *est* EL ex selectione) *ex elect.* omnes. uirtus — selectione) om. *L* in selectione) *in elect.* C

Cap. XVII, 46. *ex selectione*) Sic Dauisius ex editione Aldi Nepotis et "aliquibus codicibus" et deinceps recentiores; antea erat *ex electione*; sed semper hæc *selectio* appellatur (II, 43, III, 12, 20, 31), et id nomen sequitur. In continua scriptura hoc *EXSEL.* transibat necessario in *EXEL.* in iis codicibus, in quibus scribebatur *existo* et cetera eadem ratione. Atque ego mihi persuadeo, propter ipsam naturam præpositionis et communem pronuntiandi legem ex ore Latino neque *e selectione* auditum esse, non magis quam *esisto*, *esilio* (ostendunt enim conpositæ uoces, ante literam *s* alteram præpositionis elementum non obscuratum esse), neque *ex sel.*, non magis quam *exsisto*, *exsilio*, hoc est, *ecssisto ecssilio*; nam, media littera extrita ante alteram eandem, retinebatur *ec* (ἐκ), ut in *ecfero*. Atqui, inquiet aliquis, sic non distinguebantur pronuntiando, sed tantum scribendo *ex selectione* et *ex electione*. Prorsus ita credo, in hanc pronuntiandi ambiguitatem sermonem Latinum incidisse, ut in similem noster interdum incidit. Paullo ante *rursum* etiam Spirensis; reliqui Gziani et Eψ *rursus*.

ut id ipsum — aliud aliquid acquireret) Nullam rationem ducit distinctionis a Stoicis excogitatæ, quom ad uirtutem pertinere docebant, non *τὸ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν*, sed *τὸ πάντα ποιεῖν ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν αὐτῶν*, de qua ad superiorem librum dictum st.

n summa bonorum, ut is, qui eam adeptus sit, nihil praeterea desideret. Uidesne, ut, quibus summa st in uoluptate, perspicuum sit, quid iis faciendum sit aut non faciendum? ut nemo dubitet, eorum omnia officia uo spectare, quid sequi, quid fugere debeant? Sit hoc ultumum bonorum, quod nunc a me defenditur. Adpaet statim, quae sint officia, quae actiones. Uobis auem, quibus nihil est aliud propositum nisi rectum atque honestum, unde offici, unde agendi principium nascatur, non reperietis. 47. Hoc igitur quaerentes omnes, et ii, qui, quodcunque in mentem ueniat aut quodcunque occurrat, se sequi dicent, et nos ad naturam reuertemini.

est in uol.) *inest uol.* L quo) *quæ* E nunc) om. C Adparet) *apparent* L reperietis) *reperies* E 47. Hoc) *Hæc* E quærentes) *quæritis* omnes. qui, quodcunque) *quod quicunque* E et nos) *sed uos* C reuertemini) *reuertimini* ELCROr.

ut nemo dubitet — debeant?) Continuari interrogationem puto. Ceteri declaratiue, non interrogatiue, dictum statuunt: *ita, ut nemo dubitet &c.* Paullo post *uobis* (*uobis autem &c.*) notabiliter adcommodauit ad secundariam sententiam, quia prior erat.

47. *Hoc igitur quærentes omnes et ii, qui —, et uos ad naturam reuertemini*) Edebatur fere ante Gzium: *Hoc igitur quæritis omnes, et ii — reuertimini*, orationis et sententiæ conpage dissoluta. Nam nec illa priora: *Hoc igitur quæritis omnes* sic seorsum posita ullam uim habent, et prorsus obscuratur id, quod caput est, illius principi reperiendi caussa philosophos illos ad naturam reuerti; conflari hæc principi conquisitio et ad naturam reuersio in unum oratione debet. Deinde *et* ante *ii* sic sententias coniungit, ut ad pronomen non pertineat; et tamen adparet, necessario sic coniungi hæc: *et ii, qui — et uos*, ut in duas partis *omnes* illi diuidantur. Atque hoc Lambinus sentiens, cui Dauisius adsensus est, post *uos* addidit *qui*, ut illis *quæritis omnes* subiceretur: *et ii, qui — et uos, qui.* Atqui sic summa sententia, ad naturam illos reuerti cogi, cui proxuma adnectuntur (*Quibus natura &c.*) et in qua omnis disputatio uersatur, ex primario loco detruditur et obscuratur, et solis tantum Stoicis hoc accidere dicitur. Laudandus igitur hic Gzius, qui quom in Spir. repperisset *quærentes*, in Gud. 1 *quæres* (Gud. 2 *quæsitas*), uidit scribendum esse:

Quibus natura iure responderit, non esse uerum, aliunde finem beate uiuendi, a se principia rei gerendae peti; esse enim unam rationem, qua et principia rerum agendarum et ultuma bonorum continerentur, atque ut Ari-

gerendae) *gerendi* E peti; esse) *petiisse* E

Hoc igitur quærentes omnes, et ii, qui —, et nos ad nat. &c. (Oxx. edentes *quæretis*, ex ψ adnotant *quæritis*, e χ *queritis*.) Illud non recte fecit, quod præsens *reuertimini* retinuit, quod cum illo, quod in sententia relatiua st, *dicent*, nullo modo congruit; satis enim ex eo adparet, quod etiam ex superiore *reperietis* intellegitur, Ciceronem, quasi conari et periculum facere iubentem, in quam necessitatem uenturi sint, prædicere. Recte igitur cum P nostro "fere Pall.," Mead., C. C. C. "aliique codices" Dauisi, Gud. 2, id est, deterior familia, habent *reuertemini* (quod Gruterus ait esse in editionibus ante Uictorium et posterioribus, sed errat; Oxx. *reuertemini* ediderunt, præsens adnotarunt ex ξψ), siue id ex codice archetypo seruatum siue correctione natum st. Sæpissume enim hæc ipsa forma uerbi in præsens mutatur. (Inperatiuus nullam prorsus rationem habet.) Ceterum minus acute Cicero sic locutus est, ut Aristonem ab occurrentibus et Stoicos a summo bono in sua uirtute posito ad naturam reuertentis coniungeret. Nam Aristo non ab occurrentibus ad naturam reuertebatur; sed Aristo et Stoici a communi summo bono discedere coacti ille ad occurrentia confugiebat (*penitus a natura recedens*, § 43), hi ad principia naturæ reuertebantur. Ac ne quis hanc confusionem ea, quam secutus sum, correctione in Ciceronis orationem inductam esse dicat, ex qua *reuertemini* pertinet etiam ad *et ii*, adparet eam inesse in tota disputationis forma et in his ipsis uerbis: *ii, qui — dicent*; relatiua enim sententia continet id, quod ita dicunt, ut tamen alibi principium quærere cogantur. Qui ipsius Ciceronis uerba sententiæ ueritatis caussa mutanda putabit, sic scribet: *Hoc igitur quærentes omnes et illi* (hoc enim tum pronomen poni debebat), *quodcunque — ueniat — occurrat, se sequi dicent et nos — reuertemini.* Nos, quid scripserit, quærimus. In uerbis *aut quodcunque occurrat* sic diiungit Cicero, quæ supra (43) coniunxit, quasi altero utro solo nos interdum uti Aristo putarit; adcurate id fiat an dicendum potius *et* fuerit, ignoramus.

esse unam rationem, qua — continerentur) Prorsus notabiliter Cicero, quem apte ad id, quod præcedit (*reuertemini*), ersus esset

stonis esset explosa sententia, dicentis, nihil differre aliud ab alio nec esse res ullas praeter uirtutes et uitia, inter quas quicquam omnino interesset, sic errare Zenonem, qui nulla in re nisi in uirtute aut uitio propensionem ne minumi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret, et, quom ad beatam uitam nullum momentum cetera haberent, ad adpetitionem tamen rerum esse in iis momenta diceret; quasi uero

quicquam) *quidquid* E aut uitio) uncis inclusit Or. minumi) *minimam* P cetera haberent) *ea res haberet* omnes, Or. tamen) *autem* omnes, Or. iis) *his* ELPOr.

a futuro dubitatiuo (quod uolgo perfectum appellant, sed quam haberet originem et rationem, dixi 1836 in commentat. de formis quib. uerbi Lat., maxume II p. 23, praesentis autem uim habere omnes consentiunt, ut sit *respondere possit*), orationem ad aliud tempus transtulit (*continerentur, esset explosa, interesset* &c.). Adparet Ciceronem, orationis initi oblitum, uisum esse sibi supra aut narrasse, quid Zenoni ad naturam reuertenti accidisset (*quærenti natura iure respondebat*), qua forma § 55 utitur: *minus probabantur* &c., aut condicionaliter locutum esse: *si ad naturam reuerteremini, iure illa uobis responderet.* Cum huiusmodi commutatione orationis conparatæ leniores eiusmodi, qualem in § 31 adnotaui, prorsus obscurantur; illa, etsi in alio genere, non minoris est neglegentiæ, quam III, 51 uidimus.

nisi in uirtute aut uitio) Ad summum bonum adipiscendum uirtus, non uitium propensionem habet; itaque inde a Dauisio duas postremas uoces delendas putant. Mihi non prorsus certum sit, nullo modo fieri potuisse, ut, quom consuesset Cicero uirtutis et uiti mentionem coniungere, quæ sola ad uitam momenti aliquid habere Stoici putarent, hic quoque, quamquam de *adipiscendo* summo bono dicens, utrumque neglegentia quadam nominaret, obscure contrariam propensionem ad miseram uitam conplectens. Itaque non ausus sum notam adponere. Sed tamen ita hic omnia ad uitæ beatæ et bonorum et rerum adpetendarum notionem referuntur, ut uix credibile sit, Ciceroni illud ex altero genere occurrisse.

et, quom — nullum momentum cetera haberent, ad adpetitionem tamen &c.) Secutus sum perspicuam et necessariam emendationem Dauisi et Bremi. Accusatur Zenonis inconstantia in con-

haec adpetitio non ad summi boni adeptionem pertine-

adeptionem) *appetitionem* L

stituenda eorum dignitate, quæ extra uirtutem sunt. Ea (*cetera*) is negabat momentum ullum habere ad uitam beatam, quæ et sine iis esset nec cum iis beatior fieret; et tamen ad adpetitionem rerum summum in iis momentum esse dicebat; nam inde omne initium adpetendi aliquid et agendi conmoueri (43, 48 &c.). Ciceroni autem uidetur hæc adpetitio a summi boni adeptione non posse seiungi (nam id esse ultumum rerum adpetendarum; § 31). In codicibus et superioribus editionibus sic scribitur: *et, quom ad beatam uitam nullum momentum ea res haberet, ad adpetitionem autem rerum, esse in his momenta diceret;* quam scripturam difficile st refutare; adeo nulla ei sententia subici potest. Quæ st enim *ea res?* quænam illa, de quibus dicitur *in his?* ad quamnam rem dicuntur *in his esse momenta?* quæ st postremo hæc, quæ in Zenone reprehendatur, repugnantia, quod, quom *ea res* (nescio quæ) momentum nullum habeat ad beatam uitam, et tamen ad aliud habeat, hæc (nescio quæ alia) momentum (ad nescio *quid*) habere dicat? Interpretatur tamen Gzius: *eam rem esse propensionem; in his* esse *in uirtute aut uitio.* (At uoces *aut uitio* homo supra fidem peruersus tollendas censuerat.) Serione huiusmodi deliramenta refutanda sunt? Putas fortasse res habere propensionem ad uitam beatam aut miseram efficiendam. At hic te docebit, propensionem non habere momentum, id est, propensionem ad beatam uitam, et tamen ad adpetitionem rerum, et, quamquam hoc ita sit, tamen Zenonem dicere, in uirtute et uitio esse momenta. Disces etiam (modo intellegas), "uelle auctorem, uim quidem in res adpetendas uirtutem et uitium exerere, non uice uersa." Et tamen hic locum recte habere persuasit, non dico Billerbeckio aut Ottoni, sed Orellio. Adeo satis est, uerborum strepitum edere. Contraria esse *ad beatam uitam* et *ad adpetitionem rerum, nullum momentum habere* et *esse in his momenta*, ut coniungenda hæc sint: *ad adpetitionem rerum esse in his momenta*, et hæc duo, momentum nullum habere et momenta habere, de eadem re dici, in cuius ui constituenda Zeno sibi non constiterit, uel ex orationis forma adeo manifestum st, ut nihil possit magis. Itaque et *in iis* respondere debet pluralis numeri uoci, quæ latet sub illo: *ea res*, et *autem* corrigi. Latere autem significationem omnium ceterarum rerum (quæ sint secundum naturam) præter uirtutem, non magis obscurum ei esse potest, qui aliquid

ret! **48.** Quid autem minus consentaneum st, quam quod aiunt, cognito summo bono, reuerti se ad naturam, ut ex ea petant agendi principium, id est offici? Non enim actionis aut offici ratio inpellit ad ea, quae secundum naturam sunt, adpetenda, sed ab iis et adpetitio et actio conmouetur.

XVIII. Nunc uenio ad illa tua breuia, quae consectaria esse dicebas, et primum illud, quo nihil potest breuius: Bonum omne laudabile; laudabile autem omne honestum; bonum igitur omne honestum. O plumbeum pugionem! Quis enim tibi primum illud concesserit? (quo quidem concesso, nihil opus est secundo; si enim omne bonum laudabile st, omne honestum st) **49.** quis

48. ex ea) *ab ea* LPCROr. offici) *officium* L expetenda) *pet.* E iis) *his* PLOr. uenio) *uero* L *nemo* R illa tua) *t. illa* E potest) add. *esse* PCR bonum omne) *o. b.* L bonum ig. omne) *ig. omne bon.* LPCROr. primum illud) *i. p.* COr. honestum st) *honestum* E *laudabile honestum est* LC

ex hac tota disputatione intellexit. Ergo Dauisius scribendum putauit: *ceteræ res haberent*, *ad adpetitionem tamen rerum* &c. Pro *ceteræ res* Bremius melius *cetera*, et quod minor mutatio st et quod statim sequitur *adpetitio rerum* (ubi *rerum* communiter explet notionem adpetitionis; cfr. 42). *Autem* Lbianus in curis secundis delebat.

48. *ex ea petant*) Sic etiam Spir. et recte hoc quoque dicitur, ut e naturæ fonte hauriatur principium (quemadmodum II, 50 e *macello laudem petere* dicitur et pro Arch. 16 *delectationem e studiis* et ad Q. Fr. III, 8, 1 *præsidium ex alicuius beneuolentia*), non solum ab ea tamquam persona accipiatur (47 et alibi).

Cap. XVIII. *quo nihil potest breuius*) *Esse*, quod interponebatur, Gzius sustulit, ab omnibus (?) suis abesse testans. Ad Att. XIII, 38: *Hoc quicquam pote inpurius?* Et sic sæpius in hoc negatiuo conparandi genere post *potest* omittitur *fieri* uel *esse*. De re uid. III, 27 sqq. Mox *bonum igitur omne* (pro *igitur o. bon.*) etiam Spir. Tum *primum illud* codices omnes aut fere omnes (Spir., Gud. 1, Mon.), Crat., Uict., alii. Alter ordo e prima ed. in Manutianam et ceteras uenit. (Gud. 2 *primum tibi illud.*)

omne honestum st) quia honestum et laudabile idem st, ut simpliciter conmutari hæc possint, nihil opus sit illo gradu con-

igitur tibi istud dabit praeter Pyrrhonem, Aristonem eorumue similis? quos tu non probas. Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit, quippe qui ualetudinem, uires, diuitias, gloriam, multa alia bona esse dicant, laudabilia non dicant. Et hi quidem ita non sola uirtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus uirtutem anteponant; quid censes eos esse facturos, qui omnino uirtutem a bonorum fine segregauerunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, si qui Carneadium finem tueri uolunt? **50.** Iam aut Callipho aut Diodorus quomodo poterunt tibi istud concedere, qui ad honestatem aliud adiungunt, quod ex eodem genere non sit? Placet igitur tibi, Cato, quom res sumpseris non concessas, ex illis ecficere, quod uelis? Iam ille sorites, quo nihil putatis esse uitiosius: Quod bonum sit, id

49. igitur tibi) *tibi ergo* LPCROr. Aristoteles) *uero* add. C esse dicant) *esse dicunt* LPC Et hi) *Et ii* R eos esse) *eos* (L)Or. Carneadium) *Carneadeum* omnes. 50. Callipho) *Calliphon* (L)Or. quomodo) *quo* PC adiungunt) *adiungant* PCROr.

clusionis: *laudabile autem omne &c.* Non intellexit, qui codicem L interpolauit; eodem modo scriptura interpolata st in ed. a. 1480 et Ascensiana, probabantque, quod mirere, Lbinus (1566) et Dauisius (contra Pall. Dauisianosque codd.).

49. *quis igitur tibi*) Sic etiam Spir. Orationis cohærentiam (quæ *igitur* et illum ordinem postulat) interpungendo significaui. Post *Aristoteles* etiam ed. a. 1480 et ex prima Man. et Lbinus addunt *uero*, inutiliter. Tum pro *dicant* priore loco etiam El., C. C. C., Gud. 1, 2, Bas., Mon., ed. Uict., (id est, deterior familia) *dicunt*. Paullo post *esse* ante *facturos* excidit post *eos* in uno et altero malo cod. (Gud. 1, ed. Crat.), deletamque st a Gzio.

50. *qui — aliud adiungunt*) Sic tres codices Gzi (id est, Erl., Spir., Gud. 2); causalis significatio non necessaria st. Pro *quomodo* Pall. omnes, Gud. 1, Uict., Grut. *quo*; uid. ad II, 58. Paullo post (*Placet igitur tibi — uelis?*) interrogandi notam, a Gzio sublatam, restitui; nimis rustice Cicero Catonem prudentem allaciis uti insimularet.

Iam ille sorites, quo nihil putatis esse uitiosius: Quod &c.)

esse optabile; quod optabile, id esse expetendum; quod expetendum, id laudabile; dein relicui gradus. Sed ego in hoc resisto. Eodem enim modo tibi nemo dabit,

esse expet.) *est exp.* R *expet.* LP id laudab.) *laudab.* LPCROr. dein) *deinde* LCROr.

Transit (*iam*) ad alterum Stoicorum argumentum, quod ipsi Stoici neque soritam appellabant neque esse concedebant, qui soritæ fallaciam studiose dissoluere conarentur, Chrysippus maxume (Acad. II, 92 sqq., Sext. Emp. adu. Mathem. VII, 416; hinc *sorites Chrysippi* dicitur Pers. sat. VI extr.). Itaque uerba sic intellegenda sunt: Iam *illud*, quod sequitur (altera uostra conclusio), sorites est, quo (sorita uniuerso) &c. Sed *illud* Latini sermonis lex (cfr. § 43) adcommodat sequenti nomini, ut sit *ille*. Adparet igitur, nomen *sorites* sic poni, ut sub id genus hanc Stoicorum conclusionem cadere Cicero dicat et in eo reprehendat. Itaque in relatiuo (*quo nihil*) prorsus generis notionem tenet, dure, nec tamen ut scripturæ corruptæ suspicio nasci debeat. Nec enim lenior est in relatiuo notionis transitus in iis locis, quos ad II, 61 ascripsi. Sed superiores editores uoces *ille sorites* sic accipiebant, ac si esset: *ille noster sorites*, et sententiam inperfectam esse putabant, quom Cicero, alio orationem auertens, huic nominatiuo uerbum subicere neglexisset; illis autem: *quo nihil — uitiosius* parenthesis notam addebant. Ita in *quo* necessario intellegi uidebatur non *sorites*, sed *ille sorites*; quod quom peruersum esset, Stoicos suo ipsorum argumento nihil esse uitiosius dicere, alii pro *uitiosius* scribi malebant *speciosius* aut *melius* (quod Dau. e cod. Mead. recepit), quo tota hæc adiectio inanis fieret, alii, sententia quæ esset, animaduertentes, post *quo* addendum putabant *genere*. (*Quo* neutro genere intellegere, ut sit *qua re*, quod uideo placuisse nonnemini, non licet; multo aliter I, 29 dicitur *in quo*, id est, in eo, quod tota sententia significatur; nec sic genus soritæ significari poterat.) Ut ad rem redeam, cur hunc potius Cicero quam superiorem soritam appellet, non uideo, nec ullo id iure fecit; neque enim minutatim addendo aut detrahendo Stoici progrediuntur, quasi optabile aut paullo plus aut minus sit quam bonum et sic porro. Ubi scribitur *id esse*, utroque loco *esse* in Erl. et Spir. omitti, Gzius tradit. *Id* ante *laudabile* addidi e quattuor Gzi codicibus (Erl. et tribus aliis). Pro *deinde* etiam Spir. *dein*. *Eodem modo* pertinet ad ea, quæ § 49 init. dixit.

quod expetendum sit, id esse laudabile. Illud uero minume consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet, non tuum, gloriatione dignam esse beatam uitam, quod non possit sine honestate contingere, ut iure quis-

illud uero — illorum) Non. p. 91. consectarium) *coniecturarium* Non. *consentaneum* C hebes) *habes* omnes. scilicet, non tuum) *scilicet non tum* (uel, dubio compendio, *tamen*) E *scilicet nominum* ceteri; om. Or. quod non) *quæ non* LC *quo non* R *quod nisi* E

sed in primis hebes, illorum scilicet, non tuum) Quem contumelioso uocabulo usus esset, ne ipsum Catonem petisse uideretur, addidit, facile intellegi nec se oblitum esse (*scilicet*, es versteht sich), non Catonis illud fuisse argumentum, sed Stoicorum Græcorum, quorum is sententias expôsuisset. Ueram scripturam facile erui e uestigiis codicum Erl. et Spir. (e quibus Gzius profert: *scilicet non tamen* uel *tam*). Quom leuiter corruptum esset *tuum*, in deteriorum codicum principe erfectum st: *scilicet nominum* (Pall. et Dau. omnibus, ξχψ, Gud. 2, nec dubito, quin false Gzius scribat, in Gud. 1 et Bas. esse tantum *scilicet*). Eas uoces delenti Mureto (Uarr. Lectt. IV, 3) adsensi omnes sunt inde a Lbino, utentes etiam leuissumo testimonio codicis C. Sigoni. Unde ortum esset mirabile additamentum, nemo dicere conatus est, nisi quod Gzius ex eo natum ait, quod in codicibus (Dau., Oxx., Gzj, id est, archetypo) scriptum esset *habes*; quod quam illius adiectionis caussam habeat, difficile st uidere. Miror, Muretum non sensisse, in sua scriptura prorsus peruerse abundare *illorum*; sic enim ponitur, tamquam hoc magis Stoicorum sit quam superiora. Pro *consectarium*, in quo inest notio acuminis (III, 26), in Noni codice miro errore scriptum erat *coniecturarium*, quod ille *efficax*, *perfectum* interpretatur.

quod non possit &c.) Sic "aliquot Pall." et editiones inde a Grutero; nam Lbinus *quia non*, superiores (Mars, Crat., Uict. Man.) et plerique codices deteriores (EUξχ) *quæ non*, quod ferri non potest propter illa uerba: *ut iure* &c. (Itaque ea Manutius tolli uolebat.) Manifestissumum st autem ex caussali orationis forma (neque enim *quod non possit* dici potuit pro *nec id posse* &c.; maneretque eadem caussæ significatio, si *quæ* scriberetur), hæc sic a Cicerone dici, tamquam Stoici ex eo, quod sine honestate nemo iure gloriari possit, efficiant, beatam uitam gloriatione dignam esse, illud autem pro concesso sumant, beatam uitam esse honestam. At illi pro concesso ponebant, gloriatione dignam esse

quam glorietur. **51.** Dabit hoc Zenoni Polemo; etiam magister eius et tota illa gens et relicui, qui, uirtutem omnibus rebus multo anteponentes, adiungunt ei tamen aliquid summo in bono finiendo. Si enim uirtus digna st gloriatione, ut est, tantumque praestat relicuis rebus, ut dici uix possit, et beatus esse poterit uirtute una praeditus, carens ceteris, nec tamen illud tibi concedet, praeter uirtutem nihil in bonis esse ducendum. Illi autem, quibus summum bonum sine uirtute st, non dabunt fortasse, uitam beatam habere, in quo iure possit gloriari; etsi illi quidem etiam uoluptates faciunt interdum gloriosas.

XIX. **52.** Uides igitur, te aut ea sumere, quae non concedantur, aut ea, quae etiam concessa te nihil iuuent. Equidem in omnibus istis conclusionibus hoc

51. Polemo) *Polemon* R relicuis) *ceteris* LPCROr. tibi) om. L iure possit) *p. i.* E 52. sumere — aut ea) om. E iuuent) *adiuuent* C istis concl.) *concl. istis* E

beatam uitam; deinde adsumpto, gloriationem tantum in honestatem cadere, concludebant, beatam uitam esse honestam. *Itaque* ordinem conclusionis Cicero perturbauit et primum eius gradum cum eo, quod tota conclusione efficiebatur, permutauit. Cfr. ad III, 28. Refutatio tamen recte procedit, etiamsi concedatur, uitam beatam gloriatione dignam esse, et id sine honestate fieri non posse, non tamen sequi, ut nihil in ea sit præter honestatem.

51. *Polemo*) Sic Gzius ex omnibus suis (et ed. a. 1480, Lbinus); propagatum enim erat *Polemon*. (Magister Xenocrates est.) Mox *relicuis rebus* asciui e melioribus libris (tribus Gzi, mgine Crat.); erat *ceteris*. Similiter V, 87 ed. princeps substituit *ceteros*, et in Cat. II, 19 codices meliores et plures habent *relicuis*, alii *ceteris*. Referri inter se *et beatus* — *nec tamen*, propter Gzium dico.

Cap. XIX, 52. *In omnibus istis conclusionibus*) Paullo breuius dixit hac sententia: In (de) omnibus his conclusionibus hoc animaduerto, me philosophia dignum putaturum, si iis uita corrigeretur.

putarem philosophia nobisque dignum, et maxume, quom summum bonum quaereremus, uitam nostram, consilia, uoluntates, non uerba corrigi. Quis enim potest istis, quae te, ut ais, delectant, breuibus et acutis auditis, de sententia decedere? Nam quom expectant et auent audire, cur dolor malum non sit, dicunt illi, asperum esse dolere, molestum, odiosum, contra naturam, difficile toleratu, sed, quia nulla sit in dolore nec fraus nec inprobitas nec malitia nec culpa nec turpitudo, non esse illud malum. Haec qui audierit, ut ridere non curet, discedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam uenerat. 53. Tu autem negas fortem esse quemquam posse, qui dolorem malum putet. Cur fortior sit, si illud, quod tute concedis, asperum et uix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas, non ex uocabulis nascitur. Et ais, si una litera conmota sit, fore, tota ut labet disciplina. Utrum igitur tibi litteram uideor an totas paginas conmouere? Ut enim sit apud illos, id quod est a te laudatum, ordo rerum conseruatus et omnia inter se apta et connexa (sic enim aiebas), tamen perse-

te, ut) *tu, ut* PR *tu* C delectant, breuibus) *br. delectant* EP *breu. delectari* LCR expectant) *ea spectant* LPCR auent) *habent* omnes. dolere) *dolorem* CR difficile) *difficilem* CR Haec) *Nec* E 53. Tu) *tum* L fortem e qu.) *qu. f. e.* R putet) *putat* LC asperum) *aspernari* E (item § 72). et uix) *uix* E litteram uid.) *uid. litt.* E sit — conseruatus) *et — conseruatur* L

expectant et auent) Prius uerbum Th. Bentleius restituit (et iam ante "alii" in margine Lbini) pro *ea spectant;* acuta illa omnino non spectabantur, sed audiebantur, nec quom ea spectabantur, sed quom alia homines expectabant, decipiebatur expectatio. Paullo post *dolere — difficile* restituit Gruterus e Pal. 4; adcedunt Par. 1, 8 Dauisi, Gzi omnes; ceteri *dolorem — difficilem* (Oxx. omnes). Paullo post pro *nihilo* Gzius in Erl. et Spir. ait esse *uero.*

53. *Tu autem negas*) III, 29. Paullo post *illud* uicem praedicati sustinet (ut 65: *quis enim hoc?* id est, sapiens), ut plenum sit: si illud dolorem esse putabit, quod tu cum esse concedis, asperum &c. Deinde (*et ais &c.*) significantur, quae III, 74 leguntur.

qui non debemus, si a falsis principiis profecta congruunt ipsa sibi et a proposito non aberrant. **54.** In prima igitur constitutione Zeno tuus a natura recessit, quomque summum bonum posuisset in ingeni praestantia, quam uirtutem uocamus, nec quicquam aliud esse bonum dixisset, nisi quod esset honestum, nec uirtutem

congruunt) *congruant* R *congruent* ceteri. a) *ab* P aberrant) *aberrent* R 54. in ingeni) *ingenii* E uirtutem) *uirtutes* E esse bon. dix.) *dix. esse bon.* L *bon. e. dix.* PCROr.

congruunt — aberrant) Codices omnes *congruent* (Dau., Oxx., Gzi, ed. a. 1480, Uict). Correxit Lbinus (Ascensius saltem non 1527), tum Dauisius et recentiores; leniusque hoc mutatur quam ex altero fit *aberrabunt*, ut Gzius uolebat, Schuetzius fecit, quom præsertim hic nullam rationem habeat futurum tempus condicionis cum præsenti coniunctum, ut I, 6, ubi significatur, fortasse aliquid aduersarios dicturos esse, et generaliter ostenditur, quid ex tali sententia sequatur. Hic non de futura quadam Stoicæ doctrinæ cum initiis conuenientia agitur, sed de ea, quæ iam sit. (Iunt., Mars. *congruant — aberrent*, praue.)

54. *in prima constitutione*) Non illam plane primam institutionem intellegit, qua homo ad se diligendum conciliari putabatur. Nam eam etiam Zeno tenebat, et postea demum discedebat (*ab isdem principiis profecti* § 26). Hoc igitur dicit, quom Zeno in una uirtute summum bonum constituisset, cetera huic constitutioni consentanea eum docuisse.

esse bonum) Sic Spir. quoque. Paullo post *quicquam, quod aliud alio melius esset*, Nissenius interpretatur: *quicquam, propter quod*, in qua sententia necessario scribendum erat *quo*. Sed hæsit in eadem difficultate, quam etiam Dauisio et Bremio in libro III, 25 præter uerbi *interesse* structuram obiectam esse, nunc demum animaduerto. Quom enim dicitur, *nihil esse* aut *quicquam esse, quod differat* aut *melius sit*, ipsa res differens aut melior pronomine significatur; itaque addendum tantum uidetur *ab alio* aut *alio*, non *aliud ab alio* (*aliud alio*), ne duplex subiectum habeamus, quom *quod* unam rem significet nec diuidi et utrumque (et *aliud* et *ab alio*) conplecti possit. Sed naturali quadam sermonis neglegentia hanc subtilitatem sperni et sic pronomini *quod* superaddi *aliud ab alio*, ut rerum multitudo et mutua differentia significetur, præter illum libri tertii locum clarissume ostendit,

posse constare, si in ceteris rebus esset quicquam, quod aliud alio melius esset aut peius, his propositis, tenuit prorsus consequentia. Recte dicis; negare enim non possum. Sed ita falsa sunt ea, quae consecuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, uera esse non possint. 55. Docent enim nos, ut scis, dialectici, si ea, quae rem aliquam sequantur, falsa sint, falsam illam ipsam esse, quam sequantur. Ita fit illa conclusio non solum uera, sed ita perspicua, ut dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere: Si illud, hoc; non autem hoc; igitur ne illud quidem. Sic, consequentibus uostris sublatis, prima tolluntur. Quae secuntur igitur? "Omnis, qui non sint sapientes, aeque miseros esse; sapientis omnis summe beatos esse; recte facta omnia aequalia; omnia peccata paria;" — quae quom magnifice primo dici uiderentur,

quicquam) om. P quod) *quo* C enim) om. E illa e) *ille* B *illa* LR si. aliquam sequantur) *aliq. consequ.* CR falsa — sequantur) om. L sint) *sunt* L sint falsam) om. C tolluntur) *tollantur* LPCR sint) *sunt* LPCR miseros esse) *miseros* R beatos esse) *beatos* L

quod in hoc libro § 47 legitur: *nihil differt aliud ab alio*, ubi eodem modo *nihil* et *aliud* concurrunt, et quod III, 31: *nihil aliud alii anteponentem.*

his propositis) De sententia declaranda et fundamentis disputationis quasi iaciendis magis ex more Ciceronis dictum uideretur, quod Dauisius scribi uolebat, *his positis* (uid. Scheller. p. 8126 extr. et 8127 med.); sed alterum de initio disciplinæ eodem fere modo dictum uidetur, quo oratores proponere dicuntur. (Cæsar uerbo *proponendi* paullo aliter utitur ac Cicero.) Præpositio ante *quibus* excidit e deterioribus codicibus (Eξχψ, Uict.).

55. *rem aliquam sequantur*) Gud. 2 hic et mox *consequantur*; in Erl. Gzius ait esse *persequantur*. Paullo post *prima tolluntur*, ut inde a Marso ante Gruterum edebatur, Gzius etiam e Spir. Pall. et χ habebant *tollantur.*

Quæ secuntur igitur? Omnis &c.) Orationem rectius distinxi. Edebatur enim: *Quæ secuntur igitur: omnis &c.*, ut institata oratio alio auerti putanda esset in uerbis *quæ quom*. Sed huiusmodi declinatio, ut pro demonstratiuo (*ea quom*), quo posito omnis recte decurrerent, sine ulla caussa relatiuom substituatur, iniuria fingitur, quom præsertim sententia multo languidior fiat.

considerata minus probabantur. Sensus enim cuiusque et natura rerum atque ipsa ueritas clamabat quodam modo, non posse adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset.

XX. 56. Postea tuus ille Poenulus (scis enim Citieos, clientis tuos, e Phoenica profectos), homo igitur acutus, caussam non obtinens, repugnante natura, uerba

probabantur) *probantur* omnes, Or. clamabat) *clamat* L exæquaret) *exæquare* EL 56. tuus) *ciuis* E Poenulus) *Zenulus* LR Citieos) *citius* ELP *citius quam hunc a philosophia* C *Citiceos* R e) *a* omnes. Phoenica) *Poenica* E *poetica* LPCR

considerata minus probabantur) A Zenonis æqualibus et auditoribus. De his enim Ciceronem loqui, apertissumum st ex iis, quæ secuntur, *clamabat* (*exæquaret*, *interesset*) et (quæ neglegi potuisse mirere): *Postea — coepit* &c., tum (57): *Hic loquebatur* &c. Itaque sine ulla dubitatione correxi codicis archetypi mendum (*probantur*), quæ emendatio ne Gruterum quidem fugerat, sublato etiam manifesto uitio orationis, quod in hac conpositione erat: *quom — uiderentur*, — *probantur*. Aut enim, si, quid fieri soleat, dicitur, scribendum st: *quom — uideantur, probantur* (ut Bremius hic scribi uoluit, Manutius autem, Lbinus, Ern. *uidentur*, non animaduersa rei contrariæ significatione), aut, quom diuersitas superioris et huius, quod nunc est, temporis notatur: *quom — uisa essent*, (iam) *minus probantur*. Ut nihil omnino frequentius conmutatur quam hæ formæ (uelut *arbitrantur* et *arbitrabantur*), sic omnium facillume propter litterarum repetitionem *probabantur* transit in *probantur*, ut accidit etiam § 61. ("*Probat* pro *probabat* nonnulli codd. de Fat. 31, Heruagius et Uict. Acad. II, 67, *probantur* pro *probabantur* edd. uett. Acad. II, 88." Wesenb.) Uel proxume *clamat* pro *clamabat* etiam Par. 2, 3. Pessume Gzius scribendum putabat, Schnetzius scripsit: *probabuntur* (*uiderentur* — *probabuntur!*) et tum e cod. Mon. *clamabit* (*exæquaret*, *interesset!*). De uerbo *adduci* (*se*) dictum st ad I, 14.

Cap. XX, 56. *Poenulus — homo igitur acutus*) Acad. II, 98: *homo acutus, ut Poenus;* Plaut. Poen. prol. u. 113: *Poenus plane st.* Citium Phoenices colonos habuisse, Diogenes Laërt. scribit VII, 1. Poenorum nomen communiter de Phoenicibus dici, adparet ex orat. pro Balbo 32 et 39 (uid. dissert. nostra de hac orat. II p. 13), ubi Garatonius Liui lib. XXVIII, 39 citat, et e fragm. 37 libri III de R. P., quod apud Nonium in Merceri exemplo recte

uersare coepit; et primum rebus iis, quas nos bonas dicimus, concessit, ut haberentur aptae, habiles et ad naturam adcommodatae, faterique coepit, sapienti, hoc est,

dicimus) *ducimus* PCROr. et) om. L hoc) *id* R

scriptum st; ceteri *Phoenices* substituerunt. Pro Scauro tamen § 42 Cicero Poenos a Phoenicibus distinguit. Clientes Catonis Citiei erant, ex quo tempore insulæ in prouinciæ formam redigendæ præfuerat; uid. ep. ad Fam. XV, 4, 15, ad Att. VI, 1, 5. *Zenolius* Eξψ; pro *Citieos* codices (Gzi omnes, Uχψ; nam Eξ om.) *citius (cicius)*; tum *a poetica* Uχψ, uett. edd. (*apoteia* E, *apotets* ξ); emendauit Manutius, sed *Phoenicia* scripsit; *Phoenica* Gzius tacite: recte factum, ostendunt, quæ Ferratius ad Philipp. XI c. 13. Drakenborchius ad Liu. epit. 101 adnotarunt. Uitiose pro Flacco 17 editur: *Ego testis a Sicilia duxi*; pro Sest. 30 quod edebatur: *expellet a patria*, e codicibus optumis et Arusiano correctum st. Apud Liuium XXXII, 31 (*litteræ consulum a Gallia — edlate*) plura corrupta erant, quæ codex Bambergensis sanauit.

res bonas dicimus) Sic meliores (Gzi excepto Gud. 2, C. C. C., El.) Crat., Uict., Gzius; *ducimus* præter alios Grut. e Pall., Dauisius et Oxx. de codicibus tacentes. (Cfr. mox: *non audet appellare — concedit.*)

aptæ, habiles et ad naturam adcommodatæ) Ciceronem numquam in trium aut plurium enumeratione, si eodem ordine et pari dignitate procedant, copulam in prioribus membris omissam inter duo extrema addere, satis, opinor, confirmaui in Opusc. Acad. p. 388 proxumisque. Itaque dubito de huius loci scriptura, in quo *habiles et ad nat. adc.* non recte in unum coniungi et id priori *aptæ* tamquam diuersum addi uidetur, multo autem minus tertium *ad nat. adc.* tamquam sui generis addi superioribus, quæ unius generis sint; neque enim tum coniunctione carere ullo modo poterant. A Cicerone positum puto: *aptæ et habiles.* Præter eos Ciceronis libros, in quibus in Opusc. p. 384 dixi me ad hoc genus ita adtendisse, nihil ut me fugisse putarem, postea in Oratore et Topicis, in reliquis ferme orationibus, libris de philosophia, epistulis ad Att. et Q. Fr. adtendi, et hos, qui repugnare uiderentur, locos repperi: Orat. 36: *alios horrida, inculta, abdita et opaca, contra alios nitida* (contrarium st horridis), *læta* (incultis), *conlustrata* (opacis) *delectant.* Manifestum st, *abdita et* recte omitti in codice Einsiedlensi. Philipp. X, 13: *uirtute, grauitate et constantia*; error est in edit. Orelli; nam et Muretus et Faërnus, quos sequi

summe beato commodius tamen esse, si ea quoque habeat, quae bona non audet appellare, naturae adcommodata esse concedit; negatque, Platonem, si sapiens non

summe) *summo* P naturae adcommodata) *natura ea commodam* E *natura ipsa commodata* LPROr. *natura ipsa accommodata* C

uolt, *grauitate*, *constantia*. Pro Flacco 8: *constantissumum senatorem, iustissumum prætorem atque amantissumum rei publicæ ciuem;* alii codices *et*, alii *ac* (ante uocalem); recte Faërnus particulam deleri uoluit, deleuit Lbinus. Pro Font. 4: *ex bello, cæde et fuga;* uitiose *bellum*, in quo nihil est contrarii ei, quod additur: *nunc primum audent — consistere*, coniungitur cum *cæde et fuga*, quæ significant, antea non potuisse consistere. Aut *bello* ascriptum st a librario, ut declararetur cædis et fugæ mentio, aut scribendum: *ex belli cæde et fuga.* De N. D. I, 55: *haruspices, augures, harioli, uates et coniectores.* Codices non habent *et*. (In eodem libro § 54 et 59 Heindorfius *et* e pessumis codicibus addebat.) Ibd. III, 54: *Alco, Melampus et Tmolus.* Codices apertissume habent: *Alco et Melampus et Tmolus*; ibd. 55: *Ialysi, Camiri et Lindi;* in bonis codicibus (ABC Moseri, aliis) nullum st uestigium particulæ. Ad Attic. I, 20, 1: *diligenter, officiose et humaniter;* in ed. Ascens. et Crat. omittitur *et*. In Tusc. V, 41 (*tutum esse, inexpugnabilem, sæptum atque munitum*) duo sunt ordines, quemadmodum in iis, quæ Opusc. p. 338 posui. Huius operis libr. V, 35 et 36 (*et reliquæ, et reliquas*) extremum membrum non æquale st superioribus, sed, quom conligat omnia, ipsum omnibus superioribus respondet (uid. Opusc. ibd.), etsi uel sic sæpius hoc dicitur sine copula. Quem Zumptius ad Uerr. p. 1011 aduocat locum de Senect. c. 10, eum Wesenbergius mihi indicauit legi in orat. post redit. in sen. 24 (c. 9), ubi Heruagius et Naugerius, infeliciter correcta superiorum quarundam editionum et malorum codicum scriptura (*agris atque oppidis, uicis ciues*), ediderunt: *agris, uicis atque oppidis*, Gruterus autem et recentiores, auctoritate codicum omnium Gruteri, Barb., Oxx. quattuor, Pithoeani, Erf., sic: *agris atque oppidis ciues* (*ciuis*), sublata ea uoce, quæ e *ciuis* orta erat. In re dubia cautius testimonia examinanda erant.

naturæ adcommodata) Hoc uidebatur latere in scriptura codicis Erl. (*naturae acommodam*). Ceteri codices, de quibus constat, partim *natura ipsa commoda* (Pall., etsi in Gruteri nota scribitur *commodo*, Dauisiani "fere," Eξχψ, Monac., *accommoda* E), partim *natura ipsa commodata* (Pal. 4, Gzi, ut ait, quinque; sed uides Er-

sit, eadem esse in caussa, qua tyrannum Dionysium; huic mori optumum esse propter desperationem sapientiae, illi propter spem uiuere; peccata autem partim esse tolerabilia, partim nullo modo, propterea quod alia peccata pluris, alia pauciores quasi numeros offici praeterirent; iam insipientis alios ita esse, ut nullo modo ad

mori) om. P peccata autem partim) *partim a. pecc.* E esse) *essent* E

langensem; ad pronomen *ipsa* omnino non adtendit). Ante Gzium ex ed. pr. tenuerant: *natura ipsa adcommodata*, uitiosa oratione (*naturæ ipsi* ed. a. 1480 et Lbinus); Gzius *commodata* reuocauit et interpretatus est: *in usum commodumque nostrum data*; sed *commodare alicui aliquid* apud Ciceronem aut significat utendum dare aut alicui in aliqua re morem gerere et eum adiuuare. Præterea, etiamsi ita interpretari liceret, tamen hoc maxume significaretur, a natura nos illa accepisse, non, æstumationem eas res habere. Nec alterum illud (*natura ipsa commoda*) probare possum, quod plane abundat *natura*; quin enim natura commoda essent, si modo essent, nemo dubitauit. Dauisius totum hoc *natura — concedit* deleri uolebat, cui alii iniuria adsensi sunt. Nam Cicero aut breuiter scribere debuit: *si illa quoque habeat*, ceteris omissis, aut, si illud addebat: *quæ bona* &c., etiam hoc: *naturæ* &c. Studiose Cicero repugnantiam Zenonis etiam hac repetitione insectatur. Notabiliter Cicero a remotæ Zenonis ætatis significatione subito transit ad præsens tempus (*audet — concedit — negatque*), deinde ad præteritum redit (*præterirent* &c.).

huic mori optumum esse &c.) Hoc si Stoici dixerunt (nec ulla caussa est, cur non Ciceronem ipsorum sententiam et fortasse ipsa exempla referre putemus), non satis uidentur tenuisse id dogma de mansione in uita et exitu, de quo III, 60 et 61 exponitur.

peccata autem &c.) Stob. Ecl. Eth. p. 218: Ἴσα πάντα λέγουσιν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, οὐκέτι δὲ ὅμοια. Καθάπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς τινος πηγῆς τῆς κακίας φέρεσθαι πέφυκε, τῆς κρίσεως οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ἁμαρτήμασι τῆς αὐτῆς· παρὰ δὲ τὴν ἔξωθεν αἰτίαν, τῶν, ἐφ' οἷς αἱ κρίσεις ἀποτελοῦνται, μέσων διαλλαττόντων, διάφορα κατὰ ποιότητα γίγνεσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Idem p. 236: Ἴσων δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων, εἶναί τινας ἐν αὐτοῖς διαφοράς, καθόσον τὰ μὲν αὐτῶν ἀπὸ σκληρᾶς καὶ δυσιάτου διαθέσεως γίγνεται, τὰ δ' οὔ. Cfr. ad III, 48.

sapientiam possent peruenire, alios, qui possent, si id egissent, sapientiam consequi. 57. Hic loquebatur aliter atque omnes, sentiebat idem, quod ceteri. Nec uero minoris aestumanda ducebat ea, quae ipse bona negaret esse, quam illi, qui ea bona esse dicebant. Quid igitur uoluit sibi, qui illa mutauerit? Saltem aliquid de pondere detraxisset, et paullo minoris aestumauisset ea quam Peripatetici, ut sentire quoque aliud, non solum dicere uideretur. Quid? de ipsa beata uita, ad quam omnia referuntur, quae dicitis? Negatis eam esse, quae expleta sit iis rebus omnibus, quas natura desideret, totamque eam in una uirtute ponitis; quomque omnis con-

possent) *possunt* E egissent) *gessissent* PCR 57. sentiebat) *sentiebant* EL ipse) *ipsa* EP quam — dicebant) om. E sibi) *sibi ille* R quoque aliud) *al. qu.* E iis rebus omnibus) *omn. iis reb.* LPCROr. una) om. P

si id egissent) Sic etiam Spir., E§, tum Latini liber et Pal. 2; restituit Dauisius.

57. *Saltem — detraxisset*) Iussiuos modus est præteriti temporis, de quo dixi ad II, 35. Paullo post omnes editiones: *omnibus iis rebus.*

Quomque omnis controuersia) Durus orationis transitus est, quod Stoicæ sententiæ, quam reprehensionis et refutationis caussa proposuit, copulatiue hæc adiungit de controuersiarum differentia, quæ contrariæ disputationis initium continent: Ista uostra sententia cum ueterum conparata uerborum tantum controuersiam habet eiusmodi, ut illi tamen melius uerbis utantur. Deinde autem hæc ipsa disputatio, quæ spectat ad ea, quæ Cato III § 41 sqq. dixerat, non certa et recta uia ad notionem beatæ uitæ dirigitur, sed circumducitur quodammodo non sine manifesta repetitione eorum, quæ iam ante dicta sunt (uelut in cap. 22). Ac ne illud quidem pro certo adparet, utram de beata uita sententiam hic Stoicis opponat, eorumne, qui uirtutem solam ad beatam uitam sufficere putabant, nec tamen ad beatissumam, ut gradus ecficerentur adcessione aut decessione corporis commodorum et externorum (quam in libro V § 81 Pisonem defendentem inducit), an eorum, qui, quom ad finem consequendum aut omnia aut pluruma et grauissuma bona requirerentur, beatam uitam sola uirtute ecfici posse, si alia omnia contra essent, negabant (uid. Stob. Ecl. Eth. p. 280).

uissumis. Zeno autem, quod suam, quod propriam speciem habeat, cur adpetendum sit, id solum bonum appellat, beatam autem uitam eam solam, quae cum uirtute degatur.

XXII. Si de re disceptari oportet, nulla mihi tecum, Cato, potest esse dissensio. Nihil est enim, de quo aliter tu sentias atque ego, modo conmutatis uerbis ipsas res conferamus. Nec hoc ille non uidit, sed uerborum magnificentia st et gloria delectatus; qui si ea, quae dicit, ita sentiret, ut uerba significant, quid inter eum et uel Pyrrhonem uel Aristonem interesset? Sin autem eos non probabat, quid adtinuit cum iis, quibuscum re concinebat, uerbis discrepare? 61. Quid? si re-

degatur) *legatur* L disceptari) *disceptare* L uidit) *uidet* L et) *etiam* C ut) *et* E et uel) *et* E uel) *ut* E sin) *si* C probabat) *probat* L cum iis — discrepare) Non. p. 43. quibuscum) *cum* E *cum quibus* Non. concinebat) *concinebatur* Non. *continebat* E *conuenіebat* LCR

quod suam, quod propriam speciem habeat) Adeo mihi mira accidit hæc in sedata definientis oratione pronominis repetitio et suæ atque propriæ speciei distinctio, ut suspicer, a Cicerone scriptum fuisse: *quod suam quandam propriam speciem.* Paullo post Dauisium iure offendit uox *solam* non recte posita; sic enim hoc dicitur, tamquam ueteres eam etiam uitam, quæ sine uirtute degeretur, beatam esse posse putauerint. Sed in hanc neglegentiam Cicero incidit, dum et eandem, quam supra (*uitam autem beatam illi eam*) orationis formam et breuitatem retinere studet et simul significare, uirtutem solam requiri. In eo, quod Dauisius scribi uolt: *eam, quæ sola cum uirtute* (*c. uirt. sola*) *degatur,* uideretur Zeno negare, uitam beatam esse, si aliquid præter uirtutem haberet; debebat enim dici: *uel cum sola uirtute.* Gzius ita hic contra Dauisium, ut II, 50 contra Pearcium disputat.

Cap. XXII. *re concinebat*) Uerbum restituit Lbinus (cfr. N. D. I, 16) e Nonio, apud quem etsi scribitur *concinebatur* (non *concinnabatur*), tamen, quid ipse scriptum reliquerit, interpretatio ostendit et exemplum e libro I Academicorum adiectum; *continebat* etiam Spir. et Gud. (uter?), prorsus *concinebat* præter P (Par. 1) Pal. 4, *concineret* Mor. Ceteri *conueniebat*. Paullo ante *uel* ante *Pyrrhonem* Gzius a Gud. 2 abesse ait, de Erl. tacens.

uiuiscant Platonis illi, et deinceps qui eorum auditores fuerunt, et tecum ita loquantur? "Nos quom te, M. Cato, studiosissumum philosophiae, iustissumum uirum, optumum iudicem, religiosissumum testem, audiremus, admirati sumus, quid esset, cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis et malis sentirent ea, quae ab hoc Polemone Zeno cognouerat, nominibus uterentur iis, quae prima specie admirationem, re explicata, risum mouerent. Tu autem, si tibi illa probabantur, cur non propriis uerbis illa tenebas? sin te auctoritas commouebat, nobisne omnibus et Platoni ipsi nescio quem illum anteponebas? praesertim quom in re publica princeps esse uelles, ad eamque tuendam cum summa tua digni-

61. Platonis) *Platonici* LPCR qui) *illi qui* R admirationem) *in animi rationem* E probabantur) *probantur* LCR sin) *si* L eamque) *eandem* R

61. *Platonis illi — eorum auditores*) Necessario extrema uox ad priorem etiam genitiuom pertinet, ut continua successio auditorum significetur (cfr. § 3 init.); *Platonis* etiam Spir. et codex J. Fr. Gronoui; restituit Gzius. *Platonicos* (quo nomine Cicero omnino non utitur) non magis primos auditores quam postremos appellandos fuisse, iam Dauisius uiderat. Deinde finguntur hi ipsi Platonis alumni Catonem paullo ante disputantem audisse et tum mirati esse, cur uir illis ad caussam iuste disceptandam uirtutibus instructus Stoicos praeferret. Uolgo sic interpungunt, orationem post *testem* non incidentes, tamquam Latine dicatur: *audio te uirum optumum*, omisso *esse*. Et unde, nisi ex hac ipsa disputatione, nossent, illum Stoicos sibi anteferre? Admonuit me Wesenbergius. Paullo post plures Gzi codices habebant *animi rationem*; ergo in archetypo fuit *ammirationem*.

si tibi illa probabantur) Sic Crat. et deinceps omnes, Gruterus et Dauisius taciti, flagitatque hanc scripturam et quod contrarium ponitur (*commouebat*) et tota res, quoniam omnis oratio ad id tempus refertur, quo Cato Stoicam disciplinam elegerit eique se tradiderit. Ueteres editiones codicesque Oxx. et, si credimus Gzio, eius omnes *probantur*, de quo mendo dixi ad § 55. (Fieri potest, ut mihi non recte de Erl. sileatur; etsi quis confidat Gzio?)

tate maxume a nobis ornari atque instrui posses. *A* nobis enim ista quaesita, a nobis descripta, notata, praecepta sunt, omniumque rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores ciuitatum perscripsimus. Eloquentiae uero, quae et principibus maxumo ornamento st, et qua te audimus ualere plurumum, quantum tibi ex monumentis nostris addidisses!" Ea quom dixissent, quid tandem talibus uiris responderes? 62. Rogarem te, inquit, ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictauisses, uel potius paullum loci mihi, ut iis responderem, dares, nisi et te

A nobis enim) *Nobis enim* omnes, Or. perscripsimus) *prescripsimus* LC maxumo) *maxime* LPCR ornamento) *cornamento* E audimus) *audiuimus* LPCR 62. iis) *his* EPOr.

A nobis enim ista quaesita, a nobis) Priorem praepositionem necessario ab uno Lambino additam esse, ex anaphora adparere, recte indicat Wesenbergius Obseruatt. Crit. in orat. pro Sest. p. 67. Nec hic ullo modo datiuos ferendus erat, quoniam non se haec quaesita habere significant, sed sua opera ad aliorum usum quaesita esse; uid. ad I § 11. Eadem praepositio exciderat ante litteram a (*AN*) in meliorum codicum principe § 45 et 78, in omnium § 78.

rerum publicarum rectiones, genera) Trahor in eam partem, ut *rectionis genera* Ciceronem scripsisse putem, hac coniunctione rem diligenter et proprie signantem. Ut editur, *genera* prorsus abundat, pluralis autem numerus substantiui a Cicerone, permittente consuetudine, ad regendi actionem significandam facti (cfr. V, 11) parum aptus uidetur ad formas rectionis significandas.

maxumo ornamento) Sic cod. Morel., Dau. ex Eliensi. Gaius in Spir. et Erl. ait esse *maximo et ornamento*; ex Erl. adparet, quid eum fefellerit. Mox *audimus* recte Schuetzius et *Orellius* ex ed. Crat. et Uict., et confirmat nunc clare codex Erlangensis. Est enim: homines nobis narrant. Orellius postea in *aliam* sententiam transiit ad Brut. § 290 edit. min. Sed iam in maiore editione quaestionem minus recte constituerat, eiusdem *generis* eos locos putans, in quibus perfecti temporis uis manifestissuma st. Uid. Henrichsenius ad Cic. de Orat. II, 98.

[illegible] componere [illegible]

[illegible] remotore [illegible]

[illegible]

XVI. [illegible]

[illegible] bonum [illegible]

[illegible] illud non [illegible]

[illegible]

[illegible] Continuat[illegible]

[illegible] dicendum [illegible] significat [illegible] Paullo post [illegible] scripsi [illegible] formas [illegible] in viderent [illegible] dicunt, cett. [illegible] nec quia [illegible] Ego, Marc.) [illegible] quam bonum sit [illegible]

[illegible] pluris (quam [illegible] Edebatur [illegible] pluris quam illi [illegible] (et Mead. Dav [illegible] illi videntur [illegible] C. C. C., Ball. [illegible] etiam e reliquis [illegible] quem ipse bonorum [illegible] quod nemini suspe[illegible]

dicere). Hoc uero te ferre non potuisse, quod antiqui illi quasi barbati (ut nos de nostris solemus dicere) crediderint, eius, qui honeste uiueret, si idem etiam bene

crediderint) *crediderunt* R etiam) *et* PR

plus his rebus tribuere uideantur, quam qui bona appellent, atque etiam sic loquentem, quasi id consentaneum uideri potuerit (*neque tamen*). Nam quod Orellius "malitiam" aliquam Ciceronis subesse putat, Cicero Catoni sic respondendum fore dicit, ut, quamuis dissensionem Stoicorum et antiquorum exaggeret, tamen adpareat, in uerbis eam positam esse; Catonem autem balbutientem in sua sententia inducere, ea uero malitia non est, sed stultitia. Nec tamen uerum est, quod Dauisius putat, Catoni dicendum fuisse: *non minoris*; nam ne hoc quidem Stoicus ipse apertis uerbis confessurus erat, etsi aduersarii ex illa oratione nihil aliud confici dicebant. Adparet igitur, quod etiam indicatiuos uerbi modus ostendit (nam, si hæc Catoni tribuantur, prorsus necessarium esse coniunctiuom, recte ueteres editores senserant, quos Orellius sequi debebat), hæc e Ciceronis persona sic interposi iis, quæ sola a Catone responderi posse dicat, ut admoneat, iis uerbis, quibus Cato usurus sit, nihil tamen nouæ rei, quo ueterum sententia emendetur, subesse. Itaque *quam* tollendum est, quod librarius aliquis conparatiuo male addidit. Cur mire hæc interici Orellius iudicet, non uideo. Neque enim Cicero ipsum Catonem recta oratione utentem inducit, sed ipse, quid respondere possit, dicit. Itaque recte suam sententiam uerbi modo distinctam interponit.

hoc uero te — potuisse) diceres aut *respondendum tibi esset.* Mutauit formam orationis; nam post illud: *quippe qui primum &c.* expectabatur: *deinde autem &c.* de isdem Stoicis. (Otto infinitiuom hunc admirantis esse putat, nec animaduertit, hoc: *antiqui illi quasi barbati* ex Catonis persona dici.) Tum autem post Enni uersum (63: *illi igitur &c.*) Cicero plane hanc figuram orationis Catonis respondentis omittit et ipse ironia utitur.

quasi barbati) Pro Sest. 19, pro Mur. 26, pro Cæl. 33; sic enim ueteres illos et intonsos appellabant. Cod El. et Mead. *barbari*, et irrepserat idem in unam et alteram editionem, nescio an incuria. Paullo post *idem etiam bene* Man., Lbinus, Gzius e Spir. et Erl. Ceteri *idem et bene.* Enni uersus plenus extat cum pluribus de Orat. III, 218: *Multimodis sum circumuentus, morbo, exilio atque inopia.*

ualeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore uitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui, aeque uir bonus, *multis modis* esset, ut Enni Alcmaeo,

Circumuentus morbo, exilio atque inopia.

63. Illi igitur antiqui non tam acute optabiliorem illam uitam putant, praestantiorem, beatiorem; Stoici autem tantummodo praeponendam in seligendo, non quo beatior haec uita sit, sed quod ad naturam adcommodatior; et, qui sapientes non sint, omnis aeque miseros esse. Stoici hoc uidelicet uiderunt, illos autem id fugerat superiores, homines sceleribus et parricidiis inquinatos nihilo mise-

fore) *esse* E   modis) *incommodis* L   Enni) *enim* ER   Alcmæo) *alcnio* E *alcineo* LCR   63. quo) *quod* E   hæc) *ex* E   adcommodatior) *accommodior* E   sint) *sunt* LPCR   esse) om. E   hoc) *hæc* (P)C   uiderunt) *uidet* L   superiores) add. *qui* (om. R) *arbitrabantur* omnes, Or. cum uncis.

63. *non tam acute — putant*) id est: non tam acute faciunt, quoniam putant. Tam peruagata hæc est sermonis Latini figura, qua aduerbium uerbo additum non tam modum huius actionis significat, quam quæ qualitas agentis ex hac actione adpareat, uelut quom dicimus, stulte aliquid credi, hoc est, stultum esse credere (N. D. II, 70), ut mirer, Lbino, Ernestio, Orellio placuisse *acuti*. Paullo post *sapientes non sint* nescio unde Crat., Uict., tum Ernestius, Or., sed confirmat Erlangensis; ceteri inde a Manutio *sunt*, et tacent de codicibus (Grut., Dau., Oxx., Gzius). Pro *adcommodatior* mgo Crat. *accommodior.*

superiores, homines &c.) Quod ante Gzium edebatur, apertissumam habebat peruersitatem, quom illud ipsum, quod Stoicorum proprium st, Academicis et Peripateticis, a quorum sententia longissume abhorret, tribueretur. Itaque Guyetus corrigere conabatur, *non nihilo* scribens; Dauisius autem, qui ita ridicule extenuari discrimen sentiebat, *nimio miseriores* substitui malebat, quomodo soli comici locuntur, nec animaduertebat, ipsam hominum maxume contrariorum coniunctionem et ironicam orationis formam satis ostendere, Stoicam sententiam uerbis etiam exaggeratam a Cicerone poni, ut adpareat, quam absurda sit; contra ineptissume adnotaretur tamquam proprium, superiores idem sensisse, quod uolgus hominum. Itaque recte Gzius uidit, in ipsis his uerbis nihil posse mutari, sed in illo *qui arbitrabantur* manifesto tenori librari alicuius inscitam sed ulitatem. Nam quom non intellegere-

riores esse quam eos, qui quom caste et integre uiuerent, nondum perfectam illam sapientiam essent consecuti. 64. Atque hoc loco similitudines eas, quibus illi uti solent, dissimillumas proferebas. Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere uelint, propius fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam aquam iam adpro-

perfectam illam) *ill. p.* E 64. eas) *illas* C uti) om. E quidem) *quid est* E aquam iam) *i. a.* LPCROr. adpropinquent — sint) *appropinquant — sunt* omnes, Or.

tur, hanc *ἐπεξήγησιν* superaddi pronominibus *id* et *hoc*, quæ ipsa ad superiora (*omnis æque miseros esse*) referuntur, oratio dissoluta uidebatur. Marsus *qui* omisit; sed *arbitrabantur* nihilo minus ad *superiores* referetur. *Hoc* Crat., Uict., restituitque Dau. ex El., C. C. C., Mead. (Oxx. omnibus itemque Gzi, excepto Mosac.). *Hæc* ex ed. pr. et a. 1480 ad Man. et alios uenerat. *Castitatis* laudem ad omnem animi labe carentis integritatem pertinere, docui ego in opusc. Acad. p. 332, Beneckius ad orat. de inperio Pomp. p. 62.

64. *aquam iam adpropinquent — sint in profundo*) In ordine primorum uerborum cum Erl. conspirant Crat. et Uict. et sine dubio Spir. Gzius hunc et Erl. ait habere *aquam iam summam.* Sed deinde eosdem et Crat. *adpropinquent* et *sint* pro indicatiuis, qui in editionibus erant, habere dicit (et inprobat), cui hic magis credo saltem de priore uerbo, quam mei conlatoris silentio, quod in Crat. editione st *appropinquent* (sed *sunt*). Postulat coniunctiuom oratio obliqua, quom nulli certi homines significentur; et ante dixit *uelint.* Præterea indicatiuo modo dicendum erat (propter *fore*): *adpropinquabunt — erunt.* In III, 48 tota orationis forma alia st. Tum *nihil igitur* Dauisius tacite, nescio unde; sed ita cod. Mor., mgo Crat., et, Gzio teste, Spir., Erl., Gud. 2. Manutius, Lbinus, Grut., Gzius *ergo*, et siletur de Oxx. codicibus; Gud. 1 et edd. uett. *enim.* Deinde Ernestius scripsit *sis — perueneris*, oblitus notissumæ dicendi formæ, quam ad I, 67 in transcursu adtigi. Postremo Schuetzius pro *ad eam* scribit *ad summam*, ut hoc simile sit summæ aquæ mentioni, quom præsertim, qui *progrediatur in uirtute*, is iam in ea esse uideatur, st *ad eam peruenire* non opus sit. Laudandum, ut alibi, quod difficultatem sensit, non quod uerba mutauit. Nam ipsum illud *procedere et progredi in uirtute* Cicero dixit ad communem formam

pinquent, sed nihilo magis respirare posse quam eos, qui sint in profundo? Nihil igitur adiuuat procedere et progredi in uirtute, quo minus miserrumus sit, antequam ad eam peruenerit, quoniam in aqua nihil adiuuat, et quoniam catuli, qui iam dispecturi sunt, caeci aeque et ii, qui modo nati, Platonem quoque necesse st, quoniam nondum uidebat sapientiam, aeque caecum animo ac Phalarim fuisse.

XXIV, 65. Ista similia non sunt, Cato; in quibus quamuis multum processeris, tamen illud in eadem caussa est, a quo abesse uelis, donec euaseris. Nec enim ille respirat, antequam emersit, et catuli aeque caeci, priusquam dispexerunt, ac si ita futuri semper essent. Illa

igitur) *ergo* E (ex mea conl.) Or. *enim* LCR   dispecturi) *desp.* omnes (et mox eadem ratione).   et ii) *et hi* EL *ut ii* R   ac) *et* C   65. caeci) om. P   dispexerunt) *despexerint* LC

loquendi; Stoici, qui uirtutis gradus esse negabant, *εἰς ἀρετήν*, non *ἐν ἀρετῇ προκόπτειν* homines docebant (uid. ad III, 48), ut summum esset ad eam peruenire; nam ad summam peruenerat, qui omnino peruenerat. Hanc loquendi formam sequitur Cicero in uerbis *ad eam*, ut postea § 66. Sed præterquam quod ita repugnantiæ quædam species oritur, fit etiam, ut non satis adpareat absurditas ea, quam Cicero ostendere uelt. Nam miseros esse, qui ad uirtutem non peruenissent, hoc est, qui nullam eius partem adtigissent, ueteres quoque et ipse Cicero concessurus erat. Quid ergo st? Debebant Stoicorum aduersarii notionem eam uirtutis, qua illi in his disputationibus utebantur quaque eam sic ab habitu animi nondum perfecti dirimebant, ut simul reapse e uita eicerent, oppugnare et, quom id fecissent, uetare eos ambigue loqui. *Despecturi* et postea (65) *despexerunt* omnes, ut uidetur; correxerunt Lbinus, Dauisius. Cfr. ad II, 97.

aeque et ii) Sic etiam codd. Pall., Dau., Oxx., Gzi (nisi quod huius tres *hi*); *ut* una et altera editio, postrema Lbini; uid. ad I, 67. Mox etiam *et Phalarim* Gzius tamquam ex Erl., Spir., Bas. Mihi nihil notatur. *Uidebat sapientiam* potius quam *tenebat* Cicero dixit, eadem sententia, ut in imagine perstaret. Exciderat *sapientiam* in editionibus a Iuntina ad Lbinum (excepta Marsi). Itaque Mor. in suo codice esse notat, Grut. ex omnibus Pall. reuocauit.

sunt similia: Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius languescit; hi curatione adhibita leuantur in dies; ualet alter plus cotidie, alter uidet. His similes sunt omnes, qui uirtuti student; leuantur uitiis, leuantur erroribus. Nisi forte censes Ti. Gracchum patrem *non* beatiorem fuisse quam filium, quom alter stabilire rem publicam studuerit, alter euertere. Nec tamen ille erat sapiens; (quis enim hoc? aut quando? aut ubi? aut unde?) sed quia studebat laudi et dignitati, multum in uirtute processerat. 66. Conferam [autem] auom tuum, Drusum,

languescit) *nescit* E leuantur) *curantur* L ualet alter) *a. u.* LPCR His — omnes) *hi* — *omnibus* PCR (*hi* etiam L) censes) *censeres* L Ti.) om. E non) om. omnes. studuerit) *studierit* E hoc) *hæc* L 66. autem) om. E, sine uncis Or.

Cap. XXIV, 65. *ualet alter*) Sic etiam Spir. Ante Gzium erat *alter ualet*. Deinde *his* — *omnes* etiam Spir., Mor., mgo Crat., El., restituitque, Dauisio suadente, Gzius. Quom littera *s* extrita factum esset *hi*, inde ortum st *omnibus*, etsi Gzius in Bas. et Gud. 2 scribit esse *his* — *omnibus*. Paullo post Uict. et Grut. *censeres*, nescio unde (nullus Ox. aut Gzianus). Ante *filium* peruerse Gzius addit *Ti.*, quom *Ti. Gracchum* sic positum sit, ut et ad *patrem* et ad *filium* pertineat. Sed *non* in codice archetypo omissum fuisse, fidem faciunt etiam χψ; de ceteris tacetur; quis editorum primus, flagitante sententia, addiderit, nescio.

quis enim hoc) *fuit*, id est, *sapiens*. Nam adiectiui uicem in hac forma orationis sustinet pronomen neutri generis (sic ueteres grammatici locuntur, non *neutrius generis*), ut mox (66): *miseri, quod profecto sunt*, et V, 92: *si insipiens, quod certe, quoniam tyrannus*; cfr. Wopkensi Lectt. Tull. p. 115. Dauisius auctoritate codicis C. C. C. *hoc* omittere uolebat.

66. *Conferam* [*autem*] *auom tuum*) Particulam omittit etiam Spir. Potuit tamen excidere ante *auom*, nec incommoda st, quom ad alterum exemplum transeatur. Interrogationis notam addidi; neque enim Cicero conparationem se instituturum promittit, sed negat, conferri posse homines tam longe diiunctos. Drusi praenomen (*M.* post *tuum*) addendum esse Gzius suspicatur, non inscite, in notatione hominis Romani ex historia exempli caussa delecti. Sed tamen Cicero non hominem per se significat, sed, postquam auom Catonis appellauit, cognomen ponit, ut maternum a paterno distinguat. De cognatione Drusi et Catonis dictum st ad III, 8.

cum C. Graccho, eius fere aequali? Quae hic rei publicae uolnera inponebat, eadem ille sanabat. Si nihil est, quod tam miseros faciat, quam inpietas et scelus, ut iam

C.) om. C Si) *sed* CR ut iam) *utinam* E

Si nihil est &c.) Ueram scripturam e Pal. 4, Par. 1 et 3 reuocauit Dauisius, tum, ab Ernestio spretam, Gzius e tribus optumis suis codicibus. Ceteri *Sed*, in qua scriptura peruersissume Cicero omnis insipientis inpios et sceleratos facit, etiam Drusum, quoniam insipiens fuit, et inde (*ita ut iam*) concludit, miseros esse. Ipsa illa, quæ additur, confirmatio (*quod profecto sunt*) ostendit, non consecutionis significationem præcedere, sed aut concessionis aut condicionis. *Iam* particula in concedendo sic additur, ut significemus nos, omissis iis, quæ aliter dici statuiue possint, eo procedere, ut hoc esse ponamus, et hanc quasi temporis et rerum status imaginem concipiamus tamquam præsentem. Eadem compositione (*ut iam*) Cicero utitur Epp. ad Fam. I, 9 § 13. Hunc a superiore sententia ad concessionem transgressum Liuius et Cæsar interdum significant *iam* particulæ *ut* præponentes (Liu. V, 51, Cæs. B. G. III, 9), quod a Walchio recte animaduersum Handius (Tursell. III p. 140) sic inprobat, ut ipse in Cæsaris loco particulas multis uerbis separatas (*iam tamen*) coniungat, et nouam iis significationem tribuat (*und doch eben*) atque a sententiæ progressu prorsus abhorrentem, Liui (p. 141) non interpretetur. Eadem st ratio particularum *si iam*, quibus Handius miras significationes nec ab ipsarum natura magis quam a singulorum locorum sententia alienas tribuit, uelut quom *si iam* ait esse *wenn wirklich*. Significatio a temporali illa, qua *iam* tempus præsens a superiore mutatum notat, leuiter transiens perspici potest in illo ipso loco, quem primum Handius posuit; hoc enim Cicero dicit (Cat. I, 5): fingamus me ab ea, qua hactenus usus sum, ratione discedentem, nunc te conprehendi iubere &c. Nonnullos locos Handius posuit, qui nihil omnino ad hanc particularum coniunctionem et ex ea significationis inflexionem pertinent, sed particulam *iam* seorsum sua ui positam habent, ut Liu. XXXIV, 2, Sall. Cat. 52, 32 (*iam iterum: ietzt schon zum zweiten Male*); ex uno Celsi, qui apertissume huc pertinet, p. 150 singularem ecfecit particulæ significationem. (Ex Cicerone addi potest pro Balbo 37 et fortasse alia.) Ut ad rem redeamus, ueteres illi, quorum sententiam Cicero persequi uolt, quom sapientis personam ab insipientibus non tam præciso fine separarent, uix omnis eos, quos Stoici insipientis appellabant, miseros esse concessuri erant, quod facit Cicero.

omnes insipientes sint miseri, quod profecto sunt, non est tamen aeque miser, qui patriae consulit, et is, qui illam extinctam cupit. Leuatio igitur uitiorum magna fit in iis, qui habent ad uirtutem progressionis aliquantum. 67. Uostri autem progressionem ad uirtutem fieri aiunt, leuationem uitiorum fieri negant. At, quo † utuntur homines acuti argumento ad probandum, operae pretium st

is) *hijs* E   in) om. LPCROr.   iis) *his* L   aliquantum) *aliquantulum* C 67. At quo) *ad quod* EP   utuntur) *nituntur* COr. sine nota.

fit in iis) Sic esse in cod. Erl., Gzius tacuit; itaque in Spir. etiam et relicuis bonis præpositionem fuisse puto. Locutio hæc: *leuatio fit*, Latina consuetudine non datiuom commodi requirit, sed præpositionem, locum et sedem actionis indicantem. Mox *aliquantulum* ex ed. prima ad Man. et alios manauit; recte codices Dauisi, qui emendauit, Oxx., Gzi.

67. *At quo † utuntur — argumento*) Sic scribitur in melioribus codicibus, ut in tribus optumis Gzi (*ad quod ut.*) multisque aliis (Pall. aliquot et Dau., Ox. χ), et tenuerunt editores ante Dauisium fere omnes (Mars., Uict., Man., cett.); relicui codices deteriores habent *nituntur* (Pal. 3, 6, Mead., Eξψ, Bas., Gud. 1, Mon., ed. a. 1480), quod Gzius asciuit, si *utuntur* scribatur, abundare *ad probandum* putans; equidem quid illi orationis copiæ uerbi mutatio detrahat, non uideo. Sed et ordo uerborum et sententia ipsa demonstrant, in pronomine *quo* interrogationem esse; neque enim, ut Otto putat, hoc dicitur, argumentum, quo utantur, id esse consideratione dignum (quasi iam constet, quod sit), sed uidendum et considerandum esse, quale argumentum adferant. Itaque Dauisius et Ern. tamquam e cod. C. C. C. (ξ) *nitantur*, probante Wesenbergio in Obseruatt. Crit. ad orat. pro Cæl. p. 21. Notaui tamen potius mendum quam correxi, quod hic locus non patitur, ut eos, qui sic locutos Ciceronem et ceteros prosæ orationis scriptores putant, refellam, qui, ut Goerenzi nugas et confusiones omittam, in eo omnes sunt uitio, ut, quom causam coniunctiui in interrogatione pendente ponendi ex solo hoc nexu sententiarum oriatur et eum significet (cfr. ad I § 10), excusationem tamen indicatiui ex ipsa sententiæ interrogatiuæ natura petere conentur, uelut quom certam rem significari narrant (quasi coniunctiuos incertam significet et quasi, quom sic dico: *quæro, unde pater uenerit*, non certum sit, uenisse). Itaque quom singulorum locorum sententias corrumpunt, tum talis ratiunculas confingunt,

considerare. Quarum, inquit, artium summae crescere possunt, earum etiam contrariorum summa poterit augeri; ad uirtutis autem summam adcedere nihil potest; ne uitia quidem igitur crescere poterunt, quae sunt uirtutum contraria. Utrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur an dubiis perspicua tolluntur? Atqui hoc perspi-

considerare) *confidere* E summae crescere possunt) *summa crescere potest* LPCBOr. (*summa ecrescere* E) contrariorum) *contrariarum* omnes. potest) *possunt* E quidem) *quid* E

quæ si uera essent, non his paucis locis, sed infinitis et fere omnibus indicatiuos ponendus esset, quem tamen ipsi in scribendo numquam ponunt. Adcedit in testimoniis sine ullo discrimine corradendis summa neglegentia, uelut in *sunt* et *sint*. Uetus sermonis Latini inconstantia, quasi dubitantis, utrum ad interrogationes pendentis signandas coniunctiuo opus esset, necne esset, ante Ciceronis ætatem ita cesserat certæ legi, ut in sola poësi licentiæ aliquid relinqueretur.

Quarum, inquit, artium summæ crescere possunt) Pro *inquit*, cuius formæ usus in aduersario incerto fingendo et inducendo notissumus est, editores inde a Cratandro et Uictorio posuerant *inquiunt*. Correxit Dauisius e Par. 1, 2, C. C. C., Mead. et poterat pluris nominare; consentiunt Eξχψ, Mor. Gzius tacet. *Summæ — possunt* ex Erl. eo magis scripsi, quod Morelius e suo codice adnotat: *summa crescere possunt*, in quo uix dubito, quin *ecrescere* reperturus fuerit, si adtendisset. Gzius neque de Erl. neque de Spir. quicquam dixit. Sua cuiusque artis summa st, quamquam Cicero in contrario genere (*summa poterit*) hanc singulorum significationem omisit. Nam in Erl. *possunt* eo ex superiore sede inductum esse, ipsa futuri temporis necessitas ostendit (itaque sequitur: *nihil potest — poterunt*). Artium numero Stoicus argumenti concludendi caussa uirtutes conprehendit, de quo ad § 4 dixi. *Contrariorum* Lambinus scribendum uidit (de Marso non credo Herteli silentio), quem Gzius secutus est; idem noluit Manutius, apud quem *contrarium* scribitur. Etiamsi ferri posset *earum contrariarum* sic positum, ut *earum* a *contrariarum* penderet (*contrariæ artes earum*), quod ferri non potest, tamen artibus (uniuersis) contrariæ non sunt artes, sed sunt quædam artibus contraria, quasi inertiæ. (Oxx. *contrariorum* adnotant tantum ex ξψ.) Paullo post *tandem* a Bas. aberat. Ex Oxx. Eξ in ed. Hal. adnotatur *igitur tandem*, sed in Oliueti textu adest *tandem*.

cuum st, uitia alia in aliis esse maiora; illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquaenam fieri possit adcessio. Uos autem, quom perspicuis dubia debeatis inlustrare, dubiis perspicua conamini tollere. 68. Itaque eadem ratione, qua sum paullo ante usus, haerebitis. Si enim propterea uitia alia aliis maiora non sunt, quia ne ad finem quidem bonorum eum, quem uos facitis, quicquam potest adcedere, quoniam perspicuum st, uitia non esse omnium paria, finis bonorum

ecquænam) *hæc quænam* (*quæ tam* E) ELC 68. Itaque) *atque* E add. *usus* ELPR eum) transp. ante *quidem* C

uitia alia in aliis esse maiora) Si sic Cicero scripserit, non adtendisse eum ad rem propositam, Wesenbergius uidit. Hæc enim uerba sic uitiorum et hominum conparationem coniungunt, ut alius uerbi caussa ebriositate magis excellere dicatur, alius inpudicitia, alius crudelitate. Hic non id agitur, sed, sitne omnino aliud uitium alio (siue eodem siue alius generis) maius et sitne in aliis maior, in aliis minor uitiositas uniuersæ naturæ. Itaque mox (68) recte dicit *uitia alia aliis maiora*, quomodo pæne adducor, ut hic quoque eum scripsisse putem.

68. *Itaque eadem ratione*) Significat, quæ § 54 et 55 leguntur. In codice archetypo erat: *itaque usus eadem* (ut in Pall., Mead., Eξχψ, Gzi "plerisque omnibus"), ex quo Cratander aut alius quis ecfecit *usi*, retinueruntque nonnulli. Non Stoici hac sententia usuri erant, sed Cicero contra eos; dicendum fuisse *utentes*, adparet. Dau. et Gzius e Par. 2 et 3: *usque eadem*, ut sit *semper*, quomodo non modo Cicero, sed ne ueteres quidem poëtæ dixerunt, apud quos *usque* significat continuam nec interruptam actionem. Uocabulum errore librari e proxuma sede in hunc locum translatum esse, uiderat, qui ed. a. 1480 curauit, tum Man., alii, ut lusurus sit, qui ecfecerit: *Itaque rursus eadem* &c. Pæne oblitus sum, Ottonem defendere *usus*, ut sit: *si usus fuero*. Itane? *Itaque usus — hærebitis*?

non esse omnium paria) Mauolt Orellius *omnia*, ut 74 dicitur: *omnia peccata paria*, et similiter sæpius. Sed eodem res redit; nam ad homines translata eadem sententia ecficit, ut Platonis et Dionysi tyranni, siquidem neuter sine uitiis sit, æque magna sint uitia, et sic omnium, qui quidem peccent; cfr. 68 et 77 et quæ ad § 21 adnotaui. Paullo post pro *id* (ante *consequens*) Ox. E

uobis mutandus est. Teneamus enim illud necesse st, quom consequens aliquod falsum sit, illud, cuius id consequens sit, non posse esse uerum.

XXV. Quae st igitur caussa istarum angustiarum? Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Quom enim, quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tollitur cura ualetudinis, diligentia rei familiaris, administratio rei publicae, ordo gerendorum negotiorum, officia uitae; ipsum denique illud honestum, in quo uno uoltis esse omnia, deserendum st. Quae diligentissume contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. Ex ea difficultate illae *fallaciloquae*, ut ait Attius, *malitiae* natae sunt. 69. Quod enim sapientia, pedem ubi poneret, non

bonum esse) *e. b.* L quae diligentissume — illae fallaciloquae Non. p. 113 (sed *fallaciloquentiae*) fallaciloquae) *fallaci loquelae* E *fallacis loquelae* PCR *loquelae* L natae) *nati* E 69. Quod) *quid* CR pedem ubi) *u. p.* C

quod, χ *id quod*. "Grassantur scribae; alii *quid* uel *quod*; alii *id quod*, alii *in* exhibent." Gzius.

Cap. XXV. *ipsum denique illud honestum*) quod oriri debet ex selectione, quae esse nulla potest, omnibus exaequatis (III, 12). Neglegit Cicero, quae Catonem de differentia rerum exponentem ipse induxerat.

fallaciloquae — malitiae) Male distracto adiectiuo ex *loquae* (*loque*) ortum st *loquelae* (*fallaci loquelae* etiam Spir., mgo Crat., Mor.); tum in deterioribus factum *fallacis* (Pall., Par. 1, 3, Mead., EUξψ, Gzi relicuis). Correxit Manutius et praeceperat correctionem librarius Par. 2; Lbinus Memmianum appellat. Noni, quem Uictorius secutus est, codex hic non melior fuit quam § 50 (*coniecturarium*) nec homo indiligens ad *malitiae* nomen ipse adtendit. Adiectiuom satis tuetur ille apud Ciceronem III de Orat. 154 uersus: *Num non uis huius me uersutiloquas malitias*, — qui quin ipse Atti sit et h. l. a Cicerone significetur, non dubito; in uoce a poëta ficta sic memoria Ciceronem fefellit, ut aliam eiusdem formae et significationis substitueret. Nam hic quoque Ciceronem scripsisse *uersutiloquae*, prorsus inaniter Gzius suspicatur.

69. *Quod enim sapientia*) Manutius primus *quod* scripsit e Maffei libro (Pal. 4, tribus optumis Gzi; de Oxx. tacetur), et

habebat, sublatis officiis omnibus, officia autem tollebantur, delectu omni et discrimine remoto, quae esse non poterant, rebus omnibus sic exaequatis, ut inter eas nihil interesset, ex his angustiis ista euaserunt deteriora quam Aristonis. Illa tamen simplicia; uestra uersuta. Roges enim Aristonem, bonane ei uideantur haec, uacuitas doloris, diuitiae, ualetudo. Neget. Quid? quae contraria sunt his, malane? Nihilo magis. Zenonem roges; respondeat totidem uerbis. Admirantes quaeramus ab utro-

habebat) *habet* C quæ esse) *quæ enim esse* (P)Or. *quæ et esse* E nihil om. omnes, Or. his) *istis* ER tamen) *autem* R uideantur) *uideatur* L Neget) *Negetur* E

periodi formam restituit, antea sic distractam: *Quid enim? sapientia — omnibus; officia* cett.

quæ esse non poterant) Tres sunt conclusionis gradus: officiis sublatis, sapientia nulla st; officia nulla sunt, delectu et discrimine remoto; delectus et discrimen esse non possunt, omnibus exæquatis. In codice archetypo exciderat particula negatiua. Itaque nescio quis editor (reperio iam apud Crat., non apud Uict.) addidit *enim* et post *interesset* interrogandi notam: *quæ enim esse poterant, rebus — interesset?* ut hæc interrogatio parentheseos locum haberet. Tenuerunt ceteri; Manutius tamen adnotat, *enim* non esse in Maffei cod., Gruterus, abesse a Pal. 4, quem solum conmemorat propter *quod* in initio periodi, Dauisius in suis non esse scribit, Oxx. non in Eξψ; in nullo enim omnino erat. Gzius tamen eius rei et suorum codicum oblitus est. Orellius a solo Uictorio omitti putat. In illa interrogatione inaniter de officiis (ad ea enim necessario tum refertur *quæ*) idem, quod dictum erat, pro argumento iterum ponitur, tertius conclusionis gradus desideratur. Post *officia autem* cod. El., Eξ addunt *omnia*, nimis diligenter. In *angustiarum* nomine ambiguitas quædam non magna st. Initio enim capitis hoc uocabulo Cicero significat posteriores illas sententias, in quibus Stoici hæreant, earumque caussam indicat, hic angustias appellat illas ipsas difficultates, quæ a principio progredi conantibus obiciantur, et ex iis tamquam ex fonte ortas esse ait absurdas illas sententias (*ista euaserunt deteriora*). Pro *tamen* duo Gzi *tam*. Hoc dicit: Illa Aristonis, qualiacunque sunt, tamen (saltem) simplicia sunt; uid. ad II, 31. Paullo post in *nihilo magis* satis dure eo genere, de quo ad II, 25 dixi, e negat auditur *dicat*.

que, quonam modo uitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, ualeamus aegrine simus, uacemus an cruciemur dolore, frigus, famem propulsare possimus necne possimus. Uiues, inquit Aristo, magnifice atque praeclare; quod erit cunque uisum, ages; numquam angere, numquam cupies, numquam timebis. 70. Quid Zeno? Portenta haec esse dicit, neque ea ratione ullo modo posse uiui; sed differre inter honestum et turpe :

propulsare possimus) *pr. possumus* E ages) *agens* (E) Or. angere) *agere* C 70. haec) om. E dicit) *dicis* E neque) *nec* LPCROr. differre) *dicere* E

quod erit cunque uisum, ages) Inuidiose significat initium illud adpetendi et agendi, quod Aristo reliquerat, et de quo ipse § 48 dixit. Pro *ages* Urs. codex *agens*, quod e Mead. Dau. et recentiores asciuerunt; de Erl. eo minus credo silentio, quod Gzius, *agens* probans, in omnibus suis *ages* esse scribit. Non incommoda et in participio rationis, qua praeclare uicturus sit, significatio; sed ἀσυνδέτως quoque recte procedit descriptio uitæ illius. (Gzius incredibili errore coniungit *uisum agens*. E§ om. *ages*).

Portenta hæc esse dicit) Gzius in Erl., Spir., Gud. 1 omitti *hæc esse* scribit, qui in Erl. de *esse* redarguitur; *hæc* abest etiam ab E§, Mon. In mgine Crat. ad *hæc esse dicit* adnotatur *dicis* (hoc ipsum ut in Erl.), sed pro tribus illis uerbis in codice unum illud fuisse, non licet tuto concludere. Ægre caruerim pronomine, quom ab hac Aristonis sententia suam Zeno separet; si cum Ottone scribas: *Quid Zeno? Portenta dicit* &c., hæc uerba sic posita significabunt, ipsum Zenonem portenta loqui, ad proxuma autem non apte *dicit* alia sententia pertinebit. Zeno Aristonem adloquens (*dicis*) induci nulla figura potest.

sed differre) Ex Erl. et Spir. Gzius aduotat *sed discere* (mihi ex Erl. *dicere* notatur), e Gud. 2 et Bas. *distare*. (Prosæ orationis scriptores huius quidem ætatis *rem distare* dicunt *ab alia* et *res inter se distare*; Horatius poëta dixit *distare inter res*.) Uerbo *differre* facile oratio carere potest, ut *interesse* ad utrumque membrum pertineat; sed prorsus inprobabiliter delebitur; id autem, quod ex Erl. et Spir. erui potest: *se* (contra) *dicere*, *inter honestum* &c. et abundantiam non laudabilem habere uidetur (satis enim est, *dicit — inter honestum*), et in repetitione eiusdem uerbi (*dicit — se dicere*) merito reprehendi posse. Nec in iis, quæ his infinita oratione subiciuntur, id continetur, in quo Zeno ab Aristone discedat, sed in quo cum eo consentiat. In hoc tamen in-

nimium quantum, nescio quid inmensum, inter ceteras res nihil omnino interesse. 71. Idem adhuc; audi relicua, et risum contine, si potes. Media illa, inquit, inter quae nihil interest, tamen eiusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia reicienda, alia omnino neglegenda, hoc est, ut eorum alia uelis, alia nolis, alia non cures. — At modo dixeras, nihil in istis esse, quod interesset.

71. Idem) *Id est* E risum) om. P At) *ac* LPC istis) *istis rebus* LP *iis rebus* CR

commodum incurrit etiam edita scriptura in particula *sed* propter orationem a Cicerone interruptam, de qua mox exponam. Dicendum igitur uidetur, in bonorum codicum principe aut aberratum aut obscure scriptum fuisse, Gud. 2 et Bas. casu decrepare.

nescio quid inmensum) Rectissume hoc in oratione exaggeranda priori superadditur, nec erat, cur L. Carrio (Antiq. Lectt. II, 12) sublatum uellet, a suo codice abesse testans.

71. *Idem adhuc; audi relicua* &c.) Sic orationem editores interpungunt, ut adpareat, eodem modo eos uerba intellegere, quo interpretes et lexicorum scriptores reddunt: "idem Zeno præterea dicit." Sed si hoc Cicero significaret, omisisset *relicua*, cuius uocis uis in *adhuc* inesset. Deinde *adhuc* apud Ciceronem et eius æqualis proxumosque pro *præterea* non dici, recte et ab aliis et nuper ab Handio disputatum st, Tursell. I p. 163 et 164. Nec ea, quæ secuntur, additamenti loco sunt, sed ipsum id, de quo quæritur, continent. Itaque sic interpretari cogimur: *Adhuc idem* (dicit Zeno, quod Aristo); *audi* (nunc) *relicua* &c. (Cfr. de Diu. II, 4: *adhuc hæc erant; ad relicua* &c.) Paullo duriorem hanc breuitatem et uerbi *dicit* repetitionem uideri, non nego; *adhuc* etiam priore loco ponendum uidetur fuisse, nisi subito Cicero sententiam a *dicit* pendentem interrumperet, diuersæ ab Aristone sententiæ expectationem nondum expletam significans et, quid sequatur, adtendi iubens. (Quod Handius Plautum *adhuc* illo modo posuisse dicit, si iam Plauti ætate illa significatio in uoce erat, non potest de Ciceronis ætate tuto negari. Sed in uno, quo et is et alii utuntur, loco Truculenti, codices Palatini, in ceteris uerbis corrupti, uocis *adhuc* nullum habent uestigium. *Id est* pro *idem* in Erl. sæpissume scribitur, et *idem* pro *id est*, ne quis hinc aliquid extendat.)

nihil in istis esse) Sic etiam e Spir. Gsius; deteriores codices addunt *rebus* (Par. 2, 3, Mead., Oxx. Eξχψ, Mon., in Gud. 2 et

— Et nunc idem dico, inquiet; sed ad uirtutes et ad uitia nihil interesse. —

XXVI, 72. Quis istud, quaeso, nesciebat? Uerum audiamus. — Ista, inquit, quae dixisti, ualere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece προηγμένα, Latine autem producta; sed praeposita aut praecipua malo; sic tolerabilius et mollius; illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si lubet, reiectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed sumere, contraria autem non

inquiet) *inquies* LPCR sed) *sed et* P 72. istud) *istuc* Or. quæso) *quasi* omnes. inquit) *inquis* LP sic) *sit* PCR morbum, egestatem) *e. m.* C sed si) sed C

Bas. erat: *in rebus istis*; editiones ante Dauisium *in iis rebus*). Paullo ante *ac* pro *at* edd. ante Man., Ox. ξ, Gzi, si ipsi credas, omnes; credo de deterioribus. Tum *inquiet* Gzius etiam e Spir., superiores *inquies*, quasi Catonem Cicero adloquatur, ac non de Zenone narret.

Cap. XXVI, 72. *Quis istud, quæso, nesciebat?*) Editiones inde a Grutero tacite *istuc*. *Quæso* restituit Lbinus in curis secundis; adnotant *quasi* Oxx. ex Eχψ, Gzius ex omnibus suis; uid ad II, 6. Paullo post Cicero, ne, sua interpretatione interposita, turbet figuram orationis, ipsum Zenonem Latine sua uerba interpretantem inducit. Neque enim ineptissuma Gzi parenthesis hæc ex ore Zenonis eripient aut diuellent sic connexa; *dicam Græce*, — *Latine autem*. Pro *sic* (quod Man. restituisse uidetur) deteriores etiam aliorum *sit* (Pall., EUψ). *Egestat.*, *mort.* (hoc ordine) ex ed. pr. Man. et alii (contra codd. Gzi).

reiectanea) Supra III, 15 et 52 et Acad. I, 37 *reiecta* appellauit, participi formam (ἀποπροηγμένα) seruans, in qua quom parum adpareret perpetui cuiusdam loci et ordinis, quo illæ res haberentur, significatio, noui uocabuli usum temptauit, sequens formam eam, quæ erat in *consentaneus*, *dissentaneus*, *superuacaneus*, *succedaneus*, *præcedaneus*, quorum tamen nullum e participio aut adiectiuo alio factum st (*superuacuus* recentius est); nam *coniectaneus*, *conlectaneus*, *miscellaneus*, *subitaneus* post Ciceronem nata sunt. (Ursini codex fictus *reiecta*.) *Secernere* insolentius dixit pro ἀπεκλέγεσθαι (et addidit *quasi*), ne, si *reicere*, quo alibi utitur (uid. ad III, 20), posuisset, nimis hoc prope accederet ad ipsorum τῶν ἀποπροηγμένων nomen Latinum ab illo uerbo ductum.

fugere, sed quasi secernere. Quid ait Aristoteles reliquique Platonis alumni? Se omnia, quae secundum naturam sint, bona appellare, quae autem contra, mala. Uidesne igitur, Zenonem tuum cum Aristone uerbis consistere, re dissidere; cum Aristotele et illis re consentire, uerbis discrepare? Cur igitur, quom de re conueniat, non malumus usitate loqui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in rebus praepo-

igitur) om. C consistere, re) *consistere* EP *consentire re* C illis) *cum illis* C discrepare) *disceptare* LP malumus) *malimus* LPCROr.

uerbis consistere) Noue dictum hoc de conuenientia et consensu, nec e propinquo translatum st; satis enim distat illud in Act. 1 in Uerr. 19: *cum hoc consistit*, ubi ipsa simul et in eodem loco standi significatio magis in præpositione st, uerbum, ut alibi, initium standi significat. *Stare* autem *cum aliquo* (ut 45: *stantem cum iis*) ab iis, qui cum aliquo in eodem loco una constiterunt, ad eos, qui easdem partis secuntur, generaliter transfertur, uerbo et præpositione artissume conflatis. Hic *cum Aristone* communiter ponitur eique additur et *consistere uerbis* et *dissidere re*. Mendi nullum aliud indicium st, et excusatur insolens uerbi usus uariandæ elocutionis necessitate. Man. et Lbinus *consentire* ex ed. prima; pro ipso autem *consentire* altero loco Lbinus in cod. Memmiano scribi narrat *consistere*, aberrans sine dubio.

non malumus) Sic etiam E$\frac{1}{2}$; de ceteris bonis tacetur; etiam de Erl. a Gzio. Latini, ut dicunt potius: *quid fore putamus?* quam *putemus* (cfr. disput. nostra de emend. Cic. oratt. pro Balbo II p. 15), sic ne in hac quidem forma quicquam ex potentiali significatione admiscent, sed de eo, quod fiat, quærunt.

Aut doceat) Aliter, si ea, quæ dixi, non concedit, docendum ei st &c. Persæpe sic paullo laxius per *aut* declaratur, quid futurum sit aut, ut hic, quid fieri debeat debueritue, si ab eo, quod ante dictum sit, discedatur. Adnotarat iam Schellerus p. 1187 et ascripserat ex hoc posteriore genere Ciceronis locum ad Att. II, 1, 8. Condicionem ipsam addidit Cicero de Diuin. II, 19: *Aut, si negas esse fortunam, — muta definitionem diuinationis.* Handius, qui prius genus recte tractauit Tursell. I p. 538, hunc locum et alium Plini p. 540 cum dissimillumis confudit, ubi *aut* coniungit duas interrogationes eodem spectantis. Paullo post pro *perpessu* Gzius in Erl. et Spir. ait esse *perpessi*, et autem post eam uocem in omnibus codicibus omitti; non possum credere.

sitis, quam si in bonis duxero, fortioremque in patiendo dolore, si eum asperum et difficilem perpessu et contra naturam esse, quam si malum dixero. 73. Facete M. Piso, familiaris noster, et alia multa, et hoc loco Stoicos irridebat. Quid enim? aiebat; bonum negas esse diuitias, praepositum esse dicis; quid adiuuas? auaritiamne minuis? Quomodo? Si uerbum sequimur, primum longius uerbum praepositum quam bonum. — Nihil ad rem! — Ne sit sane; at certe grauius. Nam bonum ex quo appellatum sit, nescio; praepositum ex eo credo, quod praeponatur aliis. Id mihi magnum uidetur. Itaque dicebat plus tribui diuitiis a Zenone, qui eas in praepositis poneret, quam ab Aristotele, qui bonum esse diuitias fateretur, sed neque magnum bonum et prae rectis honestisque contemnendum ac despiciendum, nec magno opere expetendum; omninoque de istis omnibus uerbis a

quam si) *quasi* E dolore) *dolorem* L asperum) *aspernari* E perpessu et) *perpessum* P esse) om. P 73. Quomodo) *Quod* LPCROr. at certe) *at aliud certe* L praeponatur) *praeponantur* E diuitiis) *diuitias* L a) om. E istis omnibus) *o. i.* C

73. *Quomodo? Si uerbum &c.*) Cum admiratione interrogando negat; deinde explicat, cur admiretur. Ueram scripturam, quoniam de ceteris bonis tacetur, e solo Erl. sumpsi; nam in deterioribus eo modo corruptum conpendium est, de quo ad II, 53 et 97 dictum est. Nulla hic post interrogationem, quo aduersarius urgetur (*auaritiamne minuis?*), talis est orationis continuatio, ut *quod si* poni possit. Quod autem *hoc loco* pro *in hac re*, *in hac parte* dicit, eodem modo loquitur V, 50: *Atque hoc loco &c.* et pro Flacco 57: *Quo loco etiam atque etiam facite, ut recordemini &c.* Cfr. Schellerus p. 5800 ima. M. Piso is significatur, qui ipse in quinto libro Peripatetica explicat.

de istis omnibus) Sic etiam quattuor Gzi codices et edd. uett. (Crat., Uict.); *omnibus istis* ex ed. 1 ad Man. et ceteros uenit; Gzius, quom in Gud. 2 esset: *istis uerbis omnibus*, inani suspicione *omnibus* damnabat. Tum *appellari ab eo* etiam Spir., Gud. 1; editiones inuertunt. Extremo capite plene dixit; I N. D. 19 (*Longum est ad omnia*) et III Tusc. 40 (*sed non necesse est nunc omnia*) ellipsi usus est, quam cur hic quoque delendo efficiamus, nulla caussa est.

nimium quantum, nescio quid inmensum, inter ceteras res nihil omnino interesse. 71. Idem adhuc; audi relicua, et risum contine, si potes. Media illa, inquit, inter quae nihil interest, tamen eiusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia reicienda, alia omnino neglegenda, hoc est, ut eorum alia uelis, alia nolis, alia non cures. — At modo dixeras, nihil in istis esse, quod interesset.

71. Idem) *Id est* E risum) om. P At) *ac* LPC istis) *istis rebus* LP *tis rebus* CR

commodum incurrit etiam edita scriptura in particula *sed* propter orationem a Cicerone interruptam, de qua mox exponam. Dicendum igitur uidetur, in bonorum codicum principe aut aberratum aut obscure scriptum fuisse, Gud. 2 et Bas. casu decrepare.

nescio quid inmensum) Rectissume hoc in oratione exaggeranda priori superadditur, nec erat, cur L. Carrio (Antiq. Lectt. II, 12) sublatum uellet, a suo codice abesse testans.

71. *Idem adhuc; audi relicua* &c.) Sic orationem editores interpungunt, ut adpareat, eodem modo eos uerba intellegere, quo interpretes et lexicorum scriptores reddunt: "idem Zeno præterea dicit." Sed si hoc Cicero significaret, omisisset *relicua*, cuius uocis uis in *adhuc* inesset. Deinde *adhuc* apud Ciceronem et eius æqualis proxumosque pro *præterea* non dici, recte et ab aliis et nuper ab Handio disputatum st, Tursell. I p. 163 et 164. Nec ea, quæ secuntur, additamenti loco sunt, sed ipsum id, de quo quæritur, continent. Itaque sic interpretari cogimur: *Adhuc idem* (dicit Zeno, quod Aristo); *audi* (nunc) *relicua* &c. (Cfr. de Diu. II, 4: *adhuc hæc erant; ad relicua* &c.) Paullo duriorem hanc breuitatem et uerbi *dicit* repetitionem uideri, non nego; *adhuc* etiam priore loco ponendum uidetur fuisse, nisi subito Cicero sententiam a *dicit* pendentem interrumperet, diuersæ ab Aristone sententiæ expectationem nondum expletam significans et, quid sequatur, adtendi iubens. (Quod Handius Plautum *adhuc* illo modo posuisse dicit, si iam Plauti ætate illa significatio in uoce erat, non potest de Ciceronis ætate tuto negari. Sed in uno, quo et is et alii utuntur, loco Truculenti, codices Palatini, in ceteris uerbis corrupti, uocis *adhuc* nullum habent uestigium. *Id est* pro *idem* in Erl. sæpissume scribitur, et *idem* pro *id est*, ne quis hinc aliquid extundat.)

nihil in istis esse) Sic etiam e Spir. Gsius; deteriores codices addunt *rebus* (Par. 2, 3, Mead., Oxx. EξχΨ, Mon., in Gud. 2 et

Murenam, te accusante, defenderem. Apud tum illa dicta sunt; aliquid etiam coronae dac agendum st subtilius. 75. Peccata paria. modo? Quia nec honesto quicquam honestius turpius. Perge porro; nam de isto magna st. Illa argumenta propria uideamus, cur ccata sint paria. Ut, inquit, in fidibus pluri-

E 75. quonam) *quodam* L nec) *neque* C quicquam) *quid* L ria) *s. paria pecc.* E pluribus) *plurimis* (E)PCR

phiæ iudices dixit, dedit aliquid etiam *coronæ* homistantium et audientium.

cata paria. Quonam modo? Quia &c.) Sententiam ponit Stoici persona; ex sua cum admiratione interrogat; a rationem reddit. Cfr. V, 79 et 86, II, 6, III, 14. erba continuant: *Pecc. par. quonam modo?*

dibus pluribus — neruis sit) Hoc est: Si ex pluribus cis neruos habentibus nullius nerui ita intenti sunt, ntum seruare possit, neruis consonantibus. *Pluribus* Scalig., mgo Crat., ψ, Gzi omnes (?), Uictorius, si n errauit (errauit autem de Lbino), tum Gzius. Plures ant conparationis caussa, plurumas esse, nihil opus confusione dixi ad § 9. Deinde *neruis* meliores codices, ., Mor., et deteriorum minume mali, unus Lbini, Pal. 4,) et 3, etiam El. (Gud. 2 *uerius*), recteque Gzius probaante Marsus et Dau., qui tamen malebat *contentis ner-* caussa; nam neruis, id est, neruorum tensione ipsæ totæ tenduntur. In ceteris codicibus et editionibus, conmutato o, scribitur *numeris;* itaque fidis intellegunt singulos nerrumque nullum numeris contentum dici putant, tripliciter , primum in significatione uocis *fides*, deinde quod numei neruom posse putant, postremo quod in unius nerui tenncentum aut discrepantiam adparere credunt, ut is ipse spectari possit. Et de hoc quidem dici opus non est. Ne quidem obscurum, numeros in musicis pertinere ad sonorum ctionem aut breuitatem, cuius recta proportio conseruetur ficiatur non neruorum tensione, (quis enim nouit *eine tactig gestimmte Saite?*) sed artificis diligentia. Fidis autem singulis neruis dici, recentiores, si, ut debebant, lexica inspecat, unius Prudenti testimonio confirmatum repperissent (*quæ*

Zenone mutatis ita disputabat, et quae bona negarentur esse ab eo, et quae mala, illa laetioribus nominibus appellari ab eo, quam a nobis, haec tristioribus. Piso igitur hoc modo, uir optumus tuique, ut scis, amantissumus. Nos, paucis ad haec additis, finem faciamus aliquando. Longum st enim ad omnia respondere, quae a te dicta sunt.

XXVII. 74. Nam ex eisdem uerborum praestigiis et regna nata uobis sunt et inperia et diuitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis. Solum praeterea formosum, solum liberum, solum ciuem; *stultos* omnia contraria, quos etiam insanos esse uoltis. Haec παράδοξα illi; nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, quom prope accesseris? Conferam tecum, quam cuique uerbo rem subicias; nulla erit controuersia. Omnia peccata paria dicitis. Non ego tecum iam ita iocabor, ut isdem his de rebus,

disputabat) *disputabant* EP et quae) *ut quae* C esse ab eo) *ab eo esse* E appellari ab eo) *ab eo app.* LCROr. om. *appellari* P ut scis) *scis* E 74. eisdem) *iisd.* R *stultos*) om. omnes; *stultorum* Or. sine nota. etiam) *et* C habent admir.) *adm. h.* L Non) *noni* E iocabor) *locabor* E *loquar* PCROr.

Cap. XXVII, 74. *stultos omnia contraria*) Prima uox in codice archetypo (Pall., Dau., Oxx., Gzianis) omissa erat; itaque Manutius e cod. Maffei addidit *stultorum* tenueruntque ceteri; quae forma orationis probari non potest, ut hoc: *stultorum contraria omnia esse dicitis*, hanc habeat uim, stultos in contraria uitia et miserias incidere. Cod. El. (1) et ex simili codice editio Crat. addunt *stultis* post *contraria*, in quo non *nata esse* librarius intellegi uoluit, ut Dauisius putat, sed *contraria* intellexit *aduersa*. Ipsa breuitas orationis, qua haec superioribus adiunguntur, ostendit, easdem seruari structuram; itaque *omnia contraria* eo modo, quo ad 65 dixi, locum tenet adiectiuorum superioribus contrariorum: *deformis*, *seruos*, *non ciuis* (*exules*). Idem uideo Morelio placuisse. Mox ad *illi* ex *dicamus* sumitur *dicunt*; uid. ad III, 21.

ita iocabor) Sic cod. Mor. et mgo Crat. et, Gzio teste, Bas. et Uindob., nec discedunt Erl. et Spir., nisi quod littera *i* paullo longius ducta transiit in *l*. Ceteri codices et editiones *loquar*. Iocari Ciceronem in oratione pro Murena, nemo nescit. *Apud inpe-*

quom L. Murenam, te accusante, defenderem. Apud inperitos tum illa dicta sunt; aliquid etiam coronae datum; nunc agendum st subtilius. 75. Peccata paria. Quonam modo? Quia nec honesto quicquam honestius nec turpi turpius. Perge porro; nam de isto magna dissensio st. Illa argumenta propria uideamus, cur omnia peccata sint paria. Ut, inquit, in fidibus pluri-

etiam) *et* E 75. quonam) *quodam* L nec) *neque* C quicquam) *quid* L peccata sint paria) *s. paria pecc.* E pluribus) *plurimis* (E)PCR

ritos philosophiæ iudices dixit, dedit aliquid etiam *coronæ* hominum circumstantium et audientium.

75. *Peccata paria. Quonam modo? Quia* &c.) Sententiam ponit tamquam e Stoici persona; ex sua cum admiratione interrogat; iterum ex illa rationem reddit. Cfr. V, 79 et 86, II, 6, III, 14. Uolgo sic uerba continuant: *Pecc. par. quonam modo?*

Ut in fidibus pluribus — neruis sit) Hoc est: Si ex pluribus organis musicis neruos habentibus nullius nerui ita intenti sunt, ut id concentum seruare possit, neruis consonantibus. *Pluribus* cod. Mor., Scalig., mgo Crat., ψ, Gzi omnes (?), Uictorius, si Orellius non errauit (errauit autem de Lbino), tum Gzius. Plures esse debebant conparationis caussa, plurumas esse, nihil opus erat; de confusione dixi ad § 9. Deinde *neruis* meliores codices, Erl., Spir., Mor., et deteriorum minume mali, unus Lbini, Pal. 4, Par. 1 (P) et 3, etiam El. (Gud. 2 *uerius*), recteque Gzius probauit, et iam ante Marsus et Dau., qui tamen malebat *contentis neruis*, sine caussa; nam neruis, id est, neruorum tensione ipsæ totæ fides contenduntur. In ceteris codicibus et editionibus, conmutato conpendio, scribitur *numeris;* itaque fidis intellegunt singulos neruos, eorumque nullum numeris contentum dici putant, tripliciter errantes, primum in significatione uocis *fides*, deinde quod numeris tendi neruom posse putant, postremo quod in unius nerui tensione concentum aut discrepantiam adparere credunt, ut is ipse per se spectari possit. Et de hoc quidem dici opus non est. Ne illud quidem obscurum, numeros in musicis pertinere ad sonorum productionem aut breuitatem, cuius recta proportio conseruetur et efficiatur non neruorum tensione, (quis enim nouit *eine tactmässig gestimmte Saite?*) sed artificis diligentia. Fidis autem pro singulis neruis dici, recentiores, si, ut debebant, lexica inspexissent, unius Prudenti testimonio confirmatum repperissent (*quæ*

bus, si nulla earum ita contenta neruis sit, ut concen-

neruis) *numeris* CROr.

tuba quamue lyra Flatibus incluta uel fidibus), quod in hac nostra caussa nullum esse, ipsi confiterentur; addam Nonium *fidis* interpretari *chordas*, ascribentem Ciceronis et Uirgili locos, ubi apertissume de organo musico dicatur, ne ipsum quidem fortasse praue sentientem, sed aliud uerbum, quo uteretur in explicando, non reperientem. Sed recte Festus fidis ait esse genus citharæ. (Citharæ Græcum nomen Cicero non habet, lyræ posuit Tusc. I, 4 in re Græca). Quomodo autem Cicero, si fides umquam neruos significarent, appellaret, ut aliquotiens facit, *neruos in fidibus* (de Orat. III, 216, de Diuin. II, 33, de Legg. II, 39)? At enim dicuntur tamen sic *fidiculæ*. Ne hoc quidem uerum; nam de N. D. II, 22: *fidiculas numerose sonantis* intellegi non neruos, sed citharas, et *numerose* significat et adparet ex eo, cui hoc respondet: *modulate canentes tibiæ*. In seruis autem torquendis imperatorum tempore non singuli funes fidiculæ appellabantur, sed tota machina, quæ funibus tamquam neruis instructa acerbe ludentibus fidium speciem habere uisa st; *fidiculam* singulari numero in hac re nemo audiuit. At, nisi fides proprie nerui sunt, unde de una cithara plurali numero utimur? Nimirum, si pauca quædam uocabula exceperis, ut *tabularum* nomen, *cerarum*, cett., peruersissume statuitur, nota illa nomina ideo pluraliter tantum dici, quod initio non totam eam rem, quæ plurali nunc significetur, sed singulas, ex quibus illa constet, significarint; quod quam ineptum sit, in *tenebrarum*, *diuitiarum* ceterisque appellationibus facile adparet. Hæc nomina sua ui et primo ortu totum significarunt, et tamen pluraliter prolata sunt, quod res conpositam et multiplicem speciem animo obiciebat; itaque ratio habetur partium, non ipsæ partes separatim sic appellantur; *scalæ* dicuntur propter multitudinem graduum, nec tamen singuli gradus scalæ dictæ sunt, nisi quod Martialis, modo locum recte intellegamus, semel sic praue locutus est. Nec ad Latinum tantum sermonem hæc pertinent. Sed offendet fortasse, quod, quom fides pluraliter dicantur, *nulla* tamen earum dicitur; nam *nullæ* dicendæ fuisse uidentur; itaque dicat aliquis, hinc intellegi neruom significari. Sed quom non prorsus inauditum esset, citharam lyramue etiam *fidem* singulari numero dici, quo in sidere lyræ Latine nominando in prosa oratione Uarro, in Arateis Cicero aliique semper utuntur, interdum etiam *fidiculam* dicentes, Cicero in hac conparatione plurium cithararum et nullius (unius) citharæ maluit singularem sequi. (Facile autem intellegitur, cur

tum seruare possit, omnes aeque incontentae sint, sic peccata, quia discrepant, aeque discrepant; paria sunt igitur. Hic ambiguo ludimur. Aeque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentae sint; illud non continuo, ut aeque incontentae. Conlatio igitur ista te nihil iuuat. Nec enim, omnis auaritias si aeque auaritias esse dixerimus, sequetur, ut etiam aequas esse dicamus. 76. Ecce aliud simile dissimile. Ut enim, inquit, gubernator aeque peccat, si palearum nauem euertit, et si auri,

incontentæ) *contentæ* PCR igitur) *sibi* E Hic) *Hoc* LC *hæc* R ludimur) *ludimus* LC *audimus* R fidibus) om. L incontentæ sint) *contentæ sint* C sequetur) *sequitur* PCR ut etiam) *etiam ut* ROr. *et ut* C æquas) *æqua* E 76. si palearum — peccat) om. L

in unitate sideris significanda sensus Latinorum pluralem numerum refugerit. Singularis numeri forma non antiqua et nec obsoleuerat, sed noua.) Restat adnotandus usus præpositionis *in*. Nam orationis seuera regula postulare uidetur, ut aut sic dicatur: *Ut fides plures, si nullam earum, — omnes*, aut sic: *Ut si e pluribus fidibus nulla*. Sed *in* ante diuisionem Cicero posuit, ut alibi, materiam, in qua res adpareat, significans, quasi dicas: Ut in pluribus fidibus fit, ut æque incontentæ sint &c. Multo durius ita dixit V, 31: *in paruis — extimescunt*, pluribus interiectis, hoc est: in paruis sæpe fit, ut extimescant; nam peruerse Ernestius et Gzius partitionem inducunt, ut *in paruis qui* sit: *ii ex paruis, qui*, quod primum dici nequit, deinde prorsus a sententia loci abhorret; neque enim Piso alios pueros de iis rebus, quas ante nominauit, cogitare dicit, alios non cogitare, sed generatim pueros, qui talia non cogitent, ab adultis seiungit. Supra III, 63: *Ut in membris alia sunt* &c. et N. D. II, 123: *ut in araneolis alia* &c. (qui locus illius conparatione satis defenditur) partitio st; neque tamen ea significatur ipsa præpositione, ex qua hæc eeficitur sententia: Ut in membris fit (uidemus), ut ex eis &c.

omnes æque incontentæ) Deteriores codices *contentas* (Oxx. omnes); tum in repetito uerbo *discrepant* aberrarunt eorum nonnulli, uelut Eξχ: *quia discrepant, paria sunt* (*sint* χ). *Igitur hoc* (sic etiam ψ) *ambiguo ludimus* (etiam ψ). Et eodem modo Mor., tantum quod *hic*; mgo Cratandri: *igitur. Hoc-ambiguo ludimur* (in contextu st: *Igitur hoc ambiguo ludis me*, ut etiam Uict.). Paullo post *sequetur etiam*, ut Gzius tamquam ex omnibus suis; reclamat Erl.

item aeque peccat, qui parentem et qui seruom iniuria uerberat. Hoc non uidere, cuius* generis onus nauis uehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere! itaque, aurum paleamne portet, ad bene aut ad male guber-

peccat, qui) *petunt qui* E et qui) *et* E Hoc) *Hæc* PR *hic* C *nec* L id ad) *ad* P *et ad* LCR nihil) *nil* P paleamne) *paleamue* (E)COr. portet) *præter* E *oportet* R

76. *Hoc non uidere*) Sic etiam e Spir. Gzius, et antea ed. a. 1480; ceteri *hæc;* Dauisius, quia accusatiuom cum infinitiuo requirebat, scribi malebat: *hunc non uidere*, quasi Cicero id miretur, hunc (talem tamque prudentem) hominem hoc non uidere; et finxit sibi aduersarium prorsus incertum (*inquit*). Tanta et huius loci et eius, quod II, 29 legitur, similitudo, tamque aperta in utroque loco caussa solius infinitiui in exclamando positi, ut alter alterum tueatur. Et in Uerr. V, 14, quem locum ad II, 29 Gzius ascripsit: *Tantumne uidisse &c.*, etsi ex superioribus audiri potest *imperatorem*, tamen subiectum necessario omittitur, quia Cicero irridens non admiratur, hunc (inertem hominem) tantum uidisse, sed ipsam prudentiam tantum uidendi per se, ex qua concludit, præclarum imperatorem fuisse. Obscura autem notio personæ, ad quam referatur uerbum infinitum, ne hic quidem deest, quoniam Cicero aduersarium hoc non uidentem induxit. Ludit Lbinus nimis licenter, quom scribit: *Hic nemo non uidet.* Iidem optumi codices Gzio præbuerunt: *id ad gubernatoris artem*, quod, si Hertelio credimus, præceperat Marsus et coniectura Dauisius. In deteriorum principe excidit *id* ante *ad* (P, ac sic Man., Lb., Das.); deinde additum et *et* (*et ad gub.* Parr. tres, El., Ox. Ἐξγφ, editiones ceteræ); Mead., Gud. 1, Bas. *et id ad gub.*

aurum paleamne) Sic Uict., Lbinus, Dau. ex Mead. et C. C. C. (Gud. 1); recentiores ne sic quidem recordabantur, interrogatiuam particulam esse *ne*, non *ue*; et tamen § 69 ediderant: *nihil interesse, utrum ualeamus ægrine simus;* (Parad. III, 20: *auri nauem euertat gubernator an paleæ, nihil interest*). Adeo frustra admonuit homines Bentleius ad Hor. Sat. I, 2, 63, adeo ne peruagatæ quidem et facillumæ res aliquando perdiscuntur. Acad. II, 34 soli Man. et Lbinus recte ediderunt: *quom sit incertum, uere inaniterne moueatur.* Paullo post magis perspicua esset sententia, si sic scriberetur: *Etsi in ipsa gubernatione, si neglegentia si nauis euersa, maius est peccatum &c.* Nam condicionis pondus totum et in neglegentiæ nomine totaque sententia correctionem et adiectionem habet huiusmodi: Quamquam quod dixi in gubernando

nandum nihil interesse. At quid inter parentem et seruolum intersit, intellegi et potest et debet. Ergo in gubernando nihil, in officio plurumum interest, quo in genere peccetur. Et, si in ipsa gubernatione neglegentia st nauis euersa, maius est peccatum in auro quam in palea. Omnibus enim artibus uolumus adtributam esse eam, quae communis appellatur prudentia; quam omnes, cuicunque artificio praesunt, debent habere. Ita ne hoc modo paria quidem peccata sunt.

XXVIII. 77. Urgent tamen et nihil remittunt. Quoniam, inquiunt, omne peccatum inbecillitatis et inconstan-

et potest) *potest* E ergo in) *ergo et* L si in) *si* L cuicunque) *qui cuique* omnes, Or. sunt) *sint* E 77. Quoniam) *quam* E

nihil interesse, hic quoque interest, si neglegentia euersa st nauis; maiorem enim diligentiam in auro adhiberi iubet communis prudentia. (*Et* in corrigendo sufficit, nec necessariam st *etsi*, sed *si* non recto loco ponitur.)

omnes, cuicunque artificio præsunt) Nullum in hac re artifici discrimen esse ait, sed in omnibus omnino artibus eam prudentiam requiri; id sic dicitur Latine, ut edidi, coniecturam sequens. Quod in codicibus scriptum st (ortum e *quoicunque*, in qua scriptura librarii sæpe errarunt), significationem habet distributionis, quasi ab iis, qui singulis artificiis præsint, aliquid postuletur, quod eorum proprium sit, idque ad omnis, qui in una aliqua arte uersentur, pertineat; nam *qui cuique artificio præsunt*, ii sunt, qui Germanice appellantur: die Ausüber der respectiven (jeder einzelnen) Kunst oder Handwerks. Qui hanc scripturam tulerunt, *cuique artificio* intellexerunt *omni, cuiuis* (cfr. ad I, 11); deinde non adtenderunt, hoc quoque inepte dici; nam *qui cuiuis artificio præsunt*, ii sunt, qui ad omnia parati sunt nec ullo abstinent. Poterat dici: *omnes, qui ulli artificio præsunt*. In E§ scriptum st: *omnes, quicunque artificio præsunt*. Debebat necessario addi *alicui*.

Cap. XXVIII, 77. *Ita ne hoc modo paria quidem*) Iure hic uerborum ordo Lbino insolens uisus est, non propter tria uerba inter *ne* et *quidem* interposita, sed quod sic insignitur *paria*, quasi hoc dicatur, ne paria quidem esse peccata, ac non hoc, quod superiora argumenta ecficere non potuerint, id *ne hoc quidem modo* ecfici (ut II, 87: *ne illo quidem modo*). Dubito de scriptura. Paullo post *necesse st esse paria* etiam Gud. uterque et Bas.

genere mitior, in altero inlustrior, semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant. Quos quidem tibi studiose et diligenter tractandos magno opere censeo. 80. Sed quoniam et aduesperascit et mihi ad uillam reuertendum st, nunc quidem hactenus; uerum hoc idem faciamus saepe. Nos uero, inquit ille. Nam quid possumus facere melius? Et hanc quidem primam exigam a te operam, ut audias me, quae a te dicta sunt, refellentem. Sed memento, te, quae nos sentiamus, omnia probare, nisi quod uerbis aliter utamur, mihi autem uostrorum nihil probari. Scrupulum, inquam, abeunti; sed uidebimus. Quae quom essent dicta, discessimus.

80. et aduesperascit) *aduesp.* LPCR faciamus sæpe) *s. f.* LPCR quidem) om. P operam — a te) om. E quæ nos) *nos* L nisi) *ni* omnes. nihil) nil L

80. *et aduesperascit*) *Et* etiam e Spir. Gzius addidit. Et duæ caussæ recte nominantur et possunt in unam conferri necessitatem ante uesperum reuertendi. Etiam Spir. *faciamus sæpe*; ante Gzium inuerse.

nisi quod) Sic Man., Lbinus, Dau. Codices (Oxx., Gzi) et uett. edd. *ni*, quod nisi cum uerbo neque Cicero neque alius quisquam scriptor posuit. Gud. 2 et Bas. *utimur*.

M. TULLI CICERONIS

DE

FINIBUS BONORUM ET MALORUM

LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

In prooemio libri Cicero narrat, quom ipse et Q. frater et M. Pupius Piso et T. Pomponius Atticus et L. Cicero, frater ipsius patruelis, Athenis Antiochum audiuissent, et ambulationem postmeridianam in Academia conficerent, sermone ducto primum a conmemoranda ui locorum ad clarorum uirorum memoriam in animis renouandam, mentionem incidisse ueteris et recentioris Academicorum disciplinæ, quom Piso L. Ciceronem ad ueterem, in qua etiam Peripatetici essent, persequendam hortaretur. Tum rogatum a se Pisonem, ut ueteris Academiæ et Peripateticorum sententiam de finibus bonorum explicaret, huiusmodi orationem esse exorsum (c. 1-3): Peripateticorum disciplina in tris partis, ut fere ceteræ, diuiditur, physicam, dialecticam, ethicam. Hæc tertia pars ab illis non solum ad priuatæ uitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata st et ab Aristotele et Theophrasto copiose explicata (c. 4). Hi de fine bonorum in ipsa summa et secum et inter se consentiunt; sed quom de beata uita quæratur, in eo ua-

riari inter eos nonnumquam uidetur, maxume propter Theophrasti librum de beata uita, in quo multum fortunae datur. Itaque tenendus est maxume ipse Aristoteles et eius fili Nicomachi libri de moribus, adhibendus tamen Theophrastus; num ceteri aliquantum deflexerunt. Ueterum autem sententiam Antiochus diligentissume persequitur (c. 5). De summo bono, quo constituto in philosophia omnia constituta sunt, quoniam magna dissensio st, adhibenda st diuisio Carneadis, qui, quot fuissent et quot esse omnino possent de summo bono sententiae, uidit. Id enim, quod ars uiuendi adsequi uolt, aptum et adcommodatum naturae esse debet et tale, ut ipsum per se adpetitum animi adliciat. Quaeritur igitur, quid id sit (c. 6). Naturae adpetitus amplectitur aut uoluptatem aut uacuitatem doloris aut ea, quae prima secundum naturam nominantur; aut igitur unum ex his tribus ipsum summum bonum haberi potest aut facere omnia unius ex his tribus adipiscendi caussa, ut sex sint simplices de summo bono sententiae (c. 7). Iunctae et duplices sententiae tres fuerunt, quom ad uirtutem aut uoluptas aut uacuitas doloris aut prima naturae adiungerentur. Atque haec postrema, quae Academicorum et Peripateticorum st, ceteris facile semotis, quae tamen disputatio hoc loco exponi nequit, sola remanet, eaque quomodo oriatur et confirmetur, deinceps explicandum st (c. 8). Omne animal se ipsum diligit et adpetit naturae adcommodata. Ita finis existit, secundum naturam uiuere, sic adfectum, ut optume adfici possit. Sed quom alia sit aliorum animalium natura, homini summum bonum st uiuere ex hominis natura undique perfecta et nihil requirente (c. 9). Omnis autem se diligere, etiam qui se odisse putentur, facile intellegitur; nam ipsa sibi irascendi caussa ex sui caritate nascitur (c. 10). Nec ea uis diligendi ad aliam quampiam rem refertur, sed ad se ipsum; quanta autem sit, ex mortis timore adparet (c. 11). Uidendum st igitur, quae sit hominis natura. Ea et in corpore proprii aliquid habet (c. 12), et in animo uirtutes quae-

rit, quarum aliæ non uoluntariæ sunt, quas ingeniosi habent, aliæ uoluntariæ, quæ ad mores pertinent, magnæ et ueræ. Quoniam autem ea maxume expetenda sunt ex nostris, quæ plurumum habent dignitatis, animi uirtus corporis uirtuti anteponitur, animique uirtutes non uoluntariæ uincunt uoluntarias (c. 13). *Nam et in bestiis simile aliquid uirtutis inest et earum rerum, quæ gignuntur e terra, perfectio quædam st non dissimilis animantium; sed si ad hæc ratio, qualis in homine st, adcesserit, ea primo loco erit, illa tamen, quæ antea erant, manebunt et tuenda erunt. Ita summum hominis bonum cumulatur ex integritate corporis et ex mentis ratione perfecta* (c. 14). *Sed prima illa commendatio, quæ a natura nostri facta st nobis, incerta et obscura st; quid natura uelit, sensim intellegi incipit et in pueris scintillæ uirtutum adparent* (c. 15). *Progrediendum st longius et uidendum penitus, quid natura postulet. Quoniamque animi is adpetitus a principio fuit, ut corpus animumque quam perfectissuma natura haberemus, si id consecuti erimus, in eo quasi ultumo consistitur. In corporis commodis sitne uoluptas, nihil ad hanc quæstionem* (c. 16). *Hactenus disputatio ducta st a prima commendatione naturæ, qua nos diligimus; sed etiam quia cuiusque partis naturæ et in corpore et in animo sua quæque uis est, idcirco in iis nostra sponte mouemur. Et primum corporis et statum quendam et motum et figuram et bonam ualetudinem expetimus ipsa propter se, quod tale corpus maxume e natura st* (c. 17). *In animo autem excellit et multis modis quom in pueris tum in uiris eminet scientiæ cupiditas, quæ satiari nequit* (c. 18, 19). *Huic adiunctum st studium semper aliquid agendi, quo homines inpulsi aut priuatis negotiis occupantur aut rem publicam capessunt aut in illa ipsa doctrina et scientia quærenda laborem conlocant* (c. 20). *Ergo ad agendum nati sumus; actiones uirtutes sunt, quarum initia parua sunt et ita a natura inchoata, ut ipsi persequi longius debeamus* (c. 21). *Atque hæc ho-*

nesta suapte natura esse expetenda, indicant et puerorum et magis etiam adultorum hominum iudicia et studia (c. 22). In omni autem honesto nihil est tam inlustre nec quod tam late pateat, quam iustitia; sed omnes uirtutes ita confusæ et coniunctæ sunt, ut separari nisi philosophorum ratione non possint. Et quoniam inest in uirtute cura quædam quasi foras spectans, ex quo fit, ut amici, propinqui, ciues, omnes denique homines propter se expetendi sint, duo genera sunt propter se expetendorum, unum in ipsis nobis, quæ sunt animi aut corporis, alterum extrinsecus, ut amici, parentes, liberi. Sed hoc alterum genus non continetur fine bonorum (c. 23), et tamen omnia ad eum referuntur; nam externa tuemur iis officiis, quæ oriuntur a uirtutibus. Uirtutis præstantiam qui non uident, ii tamen gloria mouentur, quæ habet similitudinem honestatis. Ex uirtute et corporis bonis cumulatur et absoluitur extremum et summum bonum; sed tamen tantum ceteris uirtus præstat, ut, qui eam habeant, semper sint beati (c. 24). Ex hac plena et perfecta explicatione summi boni alii philosophi particulas quasdam arripuerunt; Stoici omnia ad se mutatis nominibus transtulerunt (c. 25). Ad finem perducta Pisonis disputatione, M. Cicero uereri se dicit, ut uirtus beatam uitam ecficere possit, si, ut Peripatetici putent, alia bona et mala sint præter honestatem et turpitudinem. Piso illud non minus in Peripatetica disciplina ecfici iudicat, quam apud Stoicos, a quibus aspera et reicienda appellentur, quæ a Peripateticis mala (c. 26). Ciceroni Stoici constantiores uidentur nec beato quisquam beatior esse posse (c. 27 et 28). Itaque Piso, nouo sumpto exordio, postquam omnem philosophiam in uita beata conparanda uersari ostendit, Stoicos negat nouis nominibus inconstantiam ecfugisse, si qua fuerit apud ueteres (c. 29); sed Peripateticos sibi constare; neque enim eos illa, quæ bona corporis et externa appellent, pluris æstumare, quam Stoici commoda æstument; et ut ceteræ res ex præcipua parte appellentur,

sic fieri in beatæ uitæ æstumatione et appellatione (c. 30). Sapientem plus semper boni habere, quom uirtutem habeat, nec tamen omnibus malis semper liberum esse (c. 31, 32).

Sermo habitus fingitur (a. 79 a. Chr.), quo tempore Cicero post defensionem Sex. Rosci se ualetudinis et studiorum caussa in Græciam contulerat et Athenis sex mensis cum Antiocho fuit studiumque philosophiæ a prima adulescentia cultum hoc auctore et doctore renouauit (Brut. 315, Plut. Cic. 4; de N. D. I, 6).

I. 1. Quom audissem Antiochum, Brute, ut sole-

1. audissem) *audiuissem* (BP) solebam) *solebat* omnes, Or.

Cap. I, 1. *Quom audissem — solebam*) *Audissem* edd. uett., Dau., Gzius e quattuor suis, EU*χ*. Marsus, Crat., alii *audiuissem*. Deinde codices et editiones *solebat*, quod P. Uictorius primus iure inprobauit Uarr. Lectt. XXV, 19, deinde alii. Nam *ut solet* inpersonaliter, omisso *fieri*, suā natura et usu loquendi de iis tantum ponitur, quæ uolgo et communi quodam more fiant, ut pro Cluent. 161, ad Fam. IX, 16 (*non, ut olim solebat, Atellanam, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti*), Liu. XXX, 10. (*Ut adsolet* de sollemni more et ritu certæ alicuius rei dicitur, Philipp. II, 82, Læl. 7, Liu. I, 28, Tac. Ann. I, 21.) Adparet autem, Ciceronem non de communi more Antiochi audiendi sed de sua consuetudine loqui. Correxi igitur unius litteræ mendum, quod § 7 (*poterit*) pridem fecerant. (Qui *disputantem* addidit in ed. pr., hunc Antiochi morem fuisse putauit; id uerbum Crat. et Man. habent; Uict. et Lbinus sustulerunt, codices testantes. M. Pupium Pisonem Calpurnianum, qui aliquot annis maior quam Cicero fuit, sed biennio post ad consulatum peruenit, ex Ciceronis et Asconi locis, qui in Orelli Onomastico conlecti sunt, nonimus multarum litterarum hominem fuisse, cognoscendæ philosophiæ studiosum, Peripateticæ sententiæ deditum, Ciceronis ab adulescentia familiarem, qui tamen consulatum eius acerbe reprehendit in epistulis ad Atticum.

nesta suapte natura esse expetenda, indicant et puerorum et magis etiam adultorum hominum iudicia et studia (c. 22). In omni autem honesto nihil est tam inlustre nec quod tam late pateat, quam iustitia; sed omnes uirtutes ita confusæ et coniunctæ sunt, ut separari nisi philosophorum ratione non possint. Et quoniam inest in uirtute cura quædam quasi foras spectans, ex quo fit, ut amici, propinqui, ciues, omnes denique homines propter se expetendi sint, duo genera sunt propter se expetendorum, unum in ipsis nobis, quæ sunt animi aut corporis, alterum extrinsecus, ut amici, parentes, liberi. Sed hoc alterum genus non continetur fine bonorum (c. 23), et tamen omnia ad eum referuntur; nam externa tuemur iis officiis, quæ oriuntur a uirtutibus. Uirtutis præstantiam qui non uident, ii tamen gloria mouentur, quæ habet similitudinem honestatis. Ex uirtute et corporis bonis cumulatur et absoluitur extremum et summum bonum; sed tamen tantum ceteris uirtus præstat, ut, qui eam habeant, semper sint beati (c. 24). Ex hac plena et perfecta explicatione summi boni alii philosophi particulas quasdam arripuerunt; Stoici omnia ad se mutatis nominibus transtulerunt (c. 25). Ad finem perducta Pisonis disputatione, M. Cicero uereri se dicit, ut uirtus beatam uitam ecficere possit, si, ut Peripatetici putent, alia bona et mala sint præter honestatem et turpitudinem. Piso illud non minus in Peripatetica disciplina ecfici iudicat, quam apud Stoicos, a quibus aspera et reicienda appellentur, quæ a Peripateticis mala (c. 26). Ciceroni Stoici constantiores uidentur nec beato quisquam beatior esse posse (c. 27 et 28). Itaque Piso, nouo sumpto exordio, postquam omnem philosophiam in uita beata conparanda uersari ostendit, Stoicos negat nouis nominibus inconstantiam ecfugisse, si qua fuerit apud ueteres (c. 29); sed Peripateticos sibi constare; neque enim eos illa, quæ bona corporis et externa appellent, pluris æstumare, quam Stoici commoda æstument; et ut ceteræ res ex præcipua parte appellentur,

tempus ad Pisonem omnes. Inde uario sermone sex a Dipylo stadia confecimus. Quom autem uenisse-s in Academiae non sine caussa nobilitata spatia, so-do erat ea, quam uolueramus. 2. Tum Piso, Natu-ae nobis hoc, inquit, datum dicam an errore quodam, , quom ea loca uideamus, in quibus memoria dignos os acceperimus multum esse uersatos, magis mouea-ur, quam si quando eorum ipsorum aut facta audia-s aut scriptum aliquod legamus? Uelut ego nunc oueor. Uenit enim mihi Platonis in mentem, quem cepimus primum hic disputare solitum; cuius etiam

uario sermone) *serm. uario* E a) *ab* Or. Dipylo) *ypilo* P Academiae) Academia P *Academiam* LCR 2. inquit) *inquam* R quom) *quando* C mul-e) *multos* C quam si) *quasi* E quando) *ante* LPCR audiamus) *audias* L quod) *aliquid* LPCR

A Dipylo) Gzi codices *ab Dypylo*, *ab Hypylo*, *ab Ypilo*, unde *ab Dipylo*. Porta hæc, quæ olim Thriasia appellata fuerat, ad Ceramicum sita, qui intra et extra eam erat, septentrionem specta-at. Ea exeuntes primum Ceramicum exteriorem permeabant, inde ad sinistram paullum flectentes ad Academiæ lucos et spa-ia (cfr. Orat. 12) ueniebant. Sed et a porta prodeuntes et fle-tentes Coloneum prospiciebant (Κολωνὸν Ἵππιον), recta uia paullo ulterius situm, decem summum stadiis ab urbe (Thucyd. VIII, 67), quem collem cum templo Neptuni et uicum (δῆμον) Sophocles, quem Κολωνόθεν fuisse notissumum st, et natalibus et carmine nobilitauit. Faciem locorum descripsit et tabula expressit Leakius in libro de situ et locis Athenarum (p. 156 et 161 sqq. interpretat. German. 1829). *In Academiæ* — *spatia*, quod etiam Spir. confir-mat, habent Crat., Uict., Lbinus, Dau. Pal. 4 et relicui Gzi (omnesne?) *in Academia* — *spatia*, Pall. ceteri, (sine dubio Daui-siani), Eχψ *in Academiam* — *spatia* (Mars., Man., Grut.).

2. *si quando*) Sic etiam mgo Crat., restituitque, ni fallor, Manutius. Deteriores codices (Pall. omnes, Oxx. EUχψ) et edd. superiores (Marsus &c.) *si ante*; (Gzius in tribus suis codicibus et uett. edd. narrat esse *si quando ante*). Uictorius *si aut*. Tum *scriptum aliquid* deteriorum familia (Eξχ, duo Gzi). *Propinqui hort.* etiam Spir. Edd. inuerse. Paullo post *hic ponere* ex ed. prima Man. et ceteri, donec *hic* sustulit Dau., codicibus parens (suis et Eξχψ).

illi propinqui hortuli non memoriam solum mihi adferunt, sed ipsum uidentur in conspectu meo ponere. Hic Speusippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo; cuius ipsa illa sessio fuit, quam uidemus. Equidem etiam curiam nostram (Hostiliam dico, non hanc nouam, quae minor mihi esse uidetur, posteaquam st maior) solebam intuens, Scipionem, Catonem, Laelium, nostrum uero in primis auom cogitare; tanta uis admonitionis in-

propinqui hort.) *hort. pr.* LPCROr. meo) add. *hic* C minor mihi) *mihi m.* CR admonitionis) *admirationis* C (*inest admon.* P)

cuius ipsa illa sessio fuit) Hanc ipsam (ebcn diese) eius fuisse adnotat. Male E§, Bas. et ex iis Gzius: *cuius ipsius.* Dauisius *ipsa* omisit, sequens Par. 1 et 2. Mead. *illa ipsa.*

Hostiliam dico, non hanc nouam) Notat Gzius Ciceronis errorem, qui Pisonem inducat curiæ Hostiliæ deflagrationem significantem, quam multis annis post in P. Clodi funere accidisse notissimum sit; et tum demum Faustum Sullam ex SCto nouam splendidiorem extruxisse. In eadem sententia ceteros fuisse puto; certe recentiores sunt omnes. Uerum in ipso exordio, ubi Cicero sermonis olim habiti formam et occasionem fingit, ueterumque temporum memoriam et amorem fratris patruelis amissi renouat, non potuit ita obliuione inplicari; facillumeque res expeditur. *Hostiliam* enim proprie appellat eam curiam, quæ fuit ante L. Sullam dictatorem, in qua Scipio, Cato, Lælius sententias dixerant, *nouam* autem, quam Sulla, uetere mutata et amplificata, fecerat uno aut altero anno ante quam hic sermo haberi fingitur (a. 81 aut 80). Itaque Dio Cass. XL, 50 de ea, quæ conflagrauit: Ἦν μὲν γὰρ τὸ Ὀστίλιον, μετεσκεύαστο δὲ ὑπὸ τοῦ Σύλλου. Atque propter hanc ipsam caussam, quod ea proprie Cornelia erat (neque Asconius Hostiliam deflagrasse dicit), Fausto restitutio data st, cuius opus fortasse iam tum, quom Cicero hæc scripsit, destructum erat aut destruebatur (uid. Dio Cass. XLIV, 5). *Minor mihi* Gzius tamquam e Gud. utroque et Bas. Certum st (non silentio), ita in Erl. esse.

nostrum uero in primis auom) Significat, opinor, L. Pisonem eum, qui primus Frugi cognomen meruit, primæ repetundarum legis auctorem, annalium scriptorem, antiquom hominem et sacrum, clarissumæ famæ. Ipsum enim M. appellatum esse Frugi, scimus e fragmento quodam orat. pro Flacco (Schol. Ciceron. II p. 233 ed. Or.). In proxumis uerbis *tanta* non cum *ut* coniungi-

est in locis; ut non sine caussa ex iis memoriae ducta sit disciplina. 3. Tum Quintus, Est plane, Piso, ut dicis, inquit. Nam me ipsum huc modo uenientem conuertebat ad sese Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos uersabatur, quem scis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc uenientis et illo mollissumo carmine, quaenam essent haec ipsa loca, requirentis, species quaedam conmouit, inanis scilicet, sed conmouit tamen. Tum Pomponius, At ego, quem uos ut deditum

iis) *his* EPOr. 3. admirer) *admirarer* L quidem) *quid* E quaenam) *quæ iam* C hæc ipsa) *ipsa hæc* LPCROr.

tur, sed ad superiora refertur (ut propter eam illa fieri soleant); tum adiungitur consecutio: (ita) *ut* &c. Simonideam artem *μνημονικὴν* significari adparet.

3. *Coloneus ille locus*) Mire dictum uidetur et aut *Colonus ille* ponendum fuisse, quod Bremio in mentem uenit, aut, si nomen appellatiuom addere placeret, tali utendum fuisse, in quo proprietas aliqua notaretur, uelut, quod Ualckenario (ad Callimach. p. 216) placuit, *Coloneus ille lucus*. Sed Cicero illa circumlocutione usus est, quod *Colonus* ambiguitatem habebat propter Latinam uocem earundem litterarum. Quod Pausanias (I, 30, 4) Colonum dicit esse locum (χῶρον), id quidem ad hanc rem nihil pertinet. Q. Ciceronem ipsum tragoedias scripsisse, in hac Sophoclis conmemoratione meminisse debemus.

illo notissumo carmine &c.) Oedip. Colon. initio: *τίνας Χώρους ἀφίγμεθ' ἢ τινων ἀνδρῶν πόλιν;* et 38: *τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος;* et 52: *τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;* Splendidius locum describit et exornat chorus notissumo carmine u. 668 sqq.

inanis scilicet, sed conmouit tamen) Cod. Mor. et mgo Crat. *inaniter scilicet*, quod probarem (conl. Academ. II, 34), nisi obstaret codicis Spir., ut uidetur, sed certe Erl. cum altera familia consensus. Rectius contraria ponuntur *inaniter conmouit — conmouit tamen*, quam *inanis species conmouit — conmouit tamen*. Particulam *scilicet* Latini in concedendo sic ponunt, ut aliquid facile et ex ipsa rei natura adparere significent, nec id a se non intellegi aut neglegi. Supra lib. I, 28: *nihil scilicet noui, ea tamen, quæ te ipsum probaturum esse confidam;* hoc libro § 55: *maxume scilicet in homine, sed in omni animali*; de orat. III, 128: *scilicet nimis hic quidem et progressus, sed ex eo ipso et conie-*

Epicuro insectari soletis, sum multum equidem cum

otura facilis &c., Orat. 120, pro Rab. Post. 32, ad Fam. IX, 22, ad Qu. Fr. II, 6 extr., pro Mur. 42: *Tu interea Romae* (manens, dum ille in prouinciis laborabat) *scilicet amicis praesto fuisti. Fateor; sed tamen &c.* (Facile intellegitur, te non desidem fuisse nec nihil egisse; itaque id fateor; sed &c.) Adnotauit hos locos inter ceteros, qui nuper de particula *scilicet* egit, uir acutus et in conquirenda quaestionum grammaticarum materia longe diligentissumus, Stuerenburgius ad orat. pro Arch. p. 69 sqq. Sed ea disputatio non paucos habet errores ortos e genere quaerendi non recto. Dum enim a uocis origine non nimis certo constituta (uel potius falso; nam *scilicet* neque ab inperatiuo, ut ipse uolt, neque ab infinitiuo, ut ceteri, deducitur, sed ab ipsa radice uerbi, quod nunc est *scire*, ut longe propius tamén ad ueritatem adcedant, qui ab infinitiuo ortum dicunt, nec in ipsa ui uocabuli aberrent), sed dum ab ea sic proficiscitur, ut unam aliquam significationem inde repetitam et angustis terminis circumscriptam ubique persequatur, nec, quomodo uocum significationes inflectantur et detorqueantur, uidet, plurima praue interpretatur, multa, quae rectissume et frequenti exemplo scripta sunt, non intellegit, ea autem tanta temeritate ac licentia mutat, ut non uni et alteri loco uim faciat (uelut illi, quem ex orat. pro Murena posui), sed totos ordines locorum, qui sua similitudine et auctoritatis constantia firmissumi sunt, euertat; ut de Diu. II, 47, in Pis. 19, Uerr. I, 142 mauolt *scilicet* eicere, quam, sublata interrogandi nota, cum adfirmatione et acerba irrisione rei peruersae et falsae eodem modo positum intellegere, quo hic II, 102 (ubi ipsum illud: *Et — scilicet* habemus). In Acad. autem II, 87 (*Etiamne hoc adfirmare potes, Luculle, esse aliquam uim, cum prudentia et consilio scilicet, quae finxerit — hominem*) non animaduertit (fortasse, quod comma post *uim* Orellius omiserat), extra ipsam interrogationem addi, qualem eam uim cogitari debere perspicuum sit (und natürlich muss es eine mit Einsicht ausgerüstete und planmässig handelnde Kraft seyn); cfr. ad Fam. XII, 17, 2, XIII, 26, 2, Catil. II, 19 &c. Atque haec significatio rei per se perspicuae, ut confirmari explicarive opus non sit, interdum, quom propterea ad aliam rem transitur, proxume adcedit ad illam concedendi uim (ab eadem enim stirpe sunt), uelut I ad Fam. 6, 1 (*maxume scilicet consolatur spes; — facile secundo loco me consolatur &c.*), ad Att. XIII, 1, 2, ad Qu. Fr. II, 14, qui locus non recte interpungitur nec intellegitur; hoc enim Cicero dicit, *se uisurum scilicet* (natürlich) *pueros cotidie,*

Phaedro, quem unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo praeteribamus, sed, ueteris prouerbi admonitu, uiuorum memini; nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et in anulis habent.

II. 4. Hic ego, Pomponius quidem, inquam, noster iocari uidetur, et fortasse suo iure. Ita enim se Athenis conlocauit, ut sit paene unus ex Atticis, ut id etiam cognomen uideatur habiturus. Ego autem tibi, Piso,

praeteribamus) *praeteriebamus* ELCR uiuorum) *uestrorum* L Nec tamen — habent) Non. p. 70. Epicuri) *Epicurum* Non. cuius) *eius* E anulis habent) *anellis habebant* Non. 4. cognomen) *cognomine* LPCR add. *pene* C

sed *inspecturum, quid discant,* (quod difficilius est) *quam saepissume*. Liuium XXX, 29, 4 scripsisse: *maxume scilicet hostis fiducia, quae non de nihilo profecto concepta esset, perculsus* (hoc est: und was ihn am meisten niederschlug, war natürlich &c.), codices clamant, quorum testimonium editores non intellexerunt.

ueteris prouerbi admonitu) Apud Petronium c. 43 et c. 75, quem Dau. laudat, in animis a rerum tristium recordatione et a luctu ad hilaritatem auocandis dicitur: *Uiuorum meminerimus*. Alibi prouerbium non legitur. Similitudinem aliquam non maxumam habet cum eo, quod dicebantur, qui sepulcra legerent, memoriam perdere (Cat. Mai. 21). De Phaedro dictum est ad I, 16. Iocatur Epicureus, ipse nimium condiscipulorum in memoria magistri conseruanda studium leniter irridens. *Anellis*, quam formam Plautus, Lucretius, Horatius paucis locis propter uersum posuerunt, a Nonio et cod. Mor. oblatum contra ceteros codices et usum prosae orationis asciscere ratio uetabat. Sed unam litteram n posui; Gzius ex suis codd. (et tacetur de Erl.) *annulis*; sed illo modo uetustissumi codices, ut Orelliani de Off. III, 38, regius Tusculanarum, Uaticanus Uerrinarum.

Cap. II, 4. *ut id etiam cognomen*) Sic Crat., Lbinus (e ueteribus libris), tum Ernestius, et confirmat etiam Spir. Codices deteriores (Pall., Dau., Oxx., tres Gzi) et ceteri editores *cognomine*, nisi quod Dau. e C. C. C. profert *cognomen paene uid*. Paullo neglegentius sententiae ab *ut* pendenti adiungitur eadem particula consecutionis significatio: (ita) *ut* (propterea) *id etiam*; cfr. 39 et III, 63. Dau. malebat *et id*.

adsentior, usu hoc uenire, ut acrius aliquanto et adtentius de claris uiris locorum admonitu cogitemus. Scis enim me quodam tempore Metapontum uenisse tecum, neque ad hospitem ante deuertisse, quam Pythagorae ipsum illum locum, ubi uitam ediderat, sedemque uiderim. Hoc autem tempore, etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorum uirorum, tamen ego illa moueor exedra. Modo enim fuit Carneades; quem uidere uideor (est enim nota imago), a sede-

usu) om. E uenire) *euenire* omnes (etiam E ex mea conl.) ut — cogitemus) Non. p. 190. ut) *ac* E Scis — Pythagoræ) om. PR neque) *non* C deuertisse) *diu*. ELC ipsum ill.) *ill. ips.* L *cum ips. ill.* PR sunt — exedra) Non. p. 107. Modo) *mihi* C Carneades) *Charmadas* Or.

usu hoc uenire) Sic Orellius; superiores *usu hoc euenire*; Gzius in Erl. et Spir. *usu* abesse et scribi *uenire* tradit, cui, quom hoc inprobet, magis credendum uidetur quam meæ conlationis silentio. *Hoc euenire*, si *usu* omittatur, pronomen non recte positum habet. Uid. Orell. ad F. A. Wolfii schol. in Tuscul. 451 sq. ad I, 73, ad quem locum Moserus ceteros, qui hoc adtigerunt, enumerat. Paullo post *deuertisse* Lbinus (uetus cod. in margine repetitæ ed.), Or. Ceteri (omnes Gzi codd.) *diuertisse*. De Pythagoræ mortis loco quid narrarint ueteres, exponit Diog. Laërt. VIII, 40 et ad eum locum Menagius. Addit Dau. Iambl. uit. Pythag. c. 35 § 249.

Modo enim fuit Carneades) Ernestius et recentiores Ualesii (Emendatt. I, 27) coniecturam sequentes hic et § 6 Charmadæ nomen substituerunt. Caussam adfert Ualesius, quod Cicero Carneadem uidere non potuerit. Atqui eum, qui hic a se nominetur, Cicero satis ostendit numquam sibi uisum ipsum, quom iam mortuus esset, sed imaginem sibi e statua aliqua aut simili opere notam fuisse. Charmadæ, quem Cicero in libris de oratore propter Crassi personam laudat, alibi autem ter omnino nominat, semel in enumerandis Carneadis discipulis (Acad. II, 16), iterum propter dictum aliquod Carneadis (Orat. 51), tertium propter memoriæ singularem uim (Tusc. I, 59), non tanta fama fuit nec eum tanti Cicero faciebat, ut is præter ceteros ei in Academia in mentem uenire debuerit, excluso, quem Cicero uehementer admirabatur, magistro. Et quemadmodum Piso Platonem et ueteris Academiæ principes, a quibus Peripatetica disciplina non seiungitur, commemorat, Quintus Sophoclem, sic Marcus, præcepto Platonc,

que ipsa, tanta ingeni magnitudine orbata, desiderari illam uocem puto. 5. Tum Piso, Quoniam igitur aliquid omnes, quid Lucius noster, inquit? an eum locum libenter inuisit, ubi Demosthenes et Aeschines inter se decertare soliti sunt? Suo enim quisque studio maxume ducitur. Et ille, quom erubuisset, Noli, inquit, ex me quaerere, qui in Phalericum etiam descenderim, quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem,

tanta) *tanti* (L)Or. 5. aliquid) *aliquod* E decertare) *decertari* L declamare) *declinare* ER

eum nominare debet, cuius ipse sectam sequebatur. Et aptissume infra significatur, L. Ciceronem Carneadis fama ad eius scholam trahi; Charmadas eum locum non tuetur. *Modo* de Carneade, quoniam cum ueteribus illis conparatur, recte ponitur in minuendo temporis spatio, ut II Off. 75. (Quod pro Charmadæ nomine Carneadis in codicibus substitui solere dicunt, et in Acad. et in libris de Orat. uerum a codicibus seruatum st et in Tusc. non a solis optumis) Sed in oratione aliquid subabsurdi inest. Neque enim exedra Ciceronem monebat, quod nuper Carneades uixisset, (quid enim id ad exedram?) sed quod ea nuper ita ad Carneadem pertinuisset, ut eius memoria in ea hæreret. Itaque ualde suspicor, Ciceronem scripsisse: *modo enim fuit Carneadi* (*Carneadis*), quamquam eandem Schuetzi suspicionem (*Charmadæ*) Orellius improbat.

tanta ingeni magnitudine) Sic cum primis edd. (etiam a. 1480) optumi codices (mgo Crat., tres potiores Gzi) et deteriorum sine dubio plerique (Oxx.) tenueruntque Uictorius et proxumi (Grut.). Crat. aliique, tum Dau. e Par., (quo?) Mead., El. et recentiores *tanti ing.*, quod erat etiam in Mor. cod. Rectum illud est significatque *tam magno ingenio*; contra si *tanti* cum *ingeni* iungas, alio opus sit substantiuo, uelut *splendore* alioue simili.

5. *Quoniam igitur aliquid omnes* &c.) Paullo durius in utraque parte sententiæ uerbum ita omittitur, ut primum ex uniuersæ orationis cursu intellegatur, deinde definiatur in illo, quod subicitur, *inuisit*. Paullo post Gzius in Erl. et Spir. narrat esse: *suo enim unusquisque*; non credo.

quo in loco &c.) Plut. uit. X orat. c. 8 p. 844 E: καὶ κατιόντα ἐπὶ τὸ Φαληρικὸν, πρὸς τὰς τῶν κυμάτων ἐμβολὰς τὰς σκέψεις ποιεῖσθαι, ἵν', εἴ ποτε θορυβοίη ὁ δῆμος, μὴ ἐκσταίη. Hic igitur non ad uocis uim sed ad constantiam quandam animi et aurium eam ex-

ut fremitum adsuesceret uoce uincere. Modo etiam paullum ad dexteram de uia declinaui, ut ad Pericli sepulcrum accederem. Quamquam id quidem infinitum est in hac urbe; quacunque enim ingredimur, in aliqua historia uestigium ponimus. 6. Tum Piso, Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos uiros spe-

uoce) om. R dexteram) *dextram* (P) Pericli) *Pericli* E *Periclis* cett. infinitum) *defin.* L ingredimur) *ingrediemur* L aliqua historia) *aliquam historiam* LPCROr.

ercitationem pertinuisse putat, quod faciunt etiam Quinctil. X, 3, 30, Libanius in uita Demosth., Ual. Max. VIII, 7, ext. 1. Mox *dexteram* Gzius ex Erl., Gud. utroque; ceteri *dextram*. Paullo post *Pericii* Gzius adnotat non ex Erl., sed e Gud. 2. Uid. ad I, 14.

in aliqua historia uestigium ponimus) Sic etiam Spir., ut merito optumos codices cum consuetudine conspirantis sequamur. Non licet nunc persequi eos locos, quibus confirmari putant, Ciceronem et alios eiusdem ætatis scriptores *ponendi*, *conlocandi*, *statuendi* uerbis *in* præpositionem cum accusatiuo pro ablatiuo subiecisse, ut ostendam, quot ex iis diligentius inspecti et ad meliores codices exacti eripiantur, in ceteris quam ex ipsis nominum formis plerumque manifestum sit, librarios lineolam praue addidisse, quod infinitis locis faciunt. Sed magna et in toto hoc genere editorum partim casum dominum habentium patientia (ut in epist. ad Att. V, 11, 6, VI, 1, 22, VI, 6, 4 legimus *ponere aliquem in gratia apud aliquem*, semel V, 3, 3 *in gratiam*), partim leuitas undecunque omnia eiusmodi arripientium, quæ aut nomina quædam doctorum indoctorumque hominum ascribendi occasionem habeant aut distinctiunculæ excogitandæ, quali in hoc genere utitur Kritzius ad Sall. Iug. 17, 3, ubi contra meliores codices edidit: *in partem tertiam Africam posuere*. Quoniam enim ipse negaturus non est, eum, qui aliquid in genus numerumue aliquem referat, dici Latine id *in eo genere numeroue ponere*, concidit totum id, quod se primum repperisse putat, accusatiuo significari, qui primi sic diuiserint; quamquam quid per se inanius est? Quicunque enim diuisionem ab aliis institutam sequitur, eodem modo diuidendo loca rebus adsignat. (De *reponendi* uerbo dubitatio relinquitur, an Cicero propter *referendi* propinquam notionem aliquotiens præpositioni accusatiuom subiecerit, N. D. I, 38, III, 47, ubi codices boni discrepant, de Inuent. I, 97, de opt. gen. orat. 17.)

que ipsa, tanta ingeni magnitudine orbata, desiderari illam uocem puto. 5. Tum Piso, Quoniam igitur aliquid omnes, quid Lucius noster, inquit? an eum locum libenter inuisit, ubi Demosthenes et Aeschines inter se decertare soliti sunt? Suo enim quisque studio maxume ducitur. Et ille, quom erubuisset, Noli, inquit, ex me quaerere, qui in Phalericum etiam descenderim, quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem,

tanta) *tanti* (L)Or. 5. aliquid) *aliquod* E decertare) *decertari* L declamare) *declinare* ER

eum nominare debet, cuius ipse sectam sequebatur. Et aptissume infra significatur, L. Ciceronem Carneadis fama ad eius scholam trahi; Charmadas eum locum non tuetur. *Modo* de Carneade, quoniam cum ueteribus illis conparatur, recte ponitur in minuendo temporis spatio, ut II. Off. 75. (Quod pro Charmadæ nomine Carneadis in codicibus substitui solere dicunt, et in Acad. et in libris de Orat. uerum a codicibus seruatum st et in Tusc. non a solis optumis) Sed in oratione aliquid subabsurdi inest. Neque enim exedra Ciceronem monebat, quod nuper Carneades uixisset, (quid enim id ad exedram?) sed quod ea nuper ita ad Carneadem pertinuisset, ut eius memoria in ea hæreret. Itaque ualde suspicor, Ciceronem scripsisse: *modo enim fuit Carneadi* (*Carneadis*), quamquam eandem Schuetzi suspicionem (*Charmadæ*) Orellius inprobat.

tanta ingeni magnitudine) Sic cum primis edd. (etiam a. 1480) optumi codices (mgo Crat., tres potiores Gzi) et deteriorum sine dubio plerique (Oxx.) tenueruntque Uictorius et proxumi (Grut.). Crat. aliique, tum Dau. e Par., (quo?) Mead., El. et recentiores *tanti ing.*, quod erat etiam in Mor. cod. Rectum illud est significatque *tam magno ingenio;* contra si *tanti* cum *ingeni* iungas, alio opus sit substantiuo, uelut *splendore* alioue simili.

5. *Quoniam igitur aliquid omnes* &c.) Paullo durius in utraque parte sententiæ uerbum ita omittitur, ut primum ex uniuersæ orationis cursu intellegatur, deinde definiatur in illo, quod subicitur, *inuisit.* Paullo post Gzius in Erl. et Spir. narrat esse: *suo enim unusquisque;* non credo.

quo in loco &c.) Plut. uit. X orat. c. 8 p. 844 E: *καὶ κατιόντα ἐπὶ τὸ Φαληρικὸν, πρὸς τὰς τῶν κυμάτων ἐμβολὰς τὰς σκέψεις ποιεῖσθαι, ἵν', εἴ ποτε θορυβοίη ὁ δῆμος, μὴ ἐκσταίη.* Hic igitur non ad uocis uim sed ad constantiam quandam animi et aurium eam ex-

ut fremitum adsuesceret uoce uincere. Modo etiam paullum ad dexteram de uia declinaui, ut ad Pericli sepulcrum adcederem. Quamquam id quidem infinitum st in hac urbe; quacunque enim ingredimur, in aliqua historia uestigium ponimus. 6. Tum Piso, Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos uiros spe-

uoce) om. R dexteram) *dextram* (P) Pericli) *Pericii* E *Periclis* cett. infinitum) *defin.* L ingredimur) *ingrediemur* L aliqua historia) *aliquam historiam* LPCROr.

ercitationem pertinuisse putat, quod faciunt etiam Quinctil. X, 3, 30, Libanius in uita Demosth., Ual. Max. VIII, 7, ext. 1. Mox *dexteram* Gzius ex Erl., Gud. utroque; ceteri *dextram*. Paullo post *Pericii* Gzius adnotat non ex Erl., sed e Gud. 2. Uid. ad I, 14.

in aliqua historia uestigium ponimus) Sic etiam Spir., ut merito optumos codices cum consuetudine conspirantis sequamur. Non licet nunc persequi eos locos, quibus confirmari putant, Ciceronem et alios eiusdem ætatis scriptores *ponendi*, *conlocandi*, *statuendi* uerbis *in* præpositionem cum accusatiuo pro ablatiuo subiecisse, ut ostendam, quot ex iis diligentius inspecti et ad meliores codices exacti eripiantur, in ceteris quam ex ipsis nominum formis plerumque manifestum sit, librarios lineolam praue addidisse, quod infinitis locis faciunt. Sed magna st in toto hoc genere editorum partim casum dominum habentium patientia (ut in epist. ad Att. V, 11, 6, VI, 1, 22, VI, 6, 4 legimus *ponere aliquem in gratia apud aliquem*, semel V, 3, 3 *in gratiam*), partim leuitas undecunque omnia eiusmodi arripientium, quæ aut nomina quædam doctorum indoctorumque hominum ascribendi occasionem habeant aut distinctiunculæ excogitandæ, quali in hoc genere utitur Kritzius ad Sall. Iug. 17, 3, ubi contra meliores codices edidit: *in partem tertiam Africam posuere.* Quoniam enim ipse negaturus non est, eum, qui aliquid in genus numerumue aliquem referat, dici Latine id *in eo genere numeroue ponere*, concidit totum id, quod se primum repperisse putat, accusatiuo significari, qui primi sic diuiserint; quamquam quid per se inanius est? Quicunque enim diuisionem ab aliis institutam sequitur, eodem modo diuidendo loca rebus adsignat. (De *reponendi* uerbo dubitatio relinquitur, an Cicero propter *referendi* propinquam notionem aliquotiens præpositioni accusatiuom subiecerit, N. D. I, 38, III, 47, ubi codices boni discrepant, de Inuent. I, 97, de opt. gen. orat. 17.)

...te ego, Scis me, inquam, istud idem sentire, ...sed a te opportune facta mentio st. Studet enim ...udire Cicero, quaenam sit istius ueteris, quam ...toras, Academiae de finibus bonorum Peripateti...ae sententia. Censemus autem facillume te id ...re posse, quod et Staseam Neapolitanum multos ...habueris apud te et conpluris iam mensis Athenis ...a te ex Antiocho uideamus exquirere. Et ille ...Age, age, inquit, (satis enim scite me nostri ser-

...) *Ad quæ* LPR inquam) *inquit* C sed a te — sententia) Non. ... mentio) *m. f.* C meus) om. E autem) add. *te* LPCR *te autem* Or. ...) *facillime* LPCROr. conpluris) *quam plures* E uideamus) *uide-*

...tur ut eloquentiæ, sapientiæ, dicendi. Itaque erratum in ... codicum principe puto.

Atque ego) Sic Mead., probante Dau., Ox. χ, restituitque ... Spir. Gzius, ut solet dici in alius personæ oratione ad...; *ad quæ* significationem habet responsi et refutationis. ... fuerat, ut sæpissume, *adque*.

...*mus autem facillume te*) Secutus sum Erl. Editiones su...nt mei libri deteriores. Gzius tamquam ex omnibus suis, ...en excepto: *censemus te autem*. Nec de codicibus credo ... is ordo potest. Deteriorum codicum ordo Pisonem præ...os facile id facere posse significat, noster sine conpara... facile hoc ei esse. Deinde Cicero quom hoc *quod — ha...* parte obliquæ orationis posuisset et coniunctiuo notasset, ...se coniungens, non cum *censemus* (cfr. ad III, 17), neces...biecit *uideamus*, etsi, quom hoc utatur uerbo, non tam, ...o possit, dicit (*quod — exquiras*), quam cur ipsi censeant. ...men coniunctiui ab alio uerbo (*exquiras*) ad aliud (*exqui... uideamus*) translatio quam exiguam habuerit offensionem, ...citur e notissuma orationis forma: *accusauit, quod pecuniam ... diceret*. Sic autem scriptum st apud Crat., Uict., Lbinum, ...atque etiam Spir. Renouauit Gzius. Ceteri cum deterio... codd. *uidemus*. Staseas, quem iterum nominat § 75 et de ... I, 104, erat ex eodem genere Græcorum modeste in nobi... Romanorum domibus uiuentium et iis *συμφιλολογούντων*, e ... Diodotus Stoicus, qui apud Ciceronem consenuit, multique ... hac et proxuma ætate. Paullo post *si quæ* Gzius etiam e ...pir.

ii soli numerantur, qui Academici uocantur, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor ceterique, sed etiam Peripatetici ueteres, quorum princeps Aristoteles, quem, excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum. Ad eos igitur conuerte te, quaeso. Ex eorum enim scriptis et institutis quom omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest, tum uarietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem inlustriorem satis ornatus possit adcedere. Ab his oratores, ab his inperatores ac rerum publicarum principes extiterunt. Ut ad minora ueniam, mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artium officina profecti sunt.

ii) *hii* E uocantur) *numerentur* L Crantor) *Craton* E conuerte te) *conuertere* E enim) om. R et institutis) om. P ut nemo) *uero ut* L tamquam) add. *ex* LPOR artium) *artificum* EP officina) *disciplina* L

reges animum intenderant, *in quibus Philippus*, prohibet et genitiuos a uoce *princeps* pendens et ipsa sententia; neque enim princeps et conditor scholæ sic in ceteram turbam coici potest).

Ad eos igitur conuerte te) Codicis Erl. scripturam, in quam Gruterus coniectura incidit, recepissem, nisi ueritus essem, ne in uno libro casus ueritatem imitatus esset. *Instituta* philosophorum, quæ hic cum *scriptis*, alibi (Læl. 13, Off. I, 1) cum *præceptis* coniunguntur, Brut. 119 sola nominantur, interpretor rerum tractationem sententiarumque explicationem certa quadam forma institutam, quam methodum scholæ uocamus, qua etiam exercitationes quædam conprehenduntur discentium. Cfr. Beierus ad Off. l. cit. Exciderunt uerba *et institutis* etiam in Gud. 2.

ex hac tamquam omnium artium officina) Edebatur: *tamquam ex omnium* &c. Sic hæc officina conparatur cum alia quadam, quæ sit omnium artium disciplina. Deleta præpositione, quæ etiam a Spir. aberat, omnia in unam imaginem conflantur, quom hæc quasi officina omnium artium dicitur fuisse. In eo meliorem familiam sequi non audeo (Erl., Mor., mginem Crat., nec dubito de Spir., quoniam ne Erl. quidem Gsius conmemorauit), quod *artificum* habent. Nam artificum officina st, ubi opus faciunt, non ubi ipsi fiant, et tamen hoc loco sic intellegi necesse esset; nec omnes artifices, sed omnis generis ibi fingebantur. Contra artium offi-

8. Atque ego, Scis me, inquam, istud idem sentire, Piso; sed a te opportune facta mentio st. Studet enim meus audire Cicero, quaenam sit istius ueteris, quam conmemoras, Academiae de finibus bonorum Peripateticorumque sententia. Censemus autem facillume te id explanare posse, quod et Staseam Neapolitanum multos annos habueris apud te et conpluris iam mensis Athenis haec ipsa te ex Antiocho uideamus exquirere. Et ille ridens, Age, age, inquit, (satis enim scite me nostri ser-

8. Atque) *Ad quæ* LPR inquam) *inquit* C sed a te — sententia) Non. p. 91 facta mentio) *m. f.* C meus) om. E autem) add. *te* LPCR *te autem* Or. facillume te) *facillime* LPCROr. conpluris) *quam plures* E uideamus) *uidemus* PCR

cina dicitur ut eloquentiæ, sapientiæ, dicendi. Itaque erratum in meliorum codicum principe puto.

8. *Atque ego*) Sic Mead., probante Dau., Ox. χ, restituitque etiam e Spir. Gzius, ut solet dici in alius personæ oratione adiungenda; *ad quæ* significationem habet responsi et refutationis. Scriptum fuerat, ut sæpissume, *adque*.

Censemus autem facillume te) Secutus sum Erl. Editiones superiores ut mei libri deteriores. Gzius tamquam ex omnibus suis, Erl. tamen excepto: *censemus te autem*. Nec de codicibus credo nec ferri is ordo potest. Deteriorum codicum ordo Pisonem præter ceteros facile id facere posse significat, noster sine conparatione, facile hoc ei esse. Deinde Cicero quom hoc *quod* — *habueris* in parte obliquæ orationis posuisset et coniunctiuo notasset, cum *posse* coniungens, non cum *censemus* (cfr. ad III, 17), necessario subiecit *uideamus*, etsi, quom hoc utatur uerbo, non tam, cur Piso possit, dicit (*quod* — *exquiras*), quam cur ipsi censeant. Hæc tamen coniunctiui ab alio uerbo (*exquiras*) ad aliud (*exquirere uideamus*) translatio quam exiguam habuerit offensionem, perspicitur e notissuma orationis forma: *accusauit, quod pecuniam cepisse diceret*. Sic autem scriptum st apud Crat., Uict., Lbinum, confirmatque etiam Spir. Reuocauit Gzius. Ceteri cum deterioribus codd. *uidemus*. Staseas, quem iterum nominat § 75 et de Orat. I, 104, erat ex eodem genere Græcorum modeste in nobilium Romanorum domibus uiuentium et iis συμφιλολογούντων, e quo Diodotus Stoicus, qui apud Ciceronem consenuit, multique alii hac et proxuma ætate. Paullo post *si quæ* Gzius etiam e Spir.

monis principium esse uoluisti) exponamus adulescenti, si quae forte possumus. Dat enim id nobis solitudo, quod si quis deus diceret, numquam putarem, me in Academia tamquam philosophum disputaturum. Sed ne, dum huic obsequor, uobis molestus sim. Mihi, inquam, qui te id ipsum rogaui? Tum, Quintus et Pomponius quom idem se uelle dixissent, Piso exorsus est. Cuius oratio, adtende quaeso, Brute, satisne uideatur Antiochi conplexa esse sententiam, quam tibi, qui fratrem eius Aristum frequenter audieris, maxume probatam existumo.

IV. Sic est igitur locutus. 9. Quantus ornatus in Peripateticorum disciplina sit, satis est a me, ut breuissume potuit, paullo ante dictum. Sed est forma eius

si quae) *si qua* LPCR molestus sim) om L id) *istud* L Aristum fr. aud.) *fr. aud. Aristum* P 9. potuit) *potui* LPCR

Dat enim id nobis solitudo, quod) In editionibus prioribus hæc distrahuntur: *Dat enim — solitudo. Quod* &c. Sed ex iis, quæ supra dixerat, non adparet, cur solitudine opus sit. Hoc dicit, solitudinem ecficere, ut ne pudeat id facere, quod numquam futurum putarit. Sed ad *quod* quom subici deberet *futurum*, pro hoc Cicero ipsam epexegesin substituit. Illius inperfectorum in condicione præteriti temporis positorum generis, e quo *diceret* et *putarem* sunt, nunc exempla etiam in uolgaribus libris conlecta sunt. (Cfr. Etzleri commentatio in Iahni Annalib. Philolog. uol. XI, (a. 1829) p. 212 sqq.) Ernestius hærebat.

Sed ne — uobis molestus sim) Non optantis hoc est et precantis, sed uerentis, quod insolitum esse in sermone Latino dicendi genus, ut ante *ne* uerendi significatio premeretur, sensit Lbinus; nec habeo, quod conparem, nisi Uerr. IV, 15: *ne forte, dum publicis mandatis seruiat, de priuatis iniuriis reticeat*, ubi hoc sic superioribus adiungitur, ut hæc sententia sit: *ut uerendum sit, ne*, uel: *itaque uerendum st*. Huic simile st in isdem oratt. lib. I, 47: *uerbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret*; sed ab hoc nostro loco longius recedit.

fratrem eius Aristum) Cfr. Brut. 332, Acad. I, 12. Plutarchus Brut. 2 φίλον καὶ συμβιωτήν hunc Bruti fuisse narrat.

Cap. IV, 9. *ut breuissume potuit*) Sic pro *potui* Gzius etiam e Spir. Sed *potuit* intellegit *fieri potuit*; auditur *dici* e primario

disciplinae, sicut fere ceterarum, triplex. Una pars est naturae, disserendi altera, uiuendi tertia. Natura sic ab iis inuestigata st, ut nulla pars caelo, mari, terra, (ut poëtice loquar) praetermissa sit. Quin etiam, quom de rerum initiis omnique mundo locuti essent, ut multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderent, maxumam materiam ex rebus per se inuestigatis ad rerum occultarum cognitionem adtulerunt. 10. Persecutus est Aristo-

pars) *par* E natura) *natura* ELPR iis) *his* LOr. per se) *pro se* L rerum) om. L cognitionem) *agnitionem* L 10. Persecutus — figuras) Non. p. 232. est) om. EP Non.

uerbo. Paullo post in cod. archetypo fuit *natura*, ut est in ξψ, Gzi omnibus, apud Crat., Uictor., Grut. *Naturæ* post primam editionem (et Uen. a. 1480) Lbinus et Dau. tamquam e C. C. C (at is est ξ), ceteri. Mox *ab his* Gzius e tribus suis; præcedit *disciplinæ eius*.

quom — locuti essent —, maxumam materiam &c.) Minus perspicue rem significare uidetur; neque enim, absoluta de omni mundo explicatione, tum denique res sensibus et animaduertendo inuestigantes materiam ad nescio quarum aliarum rerum occultarum cognitionem adtulerunt; sed in illa ipsa de initiis et omni mundo disputatione, qua res occultæ aperiuntur, illa materia usi sunt. *Ratione* post *mathematicorum* exciderat in cod Mor. *Necessaria ratio* dicitur, quæ necessitatem adfert adsentiendi, ut apud Platonem (Soph. 265 D) πειθὼ ἀναγκαία et alia apud Græcos; sic *caussæ necessariæ* de Fato 44 sunt, quæ cogant fieri, non quæ requirantur, ut fiat; add. de Inuent. I, 44: *omnis argumentatio aut probabilis aut necessaria debebit esse;* Topic. 59 et 60: *quom autem erit talis caussa, ut in ea non sit ecficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur;* male Orellius e cod. Sangall. *necessario*, euersa sententia; neque enim dicitur necessario ecfici, ut nulla sequatur conclusio, ac ne illud quidem, quod Orellius fortasse dici putauit, sed in illo uerborum ordine non intellegitur, non necessario sequi conclusionem, sed hoc, conclusionem ecfici, sed non necessariam.

Persecutus est) E conspiratione Noni et aliquot codicum (trium Gzi) in *est* omittendo perspicitur, quam antiquom sit hoc mendi genus, de quo dixi in adpendice disputat. de Asconio p. 4.

teles animantium omnium ortus, uictus, figuras; Theophrastus autem stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, caussas atque rationes; qua ex cognitione facilior facta st inuestigatio rerum occultissumarum. Disserendique ab isdem non dialectice solum, sed etiam oratorie praecepta sunt tradita; ab Aristoteleque principe de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio st instituta, ut non contra omnia semper, sicut Arcesilas, diceret, et tamen ut in omnibus rebus, quidquid ex utraque parte dici posset, expromeret. 11. Quom autem tertia pars bene uiuendi praecepta quaereret, ea quoque st ab isdem non solum ad priuatae uitae rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata. Omnium fere ciuitatum non Graeciae

uictus) *metus* L e) om. E ex cognitione) *excogitatione* E isdem) *eisdem* LCOr. solum) om. C oratorie) *oratoria* CR est) om. PC posset) *possit* PCR expromeret) *exprimeret* LPCR 11. isdem) *eisd.* LROr. ad rerum — solum, sed etiam) om. E rectionem) *direct.* L

10. *Disserendique ab isdem*) Transitur ad alteram partem disciplinæ eo modo, quo ad III, 73 dictum st. Uolgo sic hæc discerpuntur: *figuras. Theophrastus — rationes. Qua — occultissumarum: disserendique* &c. Sententiæ eædem tractabantur lib. IV, 5 sqq. Paullo post *expromeret* Marsus (tac. Hert.), Man., recentiores tacite. Confirmat mgo Crat. (unde fortasse illi sumpserant) et nunc Erl. Deteriores *exprimeret* (Oxx omnes, Cr., Uict.). In his uerbis: *ut non — et tamen ut* altero loco *ut* abundat, quoniam priori utrumque (*non — et tamen*) subici potuit et debuit. Similiter Diuin. in Cæc. 72 quom particulæ *ut* partitam condicionem subiecisset (*ut, si —, si*), in alterius membri apodosi repetiit *ut* (*ut, si — si —, ut ea*). Ex eodem genere particularum non adcuratissume inter se relatarum hæc sunt, quod in *aut* notaui ad I, 33 et II, 15.

11. *Omnium fere ciuitatum* &c.) Perspicuum st, significari Aristotelis *πολιτείας*, Theophrasti libros *περὶ νόμων*, utriusque *περὶ βασιλείας* scripta, quæ nominantur apud Diogenem, Theophrasti fortasse etiam *περὶ παιδείας βασιλέως*, tum Aristotelis Politica (ibi enim de optumo rei publicæ statu quærit, nec seorsum de ea re libros scripsisse uidetur), Theophrasti (præter Politica) *περὶ τῆς*

solum, sed etiam Barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognouimus. Quomque uterque eorum docuisset, qualem in re publica principem *esse* conueniret, pluribus praeterea conscripsisset, qui esset optumus rei publicae status, hoc amplius Theophrastus, quae essent in re publica rerum inclinationes et momenta temporum, quibus esset moderandum, utcunque res postularet. Uitae autem degendae ratio maxume quidem illis placuit quieta, in con-

esse) om. omnes. conscripsisset) *cum scripsisset* LPCR esset) *sit* L status — in re publica) om. E rerum inclinationes) *incl. rer.* LPCROr. degendæ) *eligendæ* E quidem illis) *illis qu.* E

ἀρίστης πολιτείας, postremo huius *πολιτικὰ πρὸς τοὺς καιρούς* (nam *Πολιτικῶν* apud Diogenem scribendum uidetur V, 45).

principem esse conueniret) Exciderat *esse* in cod. archetypo (Pall., EU$\xi\chi$, Gzi omnibus, edd. ante Crat.); neque enim, quia licet dicere: *talem me uolo*, idcirco Latinum st: *talem principem conuenit*. Tum *conscripsisset* etiam Spir. Ceteri *cum scripsisset*, in quo peruerse et loco non apto coniunctio iteratur, eadem mendi origine, qua etiam nunc apud Curtium VI, 38 (10, 14) editur: *Scelerati conscientia obstrepente cum dormire non possunt* (sic codd. boni, non *possint*), *agitant eos furiæ &c.*, quasi alio tempore, quom possint dormire, non agitentur. Curtius scripsit: *condormire* (sic pro *condormiscere* etiam Suetonius) *non possunt; agitant eos &c. Rerum inclinationes* etiam Spir. Editiones inuerse.

Uitæ autem degendæ) Etiam mgo Crat. *eligendæ* (quod probans Gzius tamen neque Erl. nominat neque, quem idem habuisse certum st, Spir.). Sed manifestum mendum st codicum meliorum principis. Neque enim, qua ratione uita eligenda sit, quæritur, sed quod uitæ agendæ genus maxume eligendum uisum fuerit. Adparet autem, describi *τὸν θεωρητικὸν βίον*. Aristoteles in Ethicis Nicom. 1, 5, 2 tris nominat *βίους τοὺς μάλιστα προέχοντας*, *τὸν ἀπολαυστικόν*, *τὸν πολιτικόν*, *τὸν θεωρητικόν*. Ac contemplationem quidem (sic enim appellemus *τὴν θεωρίαν*) eximie laudat et ceterarum uirtutum actioni in beatæ uitæ æstumatione præponit Ethic. X, 7 et 8; sed et hic et Polit. VII, 2 et 3 meram contemplationem in hominum uitam cadere negat, ut ad eam beatam efficiendam non paruom momentum sit *τῆς πράξεως*. (Cfr. Ritteri Hist. Philos. III, 318 sqq) Inter Theophrastum et Dicæar-

templatione et cognitione posita rerum, quae quia deorum erat uitae simillima, sapiente uisa st dignissuma. Atque his de rebus et splendida st eorum et inlustris oratio.

V. 12. De summo autem bono quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere uidentur; nec in

et cognitione) om. L erat uitæ) u. e. E est eorum) eor. est L 12. uidentur) *uideantur* E

chum controuersiam fuisse, quom ille τὸν θεωρητικὸν βίον, hic τὸν πρακτικόν præferret, Cicero narrat ad Attic. II, 16. (Cfr. de Theophrasto Hieronym. adu. Iouinian. I p. 189 ed. Bened.) Diogenes Laërt. V, 31 et Stobæus Eclog. Eth. p. 312 uitam contemplatiuam præferri dicunt ille ab Aristotele τῷ πρακτικῷ καὶ ἡδυντικῷ βίῳ, hic a Peripateticis τῷ πρακτικῷ et ei, qui ex utroque mixtus sit (τῷ ἐξ ἀμφοῖν συνθετῷ); nam uoluptariam uitam infra hominem esse nec in certamen admitti. Sed Uarro apud August. de Ciuit. Dei XIX, 3, Antiocho utens auctore, eadem genera ponit, quæ Stobæus, sed otioso et actuoso siue negotioso id a ueteribus Academicis præferri dicit, quod ex utroque conpositum sit. (Academicos a Peripateticis plane hic non seiungit.) Et sane in recta temperatione diuinæ contemplationis et actionis, quam humana necessitas inponeret, tamquam in ultumo consistere debebant, qui Aristotelis sententias persequi uolebant. Adparet, hic Ciceronem Theophrastum sequi, nondum Antiocho duce uti.

Cap. V, 12. *Quia duo genera librorum sunt*) Quæ Cicero hic de libris Aristoteliis et Peripateticorum tradit, ea quam sententiam habeant et quam fidem mereantur, quæretur ad finem uoluminis (exc. VII) cum aliis rebus, quæ hoc capite adtinguntur.

limatius, quod in commentariis reliquerunt) Non dicendi genere et scribendi arte politius dicit, sed in quo ueritas subtilius exquisita sit et nudius astrictiusque explicata nec ad ullam similitudinem communium opinionum et communis sermonis studiose adcommodata. (Cfr. quem locum Gzius laudat, Off. II, 35 et supra III, 40.) Commentarii autem sunt, quos quis in suum paucorumue usum conpositos domi retinet nec iusti libri habitu et oratione ornatos uolgo legendos tradit et commendat, quales erant magistratuum et sacerdotum commentarii aut oratorum (Brut. 164,

summa tamen ipsa aut uarietas est ulla, apud hos quidem, quos nominaui, aut inter ipsos dissensio. Sed quom beata uita quaeratur idque sit unum, quod philosophia spectare et sequi debeat, sitne ea tota sita in potestate sapientis an possit aut labefactari aut eripi rebus aduersis, in eo nonnumquam uariari inter eos et dubitari uidetur. Quod maxume ecficit Theophrasti de beata uita liber, in quo multum admodum fortunae da-

summa) *sententia* L philosophia) *philosophiam* E aut labef.) *an lab.* E nonnumquam) *numquam non* L fortunæ datur) *fortior est* P

Quinctil. X, 7, 30 et 31) aut eorum, qui, quæ philosophos aut alios docentis andiuerant, memoriæ caussa notabant (Tuscul. III, 54). Nec propria significatio uocis, quam retinendam esse etiam ex uerbo *reliquerunt* adparet (hoc est, non ex commentariis in lucem protulerunt), mutatur, quod quorundam oratorum ipsi commentarii descripti et editi sunt, aut quod scriptores aliquot modestiæ caussa eos libros, quos edebant, sic inscripserunt. Itaque etiam III, 10 *commentarios Aristotelis* ita dici puto, ut hæc de eorum librorum forma et origine sententia significetur.

idque sit unum &c.) Uid. ad I, 62. Paullo post *sita* omittitur in Gud. 2.

Theophrasti de beata uita liber) περὶ εὐδαιμονίας (Diogen. Laërt. V, 43; alius est enim περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας ibd. 49), cuius ipsum, ut uidetur, initium ponitur infra § 86; nominatur liber etiam Tusc. V, 24, molliores autem eius sententiæ conmemorantur Acad. I, 33, II, 134, Tusc. V, 85; nec dubito, quin in eodem libro Theophrasti de uita contemplatiua indicium expositum fuerit. Si tamen Ciceroni illa, quæ mox appellat, Ethica Nicomachea æque nota ac pertractata fuissent atque Theophrasti liber, nec de Aristotele Antiocho credidisset, uim fortunæ ab Aristotele minume excludi uidisset (Eth. Nicom. I, 10 et 11, X, 9), atque ipsum illud, in quo Theophrastum uexari dicit (Tuscul. I, 24), quod neget eum, qui torqueatur et qui crucietur, beatum esse posse, illic scriptum repperisset (VII, 13, 3): οἱ δὲ τὸν τροχιζόμενον καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθός, ἢ ἑκόντες ἢ ἄκοντες οὐδὲν λέγουσι. Itaque ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινεῖσθαι posse hominem uirtute præditum censebat neque tamen prorsus ἄθλιον fieri (I, 10 § 13 et 14). Cfr. Ritteri Hist. Philos. III, 320 sqq. Animaduerterat hæc Tennemannus, quod Aristotelem norat; Gzius Ciceronem recte sensisse, Ciceronis et An-

templatione et cognitione posita rerum, quae quia deorum erat uitae similluma, sapiente uisa st dignissuma. Atque his de rebus et splendida st eorum et inlustris oratio.

V. 12. De summo autem bono quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere uidentur; nec in

et cognitione) om. L erat uitae) u. e. E est eorum) eor. est L 12. uidentur) uideantur E

chum controuersiam fuisse, quom ille τὸν θεωρητικὸν βίον, hic τὸν πρακτικόν præferret, Cicero narrat ad Attic. II, 16. (Cfr. de Theophrasto Hieronym. adu. Iouinian. I p. 189 ed. Bened.) Diogenes Laërt. V, 31 et Stobæus Eclog. Eth. p. 312 uitam contemplatiuam præferri dicunt ille ab Aristotele τῷ πρακτικῷ καὶ ἡδυντικῷ βίῳ, hic a Peripateticis τῷ πρακτικῷ et ei, qui ex utroque mixtus sit (τῷ ἐξ ἀμφοῖν συνθετῷ); nam uoluptariam uitam infra hominem esse nec in certamen admitti. Sed Uarro apud August. de Ciuit. Dei XIX, 3, Antiocho utens auctore, eadem genera ponit, quæ Stobæus, sed otioso et actuoso siue negotioso id a ueteribus Academicis præferri dicit, quod ex utroque conpositum sit. (Academicos a Peripateticis plane hic non seiungit.) Et sane in recta temperatione diuinæ contemplationis et actionis, quam humana necessitas inponeret, tamquam in ultumo consistere debebant, qui Aristotelis sententias persequi uolebant. Adparet, hic Ciceronem Theophrastum sequi, nondum Antiocho duce uti.

Cap. V, 12. *Quia duo genera librorum sunt*) Quæ Cicero hic de libris Aristoteliis et Peripateticorum tradit, ea quam sententiam habeant et quam fidem mereantur, quæretur ad finem uoluminis (exc. VII) cum aliis rebus, quæ hoc capite adtinguntur.

limatius, quod in commentariis reliquerunt) Non dicendi genere et scribendi arte politius dicit, sed in quo ueritas subtilius exquisita sit et nudius astrictiusque explicata nec ad ullam similitudinem communium opinionum et communis sermonis studiose adcommodata. (Cfr. quem locum Gzius laudat, Off. II, 35 et supra III, 40.) Commentarii autem sunt, quos quis in suum paucorumue usum conpositos domi retinet nec iusti libri habitu et oratione ornatos uolgo legendos tradit et commendat, quales erant magistratuum et sacerdotum commentarii aut oratorum (Brut. 164,

men adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in uirtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris. * 13. Simus igitur contenti his. Namque horum posteri meliores illi quidem, mea sententia, quam relicuarum philosophi disciplinarum, sed ita degenerant, ut ipsi ex se

13. Simus) *Sumus* R mea) *in ea* P

reperitur, ut, cum infinita multitudine genitiuorum conparatus, dubitationem uix ecfugiat. Legitur enim III de Orat. 17 *mihi te simillumum dixit uideri* (Fuitne *mei?*) et in Brut. 204: *Nihil tam dissimile quam Cotta Sulpicio* (*Sulpici?*) et Acad. II, 118: *Democritus huic in hoc similis, in ceteris uberior* et hic IV, 84: *huic* (Phidiæ) *similis* et hoc libro § 62: *tam dissimilis homini*, tum in oratione pro Marcello 8, auctoritate Lactanti, Prisciani, Serui confirmatum: *eum — simillumum deo iudico.* De bestia Cicero I N. D. 97 dixit: *canis nonne similis lupo?* addiditque ex Ennio: *Simia quam similis, turpissuma bestia, nobis? Patris similis* apud Ciceronem legitur ex omnibus aut melioribus libris Off. I, 121, in Uerr. III, 160 et 162, V, 30, Tusc. I, 81; *patri* hoc uno, ubi quam facile *s* excidere potuerit, adparet. De rerum similitudine Cicero, ut antiquiores, adeo promiscue utroque casu utitur, ut non tantum in aliis locis alium casum in eodem similitudinis genere ponat, sed in eodem loco, ut II N. D. quom § 40 bis dixisset *ignis ei similis igni* et § 41 *horum ignium utri sol similis sit*, subiecit: *quom solis ignis similis eorum ignium sit*, atque etiam in eadem uerborum continuatione casum mutet II N. D. 149 (*plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentis, naris cornibus iis &c.*), quod facit etiam Lucretius IV, 1207 et 1208. (Plautus Menæchm. V, 9, 30 sqq. transit a rebus ad homines). Sunt tamen certa uocabula, in quibus alteruter casus præferatur, ut *ueri similis* semper a Cicerone dicitur, (et fere a ceteris, etsi Liuius *simillumum uero* et *similluma ueris* dixit; *uero simile* Charisius Latinum esse negat); contra, ut uidetur, *hoc simile illi, ei, superiori* (neutro genere). Recentiores inde a Liuio, qui tamen de personis sæpius genitiuom habere uidetur (cfr. Drakenb. ad VI, 13), datiui usum magis magisque etiam in personarum similitudine frequentant, poëtæ quidem Augusteæ ætatis adeo, ut ex Uirgilio, Horatio, Ouidi Metamorphosibus uix unus locus adnotetur, in quo genitiuos sit. Persequetur fortasse hæc uberiùs aliquando Wesenbergius, qui ueram rationem primus aperuit.

13. *sed ita degenerant*) Lbinus *degenerarunt*, idemque Erne-

nati esse uideantur. Primum Theophrasti, Strato, physicum se uoluit; in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque, et perpauca de moribus. Huius Lyco oratione

esse) om. L se) *esse* C de) om. E Huius) *hic* E Lyco) om. E, uacuo spatio relicto; *Lysias* P *Lysias et* LR *Lysias ex* C

stius scribi malebat. Sed quom ex scriptis illorum hominum intellegatur eos degenerasse, præsenti tempore Cicero utitur, quasi nunc demum, ipso uidente, degenerent et desciscant, qua figura alibi etiam in hoc uerbo usus est, ut uideatur significare non *degener fio*, sed *degener sum*. Tuscul. II, 60: *Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat;* Philipp. XIII, 30: *Et quidem fratri tuo, qui a uobis nihil degenerat* (id est, agendo nunc ostendit, se non degenerasse), *extorsimus*. De re conferendus est locus Strabonis ad III, 41 ascriptus.

Primum Theophrasti, Strato, physicum se uoluit) Non coniungitur *Strato Theophrasti*, nec Latine sic dicitur (significaretur proprius aliquis Theophrasti Strato, ab aliis aliorum Stratonibus diuersus), sed ex eo, quod ante dictum st: *eorum posteri*, auditur substantiuom, ut sit: *Primum Theophrasti auditor s. successor, Strato*, &c. similiterque in ceteris. Cfr. IV, 3 et 61. Gud. uterque *se esse uoluit*, ut edidit Lbinus, supplemento non necessario. Iis, quæ ad II, 102 ascripsi, addendus Tusculanarum locus V, 51 et, ubi adiectiua non minorem quam substantiua duritiæ speciem habent, de Orat. II, 246 (*qui se uolt dicacem, et mehercule st*); de opt. gen. orat. 6: *contra alius acutiorem se quam ornatiorem uelit.*

noua pleraque et perpauca de moribus) Acad. I, 34: *Strato, quom maxume necessariam partem philosophiæ, quæ posita st in uirtute et in moribus, reliquisset totumque se ad inuestigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurumum discedit a suis.* Cfr. Plut. adu. Colot. c. 14 p. 1115 B. Quæ ex eius disputationibus supersunt, exponit Ritterus III p. 407 sqq., adtingit quædam Brandisius in Mus. Rhen. 1, 3 p. 215.

Huius Lyco oratione) Hunc Stratoni successisse, constat e Diog. Laërt. V, 65 sqq. et Plutarcho de exil. c. 14 p. 605 B, (cfr. Fabric. Bibl. Græc. III p. 498 Harl.) et sic Morelius in suo codice scriptum fuisse dicit, Lbinus autem, sed a Fr. Fabricio de uera scriptura admonitus, in suis se partim *Lyoratione* partim *Lycoratione* repperisse ait. Ex Erl. (de quo et Spir. Gzius tacet) adparet, in codice archetypo obscure scriptum fuisse. In Pal. 4, Gud. 2, Bas. erat *Lysias*, ut in P, in ceteris Palatinis et, ut ni-

locuples, rebus ipsis ieiunior. Concinnus deinde et elegans huius Aristo; sed ea, quae desideratur a magno philosopho, grauitas in eo non fuit; scripta sane et multa et polita, sed, nescio quo pacto, auctoritatem oratio non habet. 14. Praetereo multos, in his doctum hominem et suauem, Hieronymum, quem iam cur Peripateticum appellem, nescio. Summum enim bonum exposuit uacuitatem doloris; qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiae ratione dissentit. Critolaus imitari uoluit antiquos; et quidem st grauitate proxumus et redundat oratio. Ac tamen *ne* is quidem in

concinnus — elegans) *concinnius — elegantius* L 14. in his) *in iis* R de tota — dissentit) om. R uoluit ant.) *ant. uol.* LCROr. om. *uoluit* P Ac tamen) *Attamen* LPCROr. ne) om. omnes, Or.

detur, Dauisianis, Eξ *Lysias et*, quod tenuerunt omnes ante Dauisium, etsi Man. *et* delendum uiderat; in libro Terti et Uχ erat: *Lysias ex.* Dauisius edidit *Lyco est oratione* &c., uerbum prorsus incommodo loco ponens. Lyconem φραστικὸν ἄνδρα fuisse, tradit etiam Diogenes, sed ἐν τῷ γράφειν ἀνόμοιον αὑτῷ.

Aristo) Ceus, quem cum Chio, qui Stoicus fuit, nunc nemo facile confundit. De Ceo post Bælium et Fabricium (Bibl. Græc. III p. 467 Harl.) testimonia ueterum conlegit Hubmannus in Nou. Annalium Philol. Supplem. uol. III p. 108 sqq. De Hieronymi, qui Arcesilæ et Lyconis æqualis fuit, sententia dictum st II, 8. *Iam* particula, in qua offendi uideo, significat, in hoc interrumpi ordinem nec longius progredi, ut hunc etiam conplectatur; leuiter enim Cicero inmutauit hanc formam orationis: *quem iam non possum* (nicht länger) *Peripateticum appellare.* Hanc temporis et rei mutatorum et a superioribus diuersorum significationem apertissumam, mirum st, quam obscurauerit Handius in Tursellini uol. III p. 131 sqq. (Cfr. ad IV, 66).

exposuit) id est, sic definiuit, ut esset uacuitas doloris. Rarior utique uerbi usus satis defenditur ex § 21 et 22 (*expositiones summi boni* et *summum bonum sic exponitur, ut* &c.). De uberiore sententiæ explicatione neque hic neque ibi intellegi uerbum potest.

Ac tamen ne is quidem) *Ac tamen* ex Erl. sumpsi (uid. ad II, 85); *ne*, quod post *ea* exciderat, addendum esse, iam Bremius senserat (*ne sic quidem*). Sententiæ enim sic cohærent. Quom Cicero Hieronymum prorsus a Peripatetica sententia deflexisse

nati esse uideantur. Primum Theophrasti, Strato, physicum se* uoluit; in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque, et perpauca de moribus. Huius Lyco oratione

esse) om. L se) esse C de) om. E Huius) *his* E Lyco) om. E, uacuo spatio relicto; *Lysias* P *Lysias et* LR *Lysias ex* C

etius scribi malebat. Sed quom ex scriptis illorum hominum intellegatur eos degenerasse, præsenti tempore Cicero utitur, quasi nunc demum, ipso uidente, degenerent et desciscant, qua figura alibi etiam in hoc uerbo usus est, ut uideatur significare non *degener fio*, sed *degener sum*. Tuscul. II, 60: *Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat;* Philipp. XIII, 30: *Et quidem fratri tuo, qui a uobis nihil degenerat* (id est, agendo nunc ostendit, se non degenerasse), *extorsimus*. De re conferendus est locus Strabonis ad III, 41 ascriptus.

Primum Theophrasti, Strato, physicum se uoluit) Non coniungitur *Strato Theophrasti*, nec Latine sic dicitur (significaretur proprius aliquis Theophrasti Strato, ab aliis aliorum Stratonibus diuersus), sed ex eo, quod ante dictum st: *eorum posteri*, auditur substantiuom, ut sit: *Primum Theophrasti auditor s. successor, Strato*, &c. similiterque in ceteris. Cfr. IV, 3 et 61. Gud. uterque *se esse uoluit*, ut edidit Lbinus, supplemento non necessario. Iis, quæ ad II, 102 ascripsi, addendus Tusculanarum locus V, 54 et, ubi adiectiua non minorem quam substantiua duritiæ speciem habent, de Orat. II, 246 (*qui se uolt dicacem, et mehercule st*); de opt. gen. orat. 6: *contra alius acutiorem se quam ornatiorem uelit.*

noua pleraque et perpauca de moribus) Acad. I, 34: *Strato, quom maxume necessariam partem philosophiæ, quæ posita st in uirtute et in moribus, reliquisset totumque se ad inuestigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurumum discedit a su's.* Cfr. Plut. adu. Colot. c. 14 p. 1115 B. Quæ ex eius disputationibus supersunt, exponit Ritterus III p. 407 sqq., adtingit quædam Brandisius in Mus. Rhen. 1, 3 p. 215.

Huius Lyco oratione) Hunc Stratoni successisse, constat e Diog. Laërt. V, 65 sqq. et Plutarcho de exil. c. 14 p. 605 B, (cfr. Fabric. Bibl. Græc. III p. 498 Harl.) et sic Morelius in suo codice scriptum fuisse dicit, Lbinus autem, sed a Fr. Fabricio de uera scriptura admonitus, in suis se partim *Lyoratione* partim *Lycoratione* repperisse ait. Ex Erl. (de quo et Spir. Gzius tacet) adparet, in codice archetypo obscuro scriptum fuisse. In Pal. 4, Gud. 2, Bas. erat *Lysias*, ut in P, in ceteris Palatinis et, ut ui-

...r mihi uidetur persequi diligentissume, quam ...ristoteli fuisse et Polemonis docet.

15. Facit igitur Lucius noster prudenter, qui ...e summo bono potissumum uelit. Hoc enim ... in philosophia, constituta sunt omnia. Nam ...a rebus siue praetermissum siue ignoratum st ..., non plus incommodi st, quam quanti quaeque ...erum st, in quibus neglectum st aliquid. Sum...tem bonum si ignoretur, uiuendi rationem igno...esse st. Ex quo tantus error consequitur, ut, ... portum se recipiant, scire non possint. Cogni... rerum finibus, quom intellegitur, quid sit et ... extremum et malorum, inuenta uitae uia st

...) *prosequi* LR Aristoteli) *Aristotelis* LPCROr. 15. praetermis...*it* C rerum) *earum* E aliquid) *aliquod* E necesse st) *necesse* P ...EOr. uitae uia) *et uia una* E *et uitae uia* Or.

... *eandem Aristoteli et Polemonis fuisse dicit*) Uideo uerti, ...e Cicero dicat, antiquorum (id est, Aristotelis et Polemo...entiam etiam Aristotelis et Polemonis fuisse, id est, nihil ...triusque communem fuisse significat; uid. 5 et 21, ubi ...odo dicitur, et IV, 14 et 15. Deinceps igitur, missis ... cum filio et Theophrasto, unum Antiochum Piso tenebit. ...ino *Aristoteli* dixi paullo ante.

... VI, 13. *in philosophia*) Et ad *constituto* et ad *constituta* ...rtinet, sed priori prius adnectitur. Uerba et apta et neces...cfr. § 14 et IV, 14) Gzius deleri uolebat. Mox *sit quippiam* ... El.

...*id sit — extremum*) id est, in qua re positum sit extremum; ... 17 et I, 29; Gzius hic adripuit mendum codicum Erl. et ...*quod*, ex qua scriptura haec, si ulla, ecficeretur sententia: ...am extremum sit (extet).

...*uenta uitae uia st*) Gzius *et uitae uia st*, tamquam ex Erl. et ..., qua fide, diligentior inspectio docuit, quam praue, dixi ad ... 63; cfr. quae dicentur ad § 64. Illa regula inuenta, officia ...formantur et constituuntur, non confirmantur. *Conformatio* ...itur inde a Manutio et confirmatur ab Erlangensi; Dau. et Grut. ...cent; Gzius scribas suo more *confirmatio* peccare ait, et sic Eg, ...ld. uett. Cfr. ad IV, 5.

patriis institutis manet. Diodorus, eius auditor, adiungit ad honestatem uacuitatem doloris. Hic quoque suus est, de summoque bono dissentiens dici uere Peripateticus non potest. Antiquorum autem sententiam Antio-

suus) *finis* LC summoque) *summo* E dici) repetitur post *Peripateticus* E

dixisset, subicit, Critolaum (qui Aristoni in schola successit quique cum Carneade et Diogene Romam legatus missus est) *imitari uoluisse antiquos* (hoc ordine etiam Spir., in Pal. 4 et Gud. 2 excidit *uoluit*), quæ imitatio necessario (quoniam Hieronymi defectioni contrarium hoc est) ad uniuersam disciplinam, non ad solam orationem pertinet. Itaque addit, hanc imitationem hactenus Critolao successisse, ut grauitate (non orationis, nam hæc seorsum laudatur, sed præceptorum, ut qui bonis externis et corporis non nimium tribuerit, Tusc. V, 51) et orationis copia ad eos accederet. Iam quomodo his tamquam contrarium subici potest: *ac tamen in patriis institutis manet?* Quid enim magis expectari debuit? (Itaque Lbinus scripsit: *sed redundat oratio*, ut huic reprehensioni contraria esset laus conseruatæ disciplinæ; uerum nihilo aptius erit *tamen*, quasi propter redundantiam orationis hoc expectari non potuerit. Uideo etiam uirum quendam doctissumum *ac tamen* eo modo explicare conari, de quo ad II, 84 dixi, ut hæc sit sententia: et, quamuis non excellat grauitate et orationis copia, tamen &c. Uerum, ut omittam *et tamen*, non *ac tamen*, sic poni, in illis locis primum aliquid ad rem, quæ agitur, pertinens ponitur, deinde additur, etiamsi hoc non sit, aliud tamen esse, ut illo carere possimus. Hic hoc ipsum agitur, maneatne Critolaus in patriis institutis necne; nec ad eam rem pertinet orationis redundantia. Addo, si (*is*) *quidem*, ut tum debet, significat, alium nominatum iri, de quo contrarium dicatur, dicendum fuisse *et hic quidem*.) Adparet igitur hoc dici, quamuis Critolaus imitari antiquos uoluerit et aliqua ex parte imitatus sit, ab Hieronymi lenitate diuersus, tamen hunc quoque inter eos ponendum esse, qui sic degenerarint, ut ipsi ex se nati uideantur. In qua re ab antiquis desciuerit, nescimus. Sed sequitur Cicero Antiochum, qui a se demum ueram antiquorum sententiam exponi adfirmabat, quam superiores non satis persecuti essent. Longe tamen grauius Diodorus (cfr. ad II, 19), ut Hieronymus, e Peripateticorum coetu excluditur.

chus noster mihi uidetur persequi diligentissume, quam eandem Aristoteli fuisse et Polemonis docet.

VI. 15. Facit igitur Lucius noster prudenter, qui audire de summo bono potissumum uelit. Hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia. Nam ceteris in rebus siue praetermissum siue ignoratum st quippiam, non plus incommodi st, quam quanti quaeque earum rerum st, in quibus neglectum st aliquid. Summum autem bonum si ignoretur, uiuendi rationem ignorari necesse st. Ex quo tantus error consequitur, ut, quem in portum se recipiant, scire non possint. Cognitis autem rerum finibus, quom intellegitur, quid sit et bonorum extremum et malorum, inuenta uitae uia st

persequi) *prosequi* LR Aristoteli) *Aristotelis* LPCROr. 15. prætermissum) add. *sit* C rerum) *carum* E aliquid) *aliquod* E necesse st) *necesse* P quid) *quod* EOr. uitæ uia) *et uia una* E *et uitæ uia* Or.

quam eandem Aristoteli et Polemonis fuisse dicit) Uideo uerti, quasi hoc Cicero dicat, antiquorum (id est, Aristotelis et Polemonis) sententiam etiam Aristotelis et Polemonis fuisse, id est, nihil dicat. Utriusque communem fuisse significat; uid. 5 et 21, ubi eodem modo dicitur, et IV, 14 et 15. Deinceps igitur, missis Aristotele cum filio et Theophrasto, unum Antiochum Piso tenebit. De genitiuo *Aristoteli* dixi paullo ante.

Cap. VI, 13. *in philosophia*) Et ad *constituto* et ad *constituta sunt* pertinet, sed priori prius adnectitur. Uerba et apta et necessaria (cfr. § 14 et IV, 14) Gzius deleri uolebat. Mox *sit quippiam* Dau. ex El.

quid sit — extremum) id est, in qua re positum sit extremum; cfr. § 17 et I, 29; Gzius hic adripuit mendum codicum Erl. et Spir. *quod*, ex qua scriptura hæc, si ulla, ecficeretur sententia: quodnam extremum sit (extet).

inuenta uitæ uia st) Gzius *et uitæ uia st*, tamquam ex Erl. et Spir., qua fide, diligentior inspectio docuit, quam praue, dixi ad II, 68; cfr. quæ dicentur ad § 64. Illa regula inuenta, officia conformantur et constituuntur, non confirmantur. *Conformatio* editur inde a Manutio et confirmatur ab Erlangensi; Dau. et Grut. tacent; Gzius scribas suo more *confirmatio* peccare ait, et sic Eξ, edd. uett. Cfr. ad IV, 5.

conformatioque omnium officiorum. **16.** Est igitur, quo quicque referatur; ex quo, id quod omnes expetunt, beate uiuendi ratio inueniri et conparari potest. Quod quoniam, in quo sit, magna dissensio st, Carneadia nobis adhibenda diuisio st, qua noster Antiochus libenter uti solet. Ille igitur uidit, non modo quot fuissent ad-

conformatioque) *confirm.* PCR omnium) om. L 16. Est) *cum* E quicque) *quodque* EOr. *quicquid* L Carneadia) *Carneadeia* P *Carneadea* LCR fuissent) *omnino f.* O

16. *Est igitur, quo &c.*) Primum notionem finis constituit, postea quærit, qua in re sit. Pro *quicque* Gzius ex Erl. et Spir. *quodque*. Uid. ad I, 18.

Quod quoniam in quo sit, magna dubitatio st) Quoniam Gzius putat, *quod quoniam* hic dici, quemadmodum *quod si* et alia similia, dicendum st, *quod* (id est, id extremum, quo omnia referuntur) subiectum esse uerbi *sit: Et* quoniam magna dubitatio st, in quo *hoc* sit. Licebit igitur, si quis ludere uolet, sic uerba interpungere: *Quod, quoniam, in quo sit, magna &c.* Sed ad eandem formam supra III, 74 scribendum erit: *hæc, sine physicis, quam uim habeant, uidere nemo potest;* nam *sine physicis* pertinet ad *uidere;* et 1 R. P. 15 sic uerba diuellemus: *quæ, uix coniectura, qualia sint, possumus suspicari*, et multa alia non minus ridicule et contra pronuntiationis legem sermonisque naturam concidemus frustatim. Sed præstat Latinorum morem sententiæ secundariæ cum primaria miscendæ animaduertere et simul, quam pertinaciter uetus sermo constantiam interpunctionis ad nostræ orationis normam excogitatæ respuat.

Carneadia — diuisio. Ille igitur) De hac diuisione, quæ ex rerum et notionum confusione non parua difficultatem habet, et de omni huius et proxumorum duorum capitum argumento expositum st in ea disputatione, qua etiam prima naturæ per excursum declaraui, ad II, 33. Oratio notam figuram habet in pronomine *ille* ad substantiui notionem, quæ in *Carneadia* subest, relato, ut libro I, 17 (*Democritia — Ille*) et II, 42 (*Carneadeum — is*) et de Diuin. II, 31 (*Pherecydeum — qui*), ubi Hottinger citat Liu. XLII, 47 (*calliditatis Græcæ, apud quos*), Dauisius hic Liu. II, 53 (*Veiens bellum —, quibus*) et alia ex inferioris ætatis scriptoribus. Nonnihil diuersum st, quom ad urbis terræue nomen pronomina incolas significantia referuntur (Gronou. ad Liu. VIII, 11, IX, 41, Ruhnken. ad Vell. I, 2), aut omnino ex totius nomine singuli in-

huc philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent sententiae. Negabat igitur ullam esse artem, quae ipsa a se proficisceretur. Etenim semper il-

esse possent) *p. e.* L *esse potuissent* C a se) *se* E om. P

telleguntur (Acad. II, 103: *Academia, a quibus*). *Carneadia* Gzius ex Erl., Spir., Bas., ed. Crat. cfr. § 22. IV, 59 codices alterum uidentur seruare; in II, 42 Crat. et Uict. *Carneadium* (Erl. *Carneadum*, quae scriptura ibi errore omissa st). Editur apud Ciceronem *Thucydidius* (bis), sed *Pherecydeus* (semel), *Aristotelius* et *Democritius*, sed *Epicureus*, *Aristippeus*, *Aristarcheus*. In incerta re meliores codices sequor; cfr. ad 54. Paullo post *adhuc* est *ad id usque tempus* (Carneadis), non *ad hoc*, rarissumo apud Ciceronem et antiquiores exemplo. Praeter hunc tamen locum, quem A. Matthiaeus ad orat. pro Ligar. § 2 unum apud Ciceronem reperiri putat, similiter I de Orat. 94 Antonius loquens inducitur: *scripsi* (olim), *disertos me cognosse nonnullos*, *eloquentem adhuc neminem*. Ut ibi uox retenta st ex recta oratione (*adhuc*, id est, ad hoc tempus, *noui neminem*), sic hic cogitatio ad Carneadem relata eam non recte obiecisse uidetur, qui dicturus erat: *adhuc* (ad me) *tot fuerunt*, ut non continuo sequatur, Ciceronem etiam hoc dicere potuisse: *Tot adhuc erant* (Carneadis tempore). Nam quos locos Handius Tursell. I p. 160 laudat, in eorum altero, ad Att. VII, 12 (*unam adhuc epistulam acceperam*) plusquamperfectum ponitur more epistularum, *adhuc* ad uerum tempus praesens refertur, quae confusio in epistulis non ita rara st, alter II de Diu. 2, 4 (*adhuc haec erant; ad relicua alacri tendebamus animo*) similem habet figuram, quom Cicero, quasi epistulam scribens, de praesenti tempore inperfecti forma utatur. Ex inferioris aetatis scriptoribus praeter locum Taciti (Agr. 45) numerari etiam ii debent, ubi *adhuc* de re certo aliquo tempore durante et nondum finita cum inperfecto indicatiui ponitur, ut ex iis, quos Handius alio consilio ascripsit, Ouid. Trist. I, 9, 41, Curt. VII, 4, 37 et VIII, 6, 18, Tac. Ann. V, 3, Hist. III, 9, Ual. Flac. Argon. VIII, 114 et 140. Nam cum participio et adiectiuo praeteriti temporis iam Liuius *adhuc* coniungit. Cicero, si codicibus credimus, aliquotiens *etiamnunc* pro *etiamtum* dixit.

a se proficisceretur) tamquam caussa et proposito; hoc est autem, quod arte conprehenditur. Paullo post in uerbis *ipsam in se uersari* excidit *ipsam* in editionibus saltem inde a Crat. et Uictorio ante Dau. contra codd. (Par. tris, El., Mead., Oxx., Gzi). Mox *igitur*

lud extra st, quod arte conprehenditur. Nihil opus est exemplis hoc facere longius. Est enim perspicuum, nullam artem ipsam in se uersari, sed esse aliud artem ipsam, aliud, quod propositum sit arti. Quoniam igitur, ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio, sic uiuendi ars est prudentia, necesse st, eam quoque ab aliqua re esse constitutam et profectam. 17. Constitit autem fere inter omnis, id, in quo prudentia uersaretur et quod adsequi uellet, aptum et adcommodatum naturae esse oportere et tale, ut ipsum per se inuitaret et adliceret adpetitum animi, quem ὁρμήν Graeci uocant. Quid autem sit, quod ita moueat itaque a natura in primo ortu adpetatur, non constat, deque eo st inter philosophos, quom summum bonum exquiritur, omnis dissensio. Totius enim quaestionis eius, quae habetur de finibus bonorum et malorum, quom quaeritur in his, quid sit extremum, quid ultumum, fons reperiendus est, in quo sint prima inuitamenta naturae. Quo inuento,

igitur ut) *ut* LPCR nauigationis gubern.) *g. n.* L aliqua) *alia* LPCR 17. inuitaret et) *mutaret* E ὁρμήν) uacuum spatium in C in his) *in iis* R quid ultumum) *et quid ult.* E *et ult.* LPCR sint) *sunt* E

(post *quoniam*) addidit Crat., Lbinus in curis secundis, Dau. ex El., Gzius etiam e Spir. Gud. 1 *ergo*. Ceteri omittunt. Hunc locum ex Aristotelis Nicomach. I, 1 (*πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν κ. τ. λ.*) expressum esse, Ursinus sine ulla minuma caussa putat. Conparationes huiusmodi in omnibus scholis iactabantur; uid. modo I, 42, III, 24 cett.

ab aliqua re) quae extra eam sit, ita ut habeat, in quo uersetur, nec a se orta sit. Sic etiam Spir. et facile hoc, quod dixi, auditur e superioribus, ut nihil opus sit *alia aliqua* scribere, nec contra optumos codices retinere, quod ante Gzium erat, *alia*, in quo praesertim pronomen desideretur. Mox de ὁρμῇ cfr. III, 23.

17. *quid ultumum*) Sic cod. Spirensis; ex Erl. (de quo recte Gzius adnotat, ut etiam de Spir. confidi debeat) adparet mutationis origo; ergo secutus sum auctoritatem, ut in contrariam partem feci I, 29.

fons reperiendus est, in quo sint) Nimis breuiter Cicero loquens incidit in orationem et imaginem non aptissumam, quasi in eo fonte, e quo quaestio de finibus ducatur, insint et ex eo hauriantur

omnis ab eo, quasi capite, de summo bono et malo disputatio ducitur.

VII. Uoluptatis alii primum adpetitum putant et primam depulsionem doloris; uacuitatem doloris alii censent primum ascitam et primum declinatum dolo-

quasi) om. E uacuitatem doloris) om. LCROr. ascitam) *assertum* E *ascitum* cett. codd. *ascitum, non dolere* Or.

prima inuitamenta naturæ. Adparet enim, hanc eum sententiam significare uelle, inuestigandum esse, ubi et quæ sint inuitamenta naturæ; eo reperto, repertum fore fontem illius quæstionis. Itaque *reperiendus* dicitur *fons* talis aliquis, *in quo sint* et adpareant illa inuitamenta. Male igitur Gzius ex Spir. et Erl. dedit: *in quo sunt*, quasi absolute dicatur, reperiendum esse quæstionis fontem, (quod quis dubitabat?) et tum adiungatur, in hoc fonte illa inesse. Illud dicitur, hunc esse ipsum quæstionis fontem. Hæc prima inuitamenta generaliter dici de prima hominis constitutione et adpetitu, illa, quæ mox secuntur, prima naturæ intellegi certas quasdam res, quas quidam putabant illo adpetitu conprehendi, uberius declaraui in excursu de his rebus.

Cap. VII. *uacuitatem doloris alii censent primum ascitam*) In codicum fide dignorum scriptura nihil mutaui, nisi quod pro *ascitum* (etiam mgo Crat. et fortasse omnis melior familia *assertum* habet, de quo mendo dixi ad III, 17) *ascitam* posui; alterum aut casu et unius litteræ mutatione ortum st aut ad *primum adpetitum* adcommodatus est, conficto substantiuo, *primus ascitus*, etsi tum genitiuos requirebatur. Nam uoluptatem ipsam appellari ascitum siue adpetitum aut dolorem declinatum siue declinationem, prorsus inauditum st. Ne *declinatum* quidem Cicero pro declinatione, qua uoce sæpissume utitur, semel dixisset. Neutrum genus participi seruari in hac forma: *uoluptas est primum ascitum*, hoc est, id quod primum asciscatur, Latinus sermo non patitur. Cetera, ut dixi, sic esse in bonis codicibus, fidem facit Erl., in mediis P et Palat. 4; quod tamen Gzius in omnibus suis codicibus *doloris uacuitatem alii* &c. legi narrat, saltem illo ordine nullus codex uerba habuit, nec puto, in omnibus fuisse. Nam in codicibus deterioribus (Pal. 2, 3, 5, 6, Oxx. omnibus; Dau. tacet) exciderunt duo uerba, manifesta erroris caussa (*d o l o r i s*, *uacuitatem d o l o r i s*). Itaque in antiquis editionibus (etiam Crat., Uict.) locus mancus erat. Hinc in Ursiniano illo codice et ed. Marsi natum st: *alii censent primum ascitum non dolere*, quod quale sit,

rem; (18) ab iis alii, quae prima secundum naturam nominant, proficiscuntur, in quibus numerant incolumitatem conseruationemque omnium partium, ualetudinem, sensus integros, doloris uacuitatem, uiris, pulchritudinem, cetera generis eiusdem, quorum similia sunt prima in animis, quasi uirtutum igniculi et semina. Ex his

18. iis) *his* omnes, Or. cetera) *ceteraque* LCR

adparet. Id reuocauit Gzius. Nam inde ab Aldo seniore edebatur: *alii censent primum ascitum doloris uacuitatem*, uocibus, quæ exciderant, nescio unde, sed non recto loco et ordine restitutis, easque P. Manutius in antiquis Maffei, Sigoni, Terti libris desiderari negat, ad ordinem non adtendens. (Hinc Gzius, ut solet, "in pluribus P. Manuti desiderari" ea uerba mentitur) Uelim adtendi, nunc in omnibus membris eundem seruari ordinem: *Uoluptatis alii — uacuitatem doloris alii — ab iis alii* &c.

18. *ab iis alii, quæ*) Hoc est: Alii denique (nam tres sunt sententiæ) ab iis proficiscuntur in fine constituendo et ea primum adpeti putant, quæ &c. (In hac generis definitione necessario *iis, quæ* pro *his, quæ* scripsi, ut erat in margine edit. Lambinianæ secundæ.) Hæcine, dicet aliquis, nobis enarrari, quæ quiuis puer intellegat? Dormitauit tamen Lbinus, prorsus autem incredibiliter errauit Gzius, nec multo minus Orellius et Otto, etiam post Beieri admonitionem (ad Cic. Off. III, 119 p. 415).

doloris uacuitatem) Recte sensit Ernestius uitiose in diuisione idem in parte tertii generis poni, quod ipsum sic in secundo genere constituatur, ut non ex tertio decerpi et eligi, sed diuersum esse uideatur; non recte, hæc deleri iubens (et deleuit Schuetzius, non inprobante Orellio), in librarios eam culpam transfert. Nam et alibi in his primis Cicero una cum ualetudine (integra uniuersi corporis) uacuitatem doloris (hanc uel illam partem adtemptantis) numerat (hic 47, III, 51, IV, 20, 27, 35), nec Carneades id obscurabat, qui propterea nullam ex primis naturæ et uacuitate doloris conflauit sententiam. *Iuris* pro *uiris* Spir., Erl. Gzi, *Bas.*, seruato ueteris orthographiæ uestigio. *Cetera* pro *ceteraque* Gzius ex omnibus suis, modo ne de aliquot errauerit, etsi ex P nostro adparet, non in solis optumis ita scriptum fuisse; uid. ad IV, 4.

quorum similia sunt prima in animis) Ita Cicero locutus est, ut non plane adpareat, num hæc, quæ prima in animis appellat, prorsus in eo genere numerauerit, quæ prima a natura adpete-

tribus quom unum aliquid sit, quo primum natura moueatur uel ad adpetendum uel ad repellendum, nec quicquam omnino praeter haec tria possit esse, necesse st omnino officium aut fugiendi aut sequendi ad eorum aliquid referri, ut illa prudentia, quam artem uitae esse diximus, in earum trium rerum aliqua uersetur, a qua totius uitae ducat exordium. 19. Ex eo autem, quod

aliquid) *aliquod* omnes, Or. primum) *prima* EP uel ad) *ut* E repellendum) *expell.* L possit) *possint* E officium) *aut off.* L ad) *aut* E aliquid) *aliquod* Or. esse diximus) *dixerimus* E rerum) om. L ducat) *ducatur* L 19. autem) om. L

rentur. Nullum uirtuti proprium locum esse in hoc tertio genere, facile iam ex eo intellegitur, quod Carneadis finis, qui hinc ducitur, uirtute uacat (22 &c.); plura dicam in exc. IV.

unum aliquid) Pronominibus neutri generis uniuerse positis in diuidendo uoces substantiuae subiciuntur; itaque ut dicitur *ex his corporibus nullum*, sic necessario: *ex his*, *horum* (ex his rebus, harum rerum) *nihil*, non *nullum*, et: *nec eorum quicquam*, non *ullum*; a *nihil* et *quicquam* regula transferenda st ad ea, quae in scribendo permutari solent, ut *eorum aliquid* dicatur (ut pro Cael. 77 *minimorum horum aliquid*), non *aliquod*. Recte igitur paullo post edebatur *ad eorum aliquid*, pro quo Gzius post Dauisium scripsit *aliquod* tamquam e Spir. et Erlangensi; mihi de Erl. id non notatur. Sed ea regula nihil mutatur addito *unum* (ut quom *unumquicque* dicimus); itaque hic quoque sic scripsi, Wesenbergio admonente, pro *aliquod*; (contra de Orat. II, 292 *aliquod unum argumentum*). Mox pro *primum* (cfr. 19) etiam Spir. et Gud. 2 ("tres optumi") et *χψ*, id est, et meliores et deteriorum aliquot praue *prima*.

officium aut fugiendi &c.) Quam fallaciter hic offici notio, deinde honesti confingatur, et eiusmodi honesti, ut in studio uoluptate potiendi aut dolore uacandi ipsa beata uita ponatur, et apertum st et in excursu quarto declarabitur. Sed animaduersa hac fallacia tollantur nec esse possunt duae illae sententiae, quas mox dicit esse posse nec tamen defensores habuisse (§ 20). Stoicorum honestum, etsi definitione Antipatri (uid. ad III, 22) in hanc descriptionem incidit, tamen aliunde ducebatur.

esse diximus) *Esse* Gzius in Bas. et Gud. 1 omitti ait; uides Erl. Sed rectius additur: "sic definiuimus, ut artem esse diceremus."

statuerit esse, quo primum natura moueatur, existet recti etiam ratio atque honesti, quae cum aliquo uno ex tribus illis congruere possit, ut aut id honestum sit, facere omnia [aut] uoluptatis caussa, etiam si eam non consequare, aut non dolendi, etiam si id adsequi nequeas, aut eorum, quae secundum naturam sunt, adipi-

recti etiam) *e. r.* LPCR aliquo uno) *u. al.* LPCR ut aut id) *ut* Or. [aut] sine uacis Or. caussa, etiam) *caussa* E etiam si id) *aut si id* E *si id* P *etiam si* C sunt) om. LPR

19. *recti etiam*) Sic Gzius etiam e Spir. et mox *aliquo uno*. *ut aut id honestum sit &c.*) Si uera sunt proxuma, inter se illa referuntur: *aut uoluptatis caussa* — *aut non dolendi* — *aut eorum*. Ita huic primo *aut* nihil est quod respondeat nec ulla hic diiunctio esse potest. Itaque P. Manutio suadente Lbinus sustulit *aut* (quod, si silentio fides est, uidetur abesse ab Ox. E; U numerari non debet); Gzius autem, quom etiam *id* Ernestio displicuisset, utramque uocem deleuit, Gud. 1 et Bas. (at quibus codicibus!) auctoribus utens. Uerum, si quis recte adtenderit, uidebit, delcto hoc *aut*, unum constitui honestum tris partis conplectens, ut et is honeste agat, qui uoluptatis caussa omnia faciat, et qui, si id non placeat, uoluptatis, et qui primorum naturæ. Ut, id quod sententia postulat, tria honesta inter se diuersa intellegantur, diiunctio antea significari debet. Atque ad diligentissumam normam exacta hæc oratio esset: *ut aut id sit honestum facere omnia uoluptatis caussa &c. aut id, facere omnia non dolendi &c.* Sed quom plurium honestorum discrimen iam significatum esset in illis: *aut id honestum sit*, nihil opus erat pronomen et infinitiuom repetere. Adparet hoc *aut* prorsus necessarium esse; nec minus necessario diiunctiuæ particulæ pronomen definitionis index et infinitiuom ante significans subicitur, non magis nostro more quam Latino, ut adparet ex III, 29: *id esse beate uiuere, honeste uiuere*, et IV, 41: *Ergo id est conuenienter naturæ uiuere, a natura discedere*, et V, 80. Sic uiti manifestum fit *aut* ante *uoluptatis* in media prima parte diiunctionis, cuius addendi quæ fuerit caussa, adparet; nolebat enim interpolator, ueram formam non animaduertens, hoc *aut uoluptatis caussa* simillumum esse illorum: *aut non dolendi — aut eorum*. De figura ea orationis quæ st in *eorum — adipiscendi* dixi ad I, 60. *Sunt* post *naturam* excidit in deterioribus codd. et plerisque edd. (Uict., Grut., Dau., Oxx.); e prima editione (et a. 1480) tenuerant Crat., Man., Lbinus, reuocauit Gzius ex Erl. et Spir.

scendi, etiam si nihil consequare. Ita fit, ut, quanta differentia st in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo. Alii rursum isdem a principiis omne officium referent aut ad uolu-

etiam si nihil consequare) add. *aut nihil dolendi* E om. cett. codd. *etiamsi non adipiscare* Or. rursum) *rursus* LPCROr. referent) *referunt* Or.

etiam si nihil consequare) Hæc prorsus necessario adduntur, non solum, quod in duobus relicuis generibus eodem modo excluditur necessitas adsequendi, quod petatur, sed quod hac adiectione tota huius definitionis summi boni proprietas continetur, eaque una hic finis (Stoicus) in primo diuisionis ordine locum tenet et a Carneadio discernitur, qui positus erat in ipsa adeptione primorum naturæ, quique in secundo ordine tertius huic respondet. Itaque hoc non addito, quod additur etiam paullo post in eadem horum trium finium enumeratione (§ 20 *etiamsi ea non adsequamur*), duo hi sententiarum ordines confunduntur. Sumpsi autem hæc uerba ex præclaro codice Erl., non dubitans, quin, ut de hoc Gzius tacuit, sic de ceteris bonis iniuria taceatur. In codice archetypo quom librarius hæc scripsisset: *etiamsi nihil consequare* aberrante oculo, non ad ea, quæ hic sequebantur, progressus est, sed ea, quæ post superius *consequare* legebantur (*aut non dolendi*), iterum scribere coepit; deinde, animaduerso errore, ea tamen, quæ iam scripserat, non deleuit. (Simillumus error est in Erl. § 24.) Atque id mendum, quo ueritas perspicue confirmatur, meliores codices retinuerunt; is, cui deteriores debentur, ut solebat correctorem agere, una cum tribus iis uerbis, quæ tolli debebant, tria, quæ non debebant, deleuit. Huic editores fere omnes paruerant, non animaduerso sententiæ uitio; is tamen, qui editioni a. 1480 præfuit, quid requireretur, sensit; scripsit enim: *adipiscendi, etiamsi non adipiscare,* cuius coniecturæ præstantiam Orellius intellexit et secutus est; nec tamen recte eam a codice C. Stephani confirmari putauit. Beierus quoque (ad Off. uol. II p. 415), quid desideraretur, uiderat.

Alii rursum (cdd. *rursus*) *isdem a principiis*) Alter hic est ordo trium finium, qui ex illis tribus generibus primorum inuitamentorum oriuntur, quom non adhibetur illa honesti fallacia, sed bonum in ipsa adeptione et possessione eius, quod primum adpetatur, ponitur, non in actione eius caussa etiam frustra suscepta. Sed neglegenter et peruerse Cicero ex superiore ordine hic admiscuit offici mentionem (*omne officium referent*), ut, nisi diligenter adtendas, facile aberrare possis, ut aberrauit Morelius. (Ceteri tacent.) Nam officium ad has res consequendas et tenendas etiam

ptatem aut ad non dolendum aut ad prima illa secundum naturam obtinenda. 20. Expositis [iam] igitur sex de summo bono sententiis, trium proxumarum hi principes: uoluptatis Aristippus, non dolendi Hieronymus, fruendi rebus iis, quas primas secundum naturam esse diximus, Carneades non ille quidem auctor, sed defensor disserendi caussa fuit. Superiores tres erant, quae esse possent; quarum st una sola defensa, eaque uehementer. Nam uoluptatis caussa facere omnia, quom, etiam si ni-

ad non dolendum) *non dolendi* E 20. [iam] igitur) *igitur* E *igitur iam* R, sine uncis Or. quom) *tum* L

superiores referebant, qui omnia earum caussa facienda putabant; sed in illis sententiis (si modo ullæ esse possent) sufficere indicabatur ad summum bonum offici illius perfunctio. Notabilis est breuitas orationis, qua Cicero hæc *ab isdem principiis*, omisso participio *profecti*, cum ipso uerbo *referent* coniunxit uel potius absolute posuit, quomodo Legg. III, 14, quem locum Wesenbergius demonstrat, dixit: *Post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius — doctrinam ex umbraculis eruditorum — in discrimen aciemque produxit.* *Referent* præter meos codices etiam Spir., Gud. 1, Bas., Gud. autem 2 et Ox. E *referrent*, ut mirer de ceteris Oxx. taceri; *referunt* omnes, credo, inde a Marso et Crat. Recte futurum ponitur, quom demonstretur, quæ sententiæ esse possint, quasi nondum sint; cfr. supra *existet*. *Obtinenda* Cicero rettulit ad eorum, quæ quis iam consecutus esset, possessionem et usum, ne pro *consequendi* uerbo positum putemus (cfr. ad II, 71).

20. *Expositis* [*iam*] *igitur*) Sic ex edit. prima Manutius et deinceps ceteri. Priores (ut Mars., Crat.) fere cum ed. R. *igitur iam*, quod Gzius in quattuor suis esse ait; Ox. U omittebat *igitur*. Carneadis finem adtigit Cicero II, 35 et 42 et nos supra ad IV, 15.

Nam uoluptatis caussa facere omnia &c.) Sic orationem ab infinitiuo orsus est, quasi subiecturus: *nemo expetendum putat, nemo summum bonum dicit* aut simile quid; deinde, quod interposuerat illa: *quom — summum bonum sit*, oblitus initi posuit *dicit*. Itaque Lbinus scribi uolebat *facienda esse*. In particula *quom*, in qua Dau. hæsit, Gzius errauit, ita significatur caussa omnia propter uoluptatem faciendi, ut simul in hanc secundariam sententiam includatur id, quod proprie cum infinitiuo coniungi debebat: *etiamsi nihil consequamur*. Quod est in Erl. *dixit*, coniectura præ-

hil consequamur, tamen ipsum illud consilium ita faciendi per se expetendum et honestum et solum bonum sit, nemo dicit. Ne uitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putauit, nisi etiam euitare posset. At uero facere omnia, ut adipiscamur,

consequamur) *consequantur* L tamen) *tum* LR et solum) *solum* E dicit) *dixit* E putauit) *putant* E nisi) *ne si* omnes, Or. cum nota mendi. posset) *possit* L

ceperat Lbinus, et præcedit *est defensa,* sequitur *putauit.* Sed grauius repugnant illa: *quom — consequamur — sit;* et facile illam uarietatem temporum ferimus.

nisi etiam euitare posset) In altera sententia summum bonum ponebatur *facere omnia non dolendi caussa, etiamsi id adsequi nequeas,* hoc est, ut aliis uerbis idem dicatur, *dolorem uitare, etiamsi euitare non possis.* (Nam *euitare*, ut *ecfugere*, significationem habet ecfectus, *uitare* conatus; Seneca ep. 93: *Quid autem ad rem pertinet, quamdiu uites, quod euitare non possis?*) Itaque qui hanc sententiam non probat et plus requirit, is negat, uitationem doloris bonum esse, nisi quis eum etiam euitet, hoc est, nisi uacuitatem doloris consequatur. Copia quædam naturalis orationis in eo st, quod addita illa *ipsam per se* iam significationem habeant eius, quod præterea requiratur, quæ expletur hac sententia: *nisi etiam* &c. (Nec, quod Bremio uisum st, qui ueram sententiam uidit, ullo modo expressa hæc declaratio, quid in illo fine excludatur, omitti aut debet aut potest.) In codice archetypo pro *nisi* scriptum erat *ne si* (ut contra § 55 *nisi iucundissumis quidem* pro *ne si iuc. qu.*). Id mendum Ursinus correxit (codicis, ut solebat, specie utens), nec tamen, quia interpretationem non addiderat, quisquam (præter Bremium) sententiam eius intellexit. (Dauisius, qui solus mentione dignatus est, ascribit: *Absurde.*) Plerique enim, quid inter uitationem et euitationem interesset, non tenuerunt. Itaque partim codicum scripturam miris modis explicare conantur, *ne* pro *ne — quidem* accipientes (de quo dixi ad I, 89), ut Gernhardus in Addendis edit. Cat. Mai. p. 320, quem Otto sequitur: *ne tum quidem quisquam, si etiam euitare dolorem posset, hanc doloris euitationem* (uides pro *uitatione* eam subici) *per se in rebus expetendis putauit.* At, o bone, paucis uersibus ante Cicero narrauit, hanc *euitationem doloris*, id est uacuitatem, Hieronymum summum bonum putasse. Alii autem scripturam mutant, ut Dauisius ex El. (primo scilicet) dedit: *nisi etiam euenire posset.* Id quidem omnibus pæne euenit, ut dolorem uitent; ut euitent, non

quae secundum naturam sint, etiam si ea non adsequamur, id esse et honestum et solum per se expetendum et solum bonum, Stoici dicunt.

VIII. 21. Sex igitur hae sunt simplices de summa bonorum malorumque sententiae, duae sine patrono, quattuor defensae. Iunctae autem et duplices expositiones summi boni tres omnino fuerunt, nec uero plures, si penitus rerum naturam uideas, esse potuerunt. Nam aut uoluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphonti Dinomachoque placuit, aut doloris uacuitas, ut Diodoro, aut prima naturae, ut antiquis, quos eosdem Academicos et Peripateticos nominamus. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, haec in praesentia nota

sint) *sunt* EOr. etiam si) *etsi* LPC expetendum) add. *et assequendum* L 21. simplices) om. L summa) *summo* PC defensæ) add. (iterum) *quattuor* E Calliphonti) *Calliphoni* LPCR *Callipho in* E nominamus) *nominauimus* E

contingit. Orellius altiorem latere putat corruptelam et hanc sententiam requiri: "etiamsi euitari non posset dolor." Id rectum esset, si adfirmatio huiusmodi præcederet: *Fuit, qui uitationem doloris ipsam per se in bonis poneret.* Aliorum errores omitto.

quæ secundum naturam sint) Gzius etiam e Spir. *sunt;* uid. ad II, 33. Tum *etsi ea* codices deteriores (Par. tres, Mead., El., Ball., Eξχ, Gzi, exceptis Spir. et Erl.) et multæ edd. (Crat., Uict., Dau.). Usum esse hac definitione Antipatrum Tarsensem, uidimus ad III, 22, qui cum Carneade uixit paullo fortasse inferior ætate. Fieri potest, ut iam magister eius Diogenes, qui ipse eadem contra Academicos certamina sustinens nouis quibusdam formulis utebatur, in hanc quoque inciderit (cfr. ad IV, 14).

Cap. VIII, 21. *de summa bonorum*) Sic olim Marsus, Crat., restituitque Gzius e Par. 1 (?) et 2 et El. Dauisi, Ox. E, Spir., Gud. 2, Bas. (Erl. oblitus est); Acad. II, 129: *ad quos et bonorum et malorum summa referatur. De summo bonorum* ed. a. 1480, Man., Uict., ceteri, et sic mgo Crat. Deinde ex Erl. effici potest: *duæ sine patrono, defensæ quattuor* (uid. ad § 88), sed incerta res est. Mox *Calliphonti* Schuetzius primus dedit; uid. ad II, 35.

esse debebunt, uoluptatem semouendam esse, quando ad maiora quaedam, ut iam adparebit, nati sumus. De uacuitate doloris eadem fere dici solent, quae de uoluptate. **22.** Nec uero alia sunt quaerenda contra Carnea-

quando) *quoniam* L dici solent) *s. d.* LC quæ de uolupt.) *quæ contra uoluptatem dicta sunt* C Post hæc uerba omnes addunt: *Quoniam* (*quando* L) *igitur et de uoluptate cum Torquato* (om. *cum Torq.* P) *et de honestate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone est disputatum, primum, quæ contra uoluptatem dicta sunt, eadem fere cadunt contra uacuitatem doloris.* Or. cum uncis. **22.** Carneadiam) *Carneadeam* PCR

quando ad maiora) Etiam Eξ *quoniam.* Suspicati sunt homines docti (Wunderus in præfat. cod. Erf. p. LXXVI, Orellius ad Brut. § 201 ed. min., ad Tuscul. IV § 34), fortasse illis locis, ubi apud Ciceronem legatur *quando* in caussa significanda, hanc uocem (*qn̄*) e conpendio uocis *quoniam* (*quō*) ortam esse, quod aliquot locis factum esse constat. Dubitatur enim, num Cicero paucis quibusdam locis pro ea particula, qua ipse uti soleat, alteram nullo omnino discrimine substituerit. Nondum tamen satis ubique antiquorum codicum notæ et conpendia considerata sunt; et præter poëtarum auctoritatem et Sallusti atque Liui codices (uid. Kritz. ad Sall. Iug. 110, Drakenb. ad Liu. XXXIII, 2, 9, XL, 9, 3) obstat, quod non ita raro apud ipsum Ciceronem legitur *quando quidem*, tum quod Augusti saltem ætate etiam in prosa oratione sic dici potuisse, fidem facit lapis alter cenotaphiorum Pisanorum (Orell. Inscriptt. Lat. I p. 163). Itaque codicibus nullius auctoritatis obsecutus non sum; cfr. 67. Si umquam ita *quando* Cicero posuit, hic eius ponendi caussa erat post *quoniam* in initio periodi.

quæ de uoluptate) Post hæc uerba uetus additamentum sustulimus, notatum post Nisseni dubitationem a Gzio et ceteris. Peruerse Pisonem induci conmemorantem eas disputationes, quæ multo post habitæ a Cicerone fingerentur quam hæc a Pisone dicta essent, animaduertit iam Muretus (Uar. Lectt. XIV, 20), sed Ciceronem oblitum putabat, Pisonem, non se loqui. Uerum hoc ideo prorsus credi non potest, quod ipsa Torquati et Catonis conmemoratio ostenderet, Ciceronem formæ a se institutæ memoriam tenuisse. Sed ut credi posset, restarent alia uitia; primum inanissuma et manifestissuma tautologia (*de uacuitate doloris eadem* &c. et: *quæ contra uoluptatem dicta sunt, eadem* &c.), deinde Stoicorum mentio ab hoc loco prorsus aliena, quoniam hic semouentur sententiæ honestatis expertes, Epicuri, Hieronymi, Carneadis,

diam illam sententiam. Quocunque enim modo summum bonum sic exponitur, ut id uacet honestate, nec officia nec uirtutes in ea ratione nec amicitiae constare possunt. Coniunctio autem cum honestate uel uoluptatis uel non dolendi id ipsum honestum, quod amplecti uolt, id ecficit turpe. Ad eas enim res referre, quae agas,

amicitiae) *amicitia* C uel uoluptatis uel non dol.) *u. non dol. u. uolupt.* L id ecficit) *efficit* LPCROr.

deinde eæ, quæ honestatem cum humili adcessione habebant, Calliphontis et Diodori; tum demum recte ad Stoicos peruenitur. Et quid illa cum Catone disputatio pertinet ad id, quod hic agitur, quæ contra Epicurum dicantur, etiam contra Hieronymum et Carneadem sufficere? Itaque uox *primum* prorsus explicari nequit. Nam ea sic ponitur, ut, quom et secundi et quarti libri disputatio significata sit (*quoniam et* &c.), dici debeat, primum, quæ cum Torquato disputata sint, contra Hieronymum et Carneadem conuerti posse, deinde, quæ cum Catone, contra alios aliquos. Uerum hi nec sunt ulli nec significantur; nec quicquam st quod illi *primum* respondeat. Postremo Latine dicitur *in aliquam rem cadere* id, quod in ea quasi in fundo residat et locum habeat, *contra aliquid cadere* neque usitatum neque rectum st. Omnium autem maxume, hæc a Cicerone scripta non esse, ostendit orationis in iis sententiis, quæ honestatem non continent, semouendis sic apta et æqualis progressio, nihil ut addi possit et includi. Adparet igitur, in ueteris codicis margine aliquem adnotare uoluisse, ea, quæ hic Cicero Pisonem omittentem inducit, ab ipso Cicerone alibi exposita esse, sed inscite Catonis etiam mentionem intulisse. Ea adnotatio in Ciceronianæ orationis ordinem recepta st eodem modo quo illa in libro II, 108. Similia additamenta in orationum Ciceronianarum codicibus notaui Opusc. Acad. p. 148. Quod Gzius suspicatus est, ex priore editione libri quinti hæc in secundam, quam nos habeamus, uenisse, ne alia conmemorem, pauca illa, quæ Cicero in hoc libro postea quam describi coeptus est, mutauit (ad Att. XIII, 21), non eiusmodi fuerunt, ut in priore exemplo hæc, quæ toti formæ libri repugnant, locum habere potuerint. Mox *Carneadiam* etiam Spir.; Gud. 2 *Carneadem*.

22. *id ecficit turpe*) Post sententiam relatiuam ex abundanti demonstratiuom addidit, ut in eo magis notaretur propositi et ecfectus discrepantia, quod quom post substantiua sæpissume fieri multi docuerint, uelut interpretes Liuiani ad XXV, 27, 1, Cice-

quarum una, si quis malo careat, in summo eum bono dicat esse, altera uersetur in leuissuma parte naturae, obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis. Restant Stoici, qui, quom a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. Hos contra singulos dici st melius. Sed nunc, quod agimus; de illis, quom uolemus. **23.** Democriti autem securitas, quae st animi tamquam tranquillitas, quam appellauit *εὐθυμίαν*, eo separanda fuit

dicat) *dicas* Or. obscurantis est) *obscuritatis* L **23.** tamquam tranquillitas) *tranqu. tanqu.* E appellauit) *appellant* ELPC eo) om. E

roniani ad Offic. I, 126, tum ipso quoque pronomine præcedente fieri, adparet ex Off. III, 13 (*illud quidem honestum, quod proprie uereque dicitur, id &c.*), ad Fam. XIII, 28, 3, Philipp. III, 7. Durius uideri potest, post *id ipsum* superaddi *id*, sed priora pronomina extollunt uocem *honestum*, posterius sententias contrarias insignit. Itaque *id*, quod etiam Spir. præbet, asciui; nam editiones omittebant.

quarum una — dicat) Sententia eadem exposita st II, 41; sed hæremus merito in duritia et prauitate huius orationis: *una res* (uacuitas doloris) *d i c i t*, *si quis malo careat* (id est, habeat uacuitatem doloris), *in summo bono esse.* Cicero enim, instituta hac partitione (*quarum una — altera &c.*), quom non succurreret uerbum priori parti aptum nec in illa scribendi festinatione mutare, quæ scripserat, et ab alia forma ordiri commodum esset, a rei notione transiluit ad sententiæ, qua ea res probaretur, notionem (cfr. II, 34) et auctoris, eique adcommodauit *dicat.* Atque is transitus iam adparet in illa condicione: *si quis &c.*, quæ quom ipsius illius rei significationem habeat, tum demum addi potest, si non de re ipsa, sed de sententia dicitur. Nam quod Gzius et recentiores e Gud. 2 (cuius codicis ab utraque familia desciscentis ne minuma quidem auctoritas est) *dicas* scribunt, incidunt in formam orationis inexplicabilem; nam neque *una re* (in hac coniunctione: *una re dicere*) potest esse: *propter unam rem*, neque propter uacuitatem doloris illud dicitur.

23. *quam appellauit ε ὐ θ υ μ ί α ν*) Cfr. § 87. Diogenes Laërt. IX, 45: *τέλος δὲ εἶναι λέγει (Δημόκριτος) τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους· καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ*

ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea st ipsa beata uita; quaerimus autem, non quae sit, sed unde sit. Iam explosae eiectaeque sententiae Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt, adhibendae omnino non fuerunt. Nam quom omnis haec quaestio de finibus et quasi de extremis bonorum et malorum ab eo proficiscatur, quod diximus naturae esse aptum et adcommoda-

ea st ipsa) *ea ipsa est* (P) *est ipsa* R *ipsa est* Or. sit) *sint* E eiectaeque, om. E diximus) *dicimus* (P)ROr. esse) *etiam esse* C

πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι. Stob. Ecl. Eth. p. 76: *τὴν εὐδαιμονίην καὶ εὐθυμίαν καὶ εὐεστὼ καὶ ἁρμονίαν συμμετρίαν τε καὶ ἀταραξίαν καλεῖ.* Seneca de Tranquill. Animi 2, 3: *Hanc stabilem animi sedem Græci εὐθυμίαν uocant, de qua Democriti uolumen egregium st. Appellauit* Gzius e Spir., Gud. 2, edit. Marsi; significari, quo nomine ipse Democritus usus esset, non, quemadmodum omnes Græci tranquillitatem animi appellarent (nec communi usu tritum st εὐθυμίας uocabulum), senserat iam Dauisius, scribendumque putarat *appellat;* et sane aut hoc (de libris, cfr. § 87) aut *appellabat* (de consuetudine) magis expectabatur.

ea st ipsa beata uita) Secutus sum, quod in Erl., Leid., ed. prima erat, nec dubito, quin in ceteris fere codicibus idem fuerit, etsi editum st inde a Uictorio: *ea ipsa st* nec alter ordo e codicibus adnotatus. Ut R, sic ed. a. 1480, Mars., Cratander; Gzius *ipsa st*, omisso *ea*; Dauisius malebat *re ipsa st.* Hos omnis offendit abundantia pronominis non uitiosa (modo, ut nunc fit et fieri sententia iubet, *ipsa* coniungatur cum *uita beata*), qua cotidiani sermonis more grauius insignitur ea notio, quæ in substantiuo inest, et ab aliis separatur (cfr. ad § 22). Nam etsi id tum fieri solet, quom aliquid post substantiuom interpositum st, tamen II N. D. 27 dicitur: *Iam uero relicua quarta pars mundi ea et ipsa tota natura feruida st* &c. et in somnio Scipionis c. 8 (§ 26): *mens cuiusque is est quisque,* similiterque locutus est Plautus Poenul. V, 2, 109: *Pater tuus is erat frater patruelis meus*, et, addito *uero*, Sallustius noto loco, Catil. 37. Quod Cicero se, quæ sit beata uita, negat quærere, sed unde sit, id uero in omni ueterum ethica disciplina requirimus, quod priorem illam quæstionem, qua illa quoque continebatur, possetne uita perfecte beata in singulis hominibus effici, nimis neglexit.

quod diximus naturæ esse aptum) Dixit supra § 17 (*constitit*

tum, quodque ipsum per se primum adpetatur, hoc totum et ii tollunt, qui in rebus iis, in quibus nihil aut honestum aut turpe sit, negant esse ullam caussam, cur aliud alii anteponatur, nec inter eas res quicquam omnino putant interesse, et Herillus, si ita sensit, nihil esse bonum praeter scientiam, omnem consili capiendi caussam inuentionemque offici sustulit. Sic exclusis sententiis relicuorum, quom praeterea nulla esse possit,

primum) *ipsum* C ii) *hi* L iis) *his* L nihil) add. *quod* EOr. cum uncis, *quod non* LPCR esse) *etiam* C, om. L quicquam) *quicquid* E

autem) et eius definitionis nunc nos admonet; aliter scriptum esset: *quod naturæ sit aptum.* Itaque perfectum tempus, quod Manutius et Lbinus ex edit. prima tenuerant, reuocaui e codicibus, etiam Eχψ. Ceteri *dicimus* tacite.

hoc totum et ii tollunt — et Herillus) Sic a communi initio horum reprehensionem orditur et sic post uoces *hoc totum* partitionem instituit, ut et sententia et oratio hunc exitum postulare uideatur: *et Herillus* (hoc totum tollit), *qui* &c. Sed nescio quomodo fluctuans reprehensionem in Herillo, inflexa leuiter oratione, alio auertit, quod consili capiendi et offici principium sustulisset. Atqui id eodem iure in Aristonem et Pyrrhonem dici poterat nec ad hunc locum pertinebat.

in quibus nihil aut honestum) Plerique ediderunt, ut est in codd. deterioribus (Pall., Dauisi, ξχψ, Gzi): *in quibus nihil quod non aut* &c., nulla prorsus sententia. Itaque Dau. e Par. 2 edidit: *in quibus nihil, quod aut honestum,* idque a melioribus confirmatum (Erl., Spir., nam de Ox. E silentio confidi nequit) recentiores tenuerunt. Sed neque in sententia relatiua huiusmodi (*res eæ, in quibus nihil*) omitti uerbum substantiuom potest, nec in hac coniunctione, ut *nihil, quod — sit* dicatur pro eo, quod est: *nihil est, quod — sit* (cfr. ad IV, 32). Itaque scribendum erat: *in quibus nihil sit, quod aut honestum aut turpe sit.* Uerum ipsa hæc uerborum inanis copia (*nihil est, quod sit*) ineptissuma st. Recte igitur Lambinus sic, ut ego, edidit probauitque Orellius. Quod Lbinus duos codices hanc scripturam "adiuuare atque adeo præ se ferre" narrat, Lallemandus autem, in codice regio uoces *quod non* punctis notatas esse, penes ipsos fides esto.

Sic exclusis sententiis relicuorum) Eas Piso magis, ut paulli-sper discederent, rogauit, quam exclusit. Itaque ab hoc ipso loco eam sententiam a naturæ initiis repetere et confirmare adgre-

haec antiquorum ualeat necesse st. Ergo instituto ueterum, quo etiam Stoici utuntur, hinc capiamus exordium.

IX. 24. Omne animal se ipsum diligit ac, simul [et] ortum st, id agit, ut se conseruet, quod hic ei primus ad omnem uitam tuendam adpetitus a natura datur, se ut conseruet atque ita sit adfectum, ut optume secundum naturam adfectum esse possit. Hanc initio institutionem confusam habet et incertam, ut tantummodo se tueatur, qualecunque sit; sed nec quid sit, nec quid

Ergo) *Igitur* E 24. simul [et]) *simul ut* (P)Or. *simul ac* C ut se) *se ut* PL quod hic — conseruet) om. R primus) *primum* E institutionem) *constit.* LPCROr. tantummodo) *tamen modo* L

ditur, quam diuisione illa et ceterarum remotione stabilitam dicit.

quo etiam Stoici utuntur) de prima constitutione animalis et commendatione naturæ disputantes, ut III, 16 uidimus.

Cap. IX, 24. *Omne animal se ipsum diligit*) Stob. Ecl. Eth. p. 246 de Peripateticis: *Καὶ πρῶτον μὲν ὀρέγεσθαι τοῦ εἶναι (τὸν ἄνθρωπον λέγουσιν)· φύσει γὰρ ᾠκειῶσθαι πρὸς ἑαυτόν, διὸ καὶ προσηκόντως ἀσμενίζειν μὲν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν, δυσχεραίνειν δὲ ἐπὶ τοῖς παρὰ φύσιν.* Eadem disputatio exposita st IV, 16 sqq. Mox *simul et* codices (Pall., Dauisi, Oxx., Gzi), nisi quod e C. C. C. Dauisius adnotat *simul ac*. Lbinus (et uetus cod. in margine repetitæ editionis) atque alii *simul ut*; uid. ad II, 33.

id agit, ut se conseruet) Dauisius tacite *se ut conseruet*, qui ordo e Gud. 1 adnotatur. In proxumis uerbis et redundantia quædam uerborum et repetitio reprehendi potest, et recte Bremius animaduertit, ampliores, quam oportebat, finis primo adpetitui dari; nam in prima illa et obscura constitutione conseruatio sui continetur; studium optumæ adfectionis secundum naturam post oritur, quom iam naturæ uoluntas enucleari et perspici coepta st, ut et mox significatur et § 42 sqq. Sed tamen nihil est, quod ita discrepet, ut interpelationis indicium habeat, ac ne excogitari quidem potest, cur quis aut unde extrema illa de optuma adfectione addere uoluerit. Ea autem Cicero ut adiungeret, priora (*se ut conseruet*) repetiit. (Itaque qui hæc parenthesis notis defendere conati sunt, deteriorum caussam fecerunt.)

institutionem) Sic etiam Spir., Morel., mgo Crat., ut IV, 32 et § 41 locutus est; editiones *constitutionem*.

possit, nec quid ipsius natura sit, intellegit. Quom autem processit paullum et, quatenus quidquid se adtingat

intellegit) add. *quam ob caussam habet eum quem diximus* E

et quatenus quidquid se adtingat) Est hic locus ex iis, in quibus *quisquis* pronomen neutro genere etiam apud Ciceronem, deposita relatiui natura, eam singularum rerum significationem accipit, quæ st in *quisque*; nam quod Frotscherus ad Quintil. X, 5, 23 cauere tamen nos iubet, ne pro *quisque* positum putemus, non est ausus libere confiteri, in uetere quoque sermone interdum uocum terminos aliqua ex parte perturbari. Nec meliore artificio usus est Stuerenburgius ad orat. pro Arch. p. 102, qui uellem conatus esset id ad Lucretianum illud *primum quidquid* pro *primum quicque* adcommodare, de quo ad II, 105 dixi. Et in uita cotidiana interdum *quidquid* ita dictum esse et scriptores eo usos esse, certissumum st et ex eo, quod *unusquisquis* pro unoquoque apud Plautum et Terentium (etiam Adelph. IV, 2, 51) dicitur, et ex multis Lucreti locis, apud quem ita frequens hic usus est, ut eum eo delectatum esse suspicari possimus (uid. præter ea, quæ ad II, 105 ascripsi, II, 957: *in suos quidquid meatus*, IV, 146: *summum quidquid*, V, 182: *certum ac dispositum st, ubi quidquid crescat*, 771: *qua fieri quidquid posset ratione*, 1387, 1453). Itaque permirum st, nuper R. Klotzium, quom ad Tuscul. IV, 44 non de Cicerone, sed de omni hoc usu, adhibito uno Plauti loco et uno Catulli, ita disputaret, ut, haberetne is certam auctoritatem, dubitaret, Lucreti, quem et Manutius et Fabricius et Dauisius ad Tusc. V, 98 conmemorassent, prorsus esse oblitum. Catonem (de R. R. c. 57: *ubi quidquid operis faciat*) ne ceteri quidem adhibuerunt, neque certissumum testimonium legis Thoriæ in ære conseruatum (Hauboldi Monum. Legal. p. 20): *uti quicquid quoisique ante hanc legem rogatum licuit, ita* &c. Adparet, facile credi posse, quod et antiquiores et Ciceronis æquales interdum fecerint, ut *quidquid* non recte pro *quicque* ponerent, id etiam Ciceroni aliquando accidisse; eritque hoc ex iis reliquiis uetusti sermonis, quæ post Ciceronem non reperiuntur, quale erat illud, de quo ad I, 60 dixi, nec pauca alia. Sed tamen, num reapse acciderit et quibus locis, difficile st iudicatu, quod et librarii pro *quidquid* id, quod postea unum in usu erat, substituere potuerunt, et rursus facili errore *quidquid* scribi pro *quicque* (cfr. ad IV, 18); et sane in Uerr. IV, 31 et 122 meliores codices habent *ubi quicque* et *unumquicque*, deteriores alterum. Sed ut meliores ibi prælatos esse, prorsus probo, ita et in Tusc. V, 98 *ut quidque* retineo et ibd. IV, 44 e codicibus

ad seque pertineat, perspicere coepit, tum sensim incipit progredi seseque agnoscere et intellegere, quam ob caussam habeat eum, quem diximus, animi adpetitum, coeptatque et ea, quae naturae sentit apta, adpetere et propulsare contraria. Ergo omni animali illud, quod adpetit, positum st in eo, quod naturae st adcommodatum. Ita finis bonorum existit, secundum naturam uiuere sic adfectum, ut optume adfici possit ad naturamque adcommodatissume. 25. Quoniam autem sua cuiusque animantis natura st, necesse st, finem quoque omnium hunc esse, ut natura expleatur, (nihil enim prohi-

seque) *se* E sensim) *sensu* E ob) *ad* E habeat) *habet* omnes. coeptatque) *temptatque* C naturæ) *uere* C sentit apta) *a. s.* (P) om. *apta* C existit) *consistit* C ut) *quod* R 25. finem quoque omnium) *qu. f. omn.* LP *qu. omn. f.* R *omn. f.*, om. *quoque*, C

omnibus fide dignis (de regio testes mihi sunt Gudius et Krarupius) restituendum censeo: *ubi enim quidquid* &c. Ceteros locos Frotscherus et interpretes ad Tusc. V, 98 indicant. Sed quod de N. D. II, 58 contra Heindorfium defensum st, etiam a Stuerenburgio: *ceteræ naturæ suis seminibus quæquæ gignuntur*, id non ideo tantum eiciendum st, quod Cicero et alii solo neutro genere sic utuntur nec Cicero in aperta distributione post *unus*, *suus*, superlatiuom, sed quod femininam hanc formam *quæquæ* inauditam esse, ostendi ad III, 45. Paullo post *quam ob caussam habet* codices etiam aliorum. Correxit Lbinus; uid. ad IV, 67.

ut optume adfici possit) *Possit* eo modo poni in sententia generali, quem breuiter conmemoraui ad I, 67, dico propter Ernestium, qui *possis* requirebat, et Gzium.

25. *finem quoque omnium hunc esse* &c.) Sic Gzius etiam e Spirensi; transpositum enim erat *quoque*, ut sæpe alibi (uid. ad II, 108); Bas. et ed. Crat. *quoque omnium finem*. Totius huius periodi initium (*quoniam sua cuiusque* &c.) satis aperte spectat ad differentiam finium, quæ ex singularum animantium natura oriatur, significandam; sed Cicero primum id ponit, quod commune st, idque confirmat (*nihil enim prohibet* &c.); id, quod initio instituerat dicere, absoluitur in illis: *sed extrema illa* &c. Itaque hæc non per se posuit, sed ex superioribus apta: *dispertita sint — desideret*. Ac proprie quidem hæc non ad *ut* referri debebant (neque enim *hic est omnium finis, ut — extrema dispertita sint* &c.), sed ad *necesse st*, hac forma: *necesse st, finem* (quidem) omnium

bet, quaedam esse et inter se animalibus reliculs et cum bestiis homini communia, quoniam omnium st natura communis) sed extrema illa et summa, quae quaerimus, inter animalium genera distincta et dispertita sint, et sua cuique propria et ad id apta, quod cuiusque natura desideret. **26.** Quare, quom dicimus, omnibus animalibus extremum esse secundum naturam uiuere, non ita accipiendum st, quasi dicamus, unum esse omnium extremum; sed ut omnium artium recte dici potest commune esse, ut in aliqua scientia uersentur, scientiam

et cum) *cum* C illa) om. C sint) *sunt* LPCROr. desideret) *desiderat* LPCROr. **26.** extremum esse) *ext. et* E uersentur) *uersetur* LPCROr.

hunc esse, ut natura expleatur, sed extrema illa — distincta et dispertita esse &c. Uerum interposita parenthesi minus diligenter superioris orationis seriem persecutus est, quom præsertim post *necesse st* interdum, etiam ubi nihil aliud perturbetur, ab infinita oratione ad coniunctiuom transeatur aut contra, ut hæc continuari possint: *necesse st, finem — hunc esse —, sed extrema — distincta sint.* Sic enim Acad. II, 39 dixit: *ante uideri aliquid, quam agamus, necesse st, eique, quod uisum sit, adsentiatur;* de N. D. III, 36: *quidquid est, quod sensum habeat, id necesse st sentiat uoluptatem et dolorem, ad quem autem dolor ueniat, ad eundem etiam interitum uenire.* In editionibus hæc sic distinguebantur: *ut natura expleatur.* (Bremius requirebat: *ut natura sua expl.*, quia hic finiri periodum putabat.) *Nihil enim prohibet — communis. Sed extrema — dispertita sunt — desiderat.* Sed *sint* et *desideret* etiam Spir. Probarat Gzius, sed praua ratione. Totam autem hanc disputationem de simili omnium animantium summo bono, non eodem, declaraui ad IV, 32.

omnium st natura communis) At nuper dixerat, *suam cuiusque esse.* Scilicet minus diligenter naturam, quo uocabulo supra et mox singularum animantium proprietatem significat, hic appellat commune id omnis uitæ principium, quo omne animal ad suam proprietatem (naturam) tenendam inpellitur. Parum subtiliter hæc dici, Bremius uiderat, qui adtendere solebat.

26. *ut in aliqua scientia uersentur*) Potestne quicquam apertius dici quam hoc? Omnes artes recte dici possunt in aliqua scientia uersari; hoc earum commune st. Itaque quom in deteriorum codicum principe scriptum esset *uersetur*, idque in editionibus retentum, Man., Lbinus, Dau. (illi tacite in re eiusmodi)

dienti, seruire debemus. Ita prorsus, inquam. Etsi ea quidem, quae adhuc dixisti, quamuis ad aetatem recte isto modo dicerentur.

X. Exposita igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, cur ista se res ita habeat, ut dixi, deinceps demonstrandum st. Quamobrem ordiamur ab eo, quod primum posui, quod idem reapse primum st, ut intellegamus, omne animal se ipsum diligere. Quod quamquam dubitationem non habet (est enim infixum in ipsa natura, conprehenditur*que* suis cuiusque sensibus, sic, ut, contra si quis dicere uelit, non audiatur), tamen, ne quid praetermittamus, rationes quoque, cur hoc ita sit, adferendas puto. 28. Etsi qui potest intellegi aut cogitari, esse aliquod animal, quod se oderit? Res enim

terminatione) *determ.* C se res) *r. s.* L ita hab.) *h. i.* L *ita se hab.* C (se bis) primum) *modo* C reapse) *re a se* L diligere) *diligi* E conprehenditurque) *que* om. omnes. ut) om. P ita) om. C 28. qui) *quid* EL *quidem* C

luit, prius L., deinde M. Ciceronem. Sed, ut omittam, M. Ciceronem de una ætatis conmemoratione respondere, neque ipsum pronomen sic ad diuersos trahi potest, neque, cur tum magis M. Cicero quam aut Q. aut Atticus intellegatur, adparet; et in Marcum omnium minume hoc cadit, qui præter ceteros harum disputationum peritus non iniuria inducitur (§ 6, 7, 76, 81 &c.). (Alius interpres Germanus: nach dem Alter dieses jungen Mannes, nämlich nach ihm, insofern er &c., inelegantissume, sed ut eum quoque hæsisse adpareat, quom ueniam tacendi non haberet.) Dicent, alteram quoque rem specialem significari, sed substantiuo Latino carentem, hac sententia: sein Alter und der Umstand, dass er &c. Sed orationis inconcinnitas neque tollitur neque minuitur; et hoc ipsum alterum propter ætatem accidit, de qua una respondetur. Itaque aut Cicero male scripsit aut ab eo positum erat: *huius enim ætati, nunc — audientis, seruire* &c., deinde, quom exclusa esset littera *s* (*audienti),* additum st: *et huic. Hæc*, id est, hanc totius disciplinæ expositionem, necessario Aldus nepos, Dau. et sic Gud. 2. *Hoc* unam aliquam rem aut dictum aliquod significaret.

Cap. X. *conprehenditurque*) Coniunctionem Crat., Lbinus, Gzius addiderunt; asyndeti figura in hac continuatione superioris sententiæ ne speciem quidem habet.

concurrent contrariae. Nam quom adpetitus ille animi aliquid ad se trahere coeperit consulto, quod sibi obsit, quia sit sibi inimicus, quom id sua caussa faciet, et oderit se et simul diliget, quod fieri non potest. Necesseque est, si quis ipse sibi inimicus est, eum, quae bona sunt, mala putare, bona contra, quae mala, et, quae adpetenda, fugere et, quae fugienda, adpetere; quae sine dubio uitae st euersio. Neque enim, si non-

quom) *cur* E faciet) *faciat* R diliget) *diligit* E Necesseque st) om. *est* E *necesse est quod* P *nec. est eque* L *nec. est quidem* CROr. ipse sibi) *ipsi s.* E *s. ipsi* cett. est) om. E eum) *ea* LC adpetenda) add. *sunt* L adpetere) *petere* E uitæ st) *uitæ sunt* omnes, Or.

28. *concurrent*) Codex Mor. *occurrent;* male Dau. e C. C. C. (et Ox χ) *concurrerent.* Paullo post hæc uerba: *quom id sua caussa faciet*, non hanc habent sententiam: *si quando id &c.* (quasi aliquando non sua caussa id faciat, quo omnis disputatio euerteretur), sed semper id sua caussa fieri dicitur et ex eo concluditur. Manifesta st igitur in *quom* caussæ significatio; et tamen sequitur *faciet;* itaque, si nihil est mendi, ut *quoniam* scribendum sit, utendum st ea excusatione in futuro tempore, cuius nullus est coniunctiuos modus, quam conmemoraui in disputationis de formis quib. uerbi Lat. parte II p. 19; eadem opus esse uidetur ad Att. XII, 25: *HS DC exprimes ab Hermogene, quom præsertim necesse erit*, ubi *quom* mutari non potest propter *præsertim.*

Necesseque st) Hoc erui e uestigiis codicum (Pal. 6 *necesse est que, siquis*, Pal. 2 *necesse est æque*; Gzius in pluribus codicibus partim *necesse est quod* scribi ait, partim id ipsum, quod edidi). *Est*, quod exciderat, alieno loco restitutum erat. In eo, quod uolgo editur, quo spectet particula *quidem* aut quid eo insigniatur, nemo dixerit; cfr. ad III, 28. Deinde erat *sibi ipsi*; inuertit Gzius, Spir. et Erl. sequens. Scribendum esse *ipse* (ut paullo post *inimicus ipse sibi*, et mox: *ipsi sibi bellum indixissent* et 30 *ipse se oderit*) uiderat Ernestius, cui Orellius paruit; nam et postulat significatio odi in ipso illo, qui odio sit, sedem habentis nec in hoc, qui restitutus est, ordine aliter umquam Ciceronem loqui, recte ab aliis animaduersum st.

quæ sine dubio uitæ st euersio) Codices et editiones: *uitæ sunt euersio*, neque quisquam dubitationem mouit. Sed Latine non dicitur: *hæc sunt euersio*, neque ad hunc soloecismum defendendum quicquam ualent pauci illi loci, in quibus scriptores retento neu-

nulli reperiuntur, qui aut laqueos aut alia exitia quaerant, aut, ut ille apud Terentium, qui *decreuit tantisper*

aut, ut) *ut* L

tro genere singularis numeri (*neo soper illud erat*) ipsam naturam rei certam notionem fugientis cum acumine quodam significant, aut pauciores illi, in quibus definita personæ notio in pronomine retinetur (ut apud Senec. ad Heluiam 17 propter reliquam orationem: *Hæc — est solatium, quo reficiaris; illi, quantum potes, te iunge, illius* &c.). (De Liu. III, 38, quem locum cum his Ruddimannus II p. 21 coniungit, ualde dubito, an *impedimento* scribi debeat; sed *eum* saltem ad certum substantiuom refertur, non, ut hoc loco *hæc*, ad generalem significationem. Longissume hinc remotos esse eos locos, in quibus pronomen pro prædicato sit, ut quom dicatur: *hoc tum Ueii fuere*, ubi nemini in mentem uenit *hi* ponere, addo propter Ramshornium p. 518.) Et si posset *hæc* neutro genere poni, tamen uerbum substantiuom non prædicato propius admotum sed inter duas prædicati uoces, quæ unam notionem continent (*uitæ euersio*), receptum necessario ad prædicatum adcommodaretur, quom præsertim hoc definitum esset, subiectum pronomine generaliter notaretur. Quam sæpe librarii ex *st*, scribendi rationem ignorantes, fecerint *sunt*, quamque id antiquom mendum aliquot locis sit (ut in cod. regio Catonis § 63 *morata sunt* et in Uaticano Philipp. V, 47), dixi in Opusc. Acad. p. 184. In oratt. II de leg. agr. 95 quom Cicero scripsisset: *ex hac copia — primum illa capta st arrogantia, quæ* &c — *deinde ea luxuries, quæ* &c., in codicibus partim scriptum st *apta sunt*, partim *apta fuit*, deinde *nata sunt* aut *fuit*. (*Capere arrogantiam* dicitur ut *animos capere;* uerbum ad prius et propius aptum st.)

aut, ut ille apud Terentium) Menedemus Heautontimorumenos. Uerba ipsius Menedemi (act. I, 1, 95) a se referri Piso significat: *ut ait ipse.* Non recte Orellius: *ut ait, ipse dum* &c. Sed admodum perturbatam esse orationem, Dauisius sensit; nam post *aut* (*aut, ut ille*), interposito exemplo, nihil sequitur, quod sententiam et generis definitionem absoluat; nec tantum exitus orationis ad exemplum adcommodatur numero (*inimicus ipse* &c.), sed, in quo concludi et perfici oratio debebat, id in exemplum ipsum ita includitur (*ut ille apud Terentium — inimicus ipse sibi putandus est*), ut instituta sententia negatiua (*Neque* &c.) prorsus euertatur. Hæc tanta peruersitas, cuius præsertim nulla omnino caussa ex inplicatione orationis adpareat, frustra anacoluthi nomine defendi

se minus iniuriae suo nato facere (ut ait ipse), *dum fiat miser*, inimicus ipse sibi putandus est. **29.** Sed alii dolore mouentur, alii cupiditate; iracundia etiam multi ecferuntur, et quom in mala scientes irruunt, tum se optume sibi consulere arbitrantur. Itaque dicunt nec dubitant:

Mihi sic usus est; tibi ut opus est facto, face.

Qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies, noctis torqueri uellent, nec uero sese ipsi accusarent ob* eam

nato) *nodo* E *gnato* Or. ipse sibi) *ipsi sibi* E *sibi* C est) om. E 29. irruunt) *ruunt* LC tum) *tamen* LPCR sibi) om. R usus est) *est usus* E face. Qui) *fac equi* E *face: (fac* LC) *uelut* (*uel* P) *qui* LPCROr. sibi) *si* E (*bellum sibi* L) accusarent) *accusari uellent* L

uidetur a Gzio et Ottone, qui uiti minumam partem perspexerunt. Delcto *ut* omnia recta erunt: *Neque enim, si — quærant, aut ille apud Terentium* &c. Pro alterius generis definitione cum exemplo (*aut, si qui laboribus se uexant, ut ille* &c.) ipsum exemplum Cicero substituit, et, quom duo essent subiecta (*neque enim illi, si qui — aut ille*), ad propius, ut sæpe, orationem adcommodauit: *inimicus* &c. (Dauisius *aut* tollebat, deinde scribi iubebat: *inimici ipsi sibi putandi sunt* (!), nec uidebat, Menedemum non ex eorum genere esse, qui exitium quærerent.)

29. *quom — irruunt, tum*) *tum ipsum, quom.* Sic recte Gzius etiam ex Spir. et Gud. 2; edebatur enim *tamen.* Pro *irruunt* etiam Uχψ et Pall. præter 4 et quædam editiones ex prima *ruunt.* Quod sequitur: *dicunt nec dubitant* (dicere, id est, dicunt non dubitantes) inutiliter coniecturis temptatum st. Dicit sic apud Terentium Menedemus act. 1 sc. 1 u. 28.

Qui ipsi sibi bellum indixissent, — uellent) Postquam ostendit, eos, qui uolgo inimici ipsi sibi habeantur, non esse eiusmodi, significat condicionali oratione, quales illi futuri fuerint, si qui reapse sibi inimici essent sibique bellum indixissent. Ii noctis diesque torqueri uellent, nec se, ut Menedemus facit, accusarent &c. Sanauerunt hunc locum Erl. et Spirensis; nam de ceteris tacetur. Deteriores codices, addita uoce (— *face: uelut qui ipsi* &c.), sententiam prorsus pessum dederunt. Nisi forte hæc sententia st ac non inanis uerborum strepitus: "Ili non uere ipsi sibi inimici sunt; itaque (!) sic locuntur uelut qui ipsi sibi bellum indixissent" (id est, uelut qui ipsi sibi inimici essent; Piso dicit, eos sic loqui, ut adpareat, eos sibi consulere uelle) "et uelut qui se non accu-

dienti, seruire debemus. Ita prorsus, inquam. Etsi ea quidem, quae adhuc dixisti, quamuis ad aetatem recte isto modo dicerentur.

X. Exposita igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, cur ista se res ita habeat, ut dixi, deinceps demonstrandum st. Quamobrem ordiamur ab eo, quod primum posui, quod idem reapse primum st, ut intellegamus, omne animal se ipsum diligere. Quod quamquam dubitationem non habet (est enim infixum in ipsa natura, conprehenditur*que* suis cuiusque sensibus, sic, ut, contra si quis dicere uelit, non audiatur), tamen, ne quid praetermittamus, rationes quoque, cur hoc ita sit, adferendas puto. **28.** Etsi qui potest intellegi aut cogitari, esse aliquod animal, quod se oderit? Res enim

terminatione) *determ.* C se res) *r. s.* L ita hab.) *h. i.* L *ita se hab.* C (*se* bis) primum) *modo* C reapse) *re a se* L diligere) *diligi* E conprehenditurque) *que* om. omnes. ut) om. P ita) om. C 28. qui) *quid* EL *quidem* C

luit, prius L., deinde M. Ciceronem. Sed, ut omittam, M. Ciceronem de una ætatis conmemoratione respondere, neque ipsum pronomen sic ad diuersos trahi potest, neque, cur tum magis M. Cicero quam aut Q. aut Atticus intellegatur, adparet; et in Marcum omnium minume hoc cadit, qui præter ceteros harum disputationum peritus non iniuria inducitur (§ 6, 7, 76, 81 &c.). (Alius interpres Germanus: nach dem Alter dieses jungen Mannes, nämlich nach ihm, insofern er &c., inelegantissume, sed ut eum quoque hæsisse adpareat, quom ueniam tacendi non haberet.) Dicent, alteram quoque rem specialem significari, sed substantiuo Latino carentem, hac sententia: sein Alter und der Umstand, dass er &c. Sed orationis inconcinnitas neque tollitur neque minuitur; et hoc ipsum alterum propter ætatem accidit, de qua una respondetur. Itaque aut Cicero male scripsit aut ab eo positum erat: *huius enim ætati, nunc — audientis, seruire* &c., deinde, quom exclusa esset littera *s* (*audienti),* additum st: *et huic. Hæc*, id est, hanc totius disciplinæ expositionem, necessario Aldus nepos, Dau. et sic Gud. 2. *Hoc* unam aliquam rem aut dictum aliquod significaret.

Cap. X. *conprehenditurque*) Coniunctionem Crat., Lbinus, Gzius addiderunt; asyndeti figura in hac continuatione superioris sententiæ ne speciem quidem habet.

XI. Atque etiam illud, si quis dicere uelit, perabsurdum sit, ita diligi a sese quemque, ut ea uis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui sese diligat. Hoc quom in amicitiis, quom in officiis, quom in uirtutibus dicitur, quomodocunque dicitur, intellegi tamen, quid dicatur, potest; in nobismet ipsis autem *ne* intellegi quidem, *ut* propter aliam quampiam rem, uerbi gratia propter uoluptatem, nos amemus; propter nos enim illam, non propter eam nosmet ipsos diligimus. 31. Quamquam quid est, quod magis perspicuum sit, *quam* non modo carum sibi quemque,

perabsurdum) *abs.* E ipsum) *ipse* E Hoc quom) *hoc non* C in officiis — in uirtut.) om. *in* P quomodocunque dicitur) om. R (*quoquomodocunque* E) quid) *quicquid* R nobismet ipsis autem) *nobismet autem ipsis* PROr. *nobis aut. ips.* LC ne) om. ELCR quidem) *quid* E ut) om. ELCR non propter) *non pr.* E 31. quam) om. omnes, Or.

in quibus soloece scribitur: *quemadmodum affecti sumus.* Secutus est Gzius. Pro *item* duo codd. Gzi *ita;* uid. ad III, 48.

Cap. XI. *in nobismet ipsis autem &c.*) Sic Erl., Crat., Uictorius. Ut R (*in nobismet autem ipsis*) Pal. 4, El., Par. 1 et 2 (hi duo *aut*), Gud. uterque, Bas., modo satis editores adtenderint. Nam Gzius idem apud Crat. esse dicit, et ab his *met* confirmari ait, de Erl. (et Spir.) tacet. Manutius et deinceps ceteri ante Gzium ex editione prima: *in nobis autem ipsis.* Deinde in codice archetypo sic scriptum erat, *ne* et *ut* omissis: *intellegi quidem* (*quid* Gud. 2, *quod* relicui Gzi, sed uides Erl., neque quicquam significatur nisi *quidem;* uid. ad I, 39) *propter aliam caussam &c.* Quod Manutius tacite edidit, ita et a forma relicuae orationis (*quidem — amemus*) et a superioribus (*intellegi tamen*) requiritur, ut dubitationem non habeat. (*Ut* Dau. ait esse in C. C. C. et Ball., sed de ψ (Ball.) negant Oxx.) Infeliciter Marsus: *intelligi quid potest, quod propter &c.*, e quo Gzius ecfecit (et sic apud Marsum scribi narrat): *intellegi qui potest, quod* (!) *propter &c.* (Lbinus: *qui potest, ut propter &c.*) Qua ratione dicatur: *ne intellegi quidem potest, ut — amemus,* dixi ad II, 6 (*qui probari potest, ut &c.*).

31. *Quamquam quid est, quod magis perspicuum sit, quam non modo &c.*) Exciderat *quam* in codice archetypo. Restituerunt Manutius et Lbinus. Ceteri editores quasi sanissumum locum ta-

uerum etiam uehementer carum esse? quis est enim aut quotus quisque, cui, mors quom adpropinquet, non
— *refugiat timido sanguen atque exalbescat metu?*

quotusquisque — metu) Non. p. 224 (*quotusquisque est*) sanguen) *sanguis* codd., edd. uett.

citi prætereunt, Orellius etiam, adnotata et inprobata illa Manuti scriptura. Et tamen nemini eorum in mentem uenit credere, Latine pro his: *nihil est magis perspicuum quam solem lucere*, dici etiam posse: *nihil est magis perspicuum, solem lucere*; sed, ut sæpe, nemo adtendit ad orationis formam. (Wesenbergius et adtendit et recte iudicauit, is quoque sui similis.) Quamquam quod dico, nemini illud in mentem uenisse, non prorsus certum mihi st, neminem id defensurum. Neque enim longe ab hac similitudine remotum st et in eadem prauitate, quod in alio genere dicendi accidere uideo. Quom enim Cicero sæpe sic dicat: *Quid est aliud furere?* ut intellegatur: nisi hoc est, quod tu facis, alibi autem plene: *quid est aliud furere nisi falsa rerum specie semper ludi?* exorti sunt, qui defenderent, a Cicerone pro hoc posteriore dici etiam: *quid est aliud furere, falsa rerum specie semper ludi.* Putant autem sic eum dixisse Phil. II, 7, ubi si uera st codicum scriptura, manifestum st, *tollere* propter grauitatem orationis geminari et hanc esse sententiam: quid est aliud tollere e uita uitæ societatem et amicorum conloquia, nisi hoc, quod tu facis, quom epistulas familiariter scriptas palam recitas? Deinde addunt locum corruptum ex orat. in Pison. 47, qui olim hanc habuit formam: *Quid est aliud furere* (nisi hoc quod tu fecisti)? *non cognoscere homines?* [*Grauius est*] *non cognoscere leges, non senatum, non ciuitatem. Cruentare corpus suum? Maior hæc est uitæ, famæ, salutis suæ uolneratio.* Quærit Cicero, in quo situs sit furor; ostendit, grauiora furoris indicia esse in iis, quæ Piso fecerit, quam in iis, quæ uolgo furorem arguere credantur. Conatur Orellius mutando addere III Philipp. 21, de Off. III, 55.

sanguen) Recte hanc formam a Uictorio aut Manutio e Nonio repositam esse (a Crat. in margine adnotatur addito Noni nomine), fidem facit, qui eundem uersum e Ciceronis Hortensio laudat, Priscianus col. 708 P. et ipse Cicero III de Orat. 218, ubi uidemus, hunc uersum ex eodem Enni Alcmæonis loco sumptum esse, ex quo alium libr. IV, 62 Cicero sumpserat. Codd. *sanguis* (Oxx. omnes, Gzi). Paullo post *naturam* ante *abhorrere*, excidit etiam in Pal. 4 et Gud. 2. Pro *quod item* uideri possit scribendum *quod idem* (ut III, 50; cfr. Gernhardus et Klotzius ad Læl. 11); eius-

Etsi hoc quidem st in uitio, dissolutionem naturae tam ualde perhorrescere (quod item st reprehendendum in dolore); sed quia fere sic adficiuntur omnes, satis argumenti st, ab interitu naturam abhorrere; idque quo magis quidam ita faciunt, ut iure etiam reprehendantur, hoc magis intellegendum st, haec ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quaedam essent modica natura. Nec uero dico eorum metum mortis, qui, quia priuari se uitae bonis arbitrentur, aut quia quasdam post mortem formidines extimescant, aut si metuant, ne cum dolore moriantur, idcirco mortem fugiant; in paruis enim saepe, qui nihil eorum cogitant, si quando iis ludentes mina-

quidem *quid* E Sed) *sic* E satis) om. E naturam) om. P quidam) *quia* E reprehendantur) *reprehendatur* L hoc) *hic* E nimia) *nimius* P non) om. C essent modica natura) *mod. nat. ess.* E sæpe) om L eorum) *horum* L iis) *his* EL POr.

dem enim rei magis quam eiusdem modi reprehensionem significat, nimii horroris.

in paruis enim sæpe) Hoc quomodo dictum putarem, exposui ad IV, 75. Lbinus *parui enim sæpe*, ut uolebat etiam Dauisius.

minamur, præcipitaturos alicunde) Non uidetur hoc recte aliter intellegi posse nisi hac sententia: *minamur, nos eos præcipitaturos* (deiecturos) *esse*; nam ne præcipitaturos ipsos pueros intellegamus, ut intransitiuom uerbum sit, obstat minandi uerbum, quod eorum, qui minantur, actionis significationem requirit. Quod autem Handius (ad Wopk. p. 14) sic uerba ordinat: *si ludentes minamur, extimescunt præcipitaturos alicunde*, peruerse prorsus actionis significatio separatur a minandi uerbo et (addito etiam *alicunde*) cum extimescendi coniungitur, quom hoc dici debeat, ad speciem periculi timorem oriri. Nec *extimesco præcipitaturum* pro eo, quod est: *extimesco, ne quis me præcipitet*, Latine dicitur. Si igitur locus recte scriptus est (nec ullum st meadi indicium neque, quæ alia scriptura esse potuerit, facile excogitatur), omissum st ante infinitiuom pronomen eiusdem personæ, cuius uerbum præcedit, quod in hoc genere infinitiui compositi apud Ciceronem ita raro fit, ut dubitationem habeat. Ex iis locis, quos olim (Emendatt. Tullian. p. 112) protuli, unum (ad Att. XVI, 11) codicum indicia alio trahunt; alter (ad Att. X, 7) eiusmodi uerbum

mur, praecipitaturos alicunde, extimescunt. Quin etiam *ferae*, inquit Pacuuius,

quibus abest ad praecauendum intellegendi astutia,

iniecto terrore mortis *horrescunt*. 32. Quis autem de ipso sapiente aliter existumat, quin, etiam quom decre-

alicunde) *aliunde* EPCR astutia) *astutias* E iniecto) *sibi iniecto* LPCROr. horrescunt) *horrescente* E 32. quin, etiam) *qui etiam* ROr.

habet (*puto*), in quo multo insolentior ea omissio sit; et facillume excidere potuit *me*. Restat, qui nullum mendi indicium habeat, præter hunc locus in Uerr. II, 93, tum pro Cluent. 176: *De hoc Stratone — quæsiturum esse dixit*, in quo tamen id est insoliti, quod additur *esse*. Recte enim (a Kruegero de adtractione p. 338 sq.) obseruatum st, rarissume id apud historicos, qui hoc genus frequentant, si umquam, addi (Liu. XXVIII, 23 et XLII, 10, 15; nam XLII, 24 aliam habet rationem). Sed quamuis hæc pauca sint exempla, non audeo tamen a Cicerone abiudicare id genus, quo Cæsar sæpe utitur et ante Terentius (Andr. II, 3, 27). In futuro condicionali (*dicturum fuisse*) pronomen omittit codex Uat. Philipp. VIII, 2.

feræ, inquit Pacuuius) Adparet, etiam hanc sententiam: *feræ*... *horrescunt* Pacuui esse; neque enim aliter recto loco positum esset *inquit*; et fidem facit *horrescendi* uerbum, quo Cicero et prosæ orationis scriptores fere abstinent, etsi Cicero 1 de R. P. 63 et Uarro (apud Nonium p. 423) *mare horrescere* dixerunt de colore et specie. Itaque nulla st caussa, cur *quibus* a uersu seiungatur. In uerbis *iniecto terrore mortis* Cicero Pacuui sententiam in breuius contraxisse uidetur; nec tamen ideo non recte ponitur *inquit Pacuuius*, qua forma Cicero tum demum utitur, si ipsa poëtarum uerba nihil inflexa ascribit (de Diuin. II, 127, Off. III, 85), quoniam et superiora, ubi illud intericitur, non mutauit et hic quoque tantum aliquid addidisse, sententiæ autem primariæ ipsa uerba (*feræ — horrescunt*) retinuisse uidetur. Uno et altero loco librarii recentissumorum codicum nudum poëtæ nomen addiderunt (Tusc. 1, 31, N. D. I, 13), hac forma (*inquit Pac.*) nusquam.

iniecto terrore mortis) *Sibi*, quod præponebatur, omittit etiam Spir., id est, meliores. Et loco inepto positum erat, nec recte dicitur: *iniecto sibi terrore horrescunt*, pro eo, quod est: *quom st iis terror iniectus*. Ortum st ex mendo codicis archetypi *astutias*.

32. *Quis — aliter existumat, quin*) Recte, significata contra-

uerit esse moriendum, tamen discessu a suis atque ipsa relinquenda luce moueatur? Maxume autem in hoc quidem genere uis est perspicua naturae, quom et mendicitatem multi perpetiantur, ut uiuant, et angantur adpro-

et mendic.) *etiam mend.* E angantur adprop.) *agant ad appropinquationem* E

ria sententia, quom ea tollatur, *quin* particula subicitur, ad quam ipsam *aliter* refertur, quemadmodum et supra Cicero locutus est IV, 32 et similiter Tusc. V, 17: *alterum* (una ex duabus contrariis sententiis significatur) *dici non potest, quin* &c. et prorsus eodem modo Cæsar B. G. VII, 44: *nec iam aliter sentire — quin pæne circumuallati uiderentur.* Illi autem Tusculanarum loco simile st, quod Uarro dicit IX de L. L. p. 129 Bip. *alterum non conceditur, quin ita dicatur* (hoc est, alterum, quod nos ponimus, non ita dici debere, non conceditur, sed ita dici posse defenditur). Atque eandem caussam ex contrariæ sententiæ significatione negando sublata habet particula II de lege agrar. 19: *quod nemo imminuit, nemo inmutauit, quin ii, qui populo agros essent adsignaturi, ante acciperent a populo beneficium quam darent,* et apud Tacitum Ann. XV, 44: *non decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur.* Et hic quidem (exceptis Tusculanarum et Uarronis locis, ubi poterat subici oratio infinita negans) aliter dici non poterat; sed omnino, quoniam in omni negatione tollenda quasi quædam recusatio tollitur, paullo longius serpit usus particulæ *quin* post uerba negatiua negando in contrarium uersa, etiam ubi infinitæ orationi proprius locus erat, ut post has formas orationis: *quis ignorat? negari non potest, non me fallit (fugit), non eo infitias, dissimulari non potest, non est obscurum;* exempla e Cicerone, Liuio, Quinctiliano, Gellio conlegit Otto ad h. l. Quod apud Senecam legitur de Benef. VI, 7, 2: *quin nos non obliget, manifestius est,* sic coepit, quasi subiecturus: *non est dubium;* eademque ratione ponitur *non quæritur* apud Quinctil. IV, 4, 4. Addo, apud Ouidium Trist. V, 6, 27 pro eo, quod soloece scribitur: *Nec procul a uero st, quod uel pulsarit amicum,* scribendum esse cum tribus apud Merkelium codicibus: *quin uel pulsarit.* (Quod soloecum alterum dixi, eam caussam egi a. 1837 in admonitionibus de locis quib. gramm. Lat. p. 20.) Ut ad Ciceronem redeam, male Gzius et recentiores, eiecta uera scriptura, eam secuti erant, quæ ex ed. R. in alias quasdam (Mars., Crat.) propagata st, ex qua absurda sententia efficitur, item de sapiente existumari atque de infantibus et feris.

pinquatione mortis confecti homines senectute, et ea perferant, quae Philoctetam uidemus in fabulis; qui quom cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio; *configebat tardus celeris, stans uolantis*, ut apud Attium st, pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. **33.** De hominum genere aut omnino de animalium loquor, quom arborum et stirpium eadem paene natura sit? Siue enim, ut doctissumis uiris

aucupio) add. *sagittarum* LPCROr. celeris, stans) *caelo feras* L apud) om. L pennarumque) *pinn.* Or. corpori) *corporis* C 33. aut) om. E Siue enim) *siue* LPCR uiris) om. L

propagabat tamen uitam aucupio) Sic Erl. perspicue, nec dubito de Spir. Miro errore, sed ceterorum simili Gzius in utroque narrat esse *aucupio feras.* Deteriores codices et editiones: *aucupio sagittarum*, quod quid esset, Dauisius se ignorare fatebatur. Nam si quod est sagittarum aucupium, id eiusmodi st, ut sagittas capere studeamus, quomodo *uerborum aucupia* dicuntur, quom uerba aucupamur, et *delectationis*, quom delectationem. Suis autem uerbis (quorum similia leguntur de Inuent. I, 2: *sibi uictu fero uitam propagabant*) Cicero uniuerso ea significat, quæ apud Attium poëticis coloribus picta erant, deinde ipsa quædam Atti uerba acute dicta addit, ut adpareat, operam lusisse G. Hermannum, U. Cl., quom (Opusc. Acad. III, p. 121, de Aeshyli Philocteta) e corrupta præsertim scriptura hunc uersum ecficeret: *Uitam sagittarum aucupio propaginat.* Atti hunc locum expressum fuisse ad eorum similitudinem, quæ in Sophoclis Philoct. u. 164 sqq. leguntur, manifestum st.

Configebat tardus celeris, stans uolantis) Hæc etsi Atti sunt, tamen nonnihil esse deflexa a Cicerone, præter inperfectum uerbi tempus ostendit proxumus Atti uersus, qui in fragmento ueteris grammatici post Censorinum c. 14 seruatus est, a Cicerone inmutatus (*pro ueste pinnis membra textis contegit*). Quod autem Hermannus ab Attio scriptum putat: *configit tardus celeris, stans uolatilis*, neque *uolatilis*, quod non inusitatum erat uocabulum, Cicero mutasset, et multo acutius et rectius stanti uolantes contrarii sunt quam uolatiles. Poëtarum uersus, qui integri positi sunt, distinguere a prosa oratione, rectum st; eos, qui dissoluti a scriptoribus sunt, restituere uelle, lubricum, sæpe autem orationi scriptorum perniciosum.

33. *De hominum genere — natura sit?*) Recte Dau., Orellius,

uisum st, maior aliqua caussa atque diuinior hanc uim ingenuit, siue hoc ita fit fortuito, uidemus ea, quae terra gignit, corticibus et radicibus ualida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione et quadam conpactione membrorum. Qua quidem de re quamquam adsentior iis, qui haec omnia regi natura putant, quae,

fit) *sit* ECR fortuito) *fortuitu* ELOr. uidemus) *uideamus* omnes. quadam) om. L

alii interrogationem notarunt. Leniter enim Cicero quasi mirando se corrigit; atque propter negatiuam illam significationem, quae in huiusmodi interrogatione et in ironia inest, recte poni potest *aut omnino*, quemadmodum II, 55 et I Legg. 86, quos locos Handius Tursell. I p. 539 cum aliis non similibus coniunxit ad singularem significationem parum recte constituendam; quid enim simile habet illud ex hoc opere IV, 15: *omnibus aut* (si non omnibus, saltem) *maxumis* aut illud, quo is utitur, *aut potius?* De Legg. I, 40 non corrigitur superius, sed, quod negando dictum erat, explicatur adfirmando; itaque, ut olim docui, necessario scribendum st *atque*. Hoc tamen loco particulam tres Gzi codices omittunt (puto, Erl., Spir., Gud. 2), ut possit aliquis legere *et omnino* et ἀποφαντικῶς haec dicta putare; uerum tum Cicero uix hac forma usus esset: *quom arborum* &c., sed hac: *quid? arborum nonne* &c. aut hac: *sed arborum* &c. Mox *enim* post *siue* Dau. addidit ex El. codice; confirmant etiam Spir. et Mor.

fit fortuito) *fortuitu* Gzius etiam e Spirensi; sed recte de hac uoce Handius disputauit Tursell. II p. 743, cuius iudicium antiquissumi codices confirmant, regius Tusculanarum (I, 99), Uaticanus Philippicarum, meliores librorum de officiis. Erlangensis codicis bonitas non antiquitate nec recta in huiusmodi rebus consuetudine censetur. Nemo *gratuitu* finxit. *Fit* Lbinus, Gruterus e Pal. 4, recentiores; *sit* etiam Gzi quattuor; (uid. ad IV, 80). Tum in codice archetypo fuit *uideamus* (uid. ad IV, 26); correxerunt Marsus, Lbinus, tum Gzius, Bas. et Gud. 1 auctoribus utens, modo recte uiderit; sed auctoritate nil opus est.

natura regi putant) et, ut II de N. D. 75 ait, *omnis res subiectas esse naturae sentienti ab eaque omnia pulcherrume geri*. Itaque haec eadem st, quam paullo ante *maiorem caussam atque diuiniorem* appellauit, prouidentia. Mox pro *possint* (quod Gzius ait ab "optumis suis" confirmari, sed redarguitur in Erl.) etiam Eξψ,

mur, praecipitaturos alicunde, extimescunt. Quin etiam *ferae*, inquit Pacuuius,

quibus abest ad praecauendum intellegendi astutia,

iniecto terrore mortis *horrescunt*. **32.** Quis autem de ipso sapiente aliter existumat, quin, etiam quom decre-

alicunde) *aliunde* EPCR astutia) *astutias* E iniecto) *sibi iniecto* LPCROr. horrescunt) *horrescente* E 32. quin, etiam) *qui etiam* ROr.

habet (*puto*), in quo multo insolentior ea omissio sit; et facillume excidere potuit *me*. Restat, qui nullum mendi indicium habeat, præter hunc locus in Uerr. II, 98, tum pro Cluent. 176: *De hoc Stratone — quæsituram esse dixit*, in quo tamen id est insoliti, quod additur *esse*. Recte enim (a Kruegero de adtractione p. 288 sq.) obseruatum st, rarissume id apud historicos, qui hoc genus frequentant, si umquam, addi (Liu. XXVIII, 23 et XLII, 10, 15; nam XLII, 24 aliam habet rationem). Sed quamuis hæc pauca sint exempla, non audeo tamen a Cicerone abiudicare id genus, quo Cæsar sæpe utitur et ante Terentius (Andr. II, 3, 27). In futuro condicionali (*dicturum fuisse*) pronomen omittit codex Uat. Philipp. VIII, 2.

feræ, inquit Pacuuius) Adparet, etiam hanc sententiam: *feræ... horrescunt* Pacuui esse; neque enim aliter recto loco positum esset *inquit*; et fidem facit *horrescendi* uerbum, quo Cicero et prosæ orationis scriptores fere abstinent, etsi Cicero 1 de R. P. 63 et Uarro (apud Nonium p. 423) *mare horrescere* dixerunt de colore et specie. Itaque nulla st caussa, cur *quibus* a uersu seiungatur. In uerbis *iniecto terrore mortis* Cicero Pacuui sententiam in breuius contraxisse uidetur; nec tamen ideo non recte ponitur *inquit Pacuuius*, qua forma Cicero tum demum utitur, si ipsa poëtarum uerba nihil inflexa ascribit (de Diuin. II, 127, Off. III, 85), quoniam et superiora, ubi illud intericitur, non mutauit et hic quoque tantum aliquid addidisse, sententiæ autem primariæ ipsa uerba (*feræ — horrescunt*) retinuisse uidetur. Uno et altero loco librarii recentissumorum codicum nudum poëtæ nomen addiderunt (Tusc. 1, 31, N. D. I, 13), hac forma (*inquit Pac.*) nusquam.

iniecto terrore mortis) *Sibi*, quod præponebatur, omittit etiam Spir., id est, meliores. Et loco inepto positum erat, nec recte dicitur: *iniecto sibi terrore horrescunt*, pro eo, quod est: *quom st iis terror iniectus*. Ortum st ex mendo codicis archetypi *astutias*.

32. *Quis — aliter existumat, quin*) Recte, significata contra-

atarum ingeneratum putauerunt omnibus, quia continear ea commendatione naturae, qua se ipsi diligunt.

XII. 34. Deinceps uidendum st, quoniam satis pertum st, sibi quemque natura esse carum, quae sit ominis natura. Id est enim, de quo quaerimus. Atqui perspicuum st, hominem e corpore animoque con-

ingeneratum) *etiam ingen.* L quia, *qui omnes,* Or. 34. quemque natura] *u. a nat.* C

omnibus, quia continentur) Ex eo, quod inde ab initio capitis lecumi disputauit, omne animal se ipsum diligere, confirmari dicit, quod capite nono exposuerat, communem omnium finem esse secundum naturam uiuere. *Quia* scribendum esse, sensit Dauisius; nam libri scripti et editi: *omnibus, qui &c.* Uerum et ipsa hæc quasi generis conprehensio inepta st, quom nullos esse, qui non se diligant, ostenderit (debuit dici: *omnibus, quicunque sint*), et necessario in illa sententia scribi debuit *continentur*. Hanc causam extra orationem obliquam addit. Nec id disputatum st, omnia, qui se diligant, naturalia adpetere, sed, ut dixi, illud, omnia se diligere, ex quo alterum consequitur. Paullo ante *ad naturam* editur inde a Manutio, et confirmant ego Crat., Mor., Gzi omnes (?) præter Gud. 2, qui duas uoces omittit; deteriores (Oxx.) *a natura.*

Cap. XII, 34. *Atqui perspicuum st &c.*) Conparant, Ursinum sequentes, Aristotelis Politic. I, 2, 30: *Τὸ δὲ ζῷον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει, τὸ δ' ἀρχόμενον.* Uerum ibi peruagata hæc sententia ad longe aliam disputationem adcommodatur. Cicero secutus est Antiochum, cuius totam hanc expositionem a Uarrone adumbratam Augustinus in librum XIX de Ciuit. dei c. 3 rettulit: *Primum, quia summum bonum in philosophia non arboris, non pecoris, non dei, sed hominis quæritur, quid sit ipse homo, quærendum putat* (Uarro, auctore Antiocho, magistro suo et Ciceronis, ut ait Augustinus). *Sentit quippe, in eius natura duo esse quædam, corpus et animum, et horum quidem duorum melius esse animam longeque præstabilius, omnino non dubitat.* Deinde eandem sententiam persequitur longius, quæ transcribere nihil opus est. Apud Stobæum autem in ea parte, ubi iam ante significaui Peripateticam sententiam Antiochio more tradi mihi uideri, p. 256 hæc leguntur: *Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος δι' αὑτὸν αἱρετός, καὶ τὰ μέρη τοῦ ἀνθρώπου δι' αὑτὰ ἂν εἴη αἱρετά.*

stare, quom primae sint animi partes, secundae corporis. Deinde id quoque uidemus, et ita figuratum corpus, ut excellat aliis, animumque ita constitutum, ut et sensibus instructus sit et habeat praestantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in qua sit mirabilis quaedam uis rationis et cognitionis et scientiae uirtutumque omnium. Nam quae corporis sunt, ea nec auctoritatem cum animi partibus conparandam et cognitionem habent faciliorem. Itaque ab his ordiamur. 35. Corporis igitur nostri par-

secundæ) *sedere* E Deinde) *Denique* R id quoque) *qu. id* P *et id qu.* L uidemus) *uideamus* C et ita) *et id* P aliis — constitutum) om. E cognitionis) *cogitationis* L ab his) *ab iis* R

Μέρη δ' ἐστὶν ἀνθρώπου ὁλοσχερέστατα σῶμα καὶ ψυχή· ὥστε καὶ τὸ σῶμα δι' αὐτὸ ἂν εἴη αἱρετόν. Deinde p. 258: *Ὥστε, εἰ καὶ τὰ σωματικὰ τῶν ἀγαθῶν δέδεικται εἶναι αὐθαίρετα, καὶ τἀναντία τούτων κακὰ δι' αὐτὰ φευκτά, καὶ} τὰ τῆς ψυχῆς ἀναγκαῖον μέρη δὴ αὐθαίρετα ὑπάρχειν καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν καὶ τῆς ὅλης ψυχῆς.* (Cfr. § 37 et 38 apud Ciceronem.) *Τὴν γὰρ εἴσοδον ἡ ἀρετὴ λαβοῦσα, καθάπερ ὑπεδείξαμεν, ἀπὸ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, καὶ* (hoc commodius abesset aut *εἶτα* scriberetur) *πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέψασα καὶ θεασαμένη, διότι καὶ αὐτὴ τῶν κατὰ φύσιν πόλυ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν, ᾠκειώθη προς ἑαυτὴν ὡς πρὸς δι' αὑτὴν αἱρετήν, καὶ μᾶλλόν γε πρὸς ἑαυτὴν ἢ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἀρετάς.* (In his postremis, quæ apud Ciceronem hac forma non exponuntur, sed insunt magna ex parte in iis, quæ c. 15 de uirtutis ortu et progressu dicuntur, mire Heerenius aberrat. Uerti sic debeat: Uirtus, initio propter corporis et externis bona introducta, quom ad se ipsa oculos conuertit animaduertitque, se quoque in rebus naturalibus esse et magis etiam quam corporis commoda, sibi ipsa conciliatur tamquam per se expetendæ (ut se propter se expetendam statuat) et magis etiam sibi &c. Cfr. quæ Cicero dixit III, 21 et 22: *Est tamen ea* (uirtus) *secundum naturam* (*κατὰ φύσιν* et *τῶν κατὰ φύσιν*). Eandem, quæ hic instituitur, disputationem breuius significatam uidimus IV, 16 sqq.

quom primæ &c.) id est: *ita* (*tamen*) *ut primæ* &c. Eodem modo dixit § 40: *quom longe multumque præstet mens atque ratio.* Pluribus exemplis hunc particulæ usum declaraui in disputatione de oratt. de prouinc. cons. et pro Balbo I p. 8. Mox *et* ante *ita figuratum* Lbinus omisit, Dau. in *esse* mutari uolebat; uid. ad § 61.

tes totaque figura et forma et statura quam apta ad naturam sit, adparet; neque st dubium, quin frons, oculi, aures et relicuae partes quales propriae sint hominis, intellegatur. Sed certe opus est, ea ualere et uigere et naturalis motus ususque habere, ut nec absit quid eorum nec aegrum debilitatumue sit. Id enim natura desiderat. Est autem etiam actio quaedam corporis, quae motus et status naturae congruentis tenet; in quibus si peccetur distortione et deprauatione quadam ac motu statuue deformi, ut si aut manibus ingrediatur quis aut non ante, sed retro, fugere plane se ipse et hominem

35. et relicua) *rel.* C sint) *sunt* omnes, Or. (*sunt proprie* L) debilitatumue) *dubitatumue* E autem etiam) *enim* PC *et* L *etiam* ROr. ac motu) *aut motu* LPCR ingrediatur) *gradiatur* L

35. *quin frons — partes quales propriæ sint hominis, intellegatur*) Intellegi cogitando potest, qualis frons, quales oculi, quales aures propriæ sint hominis, et sic in ceteris partibus, ut non temere hæc, quæ habemus, nobis data esse uideantur, sed ea, quæ nobis apta essent et ad naturam adcommodata, electa esse. Significat enim Piso, ad uniuersum hominis habitum singula apta esse. Edebatur *sunt*. Sed nec *frons intellegitur* nec *frons, qualis propria st hominis.* Nec soloecismo hoc caret: *frons — relicuæ partes — intellegitur*, quem frustra Gzius excusare conatur. Lbinus in curis secundis: "Fortasse *sint;*" et probauit A. Matthiæus. Nissenius, mendo animaduerso, non recte scribi uoluit: *quam — sint;* nam nec *quam propriæ*, sed *quam aptæ* dici tum debuit et *hæc frons, hi oculi* (quos nunc habemus), et otiosa circumlocutione Cicero usus esset.

Est autem etiam actio) Sic Erl., Spir., Mor. (errat Orellius); quam sit aptum et rectum, declaratum st ad I, 61, ubi addere poteram I, 16 et II, 113. Quom ederetur: *Est enim actio* (etiam apud Crat., Uict., Man., Lbinum), Man. in altera editione scripsit *Est etiam actio*, et sic Gruterus ceterique cum Pal. 2, 5, El., Mead., Eξ, mgine Crat. Gzius *enim* e Gud. 2 enotauit. Mox *ac motu* pro *aut motu* Gzius ex omnibus (?) suis, excepto Gud. 2.

non ante, sed retro) Notabiliter *ante* dixit, quod Plautus et Terentius *prorsus* siue *prorsum ire* aut *cedere*; nec scio, quis præterea sic dixerit; nam apud Uirg. Georg. III, 552 *ante* est *ante sc.* Simile st apud Plinium in Hist. N. XI, 102: *priora genua post curuantur, posteriora in priorem partem;* paullo post di-

exuens ex homine naturam odisse uideatur. Quamobrem etiam sessiones quaedam et flexi fractique motus, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt, ut, etiam si animi uitio id eueniat, tamen in corpore inmutari hominis natura uideatur. 36. Itaque e contrario moderati aequabilesque habitus, adfectiones ususque corporis apti esse ad naturam uidentur. Iam uero animus non esse solum, sed etiam cuiusdam modi debet esse, ut et omnis partis suas habeat incolumis, et de uirtutibus nulla desit. Atque in sensibus est sua cuiusque uirtus, ut ne quid inpediat, quo minus suo sensus quisque munere fungatur in iis rebus celeriter expediteque percipiendis, quae subiectae sunt sensibus. XIII. Animi autem et eius animi partis, quae princeps est, quaeque mens nominatur, plures sunt uirtutes, sed duo prima genera, unum earum, quae ingenerantur

exuens) transp. post *homine* LPCR, ante *hominem* Or. etiam) *et* L *quam etiam* C quaedam) om. C animi) *cum* L inmutari) *mutari* E 36. apti) *apte* LPCROr. cuiusdam) *cuius* E debet esse) *e. d.* ROr. suas) om. (E) PL Atque) *Atqui* om^{n}es (E silentio) Or. ut ne) *ne* E iis) *his* L percipiendis) *percipiendum* P partis) *parti* E est) *est et* L

cit *in posteriora*, § 101 autem: *quae animal generant, genua ante se* (in priorem partem) *flectunt*. Paullo post *hom. exuens ex hom.* dedi ex Erl. Gzius tamquam ex eo et Spir. dedit: *exuens hom. ex hom.*

36. *apti esse*) Sic etiam Spir., Mor., El., et recte probabat Wesenbergius ad Sestianam p. 16; nam in unius notionis partibus adiectiuom ad extremam adcommodatur.

omnis partis suas) *Suas* omiserunt Uict. et Gruterus, hic Pal. 4 auctore. Reuocauit Dau. e Par. 2, 3, Mead., Ball., C. C. C. (Oxx. EUχ nominant, non $\xi\psi$!), Gzius e Spir., Erl. (?), Mos., Bas. (*Esse debet* Crat., Gzius, alii, *debet esse* Grut., Dau.) In *atque* secutus sum Gzi testimonium, qui sic in Spir. et Erl. esse ait et inprobat. Progreditur oratio explicando (*Ac primum in animis*).

Cap. XIII. *sed duo prima genera*) Eandem rem Cicero in Acad. I, 20 significans ait in animo a ueteribus ea laudata esse, *quae essent ad conprehendendam ingenii uirtutem idonea, eaque ab iis in naturam et mores diuisa esse.* Adparet enim, naturae nomine

suapte natura appellanturque non uoluntariae, alterum earum, quae, in uoluntate positae, magis proprio nomine

suapte) *sua parte* R alterum) add. *autem* P

significari, quæ hic *suapte natura* (id est, ipsa singulorum hominum natura et sua sponte) *ingenerari* dicuntur. Exponitur diuisio in (Aristotelis) Magnis Moralibus I c. 5, quo loco Morelius usus est (nam in Eth. Nicom. I, 18 extr. breuissume diuisio *τῶν διανοητικῶν καὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν* significatur): *Ἔστι δὲ ἡ ψυχή, ὡς φαμεν, εἰς δύο μέρη διῃρημένη, εἴς τε λόγον ἔχον καὶ ἄλογον. Ἐν μὲν γὰρ δὴ τῷ λόγον ἔχοντι ἐγγίνεται φρόνησις, ἀγχίνοια, σοφία, εὐμάθεια, μνήμη καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐν δὲ τῷ ἀλόγῳ αὗται αἱ ἀρεταὶ λεγόμεναι, σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρεία, ὅσαι ἄλλαι τοῦ ἤθους δοκοῦσιν ἐπαινεταὶ εἶναι. Κατὰ γὰρ ταύτας ἐπαινετοὶ λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς τοῦ τὸν λόγον ἔχοντος οὐδεὶς ἐπαινεῖται.* Sed quod hic aperte et neglegenter hæ uirtutes *ἐν τῷ ἀλόγῳ* ponuntur, apud Stobæum p. 204 cautius *περὶ τὸ ἄλογον γίγνεσθαι* dicuntur. Nam *μέτα λόγου τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς εἶναι*, Aristoteles docebat (Eth. Nicom. I, 18, 18 et VI, 13). Et in Magnis Moralibus et apud Stobæum *φρόνησις* et *σοφία* in priore genere ponuntur, apud Ciceronem autem *prudentia* in altero; et ipse Aristoteles satis confirmat, *τὴν φρόνησιν* neque ab ethica uirtute posse seiungi neque sine nostra uoluntate et laudabili studio ingenerari (Ethic. Nicom. VI, 6, 4, VI, 13, 6 &c.). Itaque diuisionem in libris Aristotelis et ueteris familiæ Aristoteliæ minus diligenter expositam (et notum est, Aristotelem in his quæstionibus ethicis non summam subtilitatem secutum esse) is, quem Cicero ducem habet, sic expoliuit et mutauit, ut in priore genere sola ingeni bona a natura data (*naturam*) poneret et alterum genus prorsus rationale faceret (cfr. § 38: *propterea quod ex ratione gignuntur*). Hæserat hic Lambinus, cui Dauisius non satis respondit.

alterum earum) Dau. e Par. 1 (P) et El. interposuit *autem*. Gzius, etsi inprobat, scribit, "e suis nescire *autem* Bas. et Mon., Oxx. E et ξ;" putes ceteros habere; sed in E et ξ, ut in nostro L, non hic omitti notatur *autem* (quod in editione ipsa non erat nec in ullo codice Oxon.), sed infra (*Alterum autem genus* &c.). Proxuma uerba sic intellegi posse puto: magis proprium habent id nomen, quod habent (*uirtutes*), ut necesse non sit cum Dauisio scribi uelle: *magis proprie eo nomine* aut cum Schuetzio: *magis prop. nom. uirtutes;* durius tamen dicitur; aliter enim II, 7 in uerbis *quom appellaretur* auditur *sapiens*.

appellari solent, quarum st excellens in animorum laudę praestantia. Prioris generis est docilitas, memoria; quae fere omnia appellantur uno ingeni nomine, easque uirtutes qui habent, ingeniosi uocantur. Alterum autem genus est magnarum uerarumque uirtutum, quas appellamus uoluntarias, ut prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam et relicuas eiusdem generis.

Et summatim quidem haec erant de corpore animoque dicenda, quibus quasi informatum st, quid hominis natura postulet. **37.** Ex quo perspicuum st, quoniam ipsi a nobis diligamur, omniaque et in animo et in corpore perfecta uelimus esse, ea nobis ipsa cara esse propter se, et in iis esse ad bene uiuendum momenta maxuma. Nam cui proposita sit conseruatio sui, necesse st huic partis quoque sui caras esse, carioresque, quo perfectiores sint et magis in suo genere laudabiles. Ea enim uita expetitur, quae sit animi corporisque expleta uirtutibus, in eoque summum bonum poni necesse st, quandoquidem id tale esse debet, ut rerum expetenda-

in animorum) *maiorum* E memoria) *memoriaque* L autem) om. L quas appellamus) *qua appellans* E ut) *et* ELR eiusdem gen.) *g. e.* E quid) *quod* omnes, Or. postulet) *postulat* R 37. et in animo) *et animo* E *in an.* L in corpore) *corp.* EL iis) *his* EL momenta) om. E sit) *est* R

quid hominis natura postulet) *Quid* pro *quod* scribi Bremius iussit; flagitat et uerbi modus et sententia; nam quaerendo intellectum aut saltem adumbratum esse dicitur, quid sit. Uid. ad I, 18.

37. *et in animo et in corpore*) Præpositio utraque excidit etiam in Spir. Longe aliud est, omnia (omnis res) animo et corpore perfecta esse. Mox Gzius et recentiores e tribus codicibus et ueteribus quibusdam editionibus *et in his*; et tamen præcedit: *ea*. Ex huiusmodi saltem locis intellegi debebat, quam nulla esset codicum in illo casu (*his*) auctoritas. Sed Gzius ne id quidem intellexit, *ea* esse animum et corpus. Paullo post quod post *uitæ* appellationem sequitur *in eoque*, neutro genere, de eo dixi ad III, 21. In omni autem hoc loco conclusionem argumenti sæpius quasi in eundem orbem reuolui et copia quadam uerborum inplicari, perspicuum st.

rum sit extremum. Quo cognito, dubitari non potest, quin, quom ipsi homines sibi sint per se et sua sponte cari, partes quoque et corporis et animi et earum rerum, quae sunt in utriusque motu et statu, sua caritate colantur et per se ipsae adpetantur. 38. Quibus expositis, facilis est coniectura, ea maxume esse adpetenda ex nostris, quae plurumum habent dignitatis, ut optumae cuiusque partis, quae per se expetatur, uirtus sit expetenda maxume. Ita fiet, ut animi uirtus corporis uirtuti anteponatur, animique uirtutes non uoluntarias uincant uirtutes uoluntariae, quae quidem proprie uirtutes appellantur multumque excellunt, propterea quod ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine diuinius. Etenim omnium rerum, quas et creat natura et tuetur, quae aut sine animo sunt aut *non* multo secus, earum summum

sua caritate) *sua e car.* E 38. ex) *a* E animi uirtus) *animi* R tuetur) om. P sunt) *sint* omnes, Or. non) om. omnes. earum) *eorum* omnes.

et earum rerum) Rectius, opinor, Cicero dixisset: *et eæ res.* Nam animi et corporis et partes et adfectiones (*quæ sunt in motu et statu*) caræ sunt; adfectionum partes non apte dicuntur. Illo modo Stobæus p. 248: *φίλον γὰρ εἶναι ἡμῶν τὸ σῶμα, φίλην δὲ τὴν ψυχήν, φίλα δὲ τὰ τούτων μέρη, καὶ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας* (non *τῶν δυναμέων*). Mox Gzius in Erl. et Spir. ait esse *sua et caritate.* Etiamsi *et sua* scriptum esset, nihilo magis probanda foret hæc unius notionis in duas distractio.

38. *quæ plurumum habent dignitatis*) Melius meo indicio Cicero posuisset, quod Ernestius requirebat, *habeant.* Post enim demum definietur, quid plurumum dignitatis habeat; hic generalis notio includitur in sententiam infinitam. Sed Cicero cogitando certæ rei notionem præcepit.

quæ aut sine animo sunt &c.) In aperta hac generis definitione (nam distinguuntur arbores stirpesque et bestiæ ab homine, in quo summa animi st), quom nulla extrinsecus caussa modi mutandi accederet, coniunctiuom (*sint*) ferendum non esse, recte Ernestius indicauit. (Gzius *quæ* nolt esse *licet eæ*, quasi, *quamuis* animum non habeant, *tamen* in animo summum bonum non habeant!) Illud dubium st, potueritne Cicero, quom commune *rerum* nomen posuisset, transire in demonstratiua sententia ad neutrum genus

bonum in corpore sit; ut non inscite illud dictum uideatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. XIV. Sunt autem bestiae quaedam, in quibus

non inscite — putresceret) Non. p. 161. animum — datum) animam — datam Or. putresceret) putisceret Non. Or.

pronominis; nam in codice archetypo fuisse *eorum*, ostendunt etiam codices Oxx. (E$\xi\chi$) et editiones ueteres (Crat., Mannt.), etsi de aliorum codicibus tacetur. Fieri potest, ut neutrum posuerit, tamquam si hac forma usus esset: *ex rebus a natura creatis omnis es &c.*, non *hac*: *omnes res a natura creatae, quae &c.* In codice archetypo omissum fuisse non ante *multo*, ostendunt et Pall. (praeter 6) et Oxx. (EU$\psi\chi$) et editiones ueteres (Crat., Uict.); addidit Manutius (de Marso non confido Hertelio).

dictum uideatur) a Chrysippo, si Ciceroni credimus, de N. D. II, 160; Stoicis quibusdam tribuit Plutarchus in Quaestt. Conuiual. V, 10, 3 p. 685 C, Cleanthi Clem. Alex. Strom. VII p. 301 Sylb.

animum — datum) Lbinus *animam datam*, et secuti sunt post Gruterum fere recentiores; Gzius (et Or.) e Nonio sumptum narrat, quod ne quis crederet, ipse Lambinus cauerat. Non spernendam fuisse coniunctam codicum et Noni auctoritatem, Danisius intellexit, quamquam non satis subtiliter disputauit. Quom enim in Graeco dicto ψυχή nominaretur, recte Latini plerumque in eo reddendo *animam* nominarunt, hoc significantes, suem ab inanimorum genere separatam et in eorum positam, quae uiuerent et animam ducerent, ut ipse Cicero de N. D., Uarro de R. R. II, 4, Plinius H. N. VIII, 77. Sed in hac disputatione, quom de animi et corporis discrimine et utriusque bonis agatur, quomque significatum sit, quaedam animalia non multo secus esse ac si sine animo sint (ex quo tamen simul, ea animum habere, significatur), necessario *animus* etiam in sue nominatur, negaturque, huius pecudis bonum in *animo* esse posse; *animae* bona nulla cogitari poterant. *Animos bestiarum* (die *Thierseelen*) et Tusc. I, 80 Cicero appellauit et hic paullo post, in bestiis animorum motus esse dicens; nec quicquam obstabat, quo minus sic diceretur, modo in cogitando ea se notio obtulisset.

putresceret) Nonius: *Putidum, non putrem sed oderis mali. M. Tullius de fin. bon. et mal. lib. V: Non inscite — ne putisceret.* Eam scripturam inde a Lbino secuntur, Danisio excepto. Adparet, in sue non malum odorem caueri, sed ne caro corrumpatur (σήπηται); itaque si uera esset distinctio a grammatico minume prudenti in adiectiuo constituta sed uerbi exemplo confirmata, et

inest aliquid simile uirtutis, ut in leonibus, ut in cani-

aliquid) *aliquod* R ut in canibus) *in can.* LROr.

si ad uerbum etiam pertineret, hic alteri uerbo soli locus esset. Sed maius pondus in eo st, quod et in hoc dicto in libro II de N. D. et in Theodori Cyrenaei uerbis (*τί Θεοδώρῳ μέλει, πότερον ὑπὲρ γῆς ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται;*) in Tusc. II, 102 optumi codices (illic ABC Moseri et alii, hic regius et Gud. 1) *putesco*, non *putresco* habeat. Mihi de hac re sit statuendum uidetur, in adiectiuis *puter* et *putidus* initio, quemadmodum in *ruber* et *rubidus*, candem significationem radicis (*put*, *πύθω*) fuisse, cum tali fortasse, ut fit in omnibus linguis, discrimine, ut alia res consuetudo potius putris, alias putidas appellaret, nec tamen certa regula; nam nauis parietesque putida dicta uidemus: quom autem *putidus* translate dici coeptum esset, alterum fere solum, quod de corporibus diceretur, relictum esse (quamquam *putidam carnem* Cicero dixit), et in iis latius propagatum ad eas res, quae terendo facile minuerentur. Sed quom litera *r* extra radicem esset, ut *rubeo*, sic *puteo* fingebatur et *putesco*, quorum illud de foetore dicitur; nam status τῆς σηπεδόνος in sermone exculto uno uerbo non significatur. Antiquissumi tamen, quasi in *puter* extrema littera radicis pars esset, *putreo* dixerunt, quod usus non tenuit; *putrefacio* autem adiectiuom commendauit quasi *putrem facio*, etsi *putefacio* primae origini aptius erat; natumque etiam *putridum*, quod a *putri* differre non uidetur nisi usu rariore. Sic illud etiam, quod *putesco* erat, postea in *putresco* transiit, idque etiam de iis dictum st, quae putria appellantur, non putida, ut de solo apud Columellam. Horatius utrum maluerit, codices (Sat. II, 3, 119 et 194) in incerto relinquont; Ciceronem et antiquiores (propter codices in duobus alteris locis Ciceronis et Nonium in hoc loco, tum propter Catonis et Uarronis locos, modo a codicibus firmi sint) *putesco* semper dixisse ita statuo, ut hic tamen codices deserere non audeam. *Putisco* apud Nonium sic scribitur, ut alibi *delitisco*, *lucisco*, *obmutiscere* in antiquissumis quibusdam Ciceronis et Terenti codicibus.

Cap. XIV. *ut in leonibus &c.*) In codice archetypo erat: *ut in leonibus*, *ut in canibus*, *in equis*, quod Uictorius tenuit. Librarii pauci deteriorum codicum (Mead., Eξ, Gud. 2, Bas., Mon.) alterum *ut* sustulerunt, quos Crat. et Gzius secuti sunt (et dixit Cicero IV, 37: *ut in equis, in canibus*, sed in duobus); contra editio prima et ex ea Man. et alii *ut* addiderunt tertio loco contra codd. (Pall., Dan., EUξχ, Gzi), recte, ut uidetur; III, 51: *ut in ualetudine*, *ut in integritate sensuum*, *ut in doloris uacuitate*. Paullo

bus, *ut* in equis, in quibus non corporum solum, ut in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus quosdam uidemus. In homine autem summa omnis animi st, et in animo rationis, ex qua uirtus est, quae rationis absolutio definitur, quam etiam atque etiam explicandam putant.

39. Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quaedam et perfectio st non dissimilis animantium. Itaque et uiuere uitem et mori dicimus, arboremque et nouellam et uetulam et uigere et senescere. Ex quo non est alienum, ut animantibus, sic illis et apta quaedam ad naturam putare et aliena, earumque augendarum et alendarum quandam cultricem esse, quae sit scientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, ut, quo natura ferat, eo possint

ut in equis) *in e.* ELPROr. quosdam) *aliquos* C quam) *que* P 39. uetulam) add. *dicimus* E animantibus) *animalibus* E putare) *aptare* PR *amputareque* C *reseruare amputareque* L circumcidat) *circumdat* E adminiculetur) *adminiculet* E possint) *possit* omnes.

post Dau. e Par. 1 et 3: *quæ — explicanda putant.* In uirtutis, ad quam ascendendo peruentum st, explicatione omnem operam conlocandam Peripatetici putant.

39. *ad naturam putare*) Sic Erl., Spir., El., mgo Crat. (Morelius non codicem appellat, sed "alios"), restituitque Gzius post Lbinum, qui se codices secutum profitetur. Hinc repetitione litterarum factum st *ad naturam amputare*, et, addita particula, *amputareque* (in Pall. præter 4, Dauisianis, Oxx., Gud. 1, Mon.), alia autem correctione *aptare*, quod habet Pal. 4, Uict., tum editiones post hunc pleræque, editoribus inprobantibus. Quod ex *ad naturam* ad *aliena* intellegitur *ab ea*, notam habet figuram et breuitatem. A. Matthiæus conparat III, 49, ubi ex *ad quas* ad *continere* auditur tantum *eas*. Paullo ante codex Mor. *et uiuere et uigere et mori*.

adminiculetur) Propter cod. Erlangensem in suspicionem hæc uerbi deponentis forma uenit a librariis orta esse, ut *lacrumari* in Uerrem V, 121 (cfr. opusc. nostra acad. p. 372); nam Uarro et ceteri *adminiculo*. Quod tamen in uerbis intransitiuis primæ coniugationis, quæ a nominibus ducuntur, tam usitata st illa forma, inmutare non ausus sum, quom de ceteris melioribus codicibus non

ire; ut ipsae uites, si loqui possint, ita se tractandas tuendasque esse fateantur. Et nunc quidem, quod eam tuetur, ut de uite potissumum loquar, est id extrinsecus. In ipsa enim parum magna uis inest, ut quam optume se habere possit, si nulla cultura adhibeatur. 40. At uero si ad uitem sensus adcesserit, ut adpetitum quendam habeat et per se ipsa moueatur, quid facturam putas? An ea, quae per uinitorem antea consequebatur, per se ipsa curabit? Sed uidesne adcessuram ei curam, ut sensus quoque suos eorumque omnem adpetitum et

ut) om. C possint) *possent* LPCR uite) *uiti* E id) om. E inest) *est* LPCROr. 40. ipsa) *ipsam* omnes, Or. antea) *ante* E per se) *et per se* PL ipsa) *ipsam* PLCROr. omnem) *omnium* LPCROr.

constaret. Deinde *possint ire* Dauisium sequens Ernestius scripsit; nam si natura arborum pro arboribus diceretur (quod ipsum incommode fieret, quom significaretur arbores anquirere, quæ sibi e natura essent), necessario scribendum erat *feratur*. (Ad *artem agricolarum* hoc referre soli Gzio in mentem uenire poterat; quid est enim, artem sibi adminiculari, ut ars possit ire, quo natura eam ferat?) Paullo post *possent* pro *possint*, repugnante *fateantur*, Dauisi codices (Parr., El., Mead., C. C. C.) editionesque ueteres (Crat., Uict.). Correxit Manutius; Grut. et Gzius tacite secuntur; ex Oxx. nihil discrepantiæ ad *possint* notari miror. Postremo *inest* ex uno Erl. posui.

40. *et per se ipsa moueatur*) Ex uerbo littera *m* adhæsit pronomini in codice archetypo; paullo post (*per se ipsa curabit*) tantum in deterioribus codicibus *ipsam* ad *se* adcommodatum esse uolgari mendo, Erlangensis ostendit. Priore loco recte scripserant inde a Cratandro; mendum reduxit Gzius (ex omnibus suis codicibus, ξχ); altero soli Crat. et Ernestius uerum secuti erant; (hic quoque omnis suos Gzius testatur, sua illa fide). Ipsa uitis sentiens per se mouetur. Interrogatio hæc: *An — curabit?* sic subicitur superiori, ut Piso suspicando præcipiat id, quod responderi necesse sit, et adfirmet, de quo genere dixi in epist. ad Orell. p. 77 et in Admonitionibus de locis quib. gramm. Lat. p. 19; neque enim Handius (Tursell. I p. 315 et 353) prorsus mihi satisfacit.

eorumque omnem adpetitum) Sic etiam Spir., mgo Crat., Mor. pro *omnium*. Tum *adiuncta ei membra* etiam Spir. Editiones, excepta Ottonis, deteriores codices secuntur, nisi quod Gzius, quod in Gud. 1 et Bas. erat: *ei membra sint adiuncta*, deleuit *membra*,

si qua sint adiuncta ei membra, tueatur? Sic ad illa, quae semper habuit, iunget ea, quae postea adcesserint, nec eundem finem habebit, quem cultor eius habebat, sed uolet secundum eam naturam, quae postea ei adiuncta st, uiuere. Ita similis erit ei finis boni, atque antea fuerat, neque idem tamen; non enim iam stirpis bonum quaeret, sed animalis. Quid? si non sensus modo

sint) *sunt* LC adiuncta ei membra) *ei m. adi.* LPCOr. om. *adiuncta* R iunget) *iungit* LC *iungat* R eam) *eius* E st) *sit* omnes, Or. ei) *et* EPCR om. L atque) *et* P Quid? si) *quod si* LPCROr. non sensus modo) *modo sensus non* E modo ei) *ei m.* R

propter instabilem sedem suspectum, non inprobante Orellio. Id genus argumenti quale sit in huiusmodi locis, ubi uerborum et participiorum positus leuiter mutatur, scire debet, qui per decem capita librorum scripturas perlustrarit, quamquam in uocibus *ei membra* ordo constat, in *adiuncta* uariat. Sed post *sensus* necessario definite *membra* conmemorantur, non infinite, *si quæ*; debebat saltem addi *alia*. Gud. 2 *sunt*, quod quamquam huic obliquæ orationi uehementissume repugnat, ex ed. prima ad alias quasdam propagatum st. Contra paullo post, ubi recta oratione Piso loquitur (*habebit — uolet*), necessario dicitur *adiuncta st*; fingit enim ipse, adiunctam esse (ut ante dixit: *quæ habuit*), non spem et sententiam arboris significat; itaque sic scripsi, correcto eo errore, de quo dixi ad III, 58.

erit ei finis) Sic Gzius correxit, quod in codice archetypo erat: *erit et finis*; est enim mendum peruagatum (cfr. § 69). Man. et Lbinus *et* delerant, nec Oxx. adnotant nisi ex ξχ. (Dau. tamquam e C. C. C., id est ξ, edidit: *Ita et sim. erit finis.*) Mire Handius in Tursell. II p. 514 *et* eodem modo accipi uolt, quo in conparando dicamus *sic et hoc* pro *etiam*. Primum saltem sic scribi debuit: *Ita et finis* &c., deinde sic hoc diceretur, tamquam si de alia re ante dictum esset; atqui præcessit: *nec eundem habebit finem* &c. Debemus, opinor, apices sic defendere, ut aliquam tamen sententiæ et sermonis rationem ducamus.

Quid? si non sensus &c.) Uiuidiorem hanc orationis formam in ascensu ad maius, quam etiam e Spir. Gzius posuit, quamquam exiguum st in hac re codicum momentum (cfr. § 47), cur tamen Orellius a loci sententia alienam dicat, non uideo; commendat eam subiecta cum uehementia quadam interrogatio; cfr. II, 79; de Diuin. II, 83: *Quid, quod — utuntur? Non necesse st* &c.?

ei sit datus, uerum etiam animus hominis? non necesse st, et illa pristina manere, ut tuenda sint, et haec multo esse cariora, quae adcesserint, animique optumam quamque partem carissumam, in eaque expletione naturae summi boni finem consistere, quom longe multumque praestet mens atque ratio? † Sicque extremum omnium

sit datus) *d. s.* E etiam animus) *animus est etiam animus* E *etiam animus, et animus* Or. ut tuenda sint et hæc) *ut* (*ad* E) *tuendas inter hæc* EP *ut tuenda inter hæc* LCR Sicque) *Sic et* LPCR *Sic* [*et*] Or.

uerum etiam animus hominis) In Erl., ut non raro alibi, repetitione uocis scriptura confusa st. Nescio unde Marsus (si Herteli silentio credi potest) et, quod miror, Uictorius sumpserint, quod ab iis acceptum Orellius posuit: *animus et animus hominis* (cod. Stephani nullus est). Sed speciem, ac uix eam, illa interpolatio habet, non ueritatem; uidetur enim a sensu transiri debere ad animum, qui uniuerse etiam in bestiis intellegatur, tum ad humanum animum peruenire. Uerum animus ille, qui in bestiis intellegi potest, a Pisone significatus est ipsa sensus mentione; quod enim eum habet, id animal est, ut ipse dicit (*sed animalis*), quoniam animus sensu et mente, quæ hominum propria st, continetur. Itaque a sensu necessario statim uenitur ad humanum animum.

ut tuenda sint, et hæc multo &c.) Sententia aperta st, et eorum, quæ antea fuerint in uite, quoniam maneant, curam adhibendam esse et multo magis animi. Scripturam Orellius restituit, quæ in Spir. et Erl. una littera aberrabat et mala uocum separatione (*tuendas inter hæc*); ex P adparet, etiam in deteriorum paullo integrioribus sic fuisse. In ceteris *s* littera sublata st, ne *pristina tuendas* diceretur. Editores, ut oratio cohæreret, *et* ante *inter* addiderant (inde a Marso et Crat., contra EUξψ, Gzianos, id est, contra omnis), quam nulla sententia, uiderat iam Dauisius, qui, si quæras, inquit, *inter quæ?* nemo responderit. Nam *inter pristina* (debebat dici *inter ea*) *cariora esse noua*, ridicule dicitur.

Sicque extremum &c.) Sic corrupte melior familia (Gzius e Spir. adnotat *sicque*, ex Erl. *sitque extimum*); nec minus praue deteriores codices et editiones: *Sic et extremum* &c. Particulæ *et* nihil hic esse loci, senserat Ursinus et nuper Gzius, quam frustra Handius Turs. II p. 514 eodem artificio, de quo paullo ante (*erit et finis*) dixi, tueri conatur. Neque enim hic ulla st conparatio

adpetendorum atque ductum a prima commendatione naturae multis gradibus ascendit, ut ad summum perueniret, quod cumulatur ex integritate corporis et ex mentis ratione perfecta.

XV, 41. Quom igitur ea sit, quam exposui, forma

ductum) *doctum* EP commendatione) *commutatione* E *communitate* LPCR

aut in conparando adiunctio, sed iter superioris disputationis quod fuerit, indicatur. *Sicque* e Latino ore non magis auditum est quam *hicque* aut *nuncque*, spernente etiam particula, quæ demonstrationem grauem habet, copulæ adiectionem. (Quod legitur de leg. agr. II, 56, mendosum esse, omnes nunc consentiunt; neque enim modus significari debet, sed, cui agro uectigal inponatur; *e* adhæsit ex præcedente uoce; Cicero scripserat: *eique agro*.) Sed est aliud orationis uitium; nam coniunguntur et subiectum sententiæ continent hæc: *extremum omnium adpetendorum atque ductum* &c. Uerum *extremum adpetendorum* (ut *summum bonorum*) certam habet notionem, de qua dici aliquid possit, *ductum a prima commendatione* descriptionem alius notionis adeo manifestam, ut ne grammatica quidem ratio patiatur sic dici: *ductum a prima commendatione* (id est: *id, quod ductum est*) *ascendit* &c. Id sentientes Lambinus et Ernestius, quom animaduertissent, quod facile erat uidere, hoc *ductum a prima commendatione* in parte prædicati esse, ut significaretur extremi adpetendorum et initium et ascensus, *atque* eiciebant. Et profecto rectissuma hæc et oratio et sententia erit: *Sic extremum omnium adpet., ductum a prima commendatione naturæ, multis gradibus ascendit* &c. Uerum in initio sententiæ aperta sunt mendi uestigia (in *sicque, sic et*), in *atque* nulla. Itaque hæc fuit orationis forma: *Sic* [*extitit*] *extremum omnium adpetendorum atque, ductum — naturæ, multis* &c. Ipsum quoque uerbum, quod exciderit, a me repertum puto; aberrauit enim librarius codicis archetypi in litteris *ext*. (Gziue *atque* uolt esse et *quidem*, *sane*, quid hic illæ particulæ agant aut ubi sic ponatur *atque*, securus.) Deinde e scriptura meliorum codicum (Erl., Spir., El., mg. Crat.) *commutatione* facile erat Lambino, in re præsertim totiens in hoc opere conmemorata et eodem etiam nomine sæpe notata (ut II, 35, hic 35, 41, 46), uerum reperire, quem, probante Dau., Ernestius secutus est; deteriores (Pall., ceteri Dau., ξχψ, Gziani relicui) et ceteræ editiones *communitate*. *Cumulatur* est *conpletur et absoluitur*.

naturae, si, ut initio dixi, simul atque ortus esset, se quisque cognosceret iudicareque posset, quae uis et totius esset naturae et partium singularum, continuo uideret, quid esset hoc, quod quaerimus, omnium rerum, quas expetimus, summum et ultumum, nec ulla in re peccare posset. Nunc uero a primo quidem mirabiliter occulta natura st, nec perspici nec cognosci potest. Progredientibus autem aetatibus sensim tardeue potius quasi nosmet ipsos cognoscimus. Itaque prima illa commendatio, quae a natura nostri facta st nobis, incerta et obscura st, primusque adpetitus ille animi tantum agit, ut salui atque integri esse possimus. Quom autem dispi-

41. prima illa) *illa pr.* LPCROr. incerta et obsc.) *obsc. et inc.* LC adpetitus ille) *i. app.* LR tantum) om. R dispicere) *desp.* LR

Cap. XV, 41. *occulta natura st*) Cod. Mor. *Nunc uero quod mirabiliter occulta nat. est, nec &c.*, licenter mutata scriptura. *Nec cognosci* eo modo negatiue adiungitur, de quo dixi ad I, 30. Paullo post *prima illa* ex uno Erl. posui. Deinde *incerta et obscura* etiam Gzi codices, Crat., Uict., Dau. tacite, Gzius; alter ordo ex ed. pr. ad Man. et ceteros propagatus erat. Recte iam Crat. *nobis* prioribus adiunxerat; significatur enim: qua nos nobismet ipsis commendati sumus; plerique: *facta st, nobis.*

tantum agit) hoc est, nihil plus nec maius quicquam spectat; quomodo sæpissume dici *tantum*, ut non augendi, sed certi modi et finis significationem habeat, notum st, expositumque olim a Manutio ad epist. ad Fam. I, 7, nuper a Beneckio ad orat. de inp. Pomp. § 14. Illis, qui nostri sermonis more falluntur, aduerbium *tantum* minuendi caussa ad demonstrationem rei addendum uidetur fuisse, ut hoc loco Dauisio et Bremio scribendum uisum st: *tantum id agit*, quod nusquam eos legisse arbitror (etsi memini *tantum illud uereor*, alia paullo sententia); uerum eodem modo § 90 dicitur *tantum refert*, non *tantum id refert*, ne uolgare illud *tantum dico* ponam. Nec necessario huic uerbo *ago* hac significatione pronomen ipsum addi, ostendit, quod Acad. II, 7 scribitur: *neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt nisi ut &c.* Quod Orellius uolt *agit* esse *incitat*, neque accusatiuos omtti poterat, nec dicitur usitate: *res me agit, ut faciam.*

Quom autem dispicere coepimus) Sic Ernestius et, Gzio repugnante, Orellius e codicibus regiis, quos Lallemandus conmemora-

cere coepimus et sentire, quid simus et quid ab ani-

coepimus) *coeperimus* (P)CR et quid) *et* L ab) om. omnes, Or.

rat; adcedit nunc præstantior auctoritas cod. Erl. et Moreliani. Sed quam non firmiter animo conprehenderint, sic necessario scribendum esse, ostendit, quod paucis uersibus post reliquerunt: *quom autem paullum firmitatis adcesserit, et animo utuntur*, ubi ego et Erl. scripsi *adcessit*. (Gzius in eo esse *coepimus*, non dicit, illic *accessit* "peccare" narrat.) Caussam exposui in præfatione Catonis et Læli a me editorum p. XX. Ubi enim aliquid certo tempore fieri solere significatur, idque tempus actionis prægressæ absolutione notatur (in quo Latini diligentius actionum tempora distinguunt, nos fere, tamquam eiusdem temporis sint, bis præsenti tempore utimur), ibi Latine sic loquor: *Quom* (id est, quotiens) *ad uillam ueni, hoc ipsum nihil agere me delectat* (de Orat. II, 24). *quom sensus adcessit ad naturam, tuetur illam* (supra IV, 38; significatur enim ea progressio, quam in omnibus factam esse et fieri solere intellegitur). Coniunctiuo modo nullus locus est in hac simplici temporis notatione, neque magis futuro exacto, quoniam nulla omnino futuri temporis significatio st. Librarii tamen, quibus post *quom* coniunctiuos modus magis placebat, non raro aut *u* litteram in *i* mutarunt, aut notam illam, qua *er* significatur, addiderunt, ut hic in deterioribus codicibus (*coeperimus* pro *coepimus*; cfr. quæ ad I, 23 dixi), editoresque habuerunt absequentis. Recte scribitur hoc libro 24 (*Quom processit — et coepit, incipit*), Tuscul. II, 27 (*quom adcesserunt, elidunt*), III, 3 (*quom tulerunt, audiuntur*; deteriores tamen codices *tulerint*; si caussa significaretur, scribendum erat *ferant*), eodem libro 33 (*quom cecinit receptui, inpellit*), IV, 54 (*quom domum rediit, qualis est?*), V, 77 (*quom ad flammam se adplicauerunt* (sic codices optumi; deteriores *adplicauerint*), 102 (*uident, quom in sua rura uenerunt*), Cat. Mai. 51 (*quom semen excepit, primum id cohibet*; sed paullo post pro hoc: *quom emersit, fundit frugem*, quod optumi codices habent, deteriores aliquot substituerunt *emerserit*, et secuti sunt multi, etiam Ernestius), de R. P. I, 68 (*quom mori coepit horrescere, unius opem inplorat*). Erratur in hoc ipso libro § 55 (*quom paullum processerint, delectantur*) et 61 (*efferuntur lætitia, quom uicerint*); utrumque correxi, prius e Nonio; Tuscul. V, 85 (*quam quom ad caelum e x t u l e r i n t, reliqua ex conlatione facile st conterere*); de Diuin. II, 56 (*An illæ aues, nisi quom u i c e r i n t, canere non solent?* codices boni *uicerunt*; eiusdem operis I, 81, ubi pro *quom* *factus est*, substitutum st *factus esset*,

mantibus ceteris differamus, tum ea sequi incipimus, ad quae nati sumus. 42. Quam similitudinem uidemus in bestiis, quae primo, in quo loco natae sunt,

incipimus) *incepimus* E sumus) *simus* R 42. loco) om E

alibi emendaui); de R. P. I, 66 mirum st, non hæsisse editores in hac coniunctione: *quom populi fauces exaruerunt libertatis siti malusque usus ille ministris nimis meracam libertatem sitiens hauserit, tum magistratus et principes insequitur*; et tamen quod paullo ante § 65 scriptum erat: *quom rex iniustus esse coeperit, perit illud illico genus*, corrigendum esse Moserus et Orellius senserant. De Off. quoque I, 26 sic corrupit Stuerenburgius (*adducuntur, quom inciderint*) codicem a se electum sequens; oblitus est eodem auctore mutare, quod II, 54 recte legitur: *quom — coeperunt, — coguntur.* Apud Liuium XXX, 20 alio modo corrupta hæc forma orationis est; editur enim: *in conuiuiis et circulis quom de Philippo et Romanis mentio incidit, uix manibus temperabatis*; debebat esse *inciderat;* sed recte codex Bambergensis *temperatis;* nam nunc quoque ita fieri in conuiuiis et circulis Aristænus dicit, in concilio animos subito cadere. Ab hoc toto genere illi loci separandi sunt, ubi generaliter loquentes secunda persona uerbi utimur; sic enim eum, quem adloquamur, fingimus, ut animo concipiatur non tam rei post aliam sæpe iam uere factam fieri solitæ imago, quam eius, quæ futura sit, si quis temptauerit. Itaque et, quod sic rem se habere dicimus, præsenti tempore primariæ sententiæ utimur, et tamen propter illam alteram significationem in secundaria futuro exacto, quomodo scripsit Cicero lib. IV, 74: *quid habent admirationis, quom prope adcesseris?* (non certum hominem, uelut Catonem, sæpe iam adcessisse, nec tum quicquam admirationis sentire solitum dicit); Tusc. V, 14, Cat. M. 9.

quid ab animantibus ceteris differamus) Præpositionem in codicibus omissam recte Man. et Lbinus addiderant. Neque *differre* neque *diuersum esse*, neque *dissidere* neque *dissentire* cum datiuo Cicero aut quisquam huius ætatis scriptor dixit; ne Augusti quidem ætate in prosa oratione audita puto; Horatius hæc omnia habet, tum, ut alia a poëtis orta, posteriores in prosam orationem receperunt, saltem *diuersum esse* et *dissentire*, ubi de dissimilitudine dicitur. In Timæo c. 12 si Cicero scripsit: *et iis etiam contrarie dissidentis* (cod. *contrarios,* Plato: ὅποσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα), datiuom maxume rettulit ad *contrarie.*

42. *Quam similitudinem uidemus*) Hoc est: *Cuius rei simile*

ex eo se non conmouent; deinde suo quaeque adpetitu mouetur; serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uidemus boues, nepas aculeis, suam

serpere — ducem) Non. p. 145. nare) *natare* Non. euolare) *uolare* Non. uidemus) *uideamus* Non. boues) add. *uidemus* E nepas) *uespas* codd. edd. uett.

aliquid uidemus; et paullo post *quæ similitudo* intellegitur *quiddam huic simile*. Eodem modo Cicero locutus est his locis: De Orat. II, 53: *Hanc similitudinem scribendi* (id est, genus scribendi huic simile) *multi secuti sunt*; N. D. II, 27 (*quam similitudinem cernere possumus in iis aquis* &c.), Off. I, 14 (*Quam similitudinem transferens* &c.). Prope adcedit, quod huius operis libr. II, 47 legitur; prorsus eiusdemmodi esset, si scriberetur: *Qua similitudine perspecta*; nunc in eodem gradu manet, quo Tusc. IV, 23: *conparatur morborum animi similitudo*, id est, morbi animi similes. Nam et in substantiui usu proprietas quædam st et in pronomine ad id adcommodando, quod genus adtigi in uolgaribus exemplis ad II, 66.

suo quæque adpetitu mouetur) Dau. e Par. 2 et 3 *mouentur*, et potest hoc placere, ut Cicero (præsertim in membris sic coniunctis *primo — conmouent, deinde* &c.) communiter pluralem posuerit, adpositione autem interiecerit, ut fieri solet, *suo quæque*. Sed nihil mutandum esse, docebit multo durior in eodem membro transitus ad singularem uerbi numerum post uocem *quisque* in I Off. 147: *Ut enim pictores et ii, qui signa fabricantur, et uero etiam poëtæ suum quisque opus a uolgo considerari uolt.* Non possum igitur probare, quod II N. D. 121 editur: *quanta ad eam rem uis, ut in suo quæque genere permaneant* (animantes), quom in omnibus bonis codicibus sit *permaneat*. (Neque enim minus recte hoc de unaquaque animante quam de singulis generibus dicitur, ne quis dicat, et illic et hic ipsum *quæque* necessario pluraliter intellegendum esse) In eodemque libro 127 restituendum st, quod ante Heindorfium et Moserum legebatur et a codicibus confirmatur: *suis se armis quæque defendat.*

nepas) Hic quidem uix dubitari potest, quin Nonius, qui propter hanc uocem locum profert, ueram scripturam seruarit, in codice autem archetypo pro minus noto nomine (nam scorpionem non ignorabant) notius alius animalis subiectum fuerit. In Gud. 1 in margine scriptum erat *al' nepas scorpiones*, similiterque in Pal. 4, ab aliquo nimirum, qui Nonium nosset. "Etiam uetus Scaligeri liber agnoscit *nepas*," eodem, opinor, modo.

denique cuique naturam esse ad uiuendum ducem. Quae similitudo in genere etiam humano adparet. Parui enim primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint; quom autem paullum firmitatis adcessit, et animo utuntur et sensibus, conuituntur que, sese ut erigant, et manibus utuntur, et eos agnoscunt, a quibus educantur; deinde aequalibus delectantur lubenterque secum iis congregant dantque se ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur, deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari uolunt, animaduertuntque ea, quae domi fiunt, curiosius, incipiuntque commentari aliquid et discere, et eorum, quos uident, uolunt non ignorare nomina, quibusque rebus cum aequalibus decertant, si uicerunt, ecfe-

esse ad uiu. duc.) *ad uiu. d. e.* L adcessit) *accesserit* LPCROr. sese ut) *ut s.* PCROr. utuntur) *utantur* omnes. agnoscunt) *cogn.* R lubenterque — ducuntur) Non. p. 113 et 191. iis) *his* EPLR Non. Or. dantque — ducuntur) Non. p. 282. animaduertuntque) *aduertuntque* R curiosius incipiuntque) *curiosiusque incipiunt* L uolunt non) *non* C *nolunt* L cum) om. EP uicerunt) *uicerint* E *uincunt* LPCR

Quæ similitudo &c.) Parum eleganter in orbem quendam reuertitur hæc similitudinis notatio, ut, quom hominum similis bestias dixerit, dein bestiarum similitudinem in hominibus adparere dicat. *Primo ortu* sic dicitur ut *primo aspectu*, *aduentu meo* (uid. Matth. et Beneck. ad orat. de inp. Pomp. 20). Supra § 17 et infra 59 præpositionem Cicero addidit.

et manibus utuntur) Sic pro eo, quod in codicibus scriptum st *utantur*, scribitur iam in Iuntina editione, tum apud Crat. et Lbinum, quos Orellius iure secutus est. Neque enim nituntur pueri, ut manibus utantur, sed reapse iis utuntur, quom eas, quamuis incerto motu, huc illuc iactant. Nec ut pedibus utantur, conituntur, sed hic ipse pedum usus est, quod se erigere conantur. Pedum usus significatur ex eo, quod consequi infantes uolunt; in manibus ipse appellatur.

quibusque rebus) uerbi caussa, luctando, currendo; dico, quia iniuria multis placuit, quod Lbinus scripsit: *quibusque de rebus*; non significantur lites aut iurgia. Deinde quom ederetur *uincunt*, Ernestius scribi maluit *uicerint*, quod Erl. et Spir. confirmant; cur *uicerunt* scripserim, declaratum et paullo ante (ad § 41); nam quod ibi de *quom* particula dixi, idem de *si* iudicandum esse, ostendi et confirmaui in illa Læli et Catonis præfatione. Senecæ exempla ali-

runt se laetitia, uicti debilitantur animosque demittunt; quorum sine caussa nihil putandum st fieri. **43.** Est enim natura sic generata uis hominis, ut ad omnem uirtutem percipiendam facta uideatur, ob eamque caussam parui uirtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mouentur. Sunt enim prima elementa naturae; quibus auctis, uirtutis quasi carmen ecficitur. Nam quom ita nati factique simus, ut et agendi aliquid et diligendi aliquos et liberalitatis et referendae gratiae principia in nobis contineremus, atque ad scientiam, prudentiam, fortitudinem aptos animos haberemus, a contra-

uicti deb.) *uictique debilitanturque* R fie-i) transp. post *caussa* LPCROr. 43. parui) *paruis* L naturæ) *natura* E fortitudinem) *fortitudinemque* LPCR

quot conlegerat I. F. Gronouius ad epist. 111, de tempore uerbi agens, modum non adtingens. Paullo ante codex Mor. *commentari aliquid facere et eorum &c.* Extremorum huius paragraphi uerborum ordo e solo Erl. sumptus est.

43. *natura sic generata uis hominis*) *Uim corporis animique* dicit § 41; de N. D. II, 80 *omnem u i m mundi n a t u r a diuina contineri*, scribit. Non differt sententia, quod § 66 legitur: *quom sic hominis natura generata sit.* Nec tamen hoc loco uocem *uis* tollendam esse, ipse ordo uerborum, qui ea sublata ecficitur, admonere dubitantis debebat.

uirtutis quasi carmen ecficitur) Mire hoc dicitur nec facilem explicationem habet. Ernestius concentum *uirtutis* interpretatur; elementa esse quasi singulos uersus, uirtutem tamquam carmen ex iis conpositum. Sed neque carmen rei pro concentu dici posse uidetur neque elementa uersuum imaginem habere, neque carminis ex uersibus conpositio similis esse elementorum augescentium. Nec magis satisfacit Gzius, qui *carmen* uolt esse *formulam*. Atqui uerborum formula carmen est, non rerum lex et norma, ne alia persequar. Mihi recte indicare uidentur, qui aliud a Cicerone positum putant, correctio autem ueri simillima I. F. Gronoui, qui *germen* scribi uolt, in quo apta st imago uirtutis se iam a radice tollentis et suam propriamque formam ostendentis. (In elementorum uoce nullam esse significationem litterarum, quas ne Quinctilianus quidem simpliciter elementa appellat, uix dicerem, quoniam absurdissuma inde imago nascitur, nisi uenisse quibusdam in mentem uiderem.) Cod. Mor. *quibus actis.*

prudentiam, fortitudinem) Sic Gzius e Spir., Erl., Gud. 2, Bas.

riisque rebus alienos, non sine caussa eas, quas dixi, in pueris uirtutum quasi scintillulas uidemus, e quibus accendi philosophi ratio debet, ut eam, quasi deum, ducem subsequens ad naturae perueniat extremum. Nam, ut saepe iam dixi, in infirma aetate inbecillaque mente uis naturae quasi per caliginem cernitur, quom autem progrediens confirmatur animus, agnoscit ille quidem naturae uim, sed ita, ut progredi possit longius, per se sit tamen inchoata.

XVI, 44. Intrandum st igitur in rerum naturam et penitus, quid ea postulet, peruidendum; aliter enim nosmet ipsos nosse non possumus. Quod praeceptum quia

scintillulas) *scintillas* E infirma ætate) *infirmitate* C (*infima* E) quasi) om. LPCR confirmatur animus) *an. conf.* L agnoscit) *cogn.* R ille quidem *qu. ille* omnes. 44. st igitur) *ig. est* E peruidendum) *prouid.* E add. *est* R

Antea erat *fortitudinemque*. Parum adcurate et scite concludendo id ipsum efficitur (*non sine caussa — uidemus*), in quo eius rei, quæ initio ponitur (nos ita natos factosque esse), significatio inest et ex quo illa aliqua ex parte intellecta st.

ut eam — ducem subsequens) Ratio enim ex illis scintillulis, quæ naturæ elementa sunt, accensa philosophum ad naturæ extremum deducet. Paullo post *quasi per caliginem* Gzius ex Erl., Spir., Gud. 1. Antea *quasi* omittebatur. Tum *ille quidem* editur tacite inde a Manutio. Crat., Uict., uetustiores *quidem ille*; uid. ad IV, 43.

sed ita &c) Si hæc recte scripta sunt, ei, quod ipsum rei diligentius finiendæ et circumscribendæ caussa ponitur (*sed ita* tamen, *ut* perfecta ea uis non sit, *sed possit* &c.), superadditur noua cautio, ne illa priore ipsa res sublata uideatur (et *tamen* rursus *sit per se inchoata*). Sed et superflua hæc cautio uidetur et incommode adiuncta, ut oratio obscura et inplicata sit, quasi hæc sit sententia: *sed ita, ut progredi quidem possit longius, sed tamen* &c., quod ferri nequit, quoniam hoc: *per se sit inchoata* non est contrarium illi: *agnoscit uim naturæ*. (Nam *inchoata st* in hac coniunctione necessario initium factum significat, non perfectionem deesse.) Itaque fortasse scribendum st: *per se sit tantum inchoata*, ut continuetur eadem sententia. Idem Wesenbergio in mentem uenerat.

maius erat, quam ut ab homine uideretur, idcirco adsignatum st deo. Iubet igitur nos Pythius Apollo noscere nosmet ipsos. Cognitio autem haec est una nostri, ut uim corporis animique norimus, sequamurque eam uitam, quae [rebus] iis perfruatur. Quoniam autem is animi

nostri, ut uim) *nostri ut* E *ut uim nostri* cett., Or. [rebus]) sine uncis Or. iis) *hijs* E *ipsis* cett. Or. is) *his* LR

Cap. XVI, 41. *quam ut ab homine uideretur*) Desiderant participium (*ortum uideretur* aut simile quoddam); nam quod Gzius narrat, sæpe Latinos dicere: *hoc a Terentio st* pro *Terenti*, potest fortasse sic dici de re traducta alicunde (quomodo IV, 7: *habes enim a rhetoribus*), aliter nemo posuit. Sed quom ambigua sit uocis *præceptum* natura, ut et præceptum aliquid ab aliquo dicatur et eius esse præceptum, uidetur Cicero quom pro substantiuo posuisset, deinde alteram rationem secutus esse. (Eodem modo interpretantur A. Matthiæus et Moserus, quem Orellius citat.) Non habeo eiusdem generis exemplum; sed ambiguam illam, quam dixi, naturam declarat, quod apud Henrichsenium ad Cic. de orat. II, 302 exposui, participia, quæ ipsa pro substantiuis non ponantur, substantiuorum uice fungi, si cum substantiuo ex participio facto coniungantur, ut præter illa, quæ ibi citaui, de Legg. II, 9 et III, 10: *iussa ac uetita populorum;* nam *uetita populi* non dicuntur. Eodem modo Cicero Off. I, 27 scripsisse uidetur *consulto et cogitato*, etsi alibi *cogitato* pro aduerbio non ponit.

Cognitio autem hæc est una nostri, ut uim corporis) Hanc scripturam restitui ex Erl. et Spir., in quibus *uim* (*uĩ*) excidit post *ut*. Quæritur enim, non quæ sit una cognitio (sunt enim infinitæ rerum infinitarum), sed quæ sit una ratio nos cognoscendi, quod præceptum st ut faciamus. Uix opus est addi, in uolgata scriptura praue sic præponi *nostri*, quasi cauendum sit, ne ex alienis corporibus animisque nostri cognitionem hauriendam putemus. (Et tamen Gzius quom in ueras litteras casu incidisset, coniungebat *nostri ut uim corporis*, mirabili positu uerborum; secutusque st Otto.) E§, Mon. *est una, ut cum uim nostri*.

quæ [*rebus*] *iis perfruatur*) Edebatur *rebus ipsis*, quod nihil aliud significare potest, nisi inanibus rerum umbris fruendum non esse, sed ipsa rerum ueritate; uerum hoc neque ipsum quale sit aut quæ illæ res sint aut quæ inanis species caueri iubeatur, intellegitur, neque ullam habet Peripateticæ et ueterum sententiæ propriam significationem neque ad corporis animique cognitionem

adpetitus a principio fuit, ut ea, quae dixi, quam perfectissuma natura haberemus, confitendum st, quom id adepti simus, quod adpetitum sit, in eo quasi in ultumo consistere naturam, atque id esse summum bonum; quod certe uniuersum sua sponte ipsum expeti et propter se necesse st, quoniam ante demonstratum st, etiam singulas eius partis esse per se expetendas. **45.** In enumerandis autem corporis commodis si quis praetermissam a nobis uoluptatem putabit, in aliud tempus ea quaestio

natura) *a nat.* LCR quasi in) *quasi* LPCROr. quoniam — est) om. E ante) *autem* LPR esse per se) *p. s. e.* R 45. ea quæstio) *quæstio* LPCROr.

pertinet. Recte Bremius uidit hoc dici, quom animum et corpus norimus, dandam esse operam, ut utriusqne, id est, totius hominis bonis perfruamur, in quo omnis hæc disputatio uersatur. Sed Piso pro bonis animi et corporis, quæ alibi dici solent, hic, ubi de naturæ cognitione agit, ex qua finis bonorum ducatur, breuius animo et corpore frui iubet, significans, quom eorum bonis fruamur, nihil nisi nobismetipsis nostraque natura perfecta nos frui. Iure igitur Bremius *rebus* tolli uolebat; neque id minus tollendum st nunc, restituto e cod. Erl. *iis*; nam *r e s eæ* inepte animus et corpus, quæ paucis uerbis ante nominata sunt, appellantur. (*Ipsis* pro *iis* uitiose diceretur, quom nihil, quod ipsis contrarium aut ab ipsis separatum esset, significaretur.) Tum codices multi deteriores (Pall. 2, 3, 5, El., Oxx. omnes, Mon.) *perficiatur*, quod miror in margine Crat. adnotari. Ad meliores (Erl.) adiunguntur deteriorum minume mali, P noster et Pal. 4; Pal. 6 *perferatur*.

quam perfectissuma natura) Sic Gzius etiam ex Spir. et Gud. 2, sed non intellexit; nam *perfectissuma* accusatiuom esse putat. (Quod adfirmat, "persæpe auctorem dicere: *hoc natura habemus, hoc natura nobis est,* fingit, ut solet, inpudenter.) Quom de adpetitu agitur, non quæritur, qualia a natura, id est, quom nascamur, habeamus, sed quali natura, hoc est, qualia. Itaque *perfectissuma natura* coniungitur (von der vollkommensten Natur und Beschaffenheit); maluit autem Cicero sic dicere quam tantum *perfectissuma* (accusatiuo casu), ut illam perfectionem absolutionem naturæ esse significaret.

45. *ea quæstio*) Sic etiam Spir. et editio Crat. (in contexta oratione); nec solum apte sic dicitur, ut illa quæstio ab ea, quæ nunc tractetur, separetur, sed necessario sic dicendum erat. Neque enim *quæstionem differo* sic dicitur ut *quæstionem instituo*, quod

differatur. Utrum enim sit uoluptas in iis rebus, quas primas secundum naturam esse diximus, necne sit, ad id, quod agimus, nihil interest. Si enim (ut mihi quidem uidetur) non explet bona naturae uoluptas, iure praetermissa st; sin autem est in ea, quod quidam uolunt, nihil inpedit nostram hanc conprehensionem summi boni.

iis) *his* LR quidem) *quid* E sin autem) *sin* LPCROr. cum nota mendi. nostram hanc) *h. n.* C

pro uno st uerbo, sed seorsum uerbum et substantiuom intellegitur; itaque quoniam Latine huiusmodi substantiuo seorsum intellecto non subicitur interrogatio nec recte dicitur: *quæstio, num hoc ita sit, ad me non pertinet* (Die Frage, ob), contra rectissime et usitatissume: *num hoc ita sit, ea quæstio ad me non pertinet*, sic etiam dicendum st: *eam quæstionem differo.* Ipsam quæstionem adtigit Cato lib. III, 17; alia dicentur in excursu de primis naturæ.

Si enim — non explet bona naturæ — sin autem &c.) Si uoluptas non explet (*συμπληροῖ*) bona naturæ, ut sine illa eorum numerus absoluatur, id est, si in iis non est (uid. ad III, 41), iure prætermissa st; sin autem in ea st id (tantum momenti et dignitatis), quod quidam uolunt, ut in iis numeranda sit (uid. ad IV, 59), id nihil inpedit &c. Postrema hæc uerba (*est in ea, quod*) quom Dauisius non recte coniunxisset, *est* referens ad uoluptatis nomen, ceteri quoque aberrarunt, Gzius autem etiam priora uerba et omnem sententiam incredibiliter peruertit. Recte locum enarrauit Klotzius in Quæstionibus Tull. p. 79, quem Otto secutus est. *Bona naturæ* Piso dicit, quæ alibi prima; nam a Peripateticis bonis adnumerabantur. Pro *si enim* Bas. *si enim est*, Gud. 2 *si enim sit*. *Sin autem* ex uno Erl. dedi. Tum pro *nostram hanc* in Spir. Gzius ait esse *uestram hanc nostram*, in Erl. *nostram hanc nostram*, in Gud. 1 *uestram hanc esset*. Mihi nihil notatur; sed si ita fuit, librarius leuiter aberrauit eandem uocem bis scribens, ut alibi in his codicibus. In Eξ Gzius ait esse *naturam* pro *nostram*. In Halensi editione ea permutatio conpendi non infrequens notatur in § 46 (*natura sponte*). *Quosdam* illos Piso Epicurum, Calliphontem, Diodorum significat. Mox in uerbis *unum aliquod adcesserit* &c. significatur ecfectus futuræ actionis ipso actionis tempore conprehensus (*adiectum erit*), noto usu futuri exacti, de cuius ratione dixi in disput. de formis quibusdam uerbi Lat. II p. 6 sqq.

Quae enim constituta sunt prima naturae, ad ea si uoluptas adcesserit, unum aliquod adcesserit commodum corporis, neque eam constitutionem summi boni, quae st proposita, mutauerit.

XVII, 46. Et adhuc quidem ita nobis progressa ratio st, ut ea duceretur omnis a prima commendatione naturae. Nunc autem aliud iam argumentandi sequamur genus, ut non solum quia nos diligamus, sed quia cuiusque partis naturae et in corpore et in animo sua quae-

proposita) *præp.* R 46. est) *nobis est* E (nec omissum ante.) sequamur genus) *g. s.* P

Cap. XVII, 46. *Nunc autem aliud iam argumentandi sequamur genus*) Mire nouom genus putat, quod prorsus idem st. Quis enim non uidet, non ideo, quod singularum naturæ partium sua uis sit, nos moneri, sed, quod nos totos diligamus, ideo partis etiam diligere et id expetere, quod ad illam cuiusque partis uim aptum sit? Itaque mox Piso hoc ipse aperte dicit: *Etenim quom omnes natura totos se expetendos putent* &c., totaque, quæ hic instituitur, disputatio ab eodem prorsus initio eadem ratione in corporis et animi explicationem diuiditur atque illa, quam in cap. XII et XIII legimus. Sed ibi, postquam ad uirtutes animi uentum st, iis breuiter nominatis, summa aliqua concluditur (§ 38), hic (inde a § 48) uberius, quemadmodum uirtutum semina et initia in animo insint, exponitur. Itaque non minus hæc a prima commendatione naturæ ducuntur, sed quod Piso § 34 dixerat, uidendum esse, quæ esset hominis natura, id quom § 44 iterum ita posuisset, ut adcuratiorem expositionem promitteret (*Intrandum st igitur — penitus peruidendum*), nunc exequitur; in § 45 paullisper cursum disputationis interruperat uoluptatis mentio. Non recte igitur hic oratio nouom exordium capit, quæ cum iis, quæ § 44 dicta sunt, proxume cohæret. Uidetur Cicero non satis adtendisse ad continuationem et tenorem disputationis Antiochi, quam in conpendium mittebat.

sua quæque uis sit) Quoniam in singulas partis uis distribuitur, ut suam quæque habeat, uidetur dicendum fuisse *sua cuiusque*, quod Bremius requirebat; sed obstat, quod iam dictum st *cuiusque partis*; itaque Ernestius maluerat *sua quædam*. Neuter meminerat, quid Dukerus ad Liu. III, 22, 6 scripsisset contra Io. Fr. Gronouium; quamquam tractanda st res paullo distinctius quam ab eo factum st. Nam quom Latini consuessent in distri-

que uis sit, idcirco in his rebus summe nostra sponte

sit) *est* C summe) *summa* omnes, Or.

bnendo res personasque inter se relatas pronominibus *suus* et *quisque* significare, primum etiam ibi, ubi aliquid de singulis rebus personisue intellegendum esse tantummodo ita significabant, ut ea diuisio ad nullas alias res certa distributione referretur, tamen *suus* addebant, quomque id, cui grammatice adiungeretur, non haberet, *suus quisque* eodem casu quasi pro una uoce coniungebant. Huiusmodi st, quod bis in tabula Heracleensi scriptum st (u. 92 et 101; lubenter enim in tali re æris lapidumque testimonio utor): *quæ stipendia in castris inue prouinciu maiorem partem sui cuiusque anni fecerit;* tum illud apud Ciceronem Acad. II, 19: *in sensibus sui cuiusque generis*, et apud Tacitum Ann. XIV, 27: *uniuersæ legiones deducebantur cum tribunis et sui cuiusque ordinis militibus.* (Uitiose scriberetur, quod Bekkero in mentem uenisse uideo, *quibusque;* recte diceretur, uerbo addito, ut distributio facta intellegeretur: *cum militibus suum quibusque ordinem tenentibus*). Eodem modo Suetonius Aug. 40: *concessit* (plebi) *rursus, ut sui cuiusque mensis* (frumentum) *acciperet*, hoc est, in singulos mensis; nec aliter Liuius XXXIII, 46: *pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur;* ne *quaque* scribatur, ipsum id prohibet, quod communiter unam pecuniam conprehendit. Uerum, ut sunt miræ orationis in alias atque alias formas se uertentis inflexiones, hæc consuetudo ad ipsam illam, unde erat orta, mutandam interdum ualuit. Nam propter huius generis similitudinem etiam in uera distributione, in qua aliud alio relatum significaretur, interdum *suus quisque* coniunctim dictum st, quom *quisque* alio casu poni deberet; ita diuisionis et separationis significatio eminet, relationis obscuratur. Huiusmodi illud est apud Liuium in lib. III, 22, 6: *equites item suæ cuique parti post principia conlocat;* debebat scribi *suos*; Gronouius, quom *suæ* non ferret, *suos* nimis uiolenter substitui uideret, *sua* scribi uolebat, quod et prauissumum uerborum ordinem habet et sententiam falsam; nam *post principia* communiter locum significat; distributio ea st, ut suos quæque pars equites habeat. Eodem modo Liuius scripsit XXV, 17: *cum motibus armorum et corporum suæ cuique genti adsuetis*, et Cæs. B. Ciu. I, 83: *aliæ totidem* (cohortes) *suæ cuiusque legionis subsequebantur*, et Iuuenalis sat. VII, 213: *Rufum atque alios cædit sua quæque iuuentus*; debuit *quemque*. Cicero autem hoc loco in hanc incidit formam, quod et *suus* poscere uidebatur, ut *quisque* adderetur, et tamen,

moueamur. Atque ut a corpore ordiar, uidesne, ut, si quæ in membris praua aut debilitata aut inminuta sint, occultent homines? ut etiam contendant et elaborent, si

ut, si) *si* E quæ) *qua que* LC *qua* ROr. debilitata) *debita* E inminuta) *immutata* C elaborent) *lab.* C

præcedente *cuiusque partis*, eundem casum iterum ponere nequibat. Suetonius Octau. 66 scripseritne *sui cuiusque ordinis principes*, non definio; certe ne minumam quidem excusationem habet *cuiusque*, tam prope subsequente nominatiuo *principes*, cui adcommodari pronomen debebat; quod autem Ernestius elegantius illud dicit, si uir egregius regulæ meminisset, ut erat omni anomaliæ infestus, longe aliter iudicasset. (Gzio "sua sponte patet, *quæque* notare *quæcunque*.")

summe nostra sponte moueamur) Secutus sum ueterem M. Bruti correctionem; edebatur enim *summa nostra sponte*. Sed *sponte*, quod legitumi substantiui uim non habet (nam posteriores demum ausi sunt *sponte alicuius* dicere) adiectiuom sibi non adiungit, frustraque in frequentissumi et certissumi usus, incertæ originis uoce communem substantiuorum naturam conmemorant, quam ea non sequitur. (De Legg. I, 45 Cicero contraria posuit *sua sponte*, *non aliena*; per se *aliena sponte* non dicitur; sed tamen *aliena* pro pronomine st; quæritur, dicaturne *summa aliena sponte*.) Deinde neque magis neque minus nostra sponte aliquid facimus; Clericus (Art. Crit. III, I c. 11, 21) et eum sequens Gzius conparant Græcum μάλιστα ἑκουσίως, sed quis sic scripserit, non dicunt. Itaque ne *ualde sua sponte* quidem dicitur. Summe autem nos moueri nostra sponte, recte Piso dicit, has res expetendas esse significans, cuius uerbi magna uis est; itaque, quantum in his rebus studium sit, exequitur. Sed occurrendum st alii dubitationi. Uideo enim ab homine intellegente negari, recte nos nostra sponte moueri dici, quom hoc significetur res sua sponte et propter se nobis caras esse (37, 44, 68 &c.); illud enim ad nostram uoluntatem, hoc ad caussam, quæ in ipsis rebus insit, referri. Uerum hic quom ea, quæ homines mouent, hominum sint partes, sic confunduntur cogitando, qui expetunt et quæ expetuntur, ut res sua sponte nos mouere nec propter aliam caussam, satis intellegatur, quom nos nostra sponte nec aliunde inpulsi moueri dicamur. Paullo post *si quæ* Gzius, et sic Par. 2, 3 Dauisi; ceteri fere (Pall. 2, 3, 5, 6, Mead., Uχψ, Bas.): *ut si quaquæ* (*que*).

ecficere possint, ut aut non adpareat corporis uitium aut quam minumum adpareat? multosque etiam dolores curationis caussa perferant, ut, si ipse usus membrorum non modo non maior, uerum etiam minor futurus sit, eorum tamen species ad naturam reuertatur? Etenim, quom omnes natura totos se expetendos putent, nec id ob aliam rem, sed propter ipsos, necesse st eius etiam partis propter se expeti, quod uniuersum propter se expetatur. 47. Quid? in motu et in statu corporis nihil inest, quod animaduertendum esse ipsa natura iudicet? quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui uoltus in quoque sit? nihilne st in his rebus, quod dignum libero aut indignum esse ducamus? Nonne odio multos dignos putamus, qui quodam motu aut statu uidentur naturae legem et modum contempsisse? Et quoniam

possint) *possent* L dolores cur. caussa) *cur. c. dol.* R totos) *doctos* R 47. Quid) *quod* omnes. et in) *etiam in* E nihil inest) *nihilne inest* E (ex mea coni.) *nihilne est* (P)C quod) *qui* E esse) om. L est) om. L his) *iis* R multos dignos) *d. m.* (P)CROr.

ut, si ipse usus membrorum cett.) Hæc et quæ paullo post de pulchritudine dicuntur, simillumis uerbis exponuntur apud Stobæum illo, quem dixi, loco p. 258: *Καὶ γὰρ ἄλλως οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν δέξαιτο ἄμορφος καὶ λελωβημένος εἶναι κατὰ τὸ εἶδος, κἂν εἰ μηδεμία μέλλοι δυσχρηστία τοπαράπαν ἐπακολουθεῖν διὰ τὴν τοιαύτην εἰδέχθειαν· ὥστε καὶ δίχα τῆς δυσχρηστίας εὔλογον φυγὴν φαίνεσθαι τὸ αἶσχους. Εἰ δὲ δι' αὐτὸ φευκτόν ἐστι τὸ αἶσχος, καὶ τὸ κάλλος οὐ μόνον διὰ τὴν χρείαν αἱρετόν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτό. Ὅτι γὰρ ἐξ αὑτοῦ προσκλητικόν τι ἔχει τὸ κάλλος, ἐμφανές.*

47. *Quid? — nihil inest*) *Quod* codices (Grut., Dau., Oxx., Gzi) peruagato mendo (cfr. § 40); correctum st a Manutio (et iam a. 1480, Orellio teste). Deinde *nihil inest* Gzius in Spir. et Erl. esse dicit et est in cod. Mor. et in mgine Crat., Pal. 2, 3, 5, 6, plerisque Dau., χψ, recteque sic Man. et Gzius; ceteri codd. (Pal. 4, Par. 1, 3, Mead., Uξ, tres Gzi) *nihil non est*, ut edidit Uictorius; (E *nihil non inest*). Editiones fere *nihilne est*. Post *quid?* recte sequitur in interrogando *nihil*, ut supra § 40 et alibi *non*; deinde a nouo initio Piso interrogat: *Nihilne et in his rebus* &c. Tum *multos dignos* omnes Gzi codices; edd. inuertunt.

haec deducuntur de corpore, quid est, cur non recte pulchritudo etiam ipsa propter se expetenda ducatur? Nam si prauitatem inminutionemque corporis propter se fugiendam putamus, cur non etiam, ac fortasse magis, propter se formae dignitatem sequamur? Et si turpitudinem fugimus in statu et motu corporis, quid est, cur pulchritudinem non sequamur? Atque etiam ualetudinem, uiris, uacuitatem doloris non propter utilitatem solum, sed etiam ipsas propter se expetemus. Quoniam enim natura suis omnibus expleri partibus uolt, hunc statum corporis per se ipsum expetit, qui st maxume e natura, quae tota perturbatur, si aut aegrum corpus est aut dolet aut caret uiribus.

XVIII, 48. Uideamus animi partis, quarum st conspectus inlustrior; quae quo sunt excelsiores, eo dant

etiam, ac) *tam et hanc* E fugimus) *fugiamus* omnes. etiam) om. C sed) om. E si aut) *si autem* E corpus) *opus* E 48. Uideamus) *uidemus* E conspectus) *adspectus* LPCROr. sunt) *sint* L

hæc deducuntur de corpore) hoc est, ut Ernestius enarrat, homines hæc de corpore remouere student, quemadmodum Horatius *febres ægroto corpore deducere* dixit.

fugiendam putamus) Gzius in Spir. et Erl. dicit esse *fugienda*, et probat; mihi nihil notatur. Sed *prauitas inminutioque* in unam notionem conflari uidentur corporis uiti, cui contraria sit pulchritudo; contra erat in III, 89.

si turpitudinem fugimus) Sic Lbinus e Manuti emendatione, Ernestius, Orellius; codices *fugiamus*, quod non solum ideo ferri non potest, quod hoc respondet superiori: *si — fugiendam putamus*, sed quod, si Piso *fugiamus* diceret, significaret, nos non fugere, quæreretque, quid euenturum esset, si fugeremus. Nunc concludit ex eo, quod fieri significat.

Cap. XVIII, 48. *conspectus*) Sic etiam Spir., Morel., mgo Crat. Alibi tamen *conspectus* tantum de conspiciendi aut actione aut facultate poni solet; (facultas significatur, quom in conspectum aliquid uenire dicitur;) forma et species rei oculis subiecta ter saltem a Cicerone *aspectus* appellata st, II N. D. 158, Philipp. II, 78, Cat. IV, 11. Natura tamen sua utrumque nomen

clariora indicia naturae. Tantus est igitur innatus in nobis cognitionis amor et scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Uidemusne, ut pueri ne uerberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? ut pulsi recurrant? ut aliquid scire se gaudeant? ut aliis narrare gestiant? ut pompa, ludis atque eiusmodi spectaculis teneantur, ob eamque rem uel famem et sitim perferant? Quid uero? qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne uidemus eos nec ualetudinis nec rei familiaris habere rationem, omniaque perpeti ipsa cognitione et scientia captos, et cum maxumis

naturæ) *natura* E in nobis) *nobis* C ut pulsi) *aut p.* LPCR recurrant) *requirant* LPCR ut aliquid) *et al.* omnes. aliis) *id al.* E ut) *aut* E uel fam.) *et f.* L *aut f.* C et sitim) *aut s.* C (*uel sit. uel fam.* R) ingenuis stud.) *ingeniis studiisque* C

æque facile ab actione et facultate conspicientis siue aspicientis ad rem conspectam siue aspectam transferri potuit.

ut pulsi recurrant) Sic cum Erlangensi Morelianus, id est, melior familia; (Gzius et de Erl. et de Spir tacet;) iure Orellius probauit. In eo, quod ante eum edebatur, hæc debebat esse sententia: aut, si uerberibus cedunt, tamen iterum ad quærendum redeant; uerum ut omittam ipsam diiunctionis prauitatem (quasi pueri interdum ne minumum quidem cedant uerberibus), illius reditus ad quærendum nulla st significatio; nemo enim requirere ita dixit, ut esset *iterum quærere et interrogare.* (Proferunt ex Gellio XV, 22: *cerua — postea requisita perisse credita st*, quasi non recte dicatur: und als man sie nachher suchte; nec melius Plautum producunt testem.) Itaque hæc efficitur sententia: quærunt aut pulsi quærunt. Ne illud quidem recte et apte dicitur: *pueri requirunt*, non addito nec significato, quid requirant. (Longe aliter quærenti dicitur: Recte requiris.) Dixi pluribus uerbis, quod hic quoque deteriorum codicum patrocinium Handius susceperat in Tursell. I p. 542.

ut aliquid) Sic e cod. Mor. Orellius, in quam scripturam Gzius quoque coniectura inciderat. *Recurrant* (siue *requirant*, nihilo enim aptius erit) et *aliquid scire se gaudeant* peruerse in unum coniunguntur; nam qui pulsi recurrunt, nihil dum sciunt; et manifesto tres sunt quasi gradus: cognoscere aliquid student, cognosse se gaudent, aliis cognitionem inpertire gestiunt.

curis et laboribus conpensare eam, quam ex discendo capiant, uoluptatem? 49. Mihi quidem Homerus huiusmodi quiddam uidisse uidetur in iis, quae de Sirenum cantibus finxerit. Neque enim uocum suauitate uidentur aut nouitate quadam et uarietate cantandi reuocare eos solitae, qui praeteruehebantur, sed quia multa se scire profitebantur, ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhaerescerent. Ita enim inuitant Ulixem (nam uerti, ut quaedam Homeri, sic istum ipsum locum):

O decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
Auribus ut nostros possis agnoscere cantus!
Nam nemo haec umquam st transuectus caerula cursu,
Quin prius astiterit uocum dulcedine captus,

curis et labor.) *lab. et cur.* L 49. quiddam) *quoddam* E iis) *his* L de Sirenum) om. R finxerit) *finxerint* E uidentur) *uideantur* L inuitant) *inuitabant* L ipsum) om. C Ulixes) *Ulixe* Or. *Ulyxis* R cursu) *cursus* C *cursu est* L

49. *finxerit*) Cod. Bas. et Uindob. *finxit;* et sane non apertissuma st coniunctiui caussa. Gzius significari putat, incertum uideri Pisoni, id est, Ciceroni, ipsene Homerus hæc finxerit an ab aliis acceperit; mihi parum credibile st, Ciceronem id curasse; nec ea significatio ex modo uerbi sententiæ relatiuæ ecficitur. Cicero uim orationis pendentis ad sententiam relatiuam pertulit, quod non solum de Homeri consilio indicat, sed, quid ab Homero fictum sit, aliter, ac fieri solet, interpretatur, non in cantus suauitate, sed in cognitionis pollicitatione summam narrationis uerti dicens.

nam uerti) ex Odyss. XII u. 184 sqq. Ad Pisonem Cicero hoc (*quædam Homeri*) transtulisse uidetur a sua persona.

Ulixes) Sic codices Dau., U$\chi\psi$ (Eξ *Ulix's*), quattuor Gzi, Dauisius; edebatur *Ulysses* et ante *Ulyssem* (contra Dau. codd., E, Gzi quattuor). Gzius *Ulixe.* Sed et Tusc. II, 49 et Acad. II, 89 et de Or. III, 162 omnes codices *s* litteram tuentur, ut in *Socrates* ad Att. XIV, 9; nam *Patrocles* Tusc. II, 38 minus est certum. Contra *Sophocle, Pericle, Cleanthe, Damocle, Socrate* codices Off. I, 144, Tusc. III, 77, V, 61, fragm. Protag. bis a Prisciano laud. (IV, 2 p. 477 Or.), *Corniade* hic 94, *Carneade* Acad. II, 137. Apud Ouidium *Ulixe* scribitur Heroid. I, 1, Metam. XIII, 83. Paullo post *trauectus* Gzius profert e Spir. et Erl., mihi non notatur.

Post, uariis auido satiatus pectore musis,
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.
Nos graue certamen belli cladem que tenemus,
Graecia quam Troiae diuino numine uexit,
Omniaque e latis rerum uestigia terris.

Uidit Homerus, probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus uir irretitus teneretur; scientiam pollicentur; quam non erat mirum sapientiae cupido patria *esse* cariorem. Atque omnia quidem scire, cuiuscunque modi sint, cupere curiosorum, duci uero maiorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiae summorum uirorum st putandum.

XIX, 50. Quem enim ardorem studi censetis fuisse in Archimede, qui dum in puluere quaedam describit adtentius, ne patriam quidem captam esse senserit?

satiatus) *sociatus* EL tenemus) *canemus* LCR rerum) *regum* PCR uir irret.) *tr. u.* E esse) om. EPCR, transp. ante *patria* L sint) *sunt* (P) curiosorum) add. *est* R 50. enim) *cum* E adtentius) *attentus* LCR quidem) om. ELC

tenemus) ἴδμεν. Sic etiam Spir., mgo Crat., editiones inde a Uictorio, excepta Gruteri; deteriores (Pall., Dau., ξψχ, relicui Gzi) *canemus*. Mox *rerum uestigia* (ὅσσα γένηται) Marsus, Uict., Man., ceteri, excepto Grutero, qui codices secutus est (Pall., Dauisi, ξχ, Gzianos); puto *regum* in cod. archetypo fuisse et in mea conlatione non recte de Erl. taceri; nam Morelius quoque *rerum* pro coniectura tantum ponit.

patria esse cariorem) Exciderat *esse* in cod. archetypo, ut § 11; aberat enim a Dauisi codicibus, ξ (at Dau. C. C. C. exceperat!) χ, Spir., Erl., Gud. 1. In Gud. 2 et Bas. dicitur fuisse; restituit Lbinus. Tum *sunt* Man., Lbinus, Gruterus, quod Dau. corrigens C. C. C. et Mead. testatur, quom omnis posset; nam *sint* etiam EUξχ et Gziani; ipsorum curiosorum indicium et uoluntas significatur.

Cap. XIX, 50. *adtentius*) Deteriorum plures (Par. 2, 3, Mead. C. C. C., Ball, Gud. 2) *adtentus*. Correxerunt Uict. et Man. adnotatumque uerum in margine Crat. Tum *quidem* abest etiam ab ξχ, nec alii tacerentur, si saltem Gzius adtendisset, qui I, 29 omissionem probabat. Deinde *ingenii* pro *ingenium* cod. Mor., χ. Mox *ducendi* uerbo Cicero de ætate utitur, qua significatione alibi tra-

quantum Aristoxeni ingenium consumptum uidemus in musicis? quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris duxisse? Quid de Pythagora? quid de Platone aut de Democrito loquar? a quibus propter discendi cupiditatem uidemus ultumas terras esse peragratas. Quae qui non uident, nihil umquam magna cognitione dignum amauerunt. Atque hoc loco, qui propter animi uoluptates coli dicunt ea studia, quae dixi, non intellegunt, idcirco esse ea propter se expetenda, quod, nulla utilitate obiecta,

aetatem) post *duxisse* L aut de) *aut* LPCR esse peragr.) *p. e.* P esse ea) *ea esse* LR om. *ea* Or. obiecta) om. P

ducere ponit; illud Uirgilium, Horatium, Ouidium posuisse, lexica ostendunt, et est propinquos transitus, quom ætas quasi trahatur. (Quod *in litteris* additur, nihil ad insolentiam locutionis molliendam pertinet, quæ ex eo ipso oritur, quod in aliqua re uel aliquo modo ætas traduci a Cicerone dici solet, non duci.) Aristoxeni Tarentini, Aristotelis discipuli, musicæ studium, quod cum philosophia coniungebat (Tuscul. I, 20), nunc quoque ἁρμονικὰ στοιχεῖα testantur; Aristophanis Byzantini studia grammatica omnibus nota sunt.

aut de Democrito) Sic etiam Spir., recteque Gzius restituit, ne quasi in unum Plato et Democritus coniungerentur. Paullo post *quæ qui non uident* paullo breuius dicitur hac sententia: Qui hæc, quæ illi uiri fecerunt, non animaduertunt nec, qualia sint, intellegunt. Dau. et alii coniecturis inutilibus locum uexarunt. Sed in *magna cognitione* iure hærent, quæ peruersissume cum adiectiuo *dignum* coniungitur; nam res cognitione (ea, quæ ad eam intellegendam sufficiat) digna st, aut, si augere uelis, magno opere digna, non magna cognitione. Deinde quom aliquem nihil omnino tale amauisse dicas, peruerse sic rem augeas (*nihil magna cognitione dignum*), ut significes, aliquid tamen fortasse cognitione dignum, si non dignissumum eum amauisse. Uerum, opinor, inuenit Bremius: *magnum ac cognitione dignum*. Erroris origo aperta st.

idcirco esse ea) Præter meum L fortasse unus et alter præterea deterrumus habuit *ea esse*, ut fere ex R editiones ante Uict. et Manut. Ex Eg, Monac. Gzi excidit *ea*, quos Gzius secutus est, e Uindob. *esse*, e Bas. utrumque. Nocuit similitudo pronominis et uerbi compendio notati. Paullo post *obiecta* excidit etiam e Pal. 4 et Gud. 2.

delectentur animi atque ipsa scientia, etiam si incommodatura sit, gaudeant. **51.** Sed quid adtinet de rebus tam apertis plura requirere? Ipsi enim quaeramus a nobis, stellarum motus contemplationesque rerum caelestium eorumque omnium, quae naturae obscuritate occultantur, cognitiones quemadmodum nos moueant, et quid historia delectet, quam solemus persequi usque ad extremum; praetermissa repetimus, inchoata persequimur. Nec uero sum nescius, esse utilitatem in historia, non modo uo-

delectentur) *delectantur* L   incommodatura) *incommoda datura* LPCR 51. persequi) *prosequi* ELOr. nescius) *inscius* LPCROr. esse) *etiam* E non) *nullo* E

incommodatura) Sic Lbinus e codicibus Cuiaci, N. Clerici, Memmi, Dan. ex El., Gzius e Spir., Erl., margine Crat. Ceteri *incommoda datura*, inusitato loquendi genere. Eodem modo hoc uerbum librarii corruperant apud Gell. I, 25; in epist. ad Q. Fr. I, 2 § 10 substituerunt *incommoda laturum*.

51. *persequi ad extremum; prætermissa* &c.) Uniuersæ rei significationi superadditur *ἀσυνδέτως* modi notatio; sed incommode Cicero eodem uerbo (*persequi*) et primo loco et in altera e duabus partibus uti uidetur; itaque Gzius e tribus suis (et uidentur meliores fuisse) *prosequi ad extremum* (Eξ *sequi*). Uerum nihilo minus idem utrobique significabitur; nihil enim aliud esse potest *historiam ad extremum prosequi*, nisi quod usitate dicitur *persequi*; itaque, si ita Cicero scribere potuisset, inani præpositionis uariandæ lusu orationis uitium magis notabile fecisset. Non potuit autem, quod perficiendæ et peragendæ rei significationem *prosequendi* uerbo neque conpositionis ratio neque usus tribuit; quamquam unus et alter locus in editionibus aut omnibus aut aliquot mendose scribitur. (Pro Rosc. Am. 83 multi correxerunt, ad Herenn. I, 14 et alii et Orellius, codicem Turicensem testans.) Melius Cicero pro altero *persequimur* posuisset *absoluimus*.

sum nescius) Sic etiam in ceteris bonis codicibus fuisse, sed neglectum esse, eo facilius credo, quod etiam de Erl. Gzius tacuit. Cicero dicebat: *non sum nescius, hoc ita esse*, quæ coniunctio e sex Ciceronis, uno scriptoris ad Herennium locis a C. Stephano adnotatur, numquam: *non sum inscius*; contra semper ab eo dicebatur *homo inscius*, id est artis disciplinæque expers (Acad. II, 22, Legg. II, 13), *inscius omnium rerum, inscius faciendi, feci inscius, factum st me inscio.*

luptatem. Quid? quom fictas fabulas, e quibus utilitas nulla elici potest, cum uoluptate legimus? 52. Quid? quom uolumus nomina eorum, qui quid gesserint, nota nobis esse, parentis, patriam, multa praeterea minume necessaria? Quid? quod homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique delectantur hi-

elici) *dici* ECR *duci* (P) cum uol.) *tum uoluptates* E 52. delectantur) *delectentur* LPC

elici potest) Quom in codice archetypo esset *dici* (ut in aliquot Pall., Mead., C. C. C., Uχ, Gzi, excepto Gud. 1), dupliciter id correctum st, ut aut *duci* esset, quemadmodum ante Gzium scribebatur, aut *elici*, quod ex uno Pal. (quarto, non dicitur, et puto secundum fuisse, nostri L simillumum) et Gud. 1 is asciuit. Tenui, quod eum codicem, e quo nostri ducti sint, sic scriptum fuisse credo, ut ex *el* facile *d* nasci posset. Simillumo errore in Tuscul. II, 27 pro *eiciuntur* (sed in antiquissumis codicibus sæpissume scribi *eicuntur* et cetera similiter, sciunt, qui hæc tractarunt) factum st *dicuntur* (quod in altero optumorum, Gud. 1, et uno saltem præterea scribitur), deinde *ducuntur* (quod in regio et fere ceteris st; in Gud. *u* supra scribitur); editur *educuntur*, uerbo ad rem minume apto; uera uox in duobus Oxx. et fortasse aliis felici coniectura restituta st. In hoc, quem tractamus, loco offendor nonnihil in temporis significatione (*quid*, *quom fictas fabulas* et *quid*, *quom uolumus*); nam neque per se apta uidetur, quoniam ante non ea forma Cicero usus est, ut, quom hoc uel illud faceremus, tum aliquid intellegi diceret, et sequitur: *quid*, *quod homines* &c. Neque tamen mutare audeo.

52. *delectantur*) E codicibus deterioribus (Oxx.) et ed. prima Uictorius, Man., Gruterus proxumique *delectentur* contra regulam sermonis. Indicatiuom, quem ex R ceteræ edd. uett. et Lbinus tenuerant, reuocauit Gzius e tribus suis codd., quos meliores fuisse, nunc ex Erl. adparet. Paullo ante in uerbo *gesserint* coniunctiuos modus non satis caussæ habere uideri possit; sed mutare non audeo; quoniam enim, quom nomen quæritur, quæritur, quis fecerit, fieri potest, ut interrogatiuæ sententiæ forma translata sit ad relatiuam in notione præsertim tam infinita (*quid*). Quæ secuntur *maxumeque* &c., non uidentur superiori interrogationi uno tenore continuari, sed interrogatiuæ adfirmationi recta adfirmatio de alio genere (senibus) adiungi copulatiua particula, ad nostrum sensum

storia? maxumeque eos uidere possumus res gestas audire et legere uelle, qui a spe gerendi absunt, confecti senectute. Quocirca intellegi necesse est, in ipsis rebus, quae discuntur et cognoscuntur, inuitamenta inesse, quibus ad discendum cognoscendumque moueamur. 53. Ac ueteres quidem philosophi, in beatorum insulis, fingunt, qualis futura sit uita sapientium, quos cura omni liberatos, nullum necessarium uitae cultum aut paratum requirentis, nihil aliud acturos putant, nisi ut omne tempus inquirendo ac discendo in naturae cognitione consumant.

53. insulis) *quidem insulis* C futura) *natura* omnes. omni) om. P acturos) *esse act.* LPCR ut) om. C inquirendo) *in quærendo* PCR

durius, ad Latinorum, qui particula *que* liberius utebantur (cfr. ad III, 73), non item.

53. *qualis futura sit*) Recte sic Clericus (ad Æschinis Axioch. § XVII) emendauit id, quod in codicibus est, *natura*, probatumque Dauisio et Ernestio secutus Orellius est; nam et futurum tempus (*futura sit*, non *sit*) postulat id, quod sequitur, *acturos*, et ineptissume additur *natura* eo etiam loco, ut magni ad sententiam momenti esse uideatur, quasi talis sapientium uita sit natura, sed arte aut culpa aliter agant. Nimirum, qualiscunque demum uita fingitur, natura talis esse fingitur. Gzius, Notatur, inquit, *sapientiæ conueniens.* Mirum, ni finxerunt, qualis sapientium uita non sapientiæ conueniens esset. Quamquam quomodo potest illud ea uoce significari?

aut paratum) Hoc nomen neque a Cicerone neque ab aliis huius ætatis scriptoribus positum reperitur, nisi quod Sallustius *militum et armorum paratum* pro conparatione dixit (de Sertorio, apud Gellium II, 27; Plutarchus in Sertor. c. 4 datum ei narrat στρατιώτας τε καταλέγειν καὶ ὅπλα ποιεῖσθαι); hic non de actione dicitur, sed de instrumento et rebus necessariis. Ac ne Liuius quidem sic usquam locutus est. Non sine caussa igitur Lbinus hic quoque *aut adparatum* scripsit. Sed fieri potest, ut Ciceroni *cultus et paratus* (ex duobus uerbis simplicibus) aptius uisum sit quam *cultus et adparatus*; et fingendi huiusmodi substantiui ueniam facile datam esse, dixi ad IV, 41. *Acturos* pro *esse acturos* Gzius ex Erl., Spir., Bas. In Gud. utroque erat *acturos esse.*

inquirendo ac discendo) Sic recte etiam Spir., ediditque Gzius; uitiose enim coniungebatur *in quærendo in naturæ cognitione*;

Nos autem non solum beatae uitae istam esse oblectationem uidemus, sed etiam leuamentum miseriarum. Itaque multi, quom in potestate essent hostium aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinae studiis leuarunt. 54. Princeps huius ciuitatis Phalereus Demetrius, quom patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandream contulit.

esse) om. LPCR (E habet et ante *oblectationem* et post). Itaque) *Ita* E studiis) *studio* R leuarunt) *leuauerunt* LPCROr. 54. Alexandream) *Alexandriam* omnes (ex mea coll.) Or.

nunc gerundia significant, quomodo in illa cognitione tempus consumatur. *In* ante *quærendo* iam Morgensternius tolli uoluerat. Quod olim in epist. ad Orell. p. 112 negaui Ciceronem umquam dicere, *tempus consumi re*, pro eo, quod est *in re*, recte dixi; nam qui a Zumptio (ad Uerr. V, 64) post Nizolium profertur locus ex Timæi initio (*primum quidem tempus salutationibus, relicuum percontatione consumpsimus*), cum aliter a Cicerone scriptum fuisse, et codices (ut omnes tres Orelli) et res ostendit: *Primum tempus salutationis in percontatione consumpsimus* (nescio quarum rerum; deinde ad litteras sermo conuersus est). Paullo post *esse* (ante *oblectationem*), quod e deterioribus codicibus exciderat (cfr. § 49), ex Spir. et Erl. Gzius addidit (cfr. uar. script.).

54. *ad Ptolemæum se regem Alexandream contulit*) Pulsus Athenis a Demetrio Poliorceta olympiadis 118 anno secundo (Clintoni Fast. Hell. p. 184 edit. Lat.) primum Thebas abiit, deinde in Ægyptum ad Ptolemæum Lagi filium (Diod. Sic. XX, 45). Hermippus apud Diogen. Laërt. V, 78 Cassandro demum mortuo (ol. 120, 3) in Ægyptum profectum esse scribit, sed dubitationem adfert addita apud Hermippum Antigoni mentio (uid. Wess. ad Diod. l. c.). Non statim eo profectum esse, ex eo etiam concluditur, quod Plutarchus (Demetr. Pol. 9) tantum Thebas nominat. Quæ præterea de eo exilio narrantur, ad Ciceronem non pertinent; libros eius ibi conpositos esse, nemo, quod sciam, tradit. *Alexandream* scripsi sequens Gzi de Spir. et Erl. testimonium, etsi mihi nihil notatur; credo, Ciceronem et ceteros antiquiores, ut *Laodiceam*, *Apameam*, sic *Antiocheam*, *Heracleam*, *Alexandream* constanter dixisse, eodemque modo *Dareum* (§ 92); sed codicum in singulis locis testimonia et quæ fauent et quæ aduersantur, persequi eo magis omitto, quod multis locis tam pusillam rem non animaduersam esse, certum st.

Qui quom in hac ipsa philosophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus; sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. Equidem e Cn. Aufidio, praetorio, erudito homine, oculis capto, saepe audiebam, quom se lucis magis quam utilitatis desiderio

ipsa) om. E hortamur) *hortor* L scripsit) *scribit* omnes.

Paullo post codex archetypus habuit *scribit* (Eξχψ, edd. uett. etiam Cratandri. Grut., Dauisius, Gzius tacent). Usus, quo Piso Demetrium orbatum fuisse dicit, in re publica erat. At præcepta et artes, ut alii utantur, scribuntur.

sæpe audiebam) Aptum hoc ad Pisonis personam, qui Cicerone aliquot annis maior erat; nam puero Cicerone admodum senex Aufidius erat (Tusc. V, 112). Quod ad certos annos Aufidi magistratus referunt (præturam ad a. 108 a. C.), eius rei auctoritatem in Pighi coniectura positam arbitror.

lucis magis quam utilitatis desiderio) Quoniam Piso ostendere conatur, homines cognitionem per se ipsam expetere, remota utilitatis ratione (59), negat Aufidium, quom lucem expeteret, utilitatis desiderio, quam ex oculis ad commoda sua et ad rem familiarem tuendam et ad rem publicam gerendam habiturus esset, commotum esse, quemadmodum Demetrium dixerat ea, quæ scripsisset, non ad usum aliquem suum scripsisse. Utilitati contraria ponenda erat alia quædam res, quam ex oculis percepturus esset, uel potius una cognitio; nam ea agitur; iucunditas etiam in utilitate erat. Sed sentiebat Cicero, subabsurdum fore *cognitionis desiderio*, quasi nunc nihil Aufidius cognosset, qui *uideret in litteris* (Tusc. V, 112), et quasi, si lucem haberet, cognitionem non esset desideraturus; et præterea in illa facultate cognoscendi ipsa utilitas non obscure inerat. Itaque hic, ut alibi, quom incidisset in sententiam et argumenti formam rei propositæ non satis aptam, dum incommodum mutatione aliqua uitare studet, in aliud maius incurrit. Nam *lucis* posuit; at lux non est contraria utilitati lucis. Debemus igitur intellegere: *lucis per se et ad solum rerum cognitionis fructum*. Sensit difficultatem Orellius; sed infeliciter corrigendo tollere conatur, pro *utilitatis*, quæ uox necessaria st, *consulatus* scribens. Si talia librarius codicis archetypi permutasset, actum esset de critica. *Requietem corporibus* (propter primæ edit. et aliarum mendum) adnotatur e Mor. et in margine Crat. Ex-

luptatem. Quid? quom fictas fabulas, e quibus utilitas nulla elici potest, cum uoluptate legimus? **52.** Quid? quom uolumus nomina eorum, qui quid gesserint, nota nobis esse, parentis, patriam, multa praeterea minume necessaria? Quid? quod homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices denique delectantur hi-

elici) *dici* ECR *duci* (P) cum uol.) *tum uoluptates* E 52. delectantur) *delectentur* LPC

elici potest) Quom in codice archetypo esset *dici* (ut in aliquot Pall., Mead., C. C. C., Uχ, Gzi, excepto Gud. 1), dupliciter id correctum st, ut aut *duci* esset, quemadmodum ante Gzium scribebatur, aut *elici*, quod ex uno Pal. (quarto, non dicitur, et puto secundum fuisse, nostri L simillumum) et Gud. 1 is asciuit. Tenui, quod eum codicem, e quo nostri ducti sint, sic scriptum fuisse credo, ut ex *el* facile *d* nasci posset. Simillumo errore in Tuscul. II, 27 pro *eiciuntur* (sed in antiquissumis codicibus sæpissume scribi *eicuntur* et cetera similiter, sciunt, qui hæc tractarunt) factum st *dicuntur* (quod in altero optumorum, Gud. 1, et uno saltem præterea scribitur), deinde *ducuntur* (quod in regio et fere ceteris st; in Gud. *u* supra scribitur); editur *educuntur*, uerbo ad rem minume apto; uera uox in duobus Oxx. et fortasse aliis felici coniectura restituta st. In hoc, quem tractamus, loco offendor nonnihil in temporis significatione (*quid*, *quom fictas fabulas* et *quid*, *quom uolumus*); nam neque per se apta uidetur, quoniam ante non ea forma Cicero usus est, ut, quom hoc uel illud faceremus, tum aliquid intellegi diceret, et sequitur: *quid*, *quod homines* &c. Neque tamen mutare audeo.

52. *delectantur*) E codicibus deterioribus (Oxx.) et ed. prima Uictorius, Man., Gruterus proxumique *delectentur* contra regulam sermonis. Indicatiuom, quem ex R ceteræ edd. uett. et Lbinus tenuerant, reuocauit Gzius e tribus suis codd., quos meliores fuisse, nunc ex Erl. adparet. Paullo ante in uerbo *gesserint* coniunctiuos modus non satis caussæ habere uideri possit; sed mutare non audeo; quoniam enim, quom nomen quæritur, quæritur, quis fecerit, fieri potest, ut interrogatiuæ sententiæ forma translata sit ad relatiuam in notione præsertim tam infinita (*quid*). Quæ secuntur *maxumeque* &c., non uidentur superiori interrogationi uno tenore continuari, sed interrogatiuæ adfirmationi recta adfirmatio de alio genere (senibus) adiungi copulatiua particula, ad nostrum sensum

cognoscere. Uidemus igitur, ut conquiescere ne infantes quidem possint. Quom uero paullum processerunt, lusionibus uel laboriosis delectantur, ut ne uerberibus quidem deterreri possint. Eaque cupiditas agendi aliquid adulescit una cum aetatibus. Itaque, ne si iucundissumis quidem nos somniis usuros putemus, Endymio-

quom uero — delectantur) Non. p. 211 (*quam hi uero*) processerunt) *processerint* codd. edd. uett. Or. uel) *et* E ne) om. P quidem) om. C ne si) *nisi* omnes. quidem) *quam* E nos somniis) *uigiliis* L

ipsius personæ reiue aut status cuiusdam eius et adfectionis, ut occasio actionis aut iudici significetur et sentiatur, non aperte indicetur (quod fit particula *quom*), multo minus caussa per se (obiectiuam nunc appellamus) loquentis iudicio declaretur. Itaque supra § 54 (*qui etiam soleamus*) adparet dici potuisse: *quom etiam soleamus*, sed recte poni *qui* (hoc est: *nos, qui tales sumus, ut soleamus*); de Off. autem III, 112 rectissume dicitur: *Pomponius, qui illum iratum adlaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit* &c. Pomponi enim personæ adiungitur notatio, quomodo is adfectus fuerit, et ex eo actio quædam expectatur. Muta ordinem sententiarum: *Pomponius e lectulo surrexit et ad se adulescentem uenire iussit, qui — arbitraretur.* Senties, prauom esse *qui*, quod, illo modo indicata iam actione, expectatur aperta, cur ita Pomponius fecerit, caussæ declaratio. Iam hoc loco philosophorum illud iudicium (*arbitrantur se posse* &c.) neque proprietatem aliquam naturæ eorum neque adfectionem quandam certi temporis talem, qualem dixi, habet. Itaque mihi prorsus aut: *quom — arbitrentur* aut *quod — arbitrantur* dicendum fuisse uidetur. Pro *uoluntatem*, quod Lbinus et eum sequens Dauisius restituerunt, codex archetypus habuit *uoluptatem*; quod alterum Gzius a Spir. et Erl. confirmari dicit, non silentio conuincitur; nam quom in Nobbi exemplo esset *uoluptatem*, alterum mihi adnotatum st. (Cfr. *uoluntarius* pro *uoluptarius* II, 66.) Quod deinde e Nonio restitui *processerunt*, de eo dixi ad § 41. Paullo post *una cum ætatibus* (plurali numero) dicitur de gradibus ætatis, ut § 41: *progredientibus ætatibus.* Fuerunt enim, qui hærerent.

ne si iucundissumis) Codex archetypus *nisi* (mgo Crat., Mor., Eξψχ, Gziani; in solo Gud. 2 supra scriptum *ne si*); Mor. *nolimus* pro *uelimus* et *id* pro *idque*; in Oxx. ψ supra *ue* scriptum *no*.

nis somnum nobis uelimus dari, idque si accidat, mortis instar putemus. 56. Quin etiam inertissumos homines, nescio qua singulari nequitia praeditos, uidemus tamen et corpore et animo moueri semper, et, quom re nulla inpediantur necessaria, aut alueolum poscere aut quaerere quempiam ludum aut sermonem aliquem requirere, quomque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos et sessiunculas consectari. Ne bestiae quidem, quas delectationis caussa concludimus,

uelimus) *nolimus* C si) om. EC 56. qua) *qui* E nequitia) *segnitia* (e C) EC et corp.) *corp.* E (*et an. et corp.* C) quom) *tamen* E nulla) *ut illa* E non) *enim* E sessiunculas) *semicirculos* LPCR Ne) *Quin de* E *neo* C

56. *Quin etiam — uidemus*) Codex Moreli: *quia etiam — uideamus* (cfr. ad IV, 26). Tum idem cum Erl. et duobus aliis Gzi (Spir., Gud. 2?) *segnitia*, C. C. C., χ, cod. Urs. *segnitie*; in ψ erat: *nequitia al. segnitia.* Aduersatur cum ceteris mgo Crat., in quo pro illo notatur *nequitia*. Quom igitur utraque familia a se ipsa dissentiat, non dubium uidetur, quin uerum sit *nequitia*, in quo uocabulo inertiæ et segnis mollitiei significationem inesse, librarii ignorarint; Cat. I, 4 et 29 iam Dauisius laudauit. Deinde primæ editionis ordo (*et animo et corpore*) propagatus est ad Man., Lbinum, ceteros; alterum Gzius e suis codicibus (Mor.) reuocauit.

sessiunculas) id est, consessus certis in locis paucorum hominum confabulantium. Hoc e uetere libro Scaligeri et Eliensi Dau. restituit; confirmant Erl., Spir., mgo Crat., Mor. Deteriores omnes ridicule *semicirculos*, et adparet origo. Defendit tamen Gzius, ut decebat. Quid enim peruersius excogitari potest hac notatione figuræ geometricæ, ex qua necessario consequatur, ut circulos quoque non coetus hominum sed figuras geometricas nescio ubi descriptas intellegamus? Ne si appellarentur quidem sedilia quædam semicirculi, ea hic intellegi possent, nisi essent alia, quæ circuli appellarentur. Quam lepidum autem, homines non consessus eorumque loca consueta consectari, sed sedilia certæ formæ? Græcam rem Græco hemicycliorum nomine appellari a Cicerone, semicirculorum a nullo, pæne pudet addere; ineptum st enim talia serio refutare, ueritate inuenta.

Ne bestiæ quidem) Ex Erl. (de ceteris tacetur, sed etiam de hoc a Gzio) effici posset: *Quin ne bestiæ*, nisi sermo Latinus coniunctionem particularum *quin* et *ne — quidem* respuere uideretur;

quom copiosius alantur, quam si essent liberae, facile patiuntur sese contineri, motusque solutos et uagos a natura sibi tributos requirunt. 57. Itaque ut quisque optume natus institutusque st, esse omnino nolit in uita, si gerendis negotiis orbatus possit paratissumis uesci uoluptatibus. Nam aut priuatim aliquid gerere malunt aut, qui altiore animo sunt, capessunt rem publicam honoribus inperiisque adipiscendis, aut totos se ad studia doctrinae conferunt; qua in uita tantum abest, ut uoluptates consectentur, etiam curas, sollicitudines, uigilias perferunt, optumaque parte hominis, quae in nobis diuina ducenda st, ingeni et mentis acie fruuntur, nec uoluptatem requirentes nec fugientes laborem. Nec uero intermittunt aut admirationem earum rerum, quae sunt ab antiquis repertae, aut inuestigationem nouarum; quo studio quom satiari non possunt, omnium ceterarum re-

sese) *se* E requirunt) *requirit* E *quærunt* L 57. si — uoluptatibus: Non. p. 416 (*gerundis* et *possit orbatus*) qua) *quia* P etiam) *ut etiam* LR sollicitudines) *solitudines* E perferunt) *perferant* R nec — requirentes) om. E uoluptatem — laborem) *uoluptates — labores* C intermittunt) *nostri mittunt* P rerum) om. P ab) *sub* E inuestigationem) *inuestigationi* E quom satiari) *consaciari* L

nam in *ne — quidem* ea significatio iam inest, quæ ex adiecto *quin* oriri debebat. *Concludimus* absolute dicitur, quemadmodum in Uerr. IV, 51 (e melioribus codicibus; uid. Opusc. nostra Acad. p. 360): *Eos concludit, magnam hominum multitudinem.* Tum Gzius in Spir. et Erl. ait esse *sese patiuntur*, de Erl. falso.

quom satiari non possunt) Hoc si recte scriptum st, ita coniuncta st temporis et caussæ significatio, ut illa emineat (*indem*), de quo genere dixi et Wunderi disputationem laudaui ad I, 10. Uerum sic dicitur, quom quid ex una aliqua actione ipso actionis tempore intellegitur (*quom hoc dicis, significas* &c.), quod in hunc locum non cadit. Itaque credo Ernestium recte scripsisse *possint*; nam *quoniam*, quod Otto posuit, hic minus aptum st; neque enim occasio indicatur. Paullo post Dauisius scribi malebat *in rerum quærendis explicandisque naturis*, uitioso uerborum ordine et sine ulla caussa; nam ut *cognitio rerum* sæpissume uniuerse dicitur, sic etiam *in rebus quærendis tempus conterere*, nec minus recte *naturæ* absolute de singularum rerum proprietatibus.

rum obliti nihil abiectum, nihil humile cogitant; tantaque st uis talibus in studiis, ut eos etiam, qui sibi alios proposuerunt finis bonorum, quos utilitate aut uoluptate dirigunt, tamen in rebus quaerendis explicandisque naturis aetates conterere uideamus.

XXI. 58. Ergo hoc quidem adparet, nos ad agendum esse natos. Actionum autem genera plura, ut obscurentur etiam minora maioribus, maxumae autem sunt primum, ut mihi quidem uidetur et iis, quorum nunc in ratione uersamur, consideratio cognitioque rerum caelestium et earum, quas a natura occultatas et latentis in-

etiam) *et* E 58. minora mai.) *maioribus minoribus* E iis) *his* EL uersamur) *uersantur* E cognitioque) *cognitioue* (*ne* E) omnes. occultatas) *occultas* R

Cap. XXI, 58. *Actionum autem genera plura*) Uerba proxuma superiora (*Ergo hoc quidem adparet* &c.) conclusionem habent eius disputationis, quam Piso § 55 instituerat; in particula *autem* transitur ad nouam disputationem, quæ illam consequitur. Itaque adparet, audiri *sunt*, non, ut Gzius putabat, e superioribus *esse;* nec ex *esse natos* ad *genera plura* audiri poterat *esse.* Illud uerbum in huiusmodi sententia initio posita durissume omitteretur, si ea hic prorsus consisteret; nec facile quisquam in § 36 ferret, omisso *sunt*, sic dici: *Animi autem — plures uirtutes.* Hoc senserant, qui in duobus Gzi codicibus recentioribus addiderunt *sunt*, nescio quo loco; sed sic hæc continuantur, quod interpungendo significaui, ut ex hoc membro uerbum *sunt* tantum in proxumum differatur.

cognitioque) In codice archetypo erat *cognitioue* (ut in Oxx., excepto ξ, Gzianis, si ipsi credimus, excepto Gud. 2) aut *cognitione* (ut cum Erl. Ox. ξ et Gud. 2); in codice Mor. erat *cogitatioue*, solita confusione, in Scaligeri *cogitatione.* Recte Man., Lbinus, Dan., Orellius; nam *consideratio cognitioque* (quæ e consideratione oritur) necessario coniunguntur, ut § 11: *in contemplatione et cognitione rerum*, Off. I, 153: *cognitio contemplatioque naturæ;* ridicule Piso optionem daret, utrum quis considerare caelestia an cognoscere uellet. Longe aliter paullo post dicitur: *aut* (si rem publicam non reapse administres, saltem) *administrandi scientia.* Paullo post *occultatas* adnotatur in margine Crat., nam edebatur ut in R.

dagare ratio potest, deinde rerum publicarum administratio aut administrandi scientia, tum prudens, temperata, fortis, iusta ratio, relicuaeque uirtutes et actiones uirtutibus congruentes, quae uno uerbo conplexi omnia honesta dicimus; ad quorum et cognitionem et usum iam corroborati, natura ipsa praeeunte, deducimur. Omnium enim rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus usa augentur; nec sine caussa; in primo enim ortu inest teneritas et mollitia quaedam, ut nec

scientia, tum) *sciendique* LPCR fortis, iusta) *forti et iusta* E *fortis et iusta* PCROr. *fortisque et iusta* L dicimus) *diximus* E et cognit.) *etiam cogn.* LPCR iam) om. P progressionibus) *progressibus* LP nec) *et* E In primo — quaedam) Non. p. 495 s. u. *teneritas*. teneritas) *temeritas* codd. edd. uett. *et* *se* Non. mollitia) *mollitiee* LPCR

scientia, *tum prudens*) Hoc e melioribus codicibus (Spir. et Erl. e quibus Gzius profert *scientia cum*, Mor., uetere libro Manuti, Scaligeri, El., mgine Crat., tum Pal. 6) restituit Dauisius, Manutio monente; priores *sciendique prudens*, nulla sententia. Minume eleganter actionum genera sic diuidi, ut primum mentis agitatio, tum certæ agendi materiæ (rei publicæ) tractatio ponatur, postremo quattuor illæ agendi qualitates, quæ primæ uirtutes sunt, facile adparet. *Ratio prudens*, *temperata* pro prudentia, temperantia paullo insolentius et breuius dicitur: sed nimis absurdum erat in actionum generibus enumerandis *prudentem agendi rationem* ponere; aliud non suppetebat.

fortis, *iusta ratio*) Quod ex Erl. restitui, non dubito, quin, si editores adtendissent, in ceteris bonis repertum fuerint; quid in altera scriptura esset uiti, dixi ad IV, 56. Paullo post *et cognitionem* Gzius e Spir. et Erl. Erat *etiam cognitionem*. Deinde *progressibus* pro *progressionibus* Ox. χ, Gud. 1, Mon.

Teneritas et mollitia) Prius nomen seruauit Nonius; in codicibus (Dauisi, Oxx. EU$\xi\chi$, Gzi) unius lineolæ adiectione factum st *temeritas*. Illud iam apud Marsum et Crat. restitutum st et ab uno eiectum Gzio, quem ne Schuetzius quidem secutus est. Tenera ac mollis est prima ætas ac natura nondum confirmata (cfr. Tusc. III, 12, de Legg. I, 47: *teneros ac rudis animos*), non temeraria. *Mollitia* ut scriberem, etsi alterum magis probo (uid. ad III, 61), euicit Noni et cod. Erl. consensus. In uerbis *in primo ortu* (hominum) sic transiit a rebus ad homines eas res habentis, ut illi in uerbo *possint* intellegantur, in quo Ernestius hæsit. Paullo

res uidere optumas nec agere possint. Uirtutis enim beataeque uitae, quae duo maxume expetenda sunt, serius lumen adparet, multo etiam serius, ut plane, qualia sint, intellegantur. Praeclare enim Plato: *Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam uerasque opiniones adsequi possit!* Quare, quoniam de primis naturae commodis satis dictum st, nunc de maioribus consequentibusque uideamus. **59.** Natura igitur corpus quidem hominis sic et genuit et formauit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret, neque sane multum adiumentis externis et aduenticiis uteretur.

possint) *possunt* E intellegantur) *intelligatur* L commodis) *incommodis* L 59. ut alia — fingeret) Non. p. 398 (*perficere* — *fingere*).

post figura quædam orationis est, e priore sententiæ parte communius uerbum ad posteriorem eruentis quasi *ἀπὸ κοινοῦ*. Nam ex his: *uirtutis lumen adparet* (hoc est: fit, ut uirtus uideatur) in his: *multo etiam serius, ut* &c. sumitur *fit*. In *intellegantur* facilluma st forma, qua sola Cicero utitur, eius adtractionis, quam post alios tractauit Kruegerus in libro de adtractione §| 162. Nam poterat, etiam non adiecto *quales sint*, dici *intellegantur*; cfr. II de orat. 243, de N. D. II, 115. De diuin. II, 28 *conlata* non pertinet ad *partem*, sed ad *obseruationem*.

Plato) II de Legg. 653 A: *φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους, εὐτυχὲς, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο*, ubi, quod olim contra codices edebatur, *βεβαιοῦν*, commendatur sane Ciceronis interpretatione et numero uerbi *παρεγένετο*.

a primis naturæ commodis) Ernestio, cui suspectum erat *commodis*, Gzius opposuit II Acad. 138; nec de scriptura ulla potest esse dubitatio. Et tamen parum recte Cicero dixit. Nam primum illo genere primorum naturæ num omnino ea, quæ hoc loco tractantur, actionum et uirtutum initia recte conprehendantur, non sine caussa dubitatur (cfr. quæ dixi ad § 18 et in exc. ad II, 33); deinde certe commodorum nomen non habent; id enim pertinet ad ea, quæ in corpore et extra id uitæ statum adiuuant, quæque præter cetera prima naturæ appellantur, ualetudo, uires, cetera. In commodorum nomine ponendo Cicero se etiam IV, 59 inplicarat.

59. *adiumentis externis et aduenticiis uteretur*) Obscure eloquitur, quod uolt. Hoc enim dicit: ut non multum relinqueret,

Animum autem relicuis rebus ita perfecit, ut corpus; sensibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adiumento ullo ad suam confirmationem indigeret; quod autem in homine praestantissumum atque optumum st, id deseruit. Etsi dedit talem mentem, quae omnem uirtutem accipere posset, ingenuitque sine doctrina notitias paruas rerum maxumarum et

confirmationem) *conformationem* (P) accipere) *iam acc.* LCR

quod homo ipse sua opera et arte adderet ad id, quod natura perfecisset; quod contra st in animo.

ad suam confirmationem) Ad id confirmandum et perficiendum, quod (in hac parte, quæ sensibus continetur) a natura accepisset. Minus diligenter Cicero ea, quæ pro parenthesi addidi, omisit, ex quo fit, ut plus de animo dici uideatur quam uere dici possit; nam in altera parte eum multum adiumento indigere ipse ait. (Bremius *indigerent*, cuius coniecturæ caussam ne Orellius quidem perspexit; sed de animi indigentia adiumentorum tota disputatio st.) *Confirmationem* recte Orellius restituit ex editionibus ante Manutium; debuit addere testimonium codicum Oxx. EUξψ; *conformationem*, quod in ed. a. 1480 esse dicitur, quodque inde a Manutio omnes tenuerant, in nullo aut paucissumis codicibus est; formam natura dederat; confirmari ea postea debebat.

omnem uirtutem accipere) *Iam*, quod interponebatur, Ernestius sustulit, parens Par. 1 Danisi (nostro P); adcedunt quattuor Gzi, id est, ut ex Erl. adparet, meliores et deteriorum pars; nec iam hic apte intellegi potest eo modo, quo dicitur de rebus paullo post futuris. Proxuma Pisonis uerba (*ingenuit notitias paruas rerum maxumarum*) eiusmodi sunt, ut innatas et insitas notiones homini aperte tribuat, quod idem facit Cicero ipse Stoicorum sententias exponens I de Legg. 26: *natura rerum plurumarum obscuras nec satis* [*claras*] *intellegentias inchoauit* (cfr. ibd. 27: *prima et inchoata intellegentia*, et 59: *quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit*), quamquam eodem loco (§ 30: *quæque in animis inprimuntur inchoatæ intellegentiæ*) propius adcedit ad ipsam Stoicorum doctrinam, qui in animo tabulæ puræ simili omnis notiones nisis extrinsecus oblatis inprimi statuebant. Utroque loco Cicero Antiochum secutus uidetur, Antiochus autem Platonicæ doctrinæ de ideis et *ἀνάμνησι* (Tuscul. I, 57) particulas cum Stoica doctrina coniunxisse.

quasi instituit docere, et induxit in ea, quae inerant, tamquam elementa uirtutis. Sed uirtutem ipsam inchoauit; nihil amplius. **60.** Itaque nostrum st (quod nostrum dico, artis est) ad ea principia, quae accepimus, consequentia exquirere, quoad sit id, quod uolumus, ecfectum; quod quidem pluris sit haud paullo magisque ipsum propter se expetendum quam aut sensus aut corporis ea, quae diximus, quibus tantum praestat mentis excellens perfectio, ut uix cogitari possit, quid intersit. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad uirtutem et ad eas actiones, quae uirtuti sunt consentaneae, refertur, eaque omnia, quae aut ita in animis sunt aut ita geruntur, uno nomine honesta dicuntur. Quorum omnium † quaeque sint notitiae quaeque significentur re-

tamquam) *quasi* L nihil 'amplius. Itaque) *nihil ita amplius* PR *nihil itaque ampl.* LC 60. quoad sit) *quo assit* EP sit haud) *hanc* E perfectio) *prof.* E quid) *quod* E sunt consentaneæ) *c. s.* E sint) *sunt* LC

inchoauit; nihil amplius. Itaque nostrum st) Sic a Manutio locum constitutum esse narrant; illud non addunt Gzius et Orellius, nullum apicem aliter scriptum esse in codice Erl. (et cur de Spir. non adfirmem?) et Morel. Ceteri codices et editiones ante Manutium: *inchoauit. Nihil itaque* (*ita* Pal. 4, ed. a. 1480) *amplius nostrum st.* Gzius quidem, in "plerisque omnibus" scribit ita esse, ut in Pal. 4, in uno Mon. *itaque.* De melioribus fallitur; de deterioribus non curo, quid dicat.

Quorum omnium quæque &c.) Gzium cum Ottone dimittamus, qui narrant *quæque* bis poni pro *quæcunque*, tertio loco pro *et quæ;* nam *quæcunque* interrogatiuom non esse, nec dici Latine: *uidebo, quæcunque sint notitiæ*, pueri norunt; *quæque* non esse *quæcunque* ostendi in exc. ad III, 51. Restat, ut *quæque* omnibus tribus locis accipiamus pro *et quæ.* Sed *quique — quique* pro *et qui — et qui* in pronomine relatiuo Liuius, Uelleius, Quinctilianus dixerunt, Cicero non dixit. Qui enim unus laudari solet locus, de Orat. I, 119, prorsus respuit huiusmodi duorum generum partitionem (*et illi qui — et illi qui*), recteque et olim nonnulli et nuper omnes e codicibus scripserunt: *qui optume.* In interrogatiuo pronomine ne illi quidem scriptores sic posuerunt *que — que.* Recte igitur A. Matthiæus scribi uoluit: *quæ sint notitiæ*, idem mendum corrigens, quod III, 51 sustulimus. Sed hæremus in

Animum autem relicuis rebus ita perfec ... nox
sensibus enim ornauit ad res percipiend ...
hil aut non multum adiumento ullo ... mus,
tionem indigeret; quod autem in h ... ipsos
mum atque optumum st, id deser ... sse expe-
mentem, quae omnem uirtutem a ...
que sine doctrina notitias parr ...

quod) que P

confirmationem) conformationem (P) ... a communiter dicantur,
... ata nominata sint, si quis
quod homo ipse sua opera et ... se dicat: *quid significant re-*
fecisset; quod contra st in a ... *rerum* tolli uolebat. Sed sunt
ad suam confirmationem ... ne: *quæ significantur rerum uoca-*
quod (in hac parte, quæ ... enam res illis appellentur et ab aliis
Minus diligenter Cicero ... ssumum st (nam honestorum nominibus
quo fit, ut plus de an ... est hoc (quamquam dubito, num sic intel-
nam in altera parte ... nerus quæ), quæ uis et natura ex ipsis uoca-
(Bremius *indigerent,* ... m origine et cognatione, adpareat. Atqui hæc
perspexit; sed de ... atio ad hunc locum, ubi de notione et gene-
st.) *Confirmatio* ... per se explicandis agitur, omnino non pertinet;
Manutium; de ... *cuiusque uis et natura sit.* Longe alio ducit
formationem, ... Peruentum st enim ad uniuersam et generalem
Manutio omn ... onem. Restat, ut exponatur, quæ sint honestorum
formam nat ... itiones, quæ nomina et appellationes; hoc mox se
omnem ... dicit. Recte igitur Dauisius uidit, hoc requiri: *qui-*
sustulit, ... *ficentur uocabulis.* (Quod *queisque* scripsit, facile con-
id est, ... Probarunt Ern. et Matthiæus.) Et in hac orationis
hic ap ... posse uidetur *rerum.* Nam quom notitias animi nomi-
post f ... addere uidetur *quibus rerum uocabulis* (hoc est, quibus
rum ... cabulis, quibus res notamus), ut significet honesta, quæ
hon ... sint et in uita animaduertantur. Cogit igitur ratio, ut
ten ... Ciceronem scripsisse putem; et tamen admiror, qui inde
sc ... sit *quæque.* (Quod Orellius *quæque* uolt esse *qualesque,*
p ... uehementer loquendi usui repugnat; quis enim audiuit, *hic*
significatur pro eo, quod est, *significatur talis esse?* et cetera in-
commoda relinquit.)

Cap. XXII, 61. *præterquam quod nosmet ipsos diligamus, præ-*
terea &c.) Eodem modo *præterquam* — *præterea* coniungitur III
Legg. 45, *præter* — *præterea* ad Qu. Fr. I, 1, 28. Non dissimili-
ter autem Piso atque supra § 46 in duo distrahit, quod unum st.
Sic enim amorem nostri supra exposuit, ut is referretur ad na-

res uidere optumas nec agere possint. Uirtutis enim beataeque uitae, quae duo maxume expetenda sunt, serius lumen adparet, multo etiam serius, ut plane, qualia sint, intellegantur. Praeclare enim Plato: *Beatum*, *cui etiam in senectute contigerit*, *ut sapientiam uerasque opiniones adsequi possit!* Quare, quoniam de primis naturae commodis satis dictum st, nunc de maioribus consequentibusque uideamus. **59.** Natura igitur corpus quidem hominis sic et genuit et formauit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret, neque sane multum adiumentis externis et aduenticiis uteretur.

possint) *possunt* E intellegantur) *intelligatur* L commodis) *incommodis* L 59. ut alia — fingeret) Non. p. 308 (*perficere* — *fingere*).

post figura quædam orationis est, e priore sententiæ parte communius uerbum ad posteriorem eruentis quasi *ἀπὸ κοινοῦ*. Nam ex his: *uirtutis lumen adparet* (hoc est: fit, ut uirtus uideatur) in his: *multo etiam serius*, *ut* &c. sumitur *fit*. In *intellegantur* facilluma st forma, qua sola Cicero utitur, eius adtractionis, quam post alios tractauit Kruegerus in libro de adtractione §ʲ 162. Nam poterat, etiam non adiecto *quales sint*, dici *intelleguntur*; cfr. II de orat. 248, de N. D. II, 115. De diuin. II, 28 *conlata* non pertinet ad *partem*, sed ad *obseruationem*.

Plato) II de Legg. 653 A: *φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους, εὐτυχὲς, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο*, ubi, quod olim contra codices edebatur, *βεβαιοῦν*, commendatur sane Ciceronis interpretatione et numero uerbi *παρεγένετο*.

a primis naturæ commodis) Ernestio, cui suspectum erat *commodis*, Gzius opposuit II Acad. 138; nec de scriptura ulla potest esse dubitatio. Et tamen parum recte Cicero dixit. Nam primum illo genere primorum naturæ num omnino ea, quæ hoc loco tractantur, actionum et uirtutum initia recte conprehendantur, non sine caussa dubitatur (cfr. quæ dixi ad § 18 et in exc. ad II, 33); deinde certe commodorum nomen non habent; id enim pertinet ad ea, quæ in corpore et extra id uitæ statum adiuuant, quæque præter cetera prima naturæ appellantur, ualetudo, uires, cetera. In commodorum nomine ponendo Cicero se etiam IV, 59 inplicarat.

59. *adiumentis externis et aduenticiis uteretur*) Obscure eloquitur, quod uolt. Hoc enim dicit: ut non multum relinqueret,

rum uocabulis quaeque cuiusque uis et natura sit, mox uidebimus.

XXII, 61. Hoc autem loco tantum explicemus, haec honesta, quae dico, praeterquam quod nosmet ipsos diligamus, praeterea suapte natura per se esse expe-

cuiusque uis) *cum suis* E 61. hæc — dico) om. C quod) *que* P

proxumis. Primum enim *rerum uocabula* communiter dicantur, quibus res appellantur, ut, quom honesta nominata sint, si quis de *eorum* nominibus interroget, peruerse dicat: *quid significant rerum uocabula?* Itaque Ernestius *rerum* tolli uolebat. Sed sunt alia uitia; nam illa interrogatione: *quæ significantur rerum uocabulis?* aut hoc quæritur, quænam res illis appellentur et ab aliis distinguantur, quod ineptissumum st (nam honestorum nominibus honesta significantur), aut hoc (quamquam dubito, num sic intellegi possit pluralis numerus *quæ*), quæ uis et natura ex ipsis uocabulis, hoc est, ex eorum origine et cognatione, adpareat. Atqui hæc uocabulorum significatio ad hunc locum, ubi de notione et generibus honestorum per se explicandis agitur, omnino non pertinet; et sequitur: *quæque cuiusque uis et natura sit.* Longe alio ducit ipse rerum ordo. Peruentum st enim ad uniuersam et generalem honestorum notionem. Restat, ut exponatur, quæ sint honestorum notitiæ et definitiones, quæ nomina et appellationes; hoc mox se uisurum Piso dicit. Recte igitur Dauisius uidit, hoc requiri: *quibusque significentur uocabulis.* (Quod *queisque* scripsit, facile condonamus. Probarunt Ern. et Matthiæus.) Et in hac orationis forma ferri posse uidetur *rerum.* Nam quom notitias animi nominasset, sic addere uidetur *quibus rerum uocabulis* (hoc est, quibus ex illis uocabulis, quibus res notamus), ut significet honesta, quæ reapse sint et in uita animaduertantur. Cogit igitur ratio, ut *quibusque* Ciceronem scripsisse putem; et tamen admiror, qui inde factum sit *quæque.* (Quod Orellius *quæque* uolt esse *qualesque*, ipsum uehementer loquendi usui repugnat; quis enim audiuit, *hic significatur* pro eo, quod est, *significatur talis esse?* et cetera incommoda relinquit.)

Cap. XXII, 61. *præterquam quod nosmet ipsos diligamus, præterea &c.)* Eodem modo *præterquam* — *præterea* coniungitur III Legg. 45, *præter* — *præterea* ad Qu. Fr. I, 1, 28. Non dissimiliter autem Piso atque supra § 46 in duo distrahit, quod unum st. Sic enim amorem nostri supra exposuit, ut is referretur ad na-

tenda. Indicant pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. Quanta studia decertantium sunt! quanta ipsa certamina! ut illi ecferuntur laetitia, quom uicerunt! ut pudet uictos! ut se accusari nolunt! quam cupiunt laudari! quos illi labores non perferunt, ut aequalium principes sint? quae memoria st in iis bene merentium! quae referendae gratiae cupiditas! Atque ea in optuma quaque indole maxume adparent, in qua haec honesta, quae intellegimus, a natura tamquam adumbrantur. **62.** Sed haec in pueris; expressa uero in iis aetatibus, quae

sunt) *sint* E uicerunt) *uicerint* omnes, Or. nolunt) *uol.* E perferunt) *ferunt* E iis) *his* LPOr. (*hiis* E) quaque ind.) *ind. qu.* E *quoque ind.* P maxume adp.) *app. m.* L *m. approbarent* P hæc) om. C tamquam) om. P 62. expressa uero in iis) *expressa in iis* (*his* L) *uero* LPCR *In iis uero* Or.

turæ nostræ et optumæ eius partis perfectionem, quam in uirtute positam iudicaremus. Itaque in eo uel maxume honesta suapte natura et per se expetuntur. Neque alio spectant illa, quæ in pueris adparere dicit, indicia. Pro *sunt* (post *decertantium*) etiam Spir. *sint.* De *uicerunt* dixi ad § 41.

quos illi labores non perferunt) Qui sic interrogat: *quod scelus, quod facinus parricida non edidit?* (Philipp. XIII, 21) is nullum omnino (genere) esse nominariue posse significat, quod non ediderit; qui autem admiratur, multa magnaque aliquem edidisse, ei notissumum st dicendum esse Latine: *quæ facinora parricida edidit!* In quo genere memorabile st, quod supra II, 76 legitur: *quem clamorem contionis aut quam spem consulatus — futuram putas?* quod ibi hæc cum exclamatione augendi significatio (*magnus erit clamor contionis*) et altera negandi (*nulla erit spes consulatus*) coniunguntur. Si igitur recte hic, quem nunc tractamus, locus scriptus est, Piso dicit, nullos labores a pueris uitari. Uerum nec optume huic *non perferunt* subici uidetur: *ut sint*, et singularis numerus tum pæne requiritur. (De Legg. tamen III, 19 editur: *Quæ enim ille non edidit?* ut sit: Nihil non edidit. Sed ne is quidem locus dubitatione carere uidetur.) Adcedit, ut superiores et inferiores exclamationes similem in hac laborum commemoratione formam postulare uideantur. Itaque equidem Ciceronem scripsisse opinor: *quos illi labores perferunt, ut &c. Ferunt* pro *perferunt* etiam Uictorius.

62. *Sed hæc in pueris; expressa uero &c.*) Quæ in pueris

iam confirmatae sunt. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur et offensione turpitudinis et conprobatione honestatis? quis est, qui non oderit lubidinosam, proteruam adulescentiam? quis contra in illa aetate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, non tamen diligat? quis Pullum Numitorium, Fregellanum, pro-

et offens.) *off.* E diligat) *diligatur* E Numitorium) *Numitorem* (P C *Numitorum* R

adumbrentur, ea in confirmatis ætatibus expressa esse, dicit, quæ conparatio adumbratarum imaginum et expressarum atque solidarum formarum sæpissume ab artibus transfertur ad alia, ut Tusc. III, 3 (*solida quædam res et expressa, non adumbrata*) et pro Cæl. 12 (*non expressa signa, sed adumbrata uirtutum*). Restitui hunc locum ex Erl. Nam antea edebatur, ut est in deterioribus codicibus: *Sed hæc in pueris expressa. In iis uero ætatibus, quæ iam confirmatæ sunt, quis est* &c., simili transpositione eius, quæ § 59 et 60 in isdem codicibus acciderat. Itaque iure Ernestius offendebatur, quod in isdem hæc et adumbrata et expressa dicerentur, et *expressa* tolli uolebat, uiolento remedio; neque enim satis est stolidum glossema appellare, quod cur quis addiderit, dici nequit. Eam coniecturam Marsus præceperat, quem sequi Gzius maluit quam Spirensem et Erl. inspicere.

Pullum Numitorium) Sic etiam Spir., restitueratque Ursini admonitu Ernestius; superiores *Numitorem.* Par. 1, Mead., reliqui Gzi *Numitorum* (Gud. 2 *iumentorum*). Erat Q. Numitorius Pullus (de Inuent. II, 105). Quod Dau. e scriptura codicis C. C. C. (*Fregellatium*) in mentem uenit, *Fregellarum*, nullam habet necessitatem, ne caussam quidem coniecturæ, etsi quod III Phil. 17 Cicero Antoni patris uxorem primum Fregellanam, tum proditoris filiam appellat, ad Dauisium refellendum nihil pertinet. Sed paullo post Ciceronem scripsisse puto: *quis h u i u s urbis conseruatorem*, ut § 54 scripsit: *princeps huius ciuitatis* et § 88 *in hac urbe.* Nam si de urbe sic Piso loqueretur, ut eam contrariam poneret ei loco extra urbem, in quo nunc esset, recte illa appellatione Athenæ significarentur (ut extremo libro dicit *in oppidum*); nunc quom conseruatam urbem Romanus inter Romanos dicat, nisi aliquid addatur, necessario suam illorumque urbem significet. De Erechthei filiabus, quarum quom pater minumam natu in bello contra Eleusinios et Eumolpum ex oraculo ob uictoriam inmolasset, ceteræ se mortis comites addidisse narrantur, scriptorum locos con-

ditorem, quamquam rei publicae nostrae profuit, non odit? quis urbis conseruatorem Codrum, quis Erechthei filias non maxume laudat? cui Tubuli nomen odio non est? quis Aristidem non mortuum diligit? An obliuiscimur, quanto opere in audiendo [in] legendoque moueamur, quom pie, quom amice, quum magno animo aliquid factum cognoscimus? 63. Quid loquor de nobis, qui ad laudem et ad decus nati, suscepti, instituti sumus? Qui clamores uolgi atque inperitorum excitantur in theatris, quom illa dicuntur:

quamquam) *numquam* E quis urbis) *quis uerbis* C *uerbis* E [in]) om. CR; sine uncis Or. 63. loquor) *loquar* omnes, Or. et ad) *qui ad* E qui) *quid* LC

legerunt Meursius de regno Ath. II, 9, Lectt. Att. VI, 21 et Heynius ad Apollod. III, 15, 4, Obseru. p. 339 ed. 2. (Edd. aliquot *Erichthei*, Erl. *Erecthei.*) De Tubulo dictum st ad II, 54.

non mortuum diligit) Bas. et Gud. 1 et editiones quædam (Iunt., Crat., Man., Lbini) *mortuum non diligit*, prauo ordine; sic enim in morte caussa amoris esse uideatur (aliter enim dicitur: *etiamsi mortuus est*, *non tamen* &c.); nunc hoc dicitur: *non, etiam post mortem, diligit?* Paullo post *in audiendo legendoque* Oxx. Uχ et fere ueteres edd., ex prima Man. et Lbinus, recte, opinor, etiamsi contra codicem archetypum; adtigi rem ad II, 34.

63. *Quid loquor de nobis*) Reprimit Piso cursum eius orationis, in qua iam st, negans de se et sui similibus opus esse dici. Itaque scripsi, ut Morgensternius et Matthiæus scribi uoluerant, Orellio et aliis probantibus: *quid loquor?* Nam *quid loquar?* de futuro tempore dicitur, quom aut nouam rem adtingentes dubitamus, num conmemoranda sit, aut de ea, quæ iam tractatur, sintne plura dicenda, ut pro Sull. 61: *Sed quid ego de hoc p l u r a disputem?* Notam rem declarant inter alios Matthiæus et Benecckius ad Catilin. IV, 16; illud tamen non exposuerunt, ubi ita oratio iam coepta inhibeatur et reprimatur, ut statim eodem conplexu uerborum adiungatur, quid potius dici possit ac debeat, ibi in hac posteriore parte talem esse futuri temporis et futuræ orationis significationem, ut ea etiam ad priorem transferatur. Recte igitur dicitur Tusc. I, 108: *Sed quid singulorum opiniones animaduertam, nationum uarios errores perspicere quom liceat?* et de Orat. III, 29: *Sed quid ego uetera conquiram, quom mihi liceat uti præsentibus exemplis atque uiuis?* Nam utroque loco corrigitur, quod iam fieri coeptum st.

Ego sum Orestes,
contraque ab altero:
Immo enimuero ego sum, inquam, Orestes!
Quom autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: *Ambo ergo una necarier precamur,* — quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maxumis? Nemo st igitur, quin hanc adfectionem animi

autem etiam) *autem* C ambo) *amboe* LPCROr. una necarier) *sumanegunum* E *una uiuere* LPCROr. cum nota mendi. hoc) *hic* E ecquandone) *et quandone* EPC *ecquandone* L *et quando mihi* R quin) *qui* E *qui non* LPCR

Quom autem etiam exitus &c.) Perfectum st aliquid ad huius loci tractationem iis, quæ ad II, 79 dixi; adparet enim, in quo post Scaligerum multi hæserunt, et quæ illa conturbatio errorque regis sit et qualis exitus ei ostendatur, quo se expediat. Ipsorum Pacuui uerborum formam meliores codices nisi in una uocula nix dubiam relinquont. Sic enim scribitur: *Ambo* (sic etiam Spir., cod. I. F. Gronoui, Pal. 6) *ergo sumaneganum* (Gzius e Spir. et Erl. enotauit *sunaniganum*, cod. Gron. *sunanegamum*, Bas. *summa negarim*) *precamur.* In hoc monstro latere *una necari* (pro quo facillumo errore scriptum st *negari*), certum st; neque *precor necari* apud Pacuuium durum uideri potest, quom etiam Ouidius dicat *precor esse tua.* In extremis litteris utrum significetur antiqua infinitiui terminatio, quæ uersus pedes explet, an aliud quid, obscurum st. Litteram *s* initio equidem errore ortam puto; Gzius scribendum putauit et aliis persuasit: *ambo sic una*, quod in codice Uindobonensi pro *ergo* erat *igitur*, apud Marsum *ergo et* (etsi hoc Hertelius non adnotat). Quam ridicule uolgaria illa menda librorum prorsus aliam scripturam sequentium huc trahantur, ut ex *ergo* fiat *sic*, inaudita permutatione, non opus est exponi; ne illud quidem, barbarum esse: *sic precor* pro: *precor igitur.* Numeros turbabit quidquid inter *ergo* et *una* interponetur. Illud fortasse nonnullorum caussa, qui nimis studiose ueterum poëtarum dispersas particulas connectere conantur, addendum st, peruerse Ottonem putare apud Pacuuium hæc sic continuata fuisse: — *ego sum, inquam, Orestes; ambo sic Una necemur, precamur.* Interposita enim erat regis contraria utriusque adfirmatione conturbati oratio. Deteriores codices et editiones præter Ottonianam: *amboe* (*ambo* Dau., Ern., Gzius) *ergo una uiuere precamur.* In Pal. 4 ad marginem (et in uno cod. regio Lallemandi, si credimus) scriptum erat: *ambo ergo sibi unam necem imprecantur.*

ecquandone nisi admirationibus maxumis) Plerique codices (Pal.

ditorem, quamquam rei publicae nostrae profuit, non odit? quis urbis conseruatorem Codrum, quis Erechthei filias non maxume laudat? cui Tubuli nomen odio non est? quis Aristidem non mortuum diligit? An obliuiscimur, quanto opere in audiendo [in] legendoque moueamur, quom pie, quom amice, quum magno animo aliquid factum cognoscimus? **63.** Quid loquor de nobis, qui ad laudem et ad decus nati, suscepti, instituti sumus? Qui clamores uolgi atque inperitorum excitantur in theatris, quom illa dicuntur:

quamquam) *numquam* E quis urbis) *quis uerbis* C *uerbis* E [in]) om. CR; sine uncis Or. 63. loquor) *loquar* omnes, Or. et ad) *qui ad* E qui) *quid* LC

legerunt Meursius de regno Ath. II, 9, Lectt. Att. VI, 21 et Heynius ad Apollod. III, 15, 4, Obseru. p. 339 ed. 2. (Edd. aliquot *Erichthei,* Erl. *Erecthei.*) De Tubulo dictum st ad II, 54.

non mortuum diligit) Bas. et Gud. 1 et editiones quædam (Iunt., Crat., Man., Lbini) *mortuum non diligit,* prauo ordine; sic enim in morte caussa amoris esse uideatur (aliter enim dicitur: *etiamsi mortuus est, non tamen &c.*); nunc hoc dicitur: *non, etiam post mortem, diligit?* Paullo post *in audiendo legendoque* Oxx. Uχ et fere ueteres edd., ex prima Man. et Lbinus, recte, opinor, etiamsi contra codicem archetypum; adtigi rem ad II, 84.

63. *Quid loquor de nobis*) Reprimit Piso cursum eius orationis, in qua iam st, negans de se et sui similibus opus esse dici. Itaque scripsi, ut Morgensternius et Matthiæus scribi uoluerant, Orellio et aliis probantibus: *quid loquor?* Nam *quid loquar?* de futuro tempore dicitur, quom aut nouam rem adtingentes dubitamus, num conmemoranda sit, aut de ea, quæ iam tractatur, sintne plura dicenda, ut pro Sull. 64: *Sed quid ego de hoc p l u r a disputem?* Notam rem declarant inter alios Matthiæus et Benecckius ad Catilin. IV, 16; illud tamen non exposuerunt, ubi ita oratio iam coepta inhibeatur et reprimatur, ut statim eodem conplexu uerborum adiungatur, quid potius dici possit ac debeat, ibi in hac posteriore parte talem esse futuri temporis et futuræ orationis significationem, ut ea etiam ad priorem transferatur. Recte igitur dicitur Tusc. I, 108: *Sed quid singulorum opiniones animaduertam, nationum uarios errores perspicere quom liceat?* et de Orat. III, 29: *Sed quid ego uetera conquiram, quom mihi liceat uti præsentibus exemplis atque uiuis?* Nam utroque loco corrigitur, quod iam fieri coeptum st.

Ego sum Orestes, nostri inperatores contraque ab altero: ant; nostri consules

Immo enimuero ego sum, i iam adpropinquantem, Quom autem etiam exitus ab r t; nostra in re publica et errantique regi: *Ambo ergo* m uoluntaria morte lueret, quotiens hoc agitur, ecquan' rficeret, ne stupraretur; quae xumis? Nemo st igitur,

regem) om. E a ueneno) om. P et quae autem etiam) *autem* C ambo' *pium* E filiam iat.) *i. f.* LPCROr. quae' num E *una uiuere* LPCROr. cur doue EPC *ecquandoue* L *et r*

Quom autem etiam on adparet. Si Piso in hoc delecta uera loci tractationem iis quamue aut inanis speciei rationem habitam post Scaligerum m am conmemorauit, animi adfectionis exemregis sit et quali beremus, sed tamen uirtutis per se hominum Pacuui uerboru torum conmemoratio pertinet ad M. Æmilium dubiam relinq ncle Alexandreæ gestæ memoriam conseruat de I. F. Gronor milia. Eum Iustinus (XXX, 2 et 3), Ptolemæo enotauit su pillo, Ægyptum tutorio nomine administrasse sigarim) pr Eckhelius (Doct. Numm. Uol. V p. 123 sq.) sequifacillume Champollioni-Figeac (Annales des Lagides II p. 95 cari ap bilius uidetur, Æmilium mortuo Epiphane (a. 181 precor Philometori et eius fratri, Physconi, tutorem fuisse. infinit VI, 6, 1 post duos consulatus (a. 187 et 175), quom ponacuru mus iam esset, in Ægyptum missum scribit, dignitatem scrib ctam ab illa, quam iam tum consecutus esset, uix didic Tacitus (Ann. II, 67) *liberis* Ptolemæi tutorem datum (et nullam aliam temporis notam addit. Ad Ciceronem hæc ur minus pertinet. Sed ut concedamus Romanos in hac re t præcipuam suæ potentiæ rationem duxisse, certe honestatis utilitatis contemptu retentæ nihil admodum inesse uidetur. iorum et C. Fabrici et Q. Æmili Papi (a. 278) egregia facinora ibus nota sunt.

et quæ per uim) Iam in codice archetypo nomen feminæ a Pisignificatæ, cui ne uerborum ordo quidem locum ullum reliquit, additum erat; nam *Lucretia et quæ* Spir., Oxx. omnes, editiones ante Uict. et Man., ac, ni fallor, codices omnes; quod Gzius significat, in ceteris suis fuisse: *Lucretiæ quæ* (quomodo prauitatem occultare conatur ed. Crat.), ut ualde dubi- facit Oxx. et meorum consensus. *Filiam interf.* e solo Erl. dedi, ex eiusdem autem eodem uestigio, quod § 63 erat, quia Gzius tacet.

ET MAL LIB V CAP. 22

· ilia praeterea, quis est, quin
, dignitatis splendore du-

rint, em. L

osque) Cicero post accusatiuom initio
) sic subiecti in duo genera tributi (*et*
artem posuit, ut expectemus, huic subiecto
. uerbum, a quo accusatiuos ille pendere
.one: *et eos, qui fecerint, sine ulla spe utili-*
.c durius omnino nec sine perturbatione aliqua
.uos pendet a relatiuae sententiae uerbo, propterque
.n altero membro additur *ea* (*laudemus*), quod aliter
.et. Illud quidem manifestum st, hic in duarum par-
.ione et distinctione particulae *et* subici *que*, ut huius loci
.benda fuerit Handio, qui Tursell. II p. 527 sq. hoc omnino
.erone abiudicauit. Oblitus est etiam eius, quod I ad Fam.
. § 1 legitur: *Posteaquam Pompeius et apud populum a. d. IIX Id. Febr., quom pro Milone diceret, clamore conuicioque iactatus est in senatuque a Catone aspere et acerbe nimium* (?) *magno silentio st accusatus, uisus est* &c. Alios autem locos non recte interpretatus est; nam Tusc. I, 4 nemini persuadebit, *igitur et Epaminondas* dici pro *etiam* uel *adeo Epaminondas*, nec in particula *et* significari iam alterum Themistoclis exemplum. Ne illud quidem, quod legitur pro Rosc. Am. 41 (*et ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum adtinet, uitamque hanc rusticam — honestissumam arbitrantur*) sic remoueri potest, ut *et ipsi* sint *ipsi quoque* (sua sponte); nam *et ipse*, si tamen Ciceronianum st, significat, praeter alios etiam hunc idem facere, non, hunc sua sponte, praeterquam quod ab aliis moneatur, aliquid facere, ut quom dicimus: *Romulus et ipse turba actus est.* De Legg. quoque I, 31 frustra Handius p. 510 alio traducere conatur. Apertum st enim, quom Cicero prauitates communiter nominarit, subiciaturque *nam et*, hoc *et* significationem habere plurium exemplorum, quae deinceps enumeraturus sit; itaque huic *uoluptate capiuntur omnes* respondet: *similique inscitia mors fugitur*, tum: *propterque honestatis et gloriae similitudinem. Etiam* ineptum st; nihil enim ante nominatum st, quo homines capiantur. (De rep. I, 60, cur non numerem, adparet. Ne de huius quidem libri § 31 confido; nam et in tam propinquis membris ea, quam exponam, ratio locum uix habet, et aliter uerba poni debebant: *et corpus ita fig.*) Constat igitur, Ciceronem aliquotiens in duabus sententiis, quom instituisset geminata particula diuersitatem rerum notare, negligentia qua-

mus; nos tutores regibus misimus; nostri inperatores pro salute patriae sua capita uouerunt; nostri consules regem inimicissumum, moenibus iam adpropinquantem, monuerunt, a ueneno ut caueret; nostra in re publica et quae per uim oblatum stuprum uoluntaria morte lueret, inuenta st, et qui filiam interficeret, ne stupraretur; quae

regibus mis.) *m. r.* LPCROr. regem) om. E a ueneno) om. P et quæ) *Lucretia et quæ* omnes. per uim) *pium* E filiam int.) *i. f.* LPCROr. quæ) *ne* E

gnoue animo egerit, non adparet. Si Piso in hoc delectu ueræ uirtutis, non generis opumue aut inanis speciei rationem habitam diceret, non eius, quam commemorauit, animi adfectionis exemplum in senatu haberemus, sed tamen uirtutis per se hominum iudicio probatæ. Tutorum commemoratio pertinet ad M. Æmilium Lepidum, cuius tutelæ Alexandreæ gestæ memoriam conseruat denarius gentis Æmiliæ. Eum Iustinus (XXX, 2 et 3), Ptolemæo IV Epiphane pupillo, Ægyptum tutorio nomine administrasse significat, quem Eckhelius (Doct. Numm. Uol. V p. 123 sq.) sequitur; Pighio et Champollioni-Figeac (Annales des Lagides II p. 95 et 131) probabilius uidetur, Æmilium mortuo Epiphane (a. 181) Ptolemæo VI Philometori et eius fratri, Physconi, tutorem fuisse. Ual. Max. VI, 6, 1 post duos consulatus (a. 187 et 175), quom pontifex maxumus iam esset, in Ægyptum missum scribit, dignitatem postea auctam ab illa, quam iam tum consecutus esset, uix distinguens. Tacitus (Ann. II, 67) *liberis* Ptolemæi tutorem datum narrat, nullam aliam temporis notam addit. Ad Ciceronem hæc quæstio minus pertinet. Sed ut concedamus Romanos in hac re non præcipuam suæ potentiæ rationem duxisse, certe honestatis cum utilitatis contemptu retentæ nihil admodum inesse uidetur. Deciorum et C. Fabrici et Q. Æmili Papi (a. 278) egregia facinora omnibus nota sunt.

et quæ per uim) Iam in codice archetypo nomen feminæ a Pisone significatæ, cui ne uerborum ordo quidem locum ullum relinquit, additum erat; nam *Lucretia et quæ* Spir., Oxx. omnes, editiones ante Uict. et Man., ac, ni fallor, codices omnes; quod enim Gzius significat, in ceteris suis fuisse: *Lucretiæ quæ* (quomodo prauitatem occultare conatur ed. Crat.), ut ualde dubitem, facit Oxx. et meorum consensus. *Filiam interf.* e solo Erl. dedi, ex eiusdem autem eodem uestigio, quod § 63 erat, *quia* Gzius tacet.

quidem omnia et innumerabilia praeterea, quis est, quin intellegat, et eos, qui fecerint, dignitatis splendore du-

quin) *qui* E *qui non* cett., Or. fecerint) om. L

et eos, *qui fecerint — nosque*) Cicero post accusatiuom initio positum (*quæ quidem omnia*) sic subiecti in duo genera tributi (*et eos — nosque*) priorem partem posuit, ut expectemus, huic subiecto adiunctum iri eiusmodi uerbum, a quo accusatiuos ille pendere possit (uelut hac ratione: *et eos*, *qui fecerint*, *sine ulla spe utilitatis fecisse*). Nunc durius omnino nec sine perturbatione aliqua orationis accusatiuos pendet a relatiuæ sententiæ uerbo, propterque eam caussam in altero membro additur *ea* (*laudemus*), quod aliter melius abesset. Illud quidem manifestum st, hic in duarum partium notatione et distinctione particulæ *et* subici *que*, ut huius loci ratio habenda fuerit Handio, qui Tursell. II p. 527 sq. hoc omnino a Cicerone abiudicauit. Oblitus est etiam eius, quod I ad Fam. 5 b § 1 legitur: *Posteaquam Pompeius e t apud p o p u l u m a. d. IIX Id. Febr.*, *quom pro Milone diceret*, *clamore conuicioque iactatus est i n s e n a t u q u e a Catone aspere et acerbe nimium* (?) *magno silentio st accusatus*, *uisus est* &c. Alios autem locos non recte interpretatus est; nam Tusc. I, 4 nemini persuadebit, *igitur et Epaminondas* dici pro *etiam* uel *adeo Epaminondas*, nec in particula *et* significari iam alterum Themistoclis exemplum. Ne illud quidem, quod legitur pro Rosc. Am. 41 (*et ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum adtinet, uitamque hanc rusticam — honestissumam arbitrantur*) sic remoueri potest, ut *et ipsi* sint *ipsi quoque* (sua sponte); nam *et ipse*, si tamen Ciceronianum st, significat, præter alios etiam hunc idem facere, non, hunc sua sponte, præterquam quod ab aliis moneatur, aliquid facere, ut quom dicimus: *Romulus et ipse turba actus est.* De Legg. quoque I, 31 frustra Handius p. 510 alio traducere conatur. Apertum st enim, quom Cicero prauitates communiter nominarit, subiciaturque *nam et*, hoc *et* significationem habere plurium exemplorum, quæ deinceps enumeraturus sit; itaque huic *uoluptate capiuntur omnes* respondet: *similique inscitia mors fugitur*, tum: *propterque honestatis et gloriæ similitudinem. Etiam* ineptum st; nihil enim ante nominatum st, quo homines capiantur. (De rep. I, 60, cur non numerem, adparet. Ne de huius quidem libri § 31 confido; nam et in tam propinquis membris ea, quam exponam, ratio locum uix habet, et aliter uerba poni debebant: *et corpus ita fig.*) Constat igitur, Ciceronem aliquotiens in duabus sententiis, quom instituisset geminata particula diuersitatem rerum notare, negligentia qua-

ctos inmemores fuisse utilitatum suarum, nosque, quom ea laudemus, nulla alia re nisi honestate duci?

duci) *ducti* B

dam (neque enim recte fit), quasi prioris particulæ oblitum, alterum membrum priori particula *que* subiunxisse. Neque hoc non simillumum st eis, quæ multis aliis modis in oratione bipertita accidere uidebimus in exc. ad I, 23; ac prorsus ex eodem genere st, quom dicitur interdum *neque* — *que* (I, 48, III, 3); nam etiam *neque* talem separationem significat, ut alterum, si ex negatiua in adfirmatiuam formam transitur, tamen particula *et* notari, non per *que* priori adiungi debeat. Eadem autem, qua Cicero, libertate usus est Horatius Sat. I, 3, 139 (nisi quis *at* scribi malit; nam illa quidem sententia: *dum tu rex superbis, nullo præter Crispinum stipatore, mihi etiam amici ignoscent, si quid peccaro,* ineptissuma st), et certe Suetonius Ner. 33 (*nam et morari eum inter homines desisse, producta prima syllaba, iocabatur, multaque decreta et constituta ut insipientis atque deliri pro irritis habuit*) et Tacitus Ann. XIII, 7 (*Nero et iuuentutem proxumas per prouincias quæsitam supplendis Orientis legionibus admoueri, legionesque ipsas propius Armeniam conlocari iubet*). Hæc igitur certa sunt et rationem habent; illud ualde dubium st, num duo nomina sic umquam Latini coniunxerint, ut dicerent: *officia et seruata prætermissaque* (Cic. Acad. I, 37), nec tamen ea dubitatio magis ad Ciceronem quam ad ceteros pertinet. In Acad. I, 43 (*Et breuiter sane minumeque obscure*) *et* ortum st e *dixisset*. Eorum, quæ Uarro dixerat, continuatio peruerse fingitur. Quod in hoc opere V, 15 a Gxio natum erat exemplum, sustulimus, nec de IV, 19 dubium iudicium esse potest. Restat Brut. 302, ubi uerba *memor et* suspectissuma fiunt propter orationis formam (*partitiones, quibus de rebus — conlectiones, quæ essent dicta* &c.) et quod in Bruti epistula legitur, ad Fam. XI, 13, 5: *quam paratissumi et ab exercitu reliquisque rebus*. E Cæsare nullus locus profertur (nam de B. C. III, 26 Elberlingium meum pridem sententiam mutasse credo); e Liuio aliquot, sed, si propius aspexeris, infirmissumi. In II, 4 inepte sic scribi et Dukerus et Handius (Tursell. II, 529) uiderunt; in V, 46 illa uerba, quibus utuntur, neque in bonis codicibus neque in malis leguntur; in XXIV, 2, 9, in nullo codice scribitur, ut editur, *raras et*; puto *raras* uerum esse, ex *raras stationes* ortum *parasset stationes*; in XXIX, 12, 5 nullus Drakenborchi codex, nulla uetus editio habet *et*, quod errore in Gronouianam irrepsit; ne *et* — *et* quidem recte ibi poneretur præpositione, cui nomina sub-

XXIII. Quibus rebus breuiter expositis (nec enim sum copiam, quam potui, quia dubitatio in re nulla erat, persecutus), sed his rebus concluditur profecto, et uirtutes omnis et honestum illud, quod ex iis oritur et in

breuiter exp.) *exp. br.* LPCROr. dubitatio) om. C nulla) ante *in* R (*nulla erat in re* L) ex) om. P iis) *his* E *his uirtutibus* LPCROr. oritur) *exoritur* LPCROr.

iecta sunt, non geminata; in XXXII, 32, 13 et pars codicum *et* omittit, et id certe adparet, si huic responderet *que*, dicendum fuisse: *ex propinquo et dicamus audiamusque*; itaque Gronouius, qui *et* addidit, longe aliter uerba coniungit. Restat unus locus, ubi mendum non clarissumo indicio coarguatur, IV, 2, 8; nam quos alios Handius apud Drakenborchium ad XXIX, 12 uideri iubet, nulli sunt. In Taciti Agr. 2 recte Ernestius et Walchius *et* pro *etiam* (quod Lipsius scribi uolebat) positum esse uiderunt; in Ann. XI, 25 *et* nouam sententiam superiori adiungit. Apud Ouidium in Metam. VIII, 497 sic uerba coniungenda sunt: *pereat sceleratus ille et trahat spemque patris regnique patriæque ruinam*, Quod Handius p. 527 scribit, qui in Plauti comoediis reperiantur loci, nihil probare, uellem eos indicasset; probarent enim, sermonis naturam et usum hanc coniunctionem non respuisse; sed scriptum illud puto, quod Orellius (ad Brut. 302) ascripserat Amphitr. I, 1, 111, quem locum qui inspexerit, reperiet *et* esse *etiam* (*quoniam formam et statum cepi, decet etiam facta moresque item similis habere*). Adparet totam illam coniunctionis formam, quod ad duo nomina adtineat, positam esse in paucorum locorum mendis, aliorum praua interpretatione.

Cap. XXIII. *breuiter expositis*) Sic perspicue Erl., confirmans, quod inde a Crat., Uictorio, Manutio editum erat. Gzius e suis quinque (atqui præter Erl. et Spir., quem ab hoc discrepasse non puto, quattuor habuit), Oxx. ξχψ, Uindob. inuertit. Paullo post *nulla in re* Gud. 1, Bas., Marsus. *Nulla* nominatiuos est.

quod ex iis oritur) In excludenda uoce *uirtutibus* secutus sum Erl. et Spirensem; Gud. 2 et Par. 1, si Dauisio credimus et eam et *ex* omittunt. Si Cicero nomen repetisset, pronomen (*his*) omisisset, quemadmodum facit § 58: *uirtutes et actiones uirtutibus congruentes*; neque enim aliæ ullæ erant. Pronomen sine auctore mutaui, nisi quod in Gud. 2 dicitur esse *hiis*; praua prorsus demonstratio erat. Quod *oritur* ex Erl. scripsi, non dubitans, quia in ceteris quoque bonis fuerit (nam ne de hoc quidem Gzius ad-

illis haeret, per se esse expetendum. 65. In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam inlustre nec quod latius pateat, quam coniunctio inter homines hominum et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum et ipsa caritas generis humani, quae nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur et tota domus coniugio et stirpe coniungitur, serpit sensim fo-

illis haeret LPCBbr. per se esse e. p. se PC 65. autem) enim E nec om. E et communicatio comm. L quo quod E

[illegible] praeter auctoritatem rationem secutus sum; nam ubi tantum origo et fons significatur, Cicero solet dicere *oriri ex* uel *ab aliqua re*, non *exoriri*, quod de iis ponitur, quae subito aut ex aduerso surgant et appareant atque adsint. Itaque de Off. I, 1[illegible] dicit: *omne, quod est honestum, id quattuor partium oritur ex aliqua* (cfr. hic § 62). Quod Parad. V, 40 dicitur: *et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor*, significatur dominus exurgens [illegible]), adiuncta notione originis in uerbis *ex conscientia peccatorum*. Ne *illis* quidem ex aliis codd. adnotatur.

65. *In omni autem honesto* &c.) Etiam ego Crat. *In omni enim* &c. Quae hic de iustitiae inter uirtutes principatu et de eius per ceteras uirtutes quasi fusione (§ 66) dicuntur, apud Antiochum orta esse [illegible] ex iis, quae apud Aristotelem Ethic. Nicom. V, 1 (Magn. Mor. I, 34) disputantur, quatenus uirtus in conuictu hominum legi [illegible], eamdem quodammodo sub iustitiae notionem cadere, ut [illegible] οὐ μέρος ἀρετῆς ἀλλὰ ὅλη ἀρετή. Sed hic ad eam, quae magis proprie iustitia appellatur, transferuntur. Adcesserunt [illegible] a Stoicorum doctrina de omnium uirtutum conspiratione ac [illegible], de quo Ciceronis locos conlegit Beierus ad Off. I, 15 p. 36, adscripto etiam Diog. Laërt. testimonio (VII, 125 et 126). Nam quamquam Aristoteles (Eth. VI, 13, 6), sed a prudentia, communi uirtutis ethicae fundamento, proficiscens, ἅμα τῇ φρονήσει μιᾷ οὔσῃ πάσας ὑπάρξειν (τὰς ἠθικὰς ἀρετάς) dicit, hanc tamen sententiam non persequitur uberius.

societas et communicatio) Spir. *commutatio*, Gud. 2 et Bas. *communitas*. De huius societatis initiorum descriptione dictum st ad III, 62; cfr. II, 45. Minus adcurate Cicero post coniunctionum nomina (*amicitiis*, *uicinitatibus* &c.) addidit: *tum* (sic pro *cum* P. Manutius et confirmarunt Pal. 4 et 6, C. C. C., quamquam Oxx. ex [illegible] cum adnotant, Gui praeter Bas. et Mon.) *ciuibus et iis* &c. pro huiusmodi oratione: *tum ciuium coniunctione* &c.

ras, cognationibus primum, tum adfinitatibus, deinde amicitiis, post uicinitatibus, tum ciuibus et iis, qui publice socii atque amici sunt, deinde totius conplexu gentis humanae; quae animi adfectio suum cuique tribuens atque hanc, quam dico, societatem coniunctionis humanae munifice et aeque tuens iustitia dicitur, cui sunt adiunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque sunt generis eiusdem. Atque haec ita iustitiae propria sunt, ut sint uirtutum relicuarum communia. 66. Nam quom sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam ingenitum quasi ciuile atque populare,

tum adfin.) *aff.* P deinde) *deinde cum* E uicinitatibus) *in ciuitatibus* PC tum) *cum* CR iis) *his* L bonitas) om. R 66. natura) *statura* C quiddam) *quoddam* ER ingenitum) *innatum* LPCROr.

deinde totius conplexu &c.) Expectari poterat *denique*, non quo non alibi quoque Cicero postremi membri notam omittat (ut pro Rosc. Am. 130), sed quod hic per cetera membra ad postremum, quod rem continet, peruenitur. *Gentem humanam* pro genere neque Cicero alibi dixit (sed longe aliter *gentem* aliquam *humanam atque doctam* de Diuin. I, 2), neque, quod sciam, alii. Itaque hunc locum in lexicis prætermissum miror. *Gentem* pro *genere* de eo, qui alicunde genus duceret, Uirgilium dixisse Æn. X, 228, notum st, sed dixit exemplo Catulli, quem carm. 64 u. 23 et 24 sic scripsisse: *Heroës saluete, deum gens! o bona matrum Progenies, saluete iterum! Uos conpellabo,* intellegi potest e scholiis ad Uirg. Æn. V, 80. Non minus inusitate Cicero, propter *munifice* simile aduerbium requirens neque in hac coniunctione ambiguitatem timens, *æque* ausus est dicere, quod aliter numquam fecisset, pro eo, quod est *cum æquitate*, quem usum lexicographi, hoc loco neglecto, e Sidonio Apollinari adnotant, Freundius prorsus omittit. Addit Forcellinus Plaut. Mil. Glor. V, 22: (*uapulo*) *sed mihi id æque factum puto*, et editur ita etiam a Lindemanno; sed codex uetustissumus recte habebat: (*uapularim*), *iureque id factum arbitror.* Paullo post, ubi *comitas* scribitur, Eξ, Mon. *communitas*, de quo mendo dixi ad II, 80.

66. *ingenitum*) Sic Spir., Erl., mgo Crat. (Bas., si Gzio credi potest, *ingenatum*); deteriores codices substituerunt, editiones tenuerunt uolgarius *innatum*. Participium illud apud Ciceronem alibi non legitur, perfectum (*ingenuit*) ter. Præterea etiam Spir.

quod Graeci πολιτικόν uocant, quidquid aget quaeque uirtus, id a communitate et ea, quam exposui, caritate ac societate humana non abhorrebit, uicissimque iustitia, ut ipsa se fundet usu in ceteras uirtutes, sic illas expetet. Seruari enim iustitia nisi a forti uiro, nisi a sapiente, non potest. Qualis est igitur omnis haec, quam dico, conspiratio consensusque uirtutum, tale st illud ipsum honestum; quandoquidem honestum aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute; quibus rebus uita consentiens uirtutibusque respondens recta et honesta et con-

πολιτικόν) spat. uac. in C id a communitate) om. E (comitate C) ac atque LCOr. ipsa se fundet) *ipsam f. se* E usu) om. E est igitur) *i. e.* L rebus) *in rebus* LPCROr.

et duo alii Gzi, tum E§ *quoddam*, perpetua illa permutatione; uid. ad I, 88. De re Aristoteles Pol. I, 1: *ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον*, et similia sæpe et copiose. *Ac societate* dedi e meis codicibus et ed. Crat.

ut ipsa se fundet usu) *Usu* aberat etiam in Spir. (transpositionem uocum Gzius e solo Erl. enotauit). Non audeo tamen tollere; nam neque quomodo addi potuerit, uideo et sententiam bonam habet. Nam iustitia notione a ceteris uirtutibus distinguitur; ubi ad agendum uentum st, quem homines uirtutibus utuntur, tum illa in relicuas se fundit.

Qualis est igitur &c.) Ultra perfectum hæc trahuntur et a proposito nonnihil aberrant. Nam et de honesto supra (65) Piso dixerat et uitæ naturæ congruentis notio parum ad rem pertinet, nec illa, quæ de uirtutum proprietate adduatur, necessaria sunt; hæc autem omnia efficiunt, ut minus adpareat argumentationis progressio in illo, quod sequitur (§ 67): *Quando igitur inest &c.* Coniunguntur enim hæc cum iis, quæ de societate generis humani dicta sunt.

quibus rebus uita consentiens) Secutus sum Erl., de quo Gzius tacet, quom ipse "*in* deletam mallet," ut de Spir. ceterisque libere suspicari liceat. Res autem Cicero dicit, quæ uirtute geruntur, ad quas singulas transit a generis (*res* aliqua *honesta*) commemoratione (multo minus duro, quoniam additur nomen (*rebus*), quam in eo loco, quem e libro I de Legg. ascripsi ad II, 61, aut supra II, 72, ubi post *studium* pronomen *quæ* refertur ad singula, quæ Torquatus studiose fecerit). His honestis consentit et uirtutibus respondet uita honesta.

stans et naturae congruens existumari potest. **67.** Atque haec coniunctio confusioque uirtutum tamen a philosophis ratione quadam distinguitur. Nam quom ita copulatae connexaeque sint, ut omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari, tamen proprium suum cuiusque munus est, ut fortitudo in laboribus periculisque cernatur, temperantia in praetermittendis uoluptatibus, prudentia in delectu bonorum et malorum, iustitia in suo cuique tribuendo. Quando igitur inest in omni uirtute cura quaedam quasi foras spectans aliosque adpetens atque conplectens, existit illud, ut amici, ut fratres, ut propinqui, ut adfines, ut cives, ut omnes denique (quoniam unam societatem hominum esse uolumus) propter se expetendi sint. Atqui eorum nihil est eius

67. connexæque sint) *c. sunt* LPCR sint) *sunt* L alia ab alia) *ab al. al.* L foras) *foris* E quoniam) *quando* LPCROr. unam) om. L hominum e. uol.) *u. e. h.* R sint) om. C Atqui) *Atque* LPCROr.

67. *connexæque sint*) Sic recte Crat., Uict., Dau., Gzius, et confirmat etiam Spirensis; ceteri *sunt*. Paullo post *ut* (post *munus est*) uberius rem declarandi uim habet, ut frustra Dauisius *cernitur* scribi uoluerit.

Quando igitur inest) Gud. 1 *quanto est*, om. *igitur*, Mon. *quoniam igitur est*, Eξ *quoniam est igitur*, Bas. *quomodo est igitur* (*est* pro *inest* etiam Gud. 2, Uindob.). Ex paucis deterioris familiæ codicibus *quoniam* reponere nolui; uid. ad 21; contra paullo post Erlangensi parui. (*Uolumus esse hominum* Marsus et Crat. ex R.)

Atqui eorum nihil est eius generis &c.) Omnis hic locus uestigia habet propriæ Antiochi sententiæ aut saltem argumentationis de externis bonis, sed parum aut per se acute excogitatæ aut hic perspicue expositæ. Primum ex eo, quod in uirtute insit cura quædam foras spectans (quod ipsum quomodo de prudentia, temperantia, de ipsa denique fortitudine adfirmetur, difficile et dicere nec rationem Piso exposuit nisi de iustitia), mire ecficit, homines omnis propter se *expetendos* esse, quasi ipsi nobis bonorum loco, quæ teneamus, sint. Deinde hoc, quod de omnibus conclusum erat, contrahitur ad propinquos, amicos, patriam, eaque sic summo bono excluduntur, ut ideo tantum ad id pertinere dicantur, quod materiem habeant recte faciendi. Itaque si hanc rationem constan-

generis, ut sit in fine atque extremo bonorum. 68. Ita fit, ut duo genera propter se expetendorum reperiantur,

extremo) *in ext.* LR

ter persequimur, has res (uelut amicos) habere et iis frui ipsum per se in parte beate uiuendi non est, modo ne desit omnino recte agendi materies. Præterea hoc loco hæc, quæ nobiscum hoc officii et caritatis uinculo connectuntur, non modo sola nominantur in externorum bonorum genere, sed, quod hoc fundamento illud genus constituitur, sola nominari possunt. Atqui (ut hinc ordiamur) non solum reliqui Peripatetici (apud Sext. Emp. adu. Math. XI, 45, apud Stobæum p. 264), Aristotelem ipsum sequentes (Eth. Nicom. I, 8), sed etiam Cicero postea (§ 81), Pisone permittente, alia in hoc genere numerat, diuitias, honores, opes. Et hæc autem et illa superiora non propter officia, quibus ea tueamur, in bonis ponuntur, sed quod præsidia habent uitæ sine molestia degendæ et uirtutis libere exercendæ; in amicis, parentibus, liberis, quos non solum omnino habere, sed bonos habere expetendum st, illud quoque ualere uidetur, quod, quom hi naturali nobis caritate commendentur, eorum aut priuatio aut prauitas nos dolore adficiat. Itaque etiam ipsa summo bono ita continentur, ut, ipsius Antiochi sententia, sine iis uita beata esse possit, non beatissuma (81), extremumque sit ζῆν κατ' ἀρετὴν ἐν τοῖς περὶ σῶμα καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις (uid. ad § 26, et alibi). Uidetur Antiochus eo loco, quem hic Cicero ante oculos habuit, eam disputationem, qua utebantur Stoici, quom iustitiæ et amicitiæ a natura, non ab utilitatis spe repetebant originem, transtulisse ad bonum, quod in amicitia et in ipsis amicis esset, cuius transitus simile aliquid notaui in Stoicis ad III, 55 (p. 442 ima), deinde ad totum genus externorum bonorum, oblitus, in eo quædam non eiusdemmodi numerari. Non dissimilem formam habent, quæ de copulatione hominum et de amicitia disseruntur apud Stob. p. 250 ad p. 254. Quod autem externorum nihil dicitur esse in fine atque extremo bonorum, id ortum ex eo uidetur, quod interdum beatam uitam ex his συμπληροῦσθαι negabant (uid. ad III, 41), quamquam id etiam ad corporis bona pertinebat, et quod in ipsa uita beatissuma non omnia hæc requirebantur, sed externorum et corporis bonorum plurума et maxuma, ut nullo uno horum necessaria pars contineretur. (Recte igitur hactenus illud dicitur extremo capite: *si omnia illa* &c.) *Atqui* (in conclusione præparanda) posui ex Erl.

unum, quod est in iis, in quibus conpletur illud extremum, quae sunt aut animi aut corporis; haec autem, quae sunt extrinsecus, id est, quae neque in animo insunt neque in corpore, ut amici, ut parentes, ut liberi, ut propinqui, ut ipsa patria, sunt illa quidem sua sponte cara, sed eodem in genere, quo illa, non sunt. Nec uero umquam summum bonum adseqüi quisquam posset, si omnia illa, quae sunt extra, quamquam expetenda, summo bono continerentur.

68. iis) *his* L in quibus) *quibus* Or. illud extremum) om C in animo) *in animis* LCR insunt) *sunt* (P)C ut liberi, ut prop.) om. R umquam) *inquam* EP *quisquam* CROr. (*sum. bon. quisquam* L) quisquam) *umquam* (P)CROr. (*unqu.* L) continerentur) *contineremur* E *continentur* L

68. *unum, quod est in iis, in quibus* &c.) Hoc est: in ipsis illis hominibus, in quibus conpletur et perficitur finis bonorum, quom alterum genus extra eos sit (*extrinsecus*). Quom de genere dixisset, adiungit de singulis huius generis bonis: *quæ sunt* &c., simili figura eius, quam adtigi ad III, 70. Putidum enim erat sic dicere: unum (genus expetendorum), quod est in iis, in quibus conpletur illud extremum, cuius generis expetenda sunt &c. Deinde, quod poni debebat contrarium (alterum, quod est extrinsecus), id Cicero cum iis, quæ additurus de hoc altero genere erat, coniunxit; uid. exc. ad I, 28. A sententia loci non difficilis aberrantes Lambinus et Dauisius, quom *iis* et *quibus* neutro genere dicta putarent, hic scribi malebat: *in iis, e quibus,* ille: *in iis, quibus,* cui, Ernestio adsentiente, inde a Gzio omnes paruerunt. Debebat saltem dici: *unum eorum, quibus* &c. Nam hoc genus in illis non est (præter alia), sed conplectitur ea. Paullo post *in animo insunt*, quod ex R plerique ueteres editores tenuerant (Çrat. Uict.), reuocauit Dau. ex Par. 1, 3, Mead. (ξχ, quattuor Gzi, Uindob.); priores inde a Manutio ex ed. prima *sunt*. Uerba *ut liberi, ut propinqui*, quod in R exciderant, absunt etiam ab ed. Iunt. et Marsi.

Nec uero umquam — quisquam) Secutus sum Erl., cuius scripturam (*inquam — quisquam*) Gzius e Gud. 2 profert, in Erl. et Spir. ait esse *quisquam — quisquam;* e deterioribus Gud. 1 et Bas. *umquam — quisque*, si modo hoc homo socors uerius dixit. (*Nihil quisquam umquam* de Orat. I, 122; *si umquam quicquam* ad Att. XIII, 25; citauit Gzius; Læl. 82: *neque quicquam umquam.*)

quamquam expetenda) Ex circumlocutione relatiua (*quæ sunt extra*) uerbum in hac concessione, quæ ex primaria sententia na-

47

XXIV, 69. Quo modo igitur, inquies, uerum esse

scatur et cum ea coniungatur, non commode audiri, facile adparet; neque enim quisquam sic scribat: *quamquam ea, quae sunt extra, expetenda, summo (tamen) bono non continentur* pro *expetenda sunt.* Itaque, si nihil est mendi, Cicero hic ea forma orationis usus uidetur, qua posterioris ætatis scriptores, Quinctilianus, Tacitus, alii, non raro utuntur, ipse eiusque æquales, quod sciam, nusquam alibi, ut *quamquam* particula sine uerbo cum adiectiuo participioue aut aduerbio uocibusue pro aduerbio positis coniungatur (Quinctil. IX, 2, 53: *inmanitatem parricidi, quamquam per se manifestam, tamen etiam ui orationis exaggerat*; alia e Quinctiliano Bonnellus habet; Tacit. Ann. VI, 30: *hæc, mira quamquam, fidem ex eo trahebant* &c.; Iuuenalis IV, 79: *Interpres legum sanctissumus omnia, quamquam Temporibus diris, tractanda putabat inermi Iustitia*). Neque enim ad hanc formam quicquam pertinet, quod et Cicero et alii omnes *quamuis* et *etiamsi* et *etsi* sic ponunt, ut id, quod subiciatur, cum eo, quod contrarium sequatur, commune uerbum habeat (*etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere*; *etsi* tamen in hac forma apud Ciceronem codices uix tuentur nisi III de Orat. 14, ubi uereor, ne *et* ex præcedenti *ei* ortum sit; cfr. supra III, 1). Huiusmodi oratione: *externa bona, etiamsi (quamuis) expetenda, non tamen continentur summo bono,* Cicero numquam usus est; *quamuis* ne propter eam quidem caussam sic dici poterat, quod ea particula hac ætate non simpliciter significabat, concedi ita esse. Tacito licuit dicere (Hist. III, 28): *neque Antonius neque Hormus a fama uitaque sua quamuis pessumo facinore degenerauere,* ubi significatio conflata est ex eo, quod olim dicebatur: *quamuis malum facinus* (eine noch so schlechte Handlung) et ex hac noua forma: *facinus, quamuis pessumum, non tamen hos dedecuit* (cfr. Columell. IX, 14, 14). Ut ad Ciceronem redeam, etsi summam dubitationem hæc orationis forma habet, facileque ante *summo* excidere potuit *sunt,* non audeo tamen corrigere, quod ex alia quoque parte concinnitas orationis hic desideratur. Concessio enim refertur ad hanc negationem: *non continentur summo bono*; uerum ea latet inclusa in condicionali orationis forma (*si continerentur, numquam quisquam summum bonum consequeretur*), concessio autem interposita est ipsi condicioni, ad quam apta non est; itaque *tamen* addi non potest; sic enim potius dicendum uidetur fuisse: *si externa,* q u o d *expetenda sunt,* i d e o *etiam summo bono continerentur, numquam quisquam* &c. In hac igitur minus diligenter conformata oratione

poterit, omnia referri ad summum bonum, si amicitiae, si propinquitates, si relicua externa summo bono non continentur? Hac uidelicet ratione, quod ea, quae externa sunt, iis tuemur officiis, quae oriuntur a suo cuiusque genere uirtutis. Nam et amici cultus et parentis ei, qui officio fungitur, in eo ipso prodest, quod ita fungi officio in recte factis est, quae sunt orta *a* uirtutibus. Quae quidem sapientes secuntur [utentes tamquam] duce

69. si amicitiæ) om. C continentur) *continerentur* CR iis) *his* L ei) *et omnes*, Or. cum nota mendi. a) om. EPCROr. *in* L secuntur utentes) *utentes sequuntur* omnes. tamquam) post *natura* E; sine uncis Or.

fieri potest, ut in illa quoque concessione Cicero insolito modo locutus sit, etsi equidem, quid hoc ad *sunt* excludendum ualere potuerit, non uideo.

Cap. XXIV, 69. *ei, qui officio fungitur, in eo ipso prodest*) Itaque ei, qui amicos et parentes colit, amicos et parentes habere et colere atque tueri, ita prodest, ut id, quamquam amici et parentes inter externa sint, tamen, quod cum uirtute coniungitur, ad summum bonum referatur. Quam infirma hæc sit argumentatio, in qua amicus et amici cultus confunduntur et permutantur, expositum st paullo ante (ad § 67); sententia quidem adparet, quam leuissumum codicum mendum, in quibus scribitur: *et, qui* &c., ita obscurarat, ut miræ coniecturæ nascerentur. Quid scribi deberet, Orellius uidit; nec quicquam sæpius a librariis permutatur quam hæ uoculæ; cfr. III, 67 et 73. Deinde scripsi *orta a uirtutibus* cum Lambino, ut paullo ante legitur: *oriuntur a suo cuiusque genere uirtutis* et II, 78: *sed ipsum a se oritur.* Numquam Cicero illo modo post hoc uerbum præpositionem omittit, ne quom liberorum quidem et posterorum originem significat, ut supra I, 35, Topic. 29, pro Planc. 67, pro Mur. 66; Liuius dicit *filia ortus* (Sallustius contra Iug. 108 *ex concubina ortus*), *Sabina matre ortus*, similia. Longe aliter dici *equestri loco ortum* esse aliquem, nemo non uidet. Præpositio quomodo exciderit, adparet.

Quæ quidem sapientes &c.) Inde ab initio § 65 Piso, progressus ab iustitiæ foras spectantis notione, externa bona, quæ, ut dixi, hic in amicis ceterisque hominibus, qui diligantur, omnia ponit, cum bonis iis, quæ in ipso homine sint, maxume cum honesto, copulare conatus est. Itaque ea disputatione confecta, quom extremo loco recte facta nominasset, in [illegible] redit ad id,

natura; non perfecti autem homines et tamen ingeniis excellentibus praediti excitantur saepe gloria, quae habet speciem honestatis et similitudinem. Quod si ipsam honestatem undique perfectam atque absolutam, rem unam praeclarissumam omnium maxumeque laudandam, penitus uiderent, quonam gaudio conplerentur, quom tanto opere eius adumbrata opinione laetentur? 70. Quem enim deditum uoluptatibus, quem cupiditatum incendiis

sæpe gloria) *spe gloriæ* CR speciem) *formam* LPCROr. atque) *et* LC
70. Quem — quem) *Quæ* — *quæ* E om. alterum LPCR

quod § 61 extr. dixerat, honestum per se expeti, idque gloriæ conparatione confirmat. (Hæsit Bremius, cuius dubitationem adeo peruerse Gzius tollere studuit, ut *quæ* pronomen a *recte factis* ad *externa* transferret.) Deinde omnes codices (etsi Gziani soli nominantur; ex Oxx. uerborum ordo nusquam adnotatur) et editiones ueteres (Crat., Uict.): *utentes secuntur*; in Eξ pro *utentes* corrector posuit *ueteres*. Mutauit ordinem Marsus, tum Man., ceteri; nec sane ferri alter ille potest. *Tamquam* in Eξ et in Bas. et Monac. omittitur; in Erl. transponi Gzius non notauit, ut suspicari liceat, etiam in Spir. transpositum id fuisse. Eo manifestior fit interpolatio, quod non tamquam dux sed reapse uera dux natura sapientis in hanc uiam trahere dici debet.

sæpe gloria) Sic mgo Crat., Mor., El., uetus Scaligeri, Spir., etiam Pal. 6, itaque scripsit Lbinus, quom in suis repperisset *spe gloria*, quod erat etiam in Pal. 4, Par. 1 et 3 et aliquot Gzi; Oxx. omnes et aliquot Gzi, editiones ante Lbinum *spe gloriæ*. Tum *speciem*, de quo Gzius et ceteri tacent, in meliorum codicum omni familia esse, ostendit Morelianus consentiens cum Erl. Paullo post *et absolutam* (pro *atque*) Man., Lbinus, ceteri ex ed. prima; correxit Gzius e quattuor suis, Uindobonensi.

70. *quem cupiditatum incendiis*) Hoc alterum *quem*, quod orationi crescenti et imaginem proprio addenti aptum st, habet Crat. in oratione contexta, Gzius e Spir. et Erl., ceteri omittunt. *Concupiuisset* Cicero sic posuit tamquam dicturus *perfusum esse* (umquam); nam ad *perfundi* aptius erat *concupiuerit*; mira hæc est in tam aperta oratione, in tanta propinquitate discrepantia. *Corripuisset* etiam Eξχψ et sine dubio omnes deteriores, nisi unus et alter, ut L noster, emendatus est, tum editiones ante Uictorium et Man. Mgo Crat. rectum habet.

inflammatum in iis potiendis, quae acerrume concupiuisset, tanta laetitia perfundi arbitramur, quanta aut superiorem Africanum, Hannibale uicto, aut posteriorem, Karthagine euersa? Quem Tiberina descensio festo illo die tanto gaudio adfecit, quanto L. Paullum, quom regem Persen captum adduceret, eodem flumine inuectio? 71. Age

iis) *his* L potiendis) *cupiendis* E concupiuisset) *corripuisset* PCR tanta) *est t.* E descensio) *dissensio* LC *decursio* PROr. festo) *sexto* L inuectio) *inuecto* PCR *inuectum* L 71. Age) *Auge* E

Tiberina descensio) Significat diem Fortis Fortunæ, ut Uarro appellat L. L. VI p. 56 Bip., qui erat a. d. VIII Kal., non Sextilis, ut Camerarius, nec Septembris, ut Ernestius et Gzius dicunt, sed Quinctilis (Ouid. Fast. VI, 774, Calend. uett. apud Orell. Inscriptt. Latt. II p. 392). Eo die inter alia iuuenes læta conuiuia in cymbis agitantes secundo flumine nauigabant, id est, descendebant, ut Propertius loquitur II, 4, 19 (*Tranquillo tuta descendis flumine cymba*; cfr. Sueton. Tib. 10). Nam *descensionem*, ut Dauisius edidit, hanc Ciceronem appellasse, optumi codices testantur, Erl., Spir., Eliensis, mgo Crat., a quibus leuissume discedunt, qui *dissensio* habent (meliores Uictori, Pall., excepto 4, Dauisiani plures, χ, Monacensis; ξψ *dissentio*, U et Uindob. etiam *discensio*). Pro hoc in aliis (Maffæi et Terti, quattuor Lbini, Pal. 4, Par. 1 (P) et 3, Gud. utroque, Bas.) substitutum st *decursio*, quod post Man. plerique probarunt propter Ouidi de hac re uersum: *Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.* Et aptum sine dubio decurrendi uerbum erat ad hanc ludicram nauigationem significandam, traductum a militum decursione iisque, quæ in ludis, uelut *Troia*, similem speciem habebant; propriam eam huius rei appellationem fuisse, minume ex illo uersu conficitur; nec minus aptum alterum erat, cui præsertim contrarium responderet nomen inuectionis (aduerso flumine). Qui scriptores decursionis et descensionis nominibus usi sint, ad huiusmodi controuersiam dirimendam frustra quæritur, quom utrumque usitata et communi forma ab usitatis uerbis ducatur. Iidem codices, in quibus *descensio* scribitur, alteram ueram scripturam habent, *inuectio* (Erl., Spir., nam de ceteris tacetur), quam Dauisius coniectura inuenerat. Hinc in deteriorum principe factum erat *inuecto*, quod est in EUξψ, Gzianis reliquis. Editores inde a Crat., Uict., Manutio ad Gzium tenuerunt *inuectum*, sumptum ex aliquo codice nostri L simili, sic quoque subiecto orationis carentes.

nunc, Luci noster, extrue animo altitudinem excellentiamque uirtutum; iam non dubitabis, quin earum compotes homines, magno animo erectoque uiuentes, semper sint beati; qui omnis motus fortunae mutationesque rerum et temporum leuis et inbecillos fore intellegant, si in uirtutis certamen uenerint. Illa enim, quae sunt a nobis bona corporis numerata, conplent ea quidem beatissumam uitam, sed ita, ut sine illis possit beata uita existere. Ita enim paruae et exiguae sunt istae adcessiones bonorum, ut, quemadmodum stellae in radiis solis, sic istae in uirtutum splendore ne cernantur quidem.

inbecillos) *imbecilles* LCR ea) *eam* E beatissumam) *beatam* L illis) *eis* R radiis) *radio* LPCR

71. *et inbecillos*) Sic Lbinus (in editione repetita ascribitur: "et omnes ueteres codices"), Gruterus, tum Gzius etiam e Spir., qui recte negat altera forma Ciceronem usum esse; quae contraria erant exempla, pridem e codicibus correcta sunt. Paullo post dure admodum dicitur *certamen uirtutis*, quom praesertim et *certamen rei alicuius* (ut honoris et gloriae, omnium rerum) aliter dici consueuerit et licuerit Ciceroni usitate scribere *cum uirtute* (Brut. 319; Dauisius, Ciceronem corrigens, scribi uolebat: *cum uirtutibus in certamen*). Similem duritiam, minorem tamen, illa habent in Lael. 20: *diuinarum humanarumque rerum consensio* (id est, de diuinis humanisque rebus) et ad Att. I, 19, 8: *ex rerum illarum dissensione*, et ad Fam. III, 10, 9: *hominis nobilissumi atque honoratissumi coniunctio*, et ibd. ep. 4: *coniunctiones necessariorum tuorum*. Quod post singulas uirtutes una omnis conplexa nominatur, nullam habet offensionem. Tum pro *existere* codex Mor. *consistere*.

Illa enim — conplent ea quidem beatissumam uitam) Supra III, 43 in Catonis oratione ipsam beatam uitam, non modo beatissumam, his conpleri a Peripateticis tradi posuerat; uid. ad III, 41. Deinde ibi quoque, omissis externis, quae tamen nominarat, sola corporis commoda conmemorat, sed hic constantius, quod externa (§ 67-69) prorsus a fine exclusit, modo ne infra ea non obscure conprehenderentur (uid. ad 67).

in radiis solis) Sic Gzius etiam e Spir. Non uno radio stellae obscurantur. Prorsus eodem mendo deteriores codd. IV, 22 *in libello suo* pro *in libellis suo*. Pronomen *istae*, etsi hic, quia in-

72. Atque hoc ut uere dicitur, parua esse ad beate uiuendum momenta ista corporis commodorum, sic nimis uiolentum st, nulla esse dicere. Qui enim sic disputant, obliti mihi uidentur, quae ipsi † egerint principia naturae.

72. hoc) *hæc* LR ista corp. commodorum) om. L esse) *est* E

teruenit *ita paruæ sunt*, *ut*, minus redundantia animaduertitur, tamen, quoniam nemo sic dicit: *istæ adcessiones ita paruæ sunt, ut istæ — ne cernantur quidem*, additum st post *sic* ad conparationem notandam eodem modo, quo hæc dicuntur (Tusc. IV, 32): *ingeniosi*, *ut æs Corinthium in æruginem*, *sic illi in morbos incidunt tardius*, ubi alia demonstrant nuperi editores. Extra conparationem similiter post interpositam sententiam præcedenti pronomini relatiuo ad personam notandam superadditum st *illi* pro Sest. 69 (uid. Opusc. Acad. p. 468) et Philipp. XIII, 44, quem locum praue sollicitarunt.

72. *Atque hoc ut uere dicitur*) Sic iam ed. prima, tum post Lbini coniecturam (in margine editionis repetitæ) Gruterus e Pal. 4 et 6; nam superiores cum aliquot malis codicibus ("cunctis fere" Dauisi, EU; de Gzianis tacetur): *Atque hæc*, *ut uere dicitur* &c., plane uitiose. Propter id mendum etiam in Pal. 2, nostri L gemino, omissa sunt tria uerba (*ista corp. comm.*), ut sic oratio cohæreret: *Atque ut uere dicitur*, *hæc esse* &c. In aliis autem malis codicibus (Terti, Mead., Ball.) scriptum st *commoda*, quia non intellegebatur, quod ne Dauisius quidem intellexit, *momenta ista corporis commodorum* esse *momenta ista*, *quæ corporis commoda facerent*.

egerint principia naturæ) Hoc sic dictum Gzius putat, quemadmodum pro Milone 75 *agere fundamenta* ponatur, ut sit *iacere*; Gifanius *iecerint* hic scribendum putarat (in epistula quadam ad Scaligerum, Syllog. Burmann. II p. 308). Uerum primum *sic agere fundamenta* illic, ut etiam e proxumis adparet (*parietem sic per uestibulum sororis instituit ducere*), significat, talem uiam in iis aliquouorsum perducendis tenere, quemadmodum dicitur *agere cuniculos*, *agere cloacam* (pro quo ponitur etiam *ducere*), ut ille locus ad hunc defendendum nihil pertineat. Deinde autem in principiorum nomine nulla ex parte eadem st imago, quæ in fundamentorum, ut *iacere principia* pro eo, quod est *fundamenta*, nullo modo dici possit; nam in principiis prima pars, non ima intellegitur; recte contra dicitur *principia ponere* (aufstellen) Legg. I, 37, etiam *initia*, ad Att. X, 18, 2; etiamsi autem sic di-

Tribuendum st igitur his aliquid, dummodo, quantum tribuendum sit, intellegas. Est † tamen philosophi non tam gloriosa quam uera quaerentis nec pro nihilo putare ea, quae secundum naturam illi ipsi gloriosi esse fatentur, et uidere tantam uim uirtutis tantamque, ut ita dicam, auctoritatem honestatis, ut relicua non illa

est igitur) *i. e.* LPCR his) *iis* R tamen) sine nota Or. fatentur) *fatebantur* LPCROr.

ceretur *iacere principia*, non diceretur tamen *iacere principia naturæ*, quia principia naturæ, id est, prima naturæ, alio certo modo in his libris dicuntur (uid. exc. ad II, 33), qui illam imaginem prorsus respuit. Itaque præstat Lbini coniectura, *fecerint* pro *egerint* scribentis minuma mutatione, hoc est, posuerint et esse noluerint. (Gruterus *elegerint*, Dau. *dederint*, quod esse aliquid posset, si hoc ordine uerba posita essent: *ipsi naturæ* (datiuo casu) *principia dederint*.) Mox *tribuendum st igitur* Man. tacite, Gzius ex Erl. et Spir. Ceteri *igitur est*.

. *Est tamen philosophi*) Particulam *tamen* ineptam esse, Dauisius uidit; neque enim hæc ullo modo contraria superioribus sunt, sed ea confirmant et explicant, quantum illis rebus tribuendum sit. Itaque ille scribi uolt: *Est enim*, recte, opinor; et quem præcedat littera *t*, ex *n* fieri poterat *tn*. Minus apte Gzius *autem*; neque enim adiunctione continuatur oratio. (Pro *autem* in codicibus scribi *am* idque cum *enim* confundi solere, uerum non est.)

illi ipsi gloriosi esse fatentur) Quod sine ulla uarietatis adnotatione hactenus editum st, *fatebantur*, aut hoc significat, Stoicos olim, quom essent, hoc fateri solitos, nunc nullos esse, aut eos nuper in hoc sermone auditos esse hoc fatentis, quorum utrum prauius sit, nescio. Secutus igitur sum Erlangensem, in cuius scriptura genus rerum per se indicatur. Fieri tamen potest, ut *fatebantur* ortum sit ex *fateantur*, quo uerbi modo hoc magis cum infinita oratione copulatur (*ea, quæ uideat ipsos illos fateri*). Deinde admodum uereor, ne in proxumis uerbis (*uidere — honestatis*) exciderit *esse*, quod in hoc ipso libro bis in codice archetypo omissum fuisse uidimus (ad § 49). Longe enim aliter dicitur *uideo*, hoc est, animaduerto alicubi, *tantam uim uirtutis, ut* &c., aliter: *uideo* et intellego, *uirtutis*, quæ uniuerse dicitur, *tantam esse uim, ut* &c.

quidem nulla, sed ita parua sint, ut nulla esse uideantur. Haec est nec omnia spernentis praeter uirtutem et uirtutem ipsam suis laudibus amplificantis oratio; denique haec est undique conpleta et perfecta explicatio summi boni. Hinc ceteri particulas arripere conati suam quisque uideri uoluit adferre sententiam.

XXV, 73. Saepe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. Hoc uno captus Herillus scientiam summum bonum esse defendit, nec rem ullam aliam per se expetendam. Multa sunt dicta ab antiquis de contemnendis ac despiciendis rebus humanis. Hoc unum Aristo tenuit; praeter uitia atque uirtutes negauit rem esse ullam aut fugiendam aut expetendam. Positum st a nostris, in iis esse rebus, quae secundum naturam essent, non dolere. Hoc

nulla) om. E Hæc) *hoc* LCR nec) *non* LCR Denique hæc est) om. P 73. a Th.) *et Th.* LR ipsa) om. E scientiam) *sententiam* E sunt dicta) *d. s.* E *autem sunt d.* L expetendam) *pet.* E in iis esse) *in iis* (P)CROr. (*his* L)

Hæc est nec omnia spernentis) Ante Manutium et Lbinum edebatur: *hoc est non omnia*, oratioque sic distinguebatur: *et uidere — uideantur, hoc est — amplificantis. Oratio denique* &c. Pronomen correxit Manutius, particulam Lbinus, hic libros ueteres in utroque testans, quibus Gruterus addit Pal. 4 et 6. Dau. tacet; *hoc* Oxx. omnes, Bas., Gud. 1, *non* Oxx., Bas.

Cap. XXV, 73. *a Theophrasto*) Asyndeton non ferentes quidam substituerant *et Theophrasto* (Mursus, Crat., Man., Lbinus); Ox. χ *et a Th.* De Aristotelis et Theophrasti scientiæ et uitæ in contemplatione et cognitione positæ commendatione diximus aliquid ad § 11, de Herillo, Aristone, ceteris ad librum secundum breuiter.

in iis esse rebus) Sic quattuor Gzl codices (in quibus ut Erl. erat, sic Spir. fuisse credo), Oxx. Eξψ, id est, et meliores et deteriorum multi, quibus parendum fuit, quamuis elegantior et simplicior uideri possit scripturæ hactenus, si primam editionem et unam fortasse et alteram præterea exceperis (Uen. 1494), editæ breuitas: *Positum st a nostris in iis rebus — non dolere*, quom præsertim in hac, qua utor, scriptura uerbum *esse* interpositum efficere uideatur, ut paullo magis, quam debeat, emineat et insigniatur *in iis*; sed nullo alio loco commode subire infinitiuos

Hieronymus summum bonum esse dixit. At uero Callipho et post eum Diodorus, quom alter uoluptatem adamasset, alter uacuitatem doloris, neuter honestate carere potuit, quae st a nostris laudata maxume. 74. † Quin etiam ipsi uolupta ii deuerticula quaerant, et uirtutes habeant in ore totos dies, uoluptatemque primo dumtaxat expeti dicant, deinde consuetudine quasi alteram quandam naturam ecfiei; qua inpulsi multa faciunt,

Callipho) *Calliphon* Or. adamasset) *adamauisset* LPROr. (*admeuisset* C; honestate) om. P 74. Quin &c.) sine nota mendi Or. quærant) *quærunt* Or. uirtutes) *uirtutem* L habeant) *habent* Or. primo) om. E dicant) *dicunt* Or. quandam) om. LPCR

poterat. Recte autem dici *positum st*, *esse*, non solum de iis, quæ in sermone et oratione ponuntur (ut II, 83 et alibi sæpe), sed etiam de iis, quæ sententia et docendo statuantur, intellegi, si opus est, potest ex II de Orat. 85, Brut. 165, Acad. I, 19 et 36, de N. D. II, 82; primo et secundo loco Schuetzius, quarto Ernestius, quinto Ernestius et Wyttenbachius offenderunt.

74. *Quin etiam — quærant — habeant — dicant*) Hanc orationem uitiosam esse, multi senserunt. Nam quod Gaius fingit: *quin quærant?* esse: *warum sollten sie nicht auch suchen*, neque *quin* interrogatiue nisi in exhortando cum prima et secunda persona indicatiui dicitur, aut cum tertia, si ea in oratione alius narranda in secundæ locum successerit, et, si scriptum esset *quidni*, ea ironia ineptissuma esset, quoniam non, quid uoluptarii praue faciant, sed quid hi quoque recte *facere* cogantur, ostenditur; et omnino in his uerbis: *quin etiam ipsi uoluptarii* manifestus est orationis ascensus in enumerandis philosophis, qui particulas ueteris sententiæ decerpserint. (Quod in orat. pro Mil. § 65 legitur: *quin etiam audiendus fuerit* &c., si sanum st, Garatonius recte exposuit.) Iam ter indicatiuom reponere cum Lbino et Ernestio audax uidetur; et tamen non difficulter errorem in primo uerbo propter *quin* commissum (cfr. Somn. Scip. c. 3 *quin aspicias* pro *quin aspicis*) duo relicua uerba sequi potuerunt. Ad codices propius adcedit, quod Dauisio placebat: *quærunt* (sic cod. Ball.), *ut uirtutes* &c. (hoc est *ita ut*); aptius tamen hic per *et* adiungi ea uidentur, in quibus ipsa illa deuerticula describuntur.

consuetudine quasi alteram quandam) *Consuetudinem* Manutius a. 1555, puto, ex priore Aldi editione, Lbinus, codicesque Pall. meliores, si Grutero credimus et fortasse (nam typothetæ errasse

nullam quaerentes uoluptatem. Stoici restant. Ii quidem non unam aliquam aut alteram *rem* a nobis, sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt. Atque ut relicui fures earum rerum, quas ceperunt, signa con-

Ii) *et* E *hi* LPCOr. rem) om. omnes. ut) om. P ceperunt) *cleperunt* Or. om. C

uidentur) Mead., Ball., C. C. C. Correxit ipse Man. postea e codicibus Terti et Sigoni (Oxx., quattuor Gzi). *Quandam*, quod ceteri omittunt, Crat. in contexta oratione, Man. in posteriore editione ex isdem codicibus, Gzius ex Erl. et Spir. restituerunt. Tum pro *faciunt* Ernestius *faciant*, quomodo Cicero scribere debuit; neque enim hic de uoluptariorum factis quæritur, sed de decretis et sententiis; et utebantur Epicurei hoc colore maxume in amicitia (uid. I, 69), ut eam a uoluptate et utilitate ortam postea consuetudine coli sine utilitatis ratione dicerent. Gzius "hæc sæpe a Cicerone contra Epicureos adhiberi," Ernestium docet; nam ne illud quidem ex his libris didicerat, contra Epicurum disputari, natura homines ad honeste agendum sine pretio inpelli, non consuetudine interdum uoluptatis obliuisci. Sed fieri potest, ut Cicero hic paullo neglegentius uitam et decreta Epicureorum permutarit.

alteram rem) Substantiuom in codicibus excidit post syllabam simillumam; id Gzius addidit, Dauisi coniecturam sequens; Bremius *partem* addi malebat (ut supra *particulæ* dicuntur), quod non tam facile excidere poterat. Quod autem Klotzius (Quæstt. Tull. p. 80) codicum scripturam sic tuetur, ut Ciceronem primum *unam aliquam aut alteram* posuisse statuat, tamquam subiecturum *omnis nostras rationes* aut simile aliquid, deinde orationem mutasse, id in huiusmodi oratione, cuius ex paucis et non interruptis uerbis constantis relicua forma diligentissume seruatur (*non — sed — transtulerunt*), prorsus incredibiliter fingitur.

quas ceperunt) Uerbum maxume commune posuit, quod, quom fures nominati essent, genus capiendi satis intellegeretur, ut neque *surripuerunt* neque eiusmodi aliud ponere opus esset. Fures autem cur hoc modo capere dici nequeant, quæ furentur, quom et prædam aucupantes capiamus et spolia, nescio. Itaque sine ulla caussa consentiens codicum scriptura sollicitatur; nam quod in uno illo nullius auctoritatis codice, e quo editio prima ducta st, uerbum obscure scriptum uidetur fuisse, prorsus neglegendum st. Muretus tamen Uarr. Lectt. IX, 19 narrat, in ueteribus libris (uereor, ne nimis obsequiosis) se repperisse *clepserunt*, quod Lalle-

mutant, sic illi, ut sententiis nostris pro suis uterentur,

sententiis nost.) n. s. R

maudus recepit, Orellius autem, Dauisio et Hermanno (Opusc. III. 117 de Æschyli Philocteta, conl. uol. IV p. 269) auctoribus, *cleperunt* scripsit. Equidem primum nonnihil miror, quomodo sibi uiri docti persuaserint, Ciceronem in prosa oratione id uerbum posuisse, quod quam a consuetudine huius ætatis remotum fuerit, e Uarronis conmemoratione de L. L. VII p. 98 intellegi potest, quodque, si Uarronis e satira, in quo genere uel maxume uerborum antiquitatem sectatus est, locum exceperis (apud Non. p. 20), solam poëtarum antiquorum, Atti, Lucili priorumque, auctoritatem habet. (Apud Uarronem R. R. II, 9, 6 sine ulla probabilitatis specie *transclepere* fingitur.) Nam quod omnes nunc tradunt, Nonio teste, Ciceronem etiam in libro IV de R. P. scripsisse: *non modo ut Spartæ, rapere ubi pueri et clepere discunt*, ipse uerborum ordo (*Spartæ, rapere ubi*) ostendit, idem hic Nonio accidisse, quod in proxumo exemplo (e III N. D. 68) accidit et alibi sæpissume, ut pro Ciceronianis haberet ueteris poëtæ uerba a Cicerone posita. Deinde uix dubium st, quin semper dictum sit *clepsi*, non *clĕpi*, quod præter illos, quos dixi, alii quoque probant inde a Scaligero (ad Uarr. de R. R. II, 9). Analogia priorem formam magis commendari adparet, etsi posteriorem e proxume tuetur *scăbi*, tum e longinquo alia; auctoritatem autem si quærimus, primum apud Uarronem de L. L. p. 98, ubi de Lucili uersu agit, bis constantissume scribitur *clepsere*, eo grauiore testimonio, quod ibidem bis infinitiuos *clepere* ponitur. Deinde in Atti anapæstis apud Ciceronem in Tusc. II, 23 adeo constanter codices aut ipsum *clepsisse* retinent, ut optumi, aut leuiter corrupti tamen *s* litteram habent (*dempsisse*), ut plane mirer lubidinem eorum, qui substituant *clepisse*. Apud Manilium quoque I, 27 omnes codices habere dicuntur: *clepsisset furto mundum*, pro quo non recte substitutum st *cepisset*. His non satis tuto opponitur *clepit* prima longa ex Pacuui Hermionæ uersu septenario apud Nonium: *Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intellego*; ubi Mercerius *clepsit* malebat. Non utor testimonio ueteris rogationis apud Liuium XXII, 10, ubi st: *si quis clepsit*, quoniam, etiamsi perfectum esset *clepi*, nihilo minus futurum illud uetus *clepso*, *clepsim* esset, ut *axo*, *capso*, *recepso*, *ecfexis*, *respexis* &c., cuius formæ rationem exposui in disputat. de usu et not. form. quarundam uerbi Lat. part. 1. Contra me proferent Cic. de Legg. II,

nomina, tamquam rerum notas, mutauerunt. Ita relinquitur sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum artium, digna eruditis, digna claris uiris, digna principibus, digna regibus. 75. Quae quom dixisset paullumque institisset, Quid est? inquit; satisne uobis uideor pro meo iure in uostris auribus commentatus? Et ego,

notas) *nostra* L 75. paullumque) *paruumque* R satisne) *ne* R uobis) om. L (*uideor uobis* R) commentatus) *commendatus* L

22: *ceperit rapsitque.* Uerum quoniam nulla caussa excogitari potest, cur Cicero in altero uerbo recentiore forma, in altero antiqua (*rapsit*, non *rapuerit*) uti uoluerit, adparet, rectissume Lbinum aliosque scripsisse: *clepsit*, *rapsitue* quod illi codices significant, in quibus est *clepserit*.

75. *Quid est? inquit*) Cod. Moreli: *Quid? inquit*, et paullo ante omittit *digna principibus*.

Satisne — pro meo iure in uostris auribus commentatus?) Hoc est: Satisne uobis uideor iure meo (quod mihi concessistis, quom me dicere iussistis) usus esse et uobis audientibus quasi meæ exercitationis caussa commentatus esse? Commentatio enim hæc fuit hominis has res mediocriter tenentis nec eas exponere adsueti, non adcurata et præparata ueteris magistri schola et oratio. *In auribus uostris* eodem modo dicitur quo: *in ore atque oculis prouinciæ aliquid gerere* (Uerr. II, 81; cfr. Hand. Tursell. III p. 250 et lexic.); atque etiam hoc ipsum *in auribus* legitur ad Q. Fr. I, 1 § 9: *istam uirtutem, moderationem animi, temperantiam — in luce Asiæ, in oculis clarissumæ prouinciæ atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam.* Tacitus dicit *apud auris alicuius* (Hist. I, 26, Agric. 41). *Satisne* non proxume cum solis illis uerbis *pro meo iure*, sed cum tota conplexione uerborum coniungitur; *pro suo iure* autem agit (cui contrarium est *precario et cum uenia*), qui ius suum tenet (Tusc. III, 20) et ita sibi agere licere contendit, ueniam non petens; (Ernestius: *libere, meum studium secutus*; Kernius: *Meinet ihr, ich habe hinlänglich meines Rechtes mich bedient*). Itaque in Uerr. V, 2 hæc dicuntur: *tum deprecabitur a uobis, tum etiam pro suo iure contendet, ne patiamini &c.*, nec tamen *iure* Hortensium id contendere posse Cicero confitebatur; cfr. pro Flacco 95: *pro meo iure dico* (libere dico, nec, ut cum bona uenia audiatis, precor); ad Fam. XIII, 50, ad Att. III, 2 (*pro meo iure*, id est, nullius gratia neque indulgentia utens), de Orat. II, 291 (non adfirmat Antonius, iure se illa

Tu uero, inquam, Piso, ut saepe alias, sic hodie ita nosse ista uisus es, ut, si tui nobis potestas sæpius fieret, non multum Graecis supplicandum putarem. Quod quidem eo probaui magis, quia memini, Staseam Neapolitanum, doctorem illum tuum, nobilem sane Peripateticum, aliquanto ista secus dicere solitum, adsentientem iis, qui multum in fortuna secunda aut aduersa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Est ut dicis, inquit; sed haec ab Antiocho, familiari nostro, dicuntur multo melius et fortius quam a Stasea dicebantur. Quam-

alias) *alia* LC ℨ ita nosse ista) *ista ita* n. R *ista* n. C nobis potestas sæpius) *copia nobis semper* LPCROr. multum) *multis* C Staseam) *eam* E aliquanto) *aliquando* LCOr. iis) *his* L familiari nostro) *n. f.* LPCROr.

sumere, sed se ipsum ea libere et aperte tamquam sua uindicare), Terent. Adelph. 1, 1, 27 (ubi *omnia pro meo iure agere* et ita, ut mihi pro patria potestate licebat). Enarraui hunc locum pluribus, quod et olim quidam hæserant neque post Gzi incredibilis errores et Schuetzi hariolationes satis alii rem expediuerant.

ita nosse ista) Ita Gzius e Spir., Erl., Gud. 2; ex Eℨ, Mon. exciderat *ita nosse.* E scriptura ed. primæ ecfectum erat (Crat., Uict., cett.): *ita ista nosse.* Tum *si tui nobis potestas sæpius fieret* scripsi ex Erl. et Spirensi; in margine Crat. tantum *potestas* adnotatur, e Morel. *tui potestas*, non animaduersa transpositione (*nobis pot.*). In substantiuo auctoritatem secutus sum; utrumque enim recte dicitur, etsi *copia hominis* de potestate conloquendi apud Ciceronem alibi non dicitur, alterum pluribus locis; in *sæpius* ea adcedebat ratio, quod id ad *fieret* aptius uidebatur, *semper* autem requirere *esset.*

aliquanto ista secus) Staseas igitur Theophrastum sequebatur (§ 12). Pro *aliquanto* etiam ℨ *aliquando*, quod errore irrepsit in ed. Gzi et Or. Tum *familiari nostro* (pro *nostro fam.*) dedi ex Erl. et Spir. (Uindob.). Postremo etiam Spir. *ab te abducere*, in quo fortasse latet *abs te*, quod nonnumquam a librariis oblitteratum st (de Uerr. uid. Zumptius in ind. u. *abs*); sed uno loco coniectura restituere, quod nusquam alibi codices horum librorum haberent, ratio nulla erat. Ipsum *ab te* Handius (Tursell. I p. 6) certis exemplis Ciceronianis defendi putat; sed hoc unum ponit.

quam ego non quaero, quid tibi a me probatum sit, sed huic Ciceroni nostro, quem discipulum cupio a te abducere.

XXVI, 76. Tum Lucius, Mihi uero ista ualde probata sunt, quod item fratri puto. Tum mihi Piso, Quid ergo? inquit; dasne adulescenti ueniam? an eum discere ea mauis, quae quom plane perdidicerit, nihil

a te) *ab te* E *te* O 76. Tum mihi) *Tum nihil* L ea mauis) *m. e.* LO plane perdidicerit) *plane perdiderit* E *præclare didicerit* cett., Or.

Cap. XXVI, 76. *quod item fratri puto*) Poterat dicere: *puto item fratri* (uid. ad II, 16), sed orationis uinciendæ caussa pronomen posuit nec tamen plenam orationem fecit (*quod item in fratre euenire puto, ut ista ei probata sint*). Itaque eiusdem generis hoc est atque illud in Cat. 84: *cuius a me corpus crematum st, quod contra decuit, ab illo meum* (cfr. Læl. 90, pro Quinct. 87); neque dubitem, si sententia orationis ita ferat, dicere: *mihi probata hæc sunt, quod contra fratri puto.* (Cfr. Lucretius I, 84.) Prorsus eiusdem generis est, sed minus expeditam rationem orationis ad plenam formam reuocandæ habet, quod § 88 scriptum st: *quod nostri non item* (ecficiunt, ut sic omnia connexa sint).

plane perdidicerit) Hanc scripturam Gzius quoque intellexit significari in Spir., in quo erat: *plane perdidicit*, et Erlangensi. Prorsus ad finem perductæ disciplinæ Carneadiæ hanc summam esse Piso dicit. Arcesilæ et Carneadi sententiam, qui, sublata perceptione, probabilitatem et uerisimilitudinem defendebant, sæpissume Cicero adtingit, exponit uberius Clitomachum sequens Acad. II, 98 sq. (Cfr. Ritteri Hist. Phil. III p. 665 sqq. et p. 676 sqq.) Mox *inquam*, *isti* posui ex Erl. et altera secta ueterum editionum (Mars., Crat., Uict.); Man. et Lbinus omittunt *isti*; in proxumorum uerborum ordine (*lic. m. ista prob.*) solum Erl. secutus sum. Tum pro *a te* etiam Oxx. $\chi\psi$, Uindob., Monac. *apte* (cfr. § 75 *ab te*), ut alibi in his libris *ante* pro *a te* scriptum uidimus. Paullo post expectabatur potius hic ordo: *quæ probabilia ei uideantur*; nam aliter § 92, ubi *quod nollet* in parte primariæ sententiæ censetur, et similibus locis *ei* extremum locum tenet. Delori tamen pronomen, quod Orellio uisum st (et Ottoni, cui *ei* "nullum sensum præbere" uidetur) uix potest; nam ad rem pertinet, huic ipsi probabilia illa uideri. Idem obstat Gzi coniecturæ (*potest, quæ prob. uideantur, ea*), ductæ e Gud. 2 et Bas., nullius aucto-

sciat? Ego uero, inquam, isti permitto; sed nonne meministi, licere mihi ista probare, quae sunt a te dicta? Quis enim potest ea, quae probabilia uideantur ei, non probare? An uero, inquit, quisquam potest probare, quod perceptum, quod conprehensum, quod cognitum non habet? Non est ista, inquam, Piso, magna dissensio.

inquam, isti) *isti, inquam* LPCOr. nonne) *in' me* E licere mihi) *lacere m.* E *m. lic.* cett., Or. ista prob.) *p. i.* LPCROr. a te) *apte* C potest) *post* E quae) *quam* E inquit) *inquam* LPCR ista) *ita* C inquam) *inquit* P

ritatis librorum, scriptura (*potest ea quæ prob. uideantur ea non probare*).

cognitum non habet) Facile aliquis cum Ernestio scribendum putet *habeat*, quoniam hæc sententia rei tantum ad explendam sententiam negatiuam (*nemo probat*) cogitatione conceptæ significationem habere uidetur. Uerum Latini in huiusmodi sententiis eius generis definitionem, in quod aliquid cadere negant, per se conceptam indicatiuo modo efferunt; Læl. 59: *Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit eius, cui se putabit inimicum esse posse?* Acad. II, 18: *qui enim potest quicquam conprehendi, — quod est tale, quale uel falsum esse possit?* Ibd. II, 22: *quid quisquam meminit, quod non animo conprehendit et tenet?* (Significat, ex quo genere id esse debeat, quod meminisse possimus; si dixisset: *conprehendat et teneat* (ut *quod non* idem esset ac *quin id*), significaret, quid necessario ex memoria sequeretur et ei adiunctum esset.) Tuscul. IV, 79: *An quicquam est secundum naturam, quod fit repugnante natura?* Parad. I, 14: *Quicquamne bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit?* (Sumo a Wesenbergio, ut superius; scribe *faciat;* Latinum erit, sed sententia mutabitur.) Contra Acad. II, 48 recte scribitur: *si nulla uisa sunt probabilia, quæ falsa sint;* hæc enim sententia est: wenn es keine wahrscheinliche Vorstellungen giebt, die (der Art giebt, dass sie) in der Wirklichkeit falsch sind, non hæc: wenn keine Vorstellungen, die falsch sind, wahrscheinlich sind. Ad ipsam rem hæc non differunt; nam si ex probabilitate non sequitur ueritas (quod priore modo dicitur), ne ueritas quidem condicio est necessaria probabilitatis (quod hoc altero modo: *quæ falsa sunt*); ad argumentandi formam aliquantum interest. Paullo ante (*quæ probabilia uideantur*) coniunctiuos modus, qui refertur ad *non probare*, significat, hanc esse sententiam: *ea, quæ tamen ei prob. uideantur.* De Fat. § 4 (*An mihi, inquam, potest quicquam esse molestum,*

Nihil est enim aliud, quamobrem mihi percipi nihil posse uideatur, nisi quod percipiendi uis ita definitur a Stoicis, ut negent quicquam posse percipi, nisi tale uerum, quale falsum esse non possit. Itaque haec cum

est enim) *en. est* LR percipi nihil) *n. p.* Or. (*n. perc. mihi* C) nisi) *nec* L quicquam) *quicquid* E *quid* L possit) add. (iterum) *nisi quod — percipi* P

quod tibi gratum futurum sit) necessario scribendum puto *futurum st.*

Nihil est enim aliud, quamobrem &c.) *enim st* etiam Uictorius et fortasse plures codices deteriores. Tum *mihi percipi nihil* etiam Marsus, Cratander. Man. et ceteri ex ed. prima *nihil percipi mihi*, pro quo Gzius tamquam ex omnibus suis et Uindob. dedit *mihi nihil percipi*, sed errauit. Stoicorum percipiendi definitionem, quæ tota ex eo pendebat, quod omnis animi notiones extrinsecus uisis (φαντασίαις) tamquam imaginibus rerum ecfici docebant, Cicero in Academicis multis locis conmemorat (I, 41, II, 18 et 40 sqq., 51 sqq., 77, 112, 118); in ea enim uexanda omnis recentiorum Academicorum uelitatio occupabatur. Quom enim uisum uerum definissent id, quod ex eo, quod esset, sicut esset, inpressum in animo et signatum esset (cfr. Sext. Emp. adu. Mathem. VII, 248, Diog. Laërt. VII, 46 et 50), id demum uisum uerum percipi posse dicebant, quod certa nota ab omni falso uiso discerneretur, φαντασίαν ἀληθῆ καὶ τοιαύτην, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής (Sext. Emp. VII, 152; οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος, Diog. VII, 50, id est, *quale ab eo, quod non esset, esse non posset*, Acad. II, 77; ibd. § 18 Cicero id scribere debebat, quod Lbinus posuit). Eiusmodi autem notam Arcesilas et Carneades esse negabant, omnisque ueri nisi falsum tam simile esse posse, ut internosci non possent. Cicero et hic et Acad. II, 118 uisi nomen omittit, quod alibi ipse addit; sed idem intellegitur, quoniam ad solam uisorum ueritatem et perceptionem hæc disputatio pertinet. Mira autem leuitate Cicero et hic et Acad. II, 112 eo modo in hac definitione rem uerti indicat, ut Academicis suis recentioribus et Carneadi cum Peripateticis, qui illa non utantur, nulla dissensio sit. Illa enim definitione Stoici tantum adcommodate ad suam de cognitionis origine doctrinam et ad ea, quæ tum agitabantur, certamina id conprehenderant, quod non minus firmiter superiores tenebant, percipi aliquid posse. Itaque de uniuersæ philosophiæ fundamento nihilo minor cum illis Carneadi dissensio erat.

illis est dissensio, cum Peripateticis nulla sane. Sed haec omittamus; habent enim et bene longam et satis litigiosam disputationem. 77. Illud mihi a te nimium festinanter dictum uidetur, sapientis omnis esse semper beatos. Nescio quomodo praeteruolauit oratio. Quod nisi ita ecficitur, quae Theophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus coniungi beatam uitam nullo modo posse putauit, uereor, ne uera sint. Nam illud uehementer repugnat, eundem beatum esse et multis malis oppressum. Haec quomodo con-

nulla sane) *s. n.* R 77. esse semper) *esse* C *s. e.* R quomodo) *quo* L ita) om. L posse) om. L uera) *uaria* L repugnat) *repugnet* E beatum esse) *e. b.* C *et b. esse* Or. malis) *modis* E quomodo) *quo* L

77. *Nescio quomodo*) Eχξ omnesque, si credi potest, Gzi *Nescio quo*, de quo errore dixi ad II, 53. Sed Gzium meliorum codicum conpendium non intellexisse, et ex Erl. adparet et e Moreli codice, e quo ipsum *quomodo* enotatur, quom Uictorius et alii nescio qui *quo* scripsissent. Proxume ante Marsus, Crat., Uict. *semper esse* ex ed. R. Deinde in uerbis *quod nisi ita ecficitur* quomodo *ita* pronomini *quod* superaddatur, perspicitur ex iis, quae dixi ad II, 17. Eiusdemmodi hæc sunt, Tusc. V, 46: *Quod si ita tenebimus*, Paradox. prooem. *quod quom ita putarem*, de Legg. II, 31: *Neque uero h o c, quia sum ipse augur, i t a sentio*, quæ Wesenbergius conlegit. Nec alius generis illud erat II, 28: *cur id non i t a fit?* Dauisius hic scribendum putabat: *quod nisi id ecficitur*, Gzius: *ita esse ecficitur*.

eundem beatum esse) Sic ante Man. omnes (Marsus, Crat., Uict.) nec, ut opinor, minore consensu codices (Eξχ), etsi ceteri editores Manutium taciti secuntur. Pro *malis* etiam margo Crat. *modis*, ut id in codicum meliorum principe fuisse adpareat. Sed longe aliter Ennius poëta dixerat (IV, 62): *multimodis sum circumuentus, morbo* cett. Hic malorum et beatæ uitæ concursus necessario nomine ipso significari debet. Deinde *tibi inquit* et *esse tantam uim* et *fieri ita* Gzius ex Erl. et Spir. dedit, quom alius ordo esset, *quibusdam malis* ego ex Erl. Post *uirtutes* particulam *ne* Gzius addidit ex isdem codicibus et editione Cratandri (in contexta oratione). Neque tamen *utrum — ne* hic ex abundanti coniungitur, sed pronomini (*utrum e duobus*) deinde subiciuntur ipsæ res diiunctæ, eodem, quo nos loquimur, modo; Gzi

ueniant, non sane intellego. Utrum igitur tibi, inquit, non placet, uirtutisne esse tantam uim, ut ad beate uiuendum se ipsa contenta sit? an, si id probas, fieri ita posse negas, ut ii, qui uirtutis compotes sint, etiam quibusdam malis adfecti beati sint? Ego uero uolo in uirtute uim esse quam maxumam; sed, quanta sit, alias, nunc tantum, possitne esse tanta, si quicquam extra uirtutem habeatur in bonis. 78. Atqui, inquit, si Stoicis concedis, ut uirtus sola, si adsit, uitam ecficiat beatam, concedis etiam Peripateticis. Quae enim mala illi non audent appellare, aspera autem et incommoda et reicienda et aliena naturae esse concedunt, ea nos mala dicimus, sed exigua et paene minuma. Quare si

inquit, non pl.) *n. pl. inq.* LPCR uirtutisne) om. *ne* LPCR esse tantam uim) *t. u. e.* LPCR fieri ita) *i. f.* LPCR ii) *hi* L quibusd. mal.) *m. qu.* LPCROr. 78. concedis) *et concedis* C etiam) *et* P mala illi) *i. m.* L non audent) *a. n.* L paene) *porro* LPCROr.

et aliorum errorem adligi in Emendatt. Tull. p. 161. Postremo in his: *Ego uero uolo &c.* omittitur *inquam* et iterum § 83: *Nihilo beatiorem &c.* Uid. ad II, 8.

78. *concedis etiam*) Sic fere editiones ex R et meliores codices (Erl., Spir.). Dau. e Par. 1, 3, (Bas., Gud. 1) *concedis et*, Mead., Oxx. omnes, Monac., ed. Uict. *et concedis etiam*, ut C; Gud. 2 tantum *concedis*.

sed exigua et pæne minuma) Semel, opinor, apud Ciceronem, Acad. II, 127, legitur: *ut exigua et minuma;* hic, tamquam grauior in altero significatio sit, additur *pæne.* Et opinor, in hac coniunctione, quom index significationis adcederet uox *pæne*, a Latinis idem fere intellegi potuisse, quod noster sermo *infinite paruom* appellat (Latini enim neque hoc modo locuntur neque aliud habent, quod huic plane respondeat), quom præsertim etiam id, quod *absolute minumum* nos dicimus, *minumum* a Cicerone, Lucretio, aliis dicatur. Nam si ueram conparationem intellegemus, non pæne minuma, sed prorsus minuma hæc erunt bona, nec, si ualde parua interpretabimur, minus ineptum erit *pæne;* rectum esset *pæne nulla* (*ita parua, ut nulla esse uideantur* § 72). Sic autem, ut edidi, scriptum erat in codicibus melioribus (Erl., Spir., margine Crat.). Editiones e deterioribus tenuerunt: *et porro minuma*, in quo eadem et dubitatio, qui ascensus significetur,

potest esse beatus is, qui st in asperis reiciendisque rebus, potest is quoque esse, qui st in paruis malis. Et ego, Piso, inquam, si st quisquam, qui acute in causis uidere soleat, quae res agatur, is es profecto tu. Quare adtende, quaeso. Nam adhuc, meo fortasse uitio, quid ego quaeram, non perspicis. Istic sum, inquit, expectoque, quid ad id, quod quaerebam, respondeas.

XXVII, 79. Respondebo, me non quaerere, inquam, hoc tempore, quid uirtus ecficere possit, sed

est) om. L potest is) *i. p.* C est) om. C Et ego) *Ego* E is es) *tis es* L Istic) *istinc* L quærebam) *quæram* omnes, Or. 79. ecficere possit) *p. e.* COr.

neque is, quem ostendi, exitus relinquitur; tum nullo prorsus exemplo *porro* in augendo pro *atque adeo*, ut accipiebat Ernestius, ponitur, quod si omnino sic interponeretur adiectiuis coniunctis (*bonus et porro fortis*), significaret, aliam rem adici, non eandem uerbo et notione augeri; nemo tamen, quod sciam, ita dixit, repugnante usu. Uenit mihi interdum in mentem ex *pæne facere plane*, ut id eo modo poneretur, quo in Uerr. IV, 6: *immo uero modo ac plane paullo ante*, in quo quom hoc significetur, prorsus ille uocabulo, quod subiciatur, uti licere et id rectum esse, etiam superlatiuo *minuma* adiungi posse *plane* uidetur. Paullo post, ubi st: *quæ res agatur* (et caussam controuersiamque faciat; cfr. II, 3) frustra Lbinus: *qua de re*.

quod quærebam) paullo ante, *utrum tibi non placeret, uirtutisne esse tantam uim* &c. Nam ad eam interrogationem parum sibi distincte responsum Piso indicat. Itaque ad eandem interrogationem refertur Ciceronis responsum: *Respondebo* &c. In re manifesta correxi codicum mendum, quod editores ita tenuerunt, ut ne offendisse quidem eos quicquam uideatur. Nam coniunctiuos modus in hac oratione: *ad id, quod quæram*, Pisone interrogationem certam a se ante expositam significante, ferri nullo modo potest; futurum autem tempus si intellegemus, prorsus ridicule Piso expectabit, quid Cicero ad ea, quæ ipse nondum quæsiuit, sed quæsiturus est, responsurus sit, Cicero autem ad id, quod Piso quæsiturus est, ante respondebit (*respondebo* &c.) quam, quid sit, audierit. Adparet *quæram* ortum esse ex proxumo (*quid ego quæram*). In eandem sententiam uenerat Wesenbergius, meæ coniecturæ ignarus.

Cap. XXVII, 79. *ecficere possit*) Sic et codices (omnes Gzi.

quid constanter dicatur, quid ipsum a se dissentiat. Quo, inquit, modo? Quia, quom a Zenone, inquam, hoc magnifice, tamquam ex oraculo, editur: "Uirtus ad beate uiuendum se ipsa contenta st;" Quare? inquit; respondet: "Quia, nisi quod honestum st, nullum st aliud bonum." Non quaero iam, uerumne sit; illud dico, ea, quae dicat, praeclare inter se cohaerere.

Quo) add. *igitur* LPCROr. hoc; om. L

Uind.) et uett. edd. (Marc., Crat.); alter ordo ex ed. prima ad Man. et ceteros omnis propagatus est. Deinde ex Erl. et Bas. scripsi: *Quo, inquit, modo* (cfr. 86, IV, 78); neque enim conclusio ulla st. Particula, quam ab omnibus melioribus abesse puto (etsi e Spir. nihil notatum Gzius dicit), ex *inquit* orta uidetur.

Quia, quom a Zenone &c.) *Quia* ad utrumque, quod Cicero dixerat, refertur, *quid constanter dicatur*, *quid ipsum a se dissentiat*; utriusque enim rationem et caussam explicare debet. Itaque primum, absoluta hac protasi (*contenta st*), sequi debebat apodosis, quæ Zenonis constantiæ declarationem contineret, deinde autem, noua protasi posita, altera apodosis, quæ ceteros a se dissentire ostenderet, hac fere orationis forma: "Quia, quom a Zenone —, huic decreto conuenit, quod iudicat, honestum solum bonum esse; quom ab Epicuro uobisue idem illud dicitur, repugnant, quæ de bonis et malis statuitis." Cicero orationem uiuidiorem efficiens ne in priore quidem parte illam formam tenuit, sed, inducta interrogationis et responsi figura, apodosin, si de grammatica ratione quærimus, in uerbo *inquit* (aliquis) constituit, ad particulam *quia* non apte, quia nondum absoluitur constantiæ Stoicorum significatio. Itaque hic in *quia* eandem habemus figuram orationis non statim ad id, quod particula expectari iubet, progredientis, quam ad I, 18 in *enim* et *itaque* declaraui. C. Sigonius et Manutius *quom* abundare putabant, non animaduertentes, sic nullam omnino eius, quam *quia* promittit, sententiæ significationem esse. Recentiores inde a Dauisio (qui scribi uolebat; *quare? inquirenti, respondet*) conantur apodosin in uerbo *respondet* constituere (uelut Bremius scribebat: *quare, si quæris, respondet*); ita prior pars absoluitur, alteram deesse non animaduertunt. (Coniecturas illas ordinem uerborum, præsertim in initio apodosis, prauom et contortum habere, ex abundanti dico.) Orellius anacoluthon hoc esse putat, fortasse non multum discrepans ab ea ratione, quam exposui.

80. Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem; quod quidem solet ebullire nonnumquam; quem quidem, quom summis doloribus conficiatur, ait dicturum: Quam suaue st! quam nihil curo! Non pugnem cum homine, cur tantum habeat in natura boni; illud

80. idem) *quidem* CR quod) *qui* C solet) om. E ebullire) *ebullirem* E curo) *curæ* E

80. *hoc idem*) Sic Gruterus e Pal. 4 et 6; nam antea edebatur *quidem*, quod erat in Oxx. omnibus, Gud. 1; Par. 1 (?) et Gud. 2 emittebant uocem, quod Dau. probabat.

quod quidem solet ebullire) Pro *quod* etiam Ox. χ et Gud. 1 *qui* (ille: *qui quod solet*). Insuauiter duæ deinceps sententiæ incipiunt a particula *quidem* pronomini eidem subiecta (minus offensionis habet illud in Cat. 50: *Atque hæc quidem — quæ quidem*); in utraque tamen per se apte particula additur. (Lbinus *quod solet*.) *Ebulliendi* uerbo de eo, quod quis inani sono temere ecfundat, iterum Cicero posuit Tuscul. III, 42, ubi iure Wesenbergius meus miratur, quom Dauisius aberrasset et Bentleium traxisset, neminem uidisse, hanc esse et apertam et necessariam Epicuri orationis sententiam: Si ceteri philosophi, ut solent, uirtutes et sapientias ebullire uolent, re diligenter examinata nihil aliud dicere reperientur, sed tantum uiam uoluptatis conparandæ monstrare; ea st enim, ut ego doceo (cfr. huius operis lib. I, c. 13 sqq.), uis et utilitas sapientiæ et uirtutis, ut ad uoluptatem certissumam nos ducant, non ut per se expetantur. Nunc recepta etiam contra Nonium Dauisi coniectura (*nolent*) hoc dicit Epicurus: Si ceteri philosophi nolent uirtutes crepare (id est, si suas sententias deponere nolent et fortasse nihil prorsus dicere), ostendent uiam uoluptatis conparandæ.

cur tantum &c.) Eχ *cum tantum*, Mon. *quum*, Bas. *cui*, in qua nullius auctoritatis codicum discrepantia nihil est momenti. Si nihil est mendi, sic hæc intellegenda puto: non pugnem cum homine ita, ut quæram, cur in natura tantum boni esse statuat (ut beata uita inter cruciatus constare possit). Nam quomodo uerti a Kernio uideo (*warum er von der Natur einen so guten Grund habe*), ut significetur naturæ bonitas in Epicuro doctrinæ peruersitatem uincens, id neque sic dici poterat (*habere magnum bonum in natura*), neque, *cur* tam bonam naturam haberet, quæri et pugnari poterat. (Itaque Nodellus in Actis Societ. Traiectinæ I p. 154, similem sententiam persequens, scribi malebat:

urgeam, non intellegere eum, quid sibi dicendum sit, quom dolorem summum malum esse dixerit. Eadem nunc mea aduersum te oratio st. Dicis eadem omnia et bona et mala, quae quidem dicunt ii, qui numquam philosophum pictum, ut dicitur, uiderunt, ualetudinem, uiris, staturam, formam, integritatem unguiculorum omnium *bona*, deformitatem, morbum, debilitatem mala.

dicendum sit) s. d. R   esse dixerit, dixit E   quidem dicunt d. q. P   ii; *hi* L om. PCROr.   bona, om. omnes, Or.   deformitatem; cum nota mendi Or.

quom t. h. in, uel potius, *e nat. boni.*) Sed in ea, quam dixi, sententia ualde uereor, ut recte dicatur: *habeo tantum boni in natura* pro eo, quod est: *in natura esse iudico*; longe enim aliter dicitur *habere aliquid in bonis*, id est, numerare. Praeterea in hac sententia nimis infinite *in natura* dicitur, quom naturae uim Epicurus non significarit, ut, humanane an uniuersa intellegatur, non adpareat. Itaque suspicor, Ciceronem scripsisse: *quid tantum* &c., id est, quodnam tantum bonum in natura rerum reperiat, quo id efficiat. (*Hoc tantum boni* de imper. Cn. Pomp. 49; Quinctil. XII, 1, 33: *quid ergo tantum st artis in eloquentia?*)

quae quidem dicunt ii, qui) Restitui ex Erl. (id est, ex melioribus; nam de hoc quoque Gzius tacuit) et Leid. pronomen, quod in hac comparatione paene necessarium st; uid. ad II, 48. Quid particula *quidem* in hac forma orationis (*eadem, quae quidem*) agat, nescio.

ualetudinem, uiris, cett.) Quom Cicero sic posuisset: *eadem omnia et bona et mala*, exempla utriusque generis aut coniuncta, modo ne permiscerentur, addere poterat, quamquam aliquid, quod offendat, habet huiusmodi enumeratio: *ualetudinem, uiris — integritatem unguiculorum omnium, deformitatem*, cett., aut bonorum et malorum exempla additis his nominibus distinguere; quomodo codices hunc locum scriptum habent, Cicero neque sciens scribere poterat neque in tam aperta et breui enumeratione duplicis generis rerum neglegentia in id incidere. Multo autem probabilius est, *bona* in codice archetypo excidisse, cuius generis mendi multa exempla uidimus, quam *mala* additum esse; nam qui addere aliquid uellet, utrumque addidisset. Itaque Lbini coniecturam, quam etiam Ernestius secutus erat, praetuli Gzi, qui *mala* deleri uolebat.

81. Iam illa externa parce tu quidem; sed haec quom

81. quidem) *quid* E

81. *Iam illa externa*) Transit ad tertium genus bonorum et malorum, quæ extra animum et corpus erant; sed initio tantum bona siue commoda conmemorat, ex quibus contraria mala simul intellegebantur: "Iam externa illa parce tu quidem (laudasti et adsumpsisti, qui illa per se quidem expetenda esse, sed fine bonorum non contineri statueris, § 67 et 68); sed quom hæc, quæ enumerauimus, ualetudo, uires, cetera, bona sint et a te corporis bona appellata, certe ea etiam, quæ eorum conficientia sunt (τὰ τούτων ποιητικά), in bonis numerabis, amicos, liberos, opes, ut tria genera bonorum et item malorum non ecfugias." In sententia id est molesti, in quo nemo offendit, quod Cicero hic contra Pisonem et Antiochum constitutione quadam externorum bonorum utitur, quæ in Pisonis disputatione posita non est, ut nihil necesse sit Pisoni id, quod ex ea definitione concludatur, probare. Nam bona corporis confici externis illis et ideo hæc esse expetenda, Piso non dixerat, sed alio et singulari modo externa ita constituerat, ut amicos, liberos conmemoraret, opes, diuitias, quas hic Cicero ponit, non nominaret; uid. ad 67 et 68. Ne ceteri quidem Peripatetici, qui externa instrumenti loco habebant, illa ratione sæpe usi uidentur, ut corporis commoda, ualetudinem, integritatem sensuum externis confici dicerent. Sed tamen rei a ueteribus philosophis sic interdum expositæ uestigia satis manifesta sunt in iis, quæ III, 49 Diogenes Stoicus censuisse dicitur, diuitias ualetudinem bonam continere. In uerbis unum notabile st, quod Cicero perspicuitatis caussa *hæc*, quod in demonstratiuo pronomine licebat, ante *quom* posuit, et, quom hæc sententia subesset: *quom hæ res ad corpus pertinentes bona sint*, tamen, quia non Latine diceretur *hæc corporis*, *corporis* ad *bona* adiunxit. In his Lbinus hærens scripsit: *quom hæc*, putabatque, scribendum fortasse esse: *sed hæc corporis quom bona sint*. Ernestius *hæc* deleri uolebat, ita sententiam enarrans: quom corporis quædam bona statuas. Beierus ad Off. I, 41 p. 103 sic uerba interpungebat: *sed hæc* (externa), *quom corporis bona sint* (quom corporis bona reuera bona sint), *eorum conficientia* &c., non animaduertens, *illa* et *hæc* contraria esse, nec ullo modo *hæc* — *eorum conficientia* coniungi posse, tot uerbis inter demonstrationem et id, quod demonstraretur, interpositis. Gzius plane incredibiliter aberrauit, in eadem nota mox narrans, corporis bona conficientia esse amicorum, liberorum,

corporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes. Contra hoc attende me nihil dicere; *illud dicere*, si ista mala sunt, in quae potest incidere sapiens, sapientem esse, non esse ad beate uiuendum satis. Immo uero, inquit, ad beatissume uiuendum parum st, ad beate satis. Animaduerti, inquam, te isto modo paullo ante ponere, et scio, ab Antiocho nostro

Contra hoc) c. *hæc* LPCROr. nihil) cum uncis Or. illud dicere) om. omnes, Or. non esse) om. P *non satis esse* E satis) om. E beate) (altero loco) *bene* L add. *uero* LPCROr. cum uncis.

opum (et sic uerba interpunxit: *hæc, quom corporis bona sint eorum conficientia*), mox contra, amicos, liberos, opes conficientia esse corporis bonorum. Orelli minores, Ottonis ex omnibus confusos errores omitto. Kernius omnia recte.

me nihil dicere, illud dicere) "Animaduerte igitur, me non hoc ipsum reprehendere, quod tria genera bonorum et malorum ponas, sed, quod, quom hoc facias, tamen sapientem una sapientia et uirtute beatum esse dicas." Idem Cicero tenet, quod in toto hoc loco, ut non ipsam sententiam falsam esse nunc disputet, sed eam sibi non constare. In codice archetypo exciderant, quæ ego restitui, uerba *illud dicere*, manifesta caussa, propter quam paullo post in P meo et Gud. utroque pro his: *sapientem esse, non esse* scribitur tantum *sapientem esse.* Itaque Lambinus, Ernestius, Schuetzius a sententia longe coniecturis aberrarunt; Dauisius autem et Gzius eam, quam ille perspicue, hic erroribus inplicatam uidit, sententiam ecficere non potuerunt, ille scribens: *nihil dicere; sin ista* &c., hic, quom in Gud. 2 et Bas. *sed* pro *si* scriptum esset, ita: *nihil dicere, sed si ista* &c. In hac orationis forma non, ut debebat, ex *nihil dicere* audiretur *dicere*, sed sententia infinita post *sed*, ut superior, penderet ab illo *adtende.* (Acad. II, 103: *a quibus numquam dictum sit, — illud sit disputatum* &c. Eodem modo § 79 *illud dico*, § 80 *illud urgeam.*) *Contra hoc* etiam Pal. 4 et 6. *Non satis esse* Gzius ex uno Erl. adnotat, ut in Spir. alter ordo, qui præstat, fuisse uideatur. E[?] omittunt *satis. Uero*, quod paullo post inter *beate* et *satis* interponebatur, omittebat etiam Spir. Et sæpissume librarii particulas aduersatiuas addunt, ubi Ciceroni in contrariis sine particula iuxta positis maius pondus orationis esse uisum st.

paullo ante) § 71. Antiochum huius distinctionis auctorem

dici sic solere. Sed quid minus probandum, quam esse aliquem beatum nec satis beatum? Quod autem satis est, eo quidquid adcesserit, nimium st; et nemo nimium beatus est; † et nemo beato beatior. 82. Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui tris filios consules uidit,

dici) *et d.* E nec — beatum) om. E et nemo) sine nota mendi Or. 82. tibi) om. L

Cicero facit etiam Acad. II, 134, nisi Antiochum pro Peripateticis, quorum decreta ab illo sumebat, nominauit; neque enim inprobabile st, iam ante aliquos, orta praesertim Stoicorum schola, fluctuantem Aristotelis molilioremque Theophrasti sententiam in unam formulam sic conflasse. Ab Antiocho etiam Uarro sumit apud Augustinum de Ciu. Dei XIX, 3: *Haec ergo uita hominis, quae uirtute et aliis animi et corporis bonis, sine quibus uirtus esse non potest, fruitur, beata esse dicitur; si uero et aliis, sine quibus esse uirtus potest, uel ullis uel pluribus, beatior; si autem prorsus omnibus, ut nullum omnino bonum desit uel animi uel corporis, beatissuma.*

et nemo nimium beatus est; et nemo &c.) Conclusio argumenti quomodo procedat, adparet: (1) Si quis beatus est, satis beatus est; (2) quod satis est, eo quod accedit, nimium st; (3) nimium porro beatus nemo st; (4) ergo nihil adcedere potest in eo, qui iam beatus est, nec quisquam beato beatior. Itaque in his uerbis *et nemo nimium* etc. adsumitur aliquid concludendi caussa, quem usum particulae *et* adtigit Handius in Tursell. uol. II p. 489 ima. Ipsa autem extrema conclusio et eius, quod ex superioribus efficiatur, quasi conlectio ea particula prorsus uitiose adnectitur, quasi pergat Cicero nouas partis conclusionis adiungere. Merito ergo Dauisius, etsi alia hic non recte temptauit, in his uerbis: *et nemo beato beatior* mendum esse uidit. Sed quod scribendum putat: *ita nemo*, mihi potius post *nemo* excidisse uidetur *ergo*, *et* autem additum esse, ut simile hoc superiori esset.

82. *Q. Metellus*) Macedonicus, qui a. 143 a. Chr. consul fuit, de cuius rebus et felicitate praeter ea, quae e Ciceronis scriptis in indicibus conlecta sunt, cetera peti possunt e Drumanni Hist. Rom. II p. 21. Filios ei tris dat etiam Ual. Max. VII, 1, 1, Ciceronem sequens; uerum non solum Plutarchus (de fort. Rom. 4 p. 318 C) ei duos tantum generos consularis dat (poterat enim tertius non consularis esse), sed Plinius H. N. VII, 13 sex tantum ei liberos tribuit. (Perizoni Animadu. Hist. c. 15.)

e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem praetorem, eosque saluos reliquit, et tris filias nuptas, quom ipse consul, censor, augur fuisset et triumphasset, ut sapiens fuerit, nonne beatior, quam, ut item sapiens fuerit, qui in potestate hostium uigiliis et inedia necatus est, Regulus?

XXVIII, 83. Quid me istud, inquam, rogas? Stoicos roga. Quid igitur, inquit, eos responsuros putas? Nihilo beatiorem esse Metellum quam Regulum. Inde igitur, inquit, † audiendum st. Tamen a proposito, in-

triumphantem) add. *uidit* E consul, censor) *cens., cos.* E augur) *esset, augur* ER *esset augurque* P (*quo silentio*) *etiam augur* LC et) om. ELCR triumphasset) add. *modo* L ex correctione. hostium) om. PC 83. inquam, rogas) *r. inq.* LPCROr. inquit, eos) *eos* C audiendum) sine nota Or.

consul, censor, augur fuisset et triumphasset) Quod ex Erl. clare enotatur (nisi quod is cum ψ *censor, consul*), tenent Crat. et Uict. ex ed. Rom., idemque Dau. e Par. 1 adnotat: *censor esset augur fuisset triumphasset;* Mead. *censor etiam esset a. fuisset tr.* Ceteri deteriores (Eξχψ): *censor etiam augur fuisset triumphasset,* e quo Man. fecit: *c. etiam augurque fuisset et tr.*, quod postea retentum st. . Id, quod nunc editur, Gzius se ex Erl. et Spir. sumpsisse falso narrat; (idem utrique Gud. tribuit hanc scripturam: *censor et augur fuisset*, de altero *et* tacens, tum eandem tamquam diuersam Basileensi). Sed tamen e codicum meliorum uestigiis hoc ecficitur; *esset* enim ex *fuisset* nescio quomodo ortum uidetur. Si Hertcli silentio confidi potest, iam Marsus ita scripsit. In his uerbis *ut sapiens fuerit*, quomodo *ut* positum sit, dictum st ad II, 71.

Cap. XXVIII, 83. *audiendum st*) Cicero scripsit: *ordiendum st.* Significat enim Piso, nouæ sibi orationis initium ab eo capiendum, in quo dissensus et controuersia nascatur; cfr. Legg. I, 21: *nam si hoc non probas, ab eo nobis caussa ordienda st potissumum.* Adgredientem igitur demonstrare, Metellum Regulo beatiorem esse, inhibet Cicero, non id agi dicens. In librorum scriptura, si similem sententiam ecficere conamur, quam et *igitur* et Ciceronis responsum postulat, primum *inde audire* hoc significatu, ut sit, orationem inde incipientem audire, prorsus inusitate dicitur; deinde, si se dicturum Piso significaret, saltem *nobis* adderet; nam, hoc omisso, sibi alios audiendos significat. Relinquitur, ut se huius Stoicæ sententiæ defensionem audire nelle dicat; atqui tum et *inde* prorsus

quam, aberramus. Non enim, inquam, quaero, quid uerum, sed quid cuique dicendum sit. Utinam quidem dicerent alium alio beatiorem! iam ruinas uideres. In uirtute enim sola et in ipso honesto quom sit bonum positum, quomque nec uirtus, ut placet illis, nec honestum crescat, idque bonum solum sit,. quo qui potiatur,

aberramus) *aberrauimus* CR inquam) om. E cuique) *cuiquam* E sit) om. L dicerent) *diceret* L

prauom st (itaque Kernius uertit *darüber*), neque *audiendum st* (*mihi*) sic dici potest ab eo, qui aliquid audire cupiat, neque omitti, quos audire uelit. Si quis autem (nam omnia effugia praecludenda puto), si quis igitur *inde* intellegat *a Stoicis*, ut omittam dicendum fuisse *istinc* (ex iis, quos tu nunc mihi obicis), et nimis obscure et infinite hic quoque dici *audiendum st*, et Ciceronis responsum alio spectare, hoc unum ponam, non posse eum, qui Stoicorum orationem et disputationem flagitet, sic dicere: *ex Stoicis audire debemus*, nisi addat, quid audire uelit, ut si dicat: *Lubenter ex Stoicis audiam*, *cur* &c. Omnino autem Piso, quom ad id, quod ipse quaesiuerat, responsum sit, ad suam caussam obtinendam non aduersarios audire uelle debet, sed ipse demonstrare id, quod ab illis dicatur, ferri non posse. (Quod Gzius ait *audiendum st* significare: *Stoicorum sententia uera iudicanda st*, quid uoci *inde* fecerit, nescio; *audiendum st* foede errans sic accepit, quasi scriptum esset: *Stoici igitur potius audiendi sunt;* illud exputare nequeo, quomodo Pisonem inducat subito aduersariorum sententiam probantem et omnia sua euertentem (ironiae enim nulla species est), tum Ciceronem hoc accipere nolentem.) Paullo ante *inquam*, *rogas* ex uno Erl. (Gzio tacente) posui.

Tamen, *inquam* — *Non enim*, *inquam*) Uerbi *inquit* bis in eiusdem personae oratione positi Heindorfius ad I de N. D. 17 duo alia exempla ascripsit ex II de Orat. 13 et 298; *inquam* Cicero praeter hunc locum sic posuit de Fato § 3. Itaque unum Erl. non secutus sum, quom de ceteris bonis nihil constaret. Illic tamen pluribus interpositis *inquam* ibi interponitur, ubi oratio quasi colligitur. *Aberramus* pro *aberrauimus* restituit Dauisius e Par. 1 et 3, Gzius e Spir. et Erl., nec aliter opinor, Pal. 4, e quo in Gruteri nota profertur *erramus*. In eo sunt, ut aberrent, idque ne fiat, Cicero cauet. In illis, quae secuntur: *Utinam* &c. Academici personam Cicero tuetur, lubenter alios refellentis.

necesse st beatus sit, quem augeri id non possit, in quo uno positum st beatum esse, qui potest esse quisquam alius alio beatior? Uidesne, ut haec concinant? Et hercule (fatendum st enim, quod sentio) mirabilis est apud illos contextus rerum. Respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus: quid sequatur, quid repugnet, uident. Ut in geometria, prima si dederis, danda sunt omnia. Concede, nihil esse bonum, nisi quod honestum sit: concedendum st, in uirtute positam *esse* uitam beatam. Uide rursus retro. Dato hoc, dan-

augeri id) *i. aug.* LPCR uno om. L esse quisquam *etiam qu.* L concinnant) *concinnant* L *concinnantur* C *conueniant* R Et om. R quod om. R quid repugnet) *rep.* R *uident uideret* R Ut *in* In LPCRdx. uirtute add. *sola* Or. esse) om. ELPR uitam b. *b. u.* LPCRdx. Dato *date* ELP

augeri id) Sic etiam e Spir. Gzius; ceteri *id augeri*. Nox in *concinendi* uerbo deteriores codices aberrant, ut alibi (IV, 60); E *concinnant*, χ *continent*, φ *concinnant al. continent*; Gzius in multis alterumutrum ex his esse scribit. Uerum editur inde a Uictorio et Manutio. (Marc., Crat. *conueniant*.)

Ut in geometria, prima &c.) Sic perspicue Erl., quem ne hic quidem de manifesto mendo eiusque correctione a Dauisio admonitus Gzius inspexit, et, ut opinor, ceteri boni; requiri particulam conparationis indicem, iam Lbinus uiderat; quid enim absurdius quam prorsus extra reliquae orationis cursum per se dici, quid in geometria fiat? In codicum deteriorum principe excidit ut post *ut*.

in uirtute positam esse uitam beatam) Editiones inde a Manutio tacite: *in uirtute sola*, quod uereor, ut in ullo sit codice, nisi forte in Eξ; nam χφ omittebant *sola*; neque id necessarium st; nam si in uirtute posita st beata uita, sequitur, ut ea sola eam efficere possit. *Esse*, quod non magis in codicibus repertum puto (om. Crat., Uict., Eξ), uix abesse potest; et alia iam in his libris huius infinitiui in codice archetypo non recte omissi exempla uidimus (ad § 49). *Uitam beatam* ex solo Erl. posui. Tum pro *dato* puto in cod. archetypo idem fuisse, quod et in optumo meo et in deterioribus reperio, quamquam ex uno Ox. E adnotatur *date hoc dato erit illud*; sed *date* edidit etiam Uictorius; non recte; neque *dato* pro *da* accipere licet, quod unum hic et propter superius *concede* et propter harum formarum discrimen poni poterat. Cicero ipse

dum erit illud. Quod nostri non item. 84. "Tria genera bonorum;" procliui currit oratio. Uenit ad extre-

erit) *est* E 84. procliui currit) *procliuius* c. (P) *procliuis* e. C *procurrit* L uenit — dicere) Non. p. 177.

orationis formam mutauit. De proxumis uerbis (*quod nostri* &c.) dixi ad § 76.

84. *procliui*) Sic Pall. et Gzi omnes, apud Dau. Par. 1 (?) et 3, Mead., Ox. *χ*, nec aliud significant EUξ, in quibus erat *prouidi*, in *ψ prouidi al. proclisi.* Recte igitur hoc pro *procliuius* restituerunt Dau. et Gzius. (Lbinus *in procliui*, praua correctione.) Eandem formam habent optumi codices (reg., Gud. 1, cett.) Tusc. IV, 42, ubi nunc editur *procliue*, ut apud Lucretium II, 455 scriptum st. Gellius X, 24 et ex eo Macrob. Saturn. I, 4 et *præfiscine* et *præfiscini* et *procliui* et *procliue* dictum esse testantur. Utro enim modo scripserimus, non ablatiuos erit, cuius natura ab hoc usu abhorret (aliter enim dicitur *recta ire*, ut *hac*, *ea de uiæ tenore*), sed, quod etiam e conparatiuo *procliuius* perspicitur, aduerbium eiusdem formæ atque *facile*, *sublime* (quod recte quidam conparant, sed frustra inde efficiunt *procliue* Ciceronem scripsisse), hoc est, quod, quemadmodum neutrum genus adiectiuorum, nulla propria terminationis nota insigniatur, sed leuem et communem litteræ uocalis sonum pronuntiandi gratia asciscat (qui idem in *prope*, *abunde*, *sæpe*, *pæne*, ceteris est, quæ e breue habent), eadem pronuntiandi ambiguitate in *i* uocalem transeuntem, qua antiquiores *heri* pro *here* dicebant et scribebant (Quinctil. I, 4, 8. I, 7, 22). (Eadem uocali antiquissumi *die quarte* et *die quarti* dicebant, extrita propria declinationis nota.) Iam utra littera Cicero in scribendo usus sit, non multum interest, postquam res intellecta st; *procliui* tamen libri ostendunt, et *heri* Augustus etiamtum scribebat (Quinctil. I, 7, 22), sed idem antique *die quinte*. Nec obstat, quod *sublime* semper est, nusquam *sublimi*; nam huiusmodi ueteris pronuntiationis reliquiæ nulla certe lege in aliis uerbis cito abolentur, in aliis diu manent, in aliis *semper*, quod factum st in *breui*. Neque enim id ab hoc genere aduerbiorum ideo separatur, quod *i* longum habet (apud Ouidium ex Pont. III, 4, 99), illa autem exilis et obscura uocalis, de qua dixi, corripi debere uidetur. Nam etiam in *heri* Terentius Eun. I, 2, 39 secundam syllabam produxit; et plures, opinor, locos reperient, qui nunc admoniti hæc scrutabuntur; quicunque enim *i* uocalem in fine

num; haeret in salebra; cupit enim dicere, nihil posse ad beatam uitam deesse sapienti. Honesta oratio, Socratica, Platonis etiam. Audeo dicere, inquit. Non potest, nisi retexueris illa. Paupertas si malum st, mendicus esse beatus nemo potest, quamuis sit sapiens. At Zeno eum non beatum modo, sed etiam diuitem dicere ausus est. Dolere malum st; in crucem qui agitur.

Audeo) *audebo* L esse beat.) *b. e.* LPR *malus esse* C nemo) non C om. P Dolere) *dolore* E *dolor* R est) om PCOr. (*est mal.* R) crucem) *cruce* LPCR qui agitur) *q. angitur* PCR *quis igitur* E

uerbi Latini plane exprimebat (plerumque autem in his uocabulis nec e nec e prorsus audiebatur), necessario producebat. (Non ignotum mihi st, quo artificio nuper Benarius in libri de sonis Latinis (Roemische Lautlehre) uol. I p. 87 et haec aduerbia et, quod multo st magis mirandum, etiam ea, quae e longum habent, tertiae declinationis ablatiuos fecerit.)

haeret in salebra; cupit enim dicere) In his uerbis Cicero ab eo subiecto, quod posuerat (*currit oratio*) sensim cogitatione transit ad ipsum Peripateticum sic dicere cupientem. Itaque Cicero hoc eius studium laudat et quasi incitat: *Honesta oratio*, &c. (cfr. ad II, 68). Tum ille alter, qui ita dicere cupiebat, sumpto animo, *Audeo*, inquit, *dicere*. Occurrit Cicero: *Non* &c. Turbant recentiores inde a Bremio, uerba *audeo dicere* non intellegentes, quae apertissume respondent illi *cupit dicere*.

Non potest, nisi retexueris illa) Audiunt *fieri*; et notissumum st, sic non raro poni *potest*, ut id audiendum sit; exposuerunt praeter lexica Heusingeri et Beierus ad Off. II c. 19, 68, Orchenerus ad Eclogas Ciceron. p. 85; (add. N. D. II, 106, ad Att. V, 17 4, XII, 23, 1 et 40, 2, in Uerr. V, 10). Uerum id tum fit, quom uniuerse de rei statu et habitu loquimur. Quom eum, qui se aliquid facturum dixit, adloquentes, in ipso aliquid esse dicimus, cur id ei facere non liceat, uix ea forma uti possumus. Itaque fere adsentior Dauisio, qui *potes* scribi malebat. Nam in tertiam personam totam orationem auertere cum Lbino (*non potest*, *nisi retexuerit*) id est omnem elegantiam loci obscurare. Mox *esse beatus* pro *beatus esse* Gzius etiam e Spir. (Monacensis: *potest nemo beatus esse*, Bas. *esse nemo beatus potest*.)

Dolere malum st) Uerbum addidi ex Erl., Mor., mgine Crat., Leid., ceteris tacentibus; recte in hoc primo membro, cui contraria respondet longior et plena sententia (*in crucem* &c.) additur, deinde

beatus esse non potest. Bonum liberi; misera orbitas; bonum patria; miserum exilium; bonum ualetudo; miser morbus; bonum integritas corporis; misera debilitas; bonum incolumis acies; misera caecitas. Quae si potest singula consolando leuare, uniuersa quomodo sustinebit? Sit enim idem caecus, debilis, morbo grauissumo

misera) *miserum* Or. (ter) bonum ualet.) *bona ual.* C miser) *miserum* LPCROr. om. E quomodo) *quo* P

in breuibus incisis omittitur (*Bonum liberi* &c.). Tum propria locutio: *in crucem qui agitur*, inde a Uictorio et Man. in editionibus seruantur, confirmata a Morel., mgine Crat., cod. Huraltino apud Lbinum, Scalig. (nisi quod hi duo *in cruce*); in Erl., Spir. Gud. 2 Gzius ait esse: *in crucem* u. *in cruce quia agitur*; Dau. e Par. 1 et 2 adnotat: *in cruce quia agatur.* (Oxx. omnes *in cruce qui angitur*; in Gruteri nota erratum st.)

Bonum liberi, *misera orbitas* &c.) In codicibus deterioribus (nam de melioribus dubiam rem Erl. facit) in uerbis *miser morbus* propter sequentem litteram *m* scriptum st *miserum morbus*, idque a superioribus editoribus retentum st, donec Dauisius, offensus hac inæqualitate, ut omnia membra eandem haberent formam, non semel *miser* scribi iussit, sed, quom in Par. (quo?) repperisset *miserum debilitas*, sine ulla probabilitate ter *miserum* pro *misera*; cui enim librario, quom quinquiens *bonum*, quinquiens *miserum* scriptum esset, ferretque et *miserum morbus* et *bonum integritas corporis*, in mentem ueuisset ter genus mutare? Tum ne recte quidem neutrum genus ponitur; neque enim miserum (etwas Unglückliches) ita substantiuom st ut *bonum* (ein Gut) neque ei plane respondet; responderet *malum*; neque de ipso harum rerum nomine et loco agitur, (nam malum esse orbitatem ipse concedebat, qui liberos bonum esse docebat, sed tantulum malum, ut beatam uitam non tolleret,) sed de earum ui et ecfectu eorumque, qui in iis sint, statu, ut hæc sententia sit: Si liberi bonum st, miser est orbitatis status et qui orbi sunt, miseri (ut beatæ uitæ ad eos aditus non sit). Dauisi coniecturam Ernestius et deinceps omnes secuti sunt, Gzius adeo incuriose, ut quinto loco ab Ernestio *miserum* restitutum dicat et a Bas. et Gud. 1 (de quo ipso ualde dubito) confirmari; quasi primo et quarto ab omnibus editum sit.

uniuersa quomodo sustinebit) sapiens, si, ut uos, hæc mala putabit? Deinde nonnihil obscuratur orationis cohærentia, quod sic Cicero incipit (*Sit enim idem* &c.), ut expectes, cum id de-

adfectus, exul, orbus, egens, torqueatur eculeo; quem hunc appellas, Zeno? Beatum, inquit. Etiam beatissumum? Quippe, inquiet, quom tam docuerim, gradus istam rem non habere, quam uirtutem, in qua sit ipsum etiam beatum. 85. Tibi hoc incredibile, quia beatissumum. Quid? tuum credibile? Si enim ad populum me uocas, eum, qui ita sit adfectus, beatum esse, numquam probabis; si ad prudentis, alterum fortasse dubitabunt, sitne tantum in uirtute, ut ea praediti

tam) om. E *dum* P ipsum etiam) *etiam* *i.* LCR 85. Tibi) *tunc* P quia beatissumum) om. L credibile) add. *quia breuissimum* L ita sit) *s. i.* R esse) om. LPCROr. fortasse dub.) *d. f.* C

monstraturum, quod dixit interrogando, Peripateticum hæc uniuersa sustinere non posse, deinde autem animum ad contrariam cogitationem Zenonis hæc omnia contemnentis auertit, ut in illis demum: *Tibi hoc* &c. ad superius illud redeat.

Quippe, inquiet, quom tam docuerim) *Quippe* non cum ironia a Zenone dici, quasi se ipsum irrideat, sed cum adfirmatione, ut pæne miretur, dubitari potuisse, Gzi et Ottonis caussa dico. Uocem *tam* omittit etiam Spirensis; Gud. 1 (ut P) *dum*; Gud. 2 pro *quom tam docuerim* habet *dñ dūcium*, et in margine *nescio.* Nihil tamen ex his elicitur, neque particula sine magna aliorum uerborum mutatione moueri potest (*gradus istam rem non magis habere*). *Ipsum etiam* pro *etiam ipsum* Gzius ex quinque suis. *Ipsum beatum* st *ipsa* (quæ Latine non dicebatur) *beatitudo*; recte Gzius conparat Tusc. V, 45.

85. *quia beatissumum*) quia Zeno non solum beatum, sed etiam beatissumum sapientem ita adfectum dicit. Quoniam non tantum propter hoc incredibilis Zenonis sententia st, sed hoc ipsum in illa sententia incredibile st, poterat Cicero scribere et scripsisset fortasse rectius: *incredibile, quod beatissumum* (dicit), poterat etiam, ut Dauisius uolebat, ita: *Tibi hoc incredibile: beatissumum*, ut in ea una uoce ex Zenonis uerbis excepta sententia significaretur; sed cur mutetur scriptura, caussa nulla st. Paullo post *beatum esse* etiam Spir. Codices deteriores et editiones uerbum omittunt. Etiamsi codices meliores auctores non haberem, dubitarem nonnihil, num ad hanc locutionem: *probo hunc beatum* defendendam sufficeret, quod § 88 legitur: *Metelli uitam negat beatiorem.*

[illegible] Phalaridis tauro beati sint; alterum non dubitabam, quia et Stoici conuenientia sibi dicunt et uos repugnantia. Theophrasti igitur, inquit, tibi liber ille [illegible] de beata uita? Tamen aberramus a proposito, et, [illegible], prorsus, inquam, Piso, si ista mala sunt, [illegible]. 86. Nonne igitur tibi uidentur, inquit, mala? Id [illegible], inquam, in quo, utrum respondero, uerses te [illegible] atque illuc necesse st? Quo tandem modo, inquit? [illegible], si mala sunt, is, qui erit in iis, beatus non erit: [illegible] mala non sunt, iacet omnis ratio Peripateticorum. Et ille ridens, Uideo, inquit, quid agas. Ne discipulum abducam, times. Tu uero, inquam, ducas licet, si sequetur. Erit enim mecum, si tecum erit.

XXIX. Audi igitur, inquit, Luci; tecum enim mihi instituenda oratio st. Omnis auctoritas philoso-

uel) *ut* E Phalaridis) *Phalaris* L sint) *sunt* E uos) *nos* LPC [illegible] *de* P et ne) *est ne* L 86. inquit) ante *igitur* E quæris) *quæres* omnes. utrum resp.) *resp. u.* E respondero) *respondebo* omnes. est) om. P iis) *his* ELPOr. erit) *etiam* P sequetur) *sequatur* LPCROr. enim) add. *ut ait Theophrastus* omnes, Or. oratio st) *e. or.* L Omnis — comparanda) Non. p. 266.

86. *Nonne igitur tibi uidentur, inquit, mala?*) Uocem *inquit* in Erl. transponi Gœrenz adnotat, de Spir. tacet, ut in eo locum seruasse uideatur; Gud. 2: *Nonne igitur, inquit, &c.*, et solet *inquit* ita particulam conclusionis aut causæ indicem sequi (§ 69, 83 bis, 85, 86; *non enim, inquam* 83); ubi nunc ponitur, non satis apte interici uidetur et unum uocabulum *mala* nimis a ceteris diuelli. Deinde *quæris* recte Orellius cum Man. et Lbino; iam enim quæsiuit Piso; idem mendum (*quæremus* pro *quærimus*) erat IV, 31; *respondero* pro *respondebo* Lbinus, Dau., Ern. scribendum uiderunt; neque enim hic, ubi significatur, qualis euentus secuturus sit, utrumcumque responsum fuerit, ullo modo utraque actio eiusdem temporis uideri potest.

ducas licet, si sequetur) Sic etiam Spir. Simpliciter condicio ponitur, non hypothesis, tamquam credat Cicero, non secuturum. Pro *ducas* Bas. et Gud. 1 *abducas*, nimis diligenter, quom præsertim hæc breuitas: *ducas licet* non inscitam imitationem habeat eius formulæ, qua in iure permittebatur, ut ducerent addictos.

Cap. XXIX. *Omnis auctoritas philosophiæ, ut ait Theophra-*

phiae, ut ait Theophrastus, consistit in beata uita con-

ut ait Theophrastus) em. Non. et omnes, Or.

stus) Dicturus Piso, quemadmodum in sua disciplina uita beata sapientis efficiatur, apte ostendit, hinc omnem dignitatem philosophiæ duci (cfr. ad 1, 62), aptissume autem hanc sententiam ab altero scholæ Peripateticæ principe, cuius notissumus erat περὶ εὐδαιμονίας liber, repetit et sine dubio ex ipsius illius libri exordio sumit. In tam perspicua re in uetustissumo errore tollendo non dubitaui Lambini coniecturam, quam ne Gruterus quidem "culpare" ausus est, Ernestius autem iure probauit, sequi contra codices Ciceronianos et Nonium, qui hæc uerba: *ut ait Theophrastus* paullo ante ponunt ineptissumo loco. Qui defendere conantur (conatus est autem pæne unus Gzius; Ottoni ne admonitione quidem egere locus uisus est), qui defendunt igitur, ne Theophrastum aliquot seculis ante Pisoni, quocum loqueretur, præcepisse statuant, imitationem propriæ et singularis cuiusdam Theophrasti uocis in uerbis *instituenda oratio st* a Pisone significari putant; quos primum refellit uerborum ordo; tum enim scribendum erat: *tecum enim mihi, ut a. Th., inst. or. est*; nunc necessario illa uerba ad *tecum* et *mihi* pertinent et illam, quam dixi, incredibilem peruersitatem continent. Deinde *instituere orationem cum aliquo* adeo communem rei omnium peruagatissumæ significationem habet, ut a Theophrasto hoc sumptum putare absurdissumum sit. Itaque Gzius e Gud. utroque et Bas. edidit *instituenda st ratio* (modo recte adtenderit; alibi enim nullum st eius scripturæ uestigium; sed frequens est mendum), idque ita interpretatur: *ich habe mich, nach Theophrasts Ausdruck, mit dir zu berechnen.* Omitto *rationem instituere* neminem hoc significatu neque dixisse neque dicere potuisse; nam ratio subducitur, initur, conficitur, cum aliquo confertur, non instituitur. Sed ut dicatur, nimirum Theophrastus uerbo a rationibus traducto proprietatem quandam huius disputationis significare debuit. Quid igitur huius commune et rationum cum alio subductarum, ut, quid utrique debeatur, adpareat et paria fiant? (Uelim etiam scire, quocum Theophrastus has rationes contulerit.) Tum Piso hoc ideo a Theophrasto sumere debuit, quod ad suam rem et orationem aptum esset. Iam quid hæc oratio, in qua Piso, Lucio audiente nec quicquam de suo proferente, sententiam suam exponit, habet, in quo uel umbra sit rationis a Pisone cum Lucio subductæ? (Dauisius tria hæc uerba deleri uolt, "librariorum stupore inuecta" putans. Mirum uero stuporem, qui talia sine

paranda; beate enim uiuendi cupiditate incensi omnes sumus. 87. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Quare hoc uidendum st, possitne nobis hoc ratio philosophorum dare. Pollicetur certe. Nisi enim id faceret, cur Plato Aegyptum peragrauit, ut a sacerdotibus barbaris

uiuendi — conuenit) Non. p. 271. omnes sumus) *e. e.* R 87. Hoc) *atque hoc* Non. hoc ratio) *hæc r.* LR

caussa excogitet! Oxonienses, qui cum Lallemando Lambinum secuntur, nihil adnotant ex E (U non numero); scilicet hoc quoque, qui codicem contulit, ad uerborum ordinem pertinere indicauit et omisit. Illud addam, in fine sententiarum apud Ciceronem hunc legitumum esse uerborum ordinem: *instituenda oratio st*, non hunc: *instituenda st oratio*; cfr. § 8 *facta mentio st*, 15 *inuenta uitæ uia st*, 46 *progressa ratio st*, Tusc. V, 5 *petenda correctio st*, et 15 *adducta quæstio st*.

87. *Quare hoc uidendum st, possitne nobis hoc*) Prius pronomen, quod Gzium et Orellium offendit, recte et suo loco additum et, ut ei, quod conueniat, cum pondere aliquo contrarium ponatur id, quod quæratur. In proxumis duplex forma orationis condicionalis in unam conflata st non prorsus legitumam; nam aut sic dici uidetur debuisse: *nisi — faceret, cur Plato — peragrasset?* aut sic: *nisi — facit, cur Plato peragrauit?* Quom priorem Cicero instituisset, uicit rei uere factæ cogitatio. Zeugmatis quoque speciem habet, quod ex *peragrauit* deinde auditur *profectus est* (*Tarentum ad Archytam*). Tum *ceteros* (pro *relicuos*) ex ed. prima ad Man., Lbinum, alios propagatum st contra codices (Dau., Oxx., Gzi) et alteram sectam ueterum editionum. Platonem primum in Ægyptum, deinde in Italiam uenisse, Cicero scribit etiam I de R. P. 16, de qua omni re quæ uarie nec certissuma fide a scriptoribus traduntur, post alios conlegit Astius in libro de uita et libris Platonis p. 22 sqq. Sed illic tantum Archytam et Timæum Cicero conmemorat; Echecratis et Acrionis ne nomina quidem ab aliis scriptoribus ponuntur, nisi quod Ualerius Max. VIII, 7 ext. 2 a Cicerone ea sumpsit; nam qui apud Diogenem Laërt. VIII, 46 nominatur Echecrates Phliasius, Pythagoreus, Euryti et Philolai auditor, alius esse uidetur etiam Fabricio Bibl. Gr. I p. 843. In epistula nona ex iis, quæ Platoni suppositæ sunt, adulescens aliquis Echecrates Platoni commendatus nominatur. (*Arrionem* Gzius ex Erl. proferens, e Spir. et Bas. nihil adnotari ait; Gud. uterque *Atrionem*, Monac. *Acionem*.)

numeros et caelestia acciperet? cur post Tarentum ad Archytam? cur ad relicuos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem Locros, ut, quom Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret? cur ipse Pythagoras et Aegyptum lustrauit et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmisit? cur haec eadem Democritus? qui (uere, falsone, *non* quaeremus) dicitur se oculis priuasse; certe,

relicuos) *ceteros* C Acrionem) *Arrionem* E ipse) *et ipse* L et Ægypt.) *Æg.* L uere) *uero* C non quæremus) *quæreremus* EPCROr. cum nota mendi; *quæremus* L se oculis) *o. s.* LPCROr.

uere falsone, non quæremus) Dauisi coniecturam secutus sum. Quod in omnibus codicibus est (nisi quod e Spir. enotatur *quæremus*), unus defendit Otto; *quæreremus* enim esse *möchten wir fragen*, quæ uerba quoniam significant, animum eo inclinare, ut quæratur, quod sententiæ Pisonis uehementer repugnat, nescio unde contrarium audiri iubet: *sed nolumus*. Latine *quæreremus* dici non potest nisi cum condicione, uerbi caussa: *si liceret* (etsi Piso, etiamsi liceat, non curat); ea autem hic neque uerbis exprimitur neque significatur. Quod quidam *quæreremus* tolli uolunt, falso huic formæ: *uere falsone* eam tribuunt significationem dubitationis, quæ in hac inest: *iocansne an ita sentiens* (Acad. II, 63); itaque Uictorius (Uarr. Lectt. XV, 19) et Lbinus *uere falsoue;* sed illa significatio discriminis tollendi, quæ in *ue* particula et in huiusmodi sententiam declaratiuam non cadit, et subabsurde ipsa res ita narratur: "dicitur aut uere aut falso"; nam fama per se significari debet, tum addi, nihil ad rem pertinere, quam uera sit. Gzius scribi uolt: *uere falso, ne quæramus*, oratione, ut opinor, non Latina; neque enim quod *uelit nolit* pro *uelit an nolit* sermo familiaris recepit (ad Qu. Fr. III, 8, 4), progrediens ab eo, quod *uelit nolit* pro *seu uelit seu nolit* dicebatur, continuo idem ad alia uerba et aduerbia traducere licet, neque ex illa celeri multorum contrariorum sine particula enumeratione in interrogatiua oratione, quæ Acad. II, 92 reperitur, quicquam conficitur. Nec apta illa dehortandi forma st. Uidetur *non* post *ne* excidisse et ex hoc ipso *ne* coniunctiuos ortus esse. Potius tamen expectari *non quæro*, non negauerim. Quæ de Democriti cæcitate (*luminibus amissis* Tusc. V, 114) fabulose, de neglecta patrimoni cura uarie fin-

ut quam minume animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quaerens aliud, nisi uitam beatam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa inuestigatione naturae consequi uolebat, bono ut esset animo. Id enim ille summum bonum εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν ap-

uitam b.) *b. s.* LPCROr. bono ut esset) *ut e. b.* LPCR Id) *ideo* EOr. εὐθυμίαν) uac. spat. in LC ἀθαμβίαν) *achamiam* R uac. spat. in LC

gendo exornata traduntur, conlecta sunt a Menagio ad Diog. Laërt. IX, 35 et 39 et 45 et a Bælio in Lexico critico. Paullo post participium cum interrogatione in caussa significanda absolutæ iam rei factæ declarationi pæne Græco more adiungitur (τί ζητῶν), ut Tusc. I § 31: *Serit arbores, quæ alteri seculo prosint, quid spectans, nisi* cett.? Differt enim hoc a uolgari illa forma, in qua interrogatio et participium primum locum obtinent, (*Quid quærens tot regiones peragrasti?*) nec tamen illam adtingit, quam ad II, 61 apud Latinos non facile reperiri dixi, ut futurum tempus de consilio ita ponatur (*quid facturus?*). *Uitam beatam* et paullo ante *se oculis* ex solo Erl. posui (Gzio tacente), ex eodem et Spir. paullo post Gzius *bono ut esset* pro *ut esset bono*.

Id enim ille summum bonum &c.) Id enim (bono esse animo) summum bonum habet et εὐθυμίαν appellat &c. Breuitate quadam oratio nonnihil a legituma forma deflectit. Nam exorditur Piso declarans, cur ita posuerit: *bono ut* &c., quasi sic dicturus: *Id enim ille summum bonum censet*, deinde pronomini *id* adponit et superaddit Græca ipsius Democriti uocabula et propterea alio uerbo utitur. Neque tamen hærerem (ut fecerunt Dauisius et Ernestius, qui *etenim ille* scribi malebant, prorsus male pronomen *id* tollentes, quo oratio connectitur), nisi meliores codices (Spir. et Erl.) haberent: *ideo enim*, quod ipsum iniuria Gzius et Orellius secuti sunt. Ineptissuma enim hæc caussa, cur istud nomen illud Democritus elegerit, significatio st; sic enim hoc dicitur: *ideo enim* (ut bono esset animo) summum bonum εὐθυμίαν app., quasi, quom hoc ei nomen inposuisset, rem continuo habuerit. Sed in illa scriptura hæc significari uidetur: *Id est enim illi summum bonum; εὐθυμίαν* &c., ut primum de re, tum de nomine dicatur. Democriti sententiam et nominum usum adignimus ad § 23. Ἀθαμβίαν præter Ciceronem commemorat etiam Clemens Alex. Strom. II p. 179 Sylb., ἀκαταπληξίαν interpretans; Strabo p. 61 C τὴν ἀθαυμαστίαν, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος. etiam τό

pellat, id est, animum terrore liberum. 88. Sed haec etsi præclare, nondum tamen perpolita. Pauca enim, neque ea ipsa enucleate, ab hoc de uirtute quidem dicta. Post enim haec in hac urbe primum a Socrate quaeri coepta, deinde in hunc locum delata sunt; nec dubitatum, quin in uirtute omnis ut bene, sic etiam beate uiuendi spes poneretur. Quae quom Zeno didicisset a

88. haec etsi) *etsi* L *et haec et* C perpolita) *et perp.* LCROr. cum nota mendi. ab hoc) om. E quidem) *quam* E sunt) *sint* E dubitatum) *dubitant* LCR quia in) *quin* E

ἀθαμβεῖ aptam dicit. Hic *ἀθαμβίας* nomen Iacobus Gronouius restituit e Pal. 6 (4 et Ox. χ *athamiam*); confirmant non soli optumi (tres Gzi, "propemodum" Morel.); quom in aliis scriberetur *achamiam* (Pall. plerisque, Uψ, ed. Manuti), in aliis uox Græca omitteretur, substitutum et *ἀκακίαν* (Crat., Uict., Grut.).

88. *etsi præclare, nondum tamen perpolita*) Particulam *et*, quæ addebatur ante *perpolita*, Gzius ab omnibus suis, excepto Monacensi, abesse scribit; aberat saltem a melioribus; sustulerat eam etiam Lbinus; neque recte hic pro *etiam* poneretur neque *etiam* apte hic adderetur; (*nondum etiam* coniunctim aliter dicitur). In ceteris uerbis offendit aduerbi *præclare* (*dixit* s. *dicta sunt*) et adiectiui *perpolita* (*sunt*) concursus, quamquam utrumque per se recte dicitur; neque simile exemplum noui. Lbinus in curis secundis *præclara;* Dauisius male *perpolite*; nam hoc quidem adiectiuom esse debet. Deinde Gzius in Erl. et Spir. ait esse *ab hoc enucleate;* sed de Erl. fallitur; præstat uolgatus ordo; nam in illo altero admiscetur significatio non apta, quasi fortasse alii iam tum illa enuclearint, quod post demum factum est. Omitti *ab hoc* nolim, quod apte alios commemoratum iri prænuntiat; et facilius excidere quam addi poterat. In uerbis *de uirtute quidem* (uideo enim Gzi errores) particula significat, hanc saltem rem, quæ Pisoni in summo bono præcipua uidetur, a Democrito non enucleatam esse. *In hunc locum*, id est, in Academiam (§ 1).

nec dubitatum) Sic Manutius in altera editione, nescio unde, quom ipse alia temptet; sed confirmant meliores (ergo Crat., Eliensis; Gzius omnis suos *dubitant* habere dicit, sed uides Erl.) et præter P nostrum etiam Pal. 6; cod. Mor. *dubium*, ceteri *dubitant* (Pall. reliqui, Oxx.).

nostris, ut in actionibus praescribi solet, DE EADEM RE [FECIT] ALIO MODO. Hoc tu nunc in illo probas. Scilicet, uocabulis rerum mutatis, inconstantiae crimen ille

eadem re) *re eadem* LPCROr. fecit) sine uncis Or. Scilicet) *si* E

de eadem re fecit alio modo) Quid esset in actionibus, quæ petitori, et formulis, quæ iudicibus dabantur, *præscribere*, uidimus ad II, 3; hæc autem præscriptio, quam a Cicerone etiam ad Fam. XIII, 27 significari, Manutius adnotauit (*sed tamen non parcam operæ et, ut uos soletis in formulis, sic ego in epistulis de eadem re alio modo*), quantum coniectura adsequor, data actori uidetur, ut excluderetur a parte petitoris exceptio rei iudicatæ, si quis de eadem re, de qua iam antea, sed ex alia caussa ageret. (Qui nondum Gaium norat, Manutius præscriptionem interpretabatur exceptionis rei iudicatæ speciem quandam singularem, qua is actor repelleretur, qui eandem rem alio modo quasi aliam persequi conaretur. Quod ne cui posthac etiam placeat, præterquam quod omnino dubitationem habet, num Ciceronis ætate præscriptionis nomen pro exceptione dictum fuerit, certe *præscribere in actione* aut *in formula* de danda exceptione neque tum neque posthac dictum st; et longo aliter tum conparatio institui debebat in hunc modum: *quod in actionibus*, *ne fiat*, *præscribi* (excipi) *solet*, *de eadem* &c. Sed Manutius et ceteri tantum, quantum ante Gaium inuentum poterant, uiderunt; si quis autem intellegere uelit, quid sit in summa ignorantia inpudenter nugari, is mihi legat, quæ Goerenzius hic de "formulis ueterum iurisconsultorum præscribentibus et prohibentibus" Dauisium docet.) In uerbo *fecit* iure hærent; nam neque ad Zenonem aliter eadem docentem aptum st *facere* neque ad formulam; neque enim petitor *faciebat* alio modo, sed agebat. Itaque Dauisio placebat *egit*; uerum inepte id, quod actionibus (uniuerse) simile dicitur, ipsum agendi uerbo notatur (*egit*, *ut in actionibus* &c.); recte Manutius, quem Ernestius et Gaius secuntur, conparato illo loco ex epist. ad Fam., ubi neque *faciam* neque *agam* ponitur, *fecit* tolli iussit, additum a librariis ad orationem explendam. (Orellius mire scribi uolt: *U. F.*, quod sollemniter de magistratu ad senatum referente dicitur, a iure et litigatore remotissumum st.) *De eadem re* (pro *de re ead.*) ex Erl. sumpsi, ut in epistula illa scribitur. Mox Gud. uterque *imitatis* pro *mutatis*, si recte Gaius ductus (totidem enim sunt) distinxit.

ecfugit, nos ecfugere non possumus! Ille Metelli uitam negat beatiorem quam Reguli; praeponendam tamen; nec magis expetendam, sed magis sumendam, et, si optio esset, eligendam Metelli, Reguli reiciendam. Ego, quam ille praeponendam et magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec ullo minumo momento plus ei uitae tribuo quam Stoici. 89. Quid interest, nisi quod ego res notas notis uerbis appello, illi nomina noua quaerunt, quibus idem dicant? Ita quemadmodum in senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet, sic isti nobis cum interprete audiendi sunt. Bonum appello, quidquid secundum naturam st, quod contra malum; nec ego solus, sed tu etiam, Chrysippe, in foro, domi; in schola desinis. Quid ergo? aliter homines, aliter phi-

ecfugit) *fugit* L Reguli reiciendam) *reiciendi Reguli* C Ego) *et* E minumo) *omnino* E 89. idem dicant) *illa appellant* E quod contra) *quam c.* E desinis) *definis* (*diff.*) LPCR

praeponendam tamen) dicit; uid. ad II, 25. Tum ex ed. pr. (correcto mendo) ad Man., Lbinum, ceteros propagatum erat *reiciendam Reguli*; Gzius omnis suos codices sequens eum reduxit ordinem uerborum, de quo ad I, 57 dixi. Deinde cum Erl. Spirensis nec *ullo omnino momento*; sed tantam proprietatem (uid. ad III, 3) tamque aptam grauitatem altera scriptura habet, ut hic aut in horum duorum aut omnino meliorum codicum principe mendum fuisse putem; quam facilis permutatio sit, praecedente praesertim *o*, adparet.

89. *quibus idem dicant*) Adeo apte inanitas et inutilitas mutationis uerborum significatur, adeo omnino certam ueritatis notam hæc scriptura habet, ut ualde admirer, unde in meliore familia (Erl. et margine Crat.) substituta sit putida et inanis appendicula: *quibus illa appellent* (sic enim margo Crat., seruata lege grammatica, fortasse contra codicem). Interpretis usus, quem Piso conmemorat, in senatu ad legatos Græcos introductos pertinet.

in schola desinis) Sic e ueteribus libris Lbinus, tum Dau. e Par. 1 (de quo mihi nihil notatur) et 3; et confirmant tres optumi Gzi. Non definitionum usum, sed nominum aliorum in re eadem Piso reprehendit.

losophos loqui putas oportere? Quanti quicque sit, aliter docti et indocti; sed quom constiterit inter doctos,

putas) *putes* LPCR quanti quicque sit) cum uncis Or. (quicquid C) docti et indocti) *doctos et indoctos* LPCROr.

loqui putas oportere? Quanti quicque sit, aliter docti et indocti; sed quom constiterit, cett.) Primum *putas*, quod pridem Lambinus tacite restituerat, Schuetzius et Orellius e Spir. et Erl. sumpserunt; uid. ad II, 76. Deinde relicua sic edidi (*docti et indocti*) et distinxi, ut pridem Lambinus fecerat, codicem Cuiacianum et Haraltianum sequens; adcedit Pal. 6, quem cum optumis conspirantem habuimus § 58 (*sciendi, tum*) § 69, 80, 87 (*ἀθαμβίαν*), se (*dubitatum*) et, ne de meliore familia dubites, Erlangensis; nam Gzius, qui ad extremum similis, ne hic quidem summa editorum dubitatione admonitus est, ut eum et Spir. inspiceret et commemoraret. Sententia, in his uerbis apertissuma, sic procedit: Piso cum indignatione interrogat: *Aliter — putas oportere?* negans tale sermonis discidium et eiusmodi nominum præstigias ferenda esse. De ipsarum rerum pretio ait inter doctos (philosophos) et indoctos necessario dissensionem esse, quom philosophi, quid bonum, quid malum sit, et quantum quodque sit bonum malumue, quærentes populi æstumationem sequi nequeant. Deinde ad nomina Piso rediens et orationem reflectens additurus erat: "Sed quom inter philosophos id, in quo ab indoctis dissentiunt, constitutum sit, quantum cuique tribuendum sit, usitate loqui debent, ut ea, quibus pretium aliquod tribuunt, bona appellent, ut ceteri, non eligenda aut prœposita." Sed simul mentio rei ipsius definitæ et constitutæ aliam cogitationem obiciebat; hanc tenens lusum illum nominum, quem hactenus reprehendit, cum contemptu quodam Stoicis permittit, ut in eo se oblectent, dum res maneant nihilque interesse intellegatur. Hæc sententia proxumæ superiori correctionis loco adiungi poterat, ut oratio sic decurreret: *sed quom constiterit, — sit, debent usitate loqui, saltem si homines sunt* (h. e. non prorsus inhumaniter et peruerse aliorum rationem neglegunt et consuetudinem spernunt); *sed, dum res maneant, uerba fingant* &c. Obscurauit paullulum Cicero sententiæ progressionem, hoc, quod adiungitur, primario loco pro apodosi ponens, illud autem superius ad orationem caute circumscribendum secundario intericiens, ex quo hæc nascitur forma: *sed quom — res quæque sit, quamquam, si homines essent, usitate loquerentur, tamen, dum res maneant, uerba fingant.* Iam in hoc ipso eloquendo usus est Cicero ea orationis Latinæ forma, quam uberius alibi declaratam

quanti res quaeque sit, — si homines essent, usitate loquerentur; — dum res maneant, uerba fingant arbitratu suo.

XXX, 90. Sed uenio ad inconstantiae crimen, ne saepius dicas, me aberrare; quam tu ponis in uerbis,

essent) *se* E maneant) *maneat* E fingant) *fingant* L 90. ne) *ut* EC

adtigi ad I, 15, ut sententiam illam secundariam non, ut nunc feci, particula (*quamquam*) notatam intericeret, sed ex æquo poneret ita: *si homines essent, usitate* (quidem) *loquerentur,* (sed) *dum res maneant, uerba fingant arbitratu suo.* Declaraui copiosius ueram huius loci rationem, ut breuiori mihi in erroribus notandis esse liceret. Nam quom ederetur: *loqui putas oportere, quanti quicque sit? aliter doctos et indoctos? Sed* &c., qui Latine sciebant, facile sentiebant, prauissumum esse: *aliter loqui, quanti quicque sit* (quod enim de rumoribus dicitur: *homines locuntur, Antonium Casilini mansurum*, longissume hinc distat); qui aliquid ex re intellegebant, uidebant, peruersissume Pisonem postulare, ut, quanti quicque esset, eodem modo philosophi et uolgus hominum iudicarent. (Gzium propter ignorantiam et stuporem nihil offendit, et habet, cui interpretando satisfaciat, Ottonem.) Itaque inde a Dauisio, forti remedio, hæc uerba *quanti quicque sit* tollebant; nec tamen uidentur cogitasse, quo referretur et cui contrarie responderet illud: *sed quom constiterit, quanti quæque res sit.* Deinde Dauisius et Ernestius etiam illa: *si homines — loquerentur* damnabant, quorum uerborum rationem, a Gzio, etsi defendebat, non perspectam Schuetzius intellexit magis quam explicauit. (*Quidquid* pro *quicque* codices Dauisiani, Oxx., tres recentiores Gzi, ed. Uictori; uid. ad § 24.)

Cap. XXX, 90. *ne sæpius*) Etiam Spir. *ut sæpius*, unde Gzio in mentem uenit: *ut ne sæpius;* et posuit *ut ne* Cicero in tali consili orationis significatione pro Cæc. 95, de N. D. I, 17. Mox *optumos* omitti dicitur in Gud. utroque et Bas. (ex aliis, ut ex meis, nihil notatur) et deletum uolebat Gzius; Dau. tacite: *Stoicos adiutores optumos;* non offendisset eos idem ordo, si hoc legissent: *adiutorem te optumum habeo;* ad Latinas auris hoc, quod legimus, eodem modo accidit, non durius diuolsis interuentu eiusdem casus propter numeros et grauitatem orationis substantiuo et adiectiuo quam in his: *quibus opibus prædita'm seruitute oppressam tenuit ciuitatem* (Tusc. V, 57) et in his: *quo enim et ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum*, aliisque si-

ego positam in re putabam. Si satis erit hoc perceptum, in quo adiutores Stoicos optumos habemus, tantam uim esse uirtutis, ut omnia, si ex altera parte ponantur, ne adpareant quidem, quom omnia, quae illi commoda certe dicunt esse et sumenda et eligenda et praeposita (quae ita definiunt, ut satis magno aestumanda sint), haec igitur quom ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim nouis et commenticiis, ut ista producta et reducta, partim idem significantibus (quid enim interest, expetas an eligas? mihi quidem etiam lautius uidetur, quod eligitur et ad quod delectus adhibetur), sed, quom ego ista omnia bona dixero, tantum refert, quam magna dicam; quom expetenda, quam ualde. Sin autem nec expetenda ego magis quam tu eligenda, nec illa pluris aestumanda ego, qui bona, quam tu, qui producta appellas, omnia ista necesse st obscurari nec adparere et in uirtutis, tamquam in solis, radios incurrere. 91. At enim, qua in uita st aliquid mali, ea beata esse non

perceptum) *præc.* L quidem) *quid* E (bis) adhibetur) *adhiberet* C ista omnia bona) *o. i. b.* L *i. b. o.* C tantum) *tamen* L quom) *quam* LC pluris æst. ego) *e. p. æst.* C (*existim.* E) tu qui) *qui* E producta) *cum prodiit* E ista) *illa* C et) *nec* L uirtutis) *uirtutes* ELPC 91. qua) *quia* C

milibus. Paullo post in uerbis illis *satis magno æstumanda* uidetur aperte significari *ἱκανὴ ἀξία*, quam his rebus a Stoicis tributam uidimus ad III, 51.

ista producta et reducta) Posterius abesse debebat; nam de bonorum et commodorum nominibus nouis Piso loquitur; sed simul se obtulit malorum nomen non minus commenticium; uid. ad I, 41. Paullo post cod. Mor. *latius* pro *lautius*; tum ex ed. prima ad Man. et ceteros uenit: *quom ego ista bona omnia dixero*, prauo ordine; uerum restituit Gzius ex quinque suis; nam Gud. 2 ut L noster. Deinde *quom expet.* (quod est iam in ed. Rom.) restituit Lbinus "ex liquida antiquorum librorum scriptura;" adcedunt Pal. 4, 6, Par. 1 (P) et 3, omnes Gzi. (Oxx. EUξ *quam*). De uerbis *tantum refert*, in quibus Ernestius hærebat, dictum st ad § 41. Postremo *in uirtutis, tamquam in solis, radios* Marsus (si Gzio et Hertelio credimus), Man., tum e Dauisi coniectura Ern. et recentiores; cfr. § 71; *in uirtutes incurrere* longe aliud est.

potest. Ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris, si auenam uspiam uideris, nec mercatura quaestuosa, si in maxumis lucris † parum aliquid damni con-

91. *Ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris*) esse potest, hoc est, spicas uberes et crebras habere. Prorsus recte, ut in omni huiusmodi adiunctione, sic in hac conclusione et consequentis demonstratione uerbum e superiore sententia auditur, fitque id sæpe quom in *ne — quidem* (N. D. III, 21: *ne in terris quidem urbe nostra*), tum in his particulis coniunctis *ne — quidem igitur*, ut III N. D. 43 et 44 et aliis locis, qui in excursu ad II, 25 positi sunt. Praue Gzius, quod in Bas. et Gud. 1 erat *respicis*, scripsit *est spicis*, prauius Orellius excidisse fortasse putat *lætatur*(!), *læta st*, non animaduertens, in ablatiuis illis prædicatum esse, quod respondeat adiectiuis *beata* et *quæstuosa;* hic nullum unum aptum erat; *læta* enim ad speciem pertinebat. Tusc. V, 86 Cicero in eadem conparatione *arationem fructuosam* dixit. Alia interpretando turbat Beierus ad Off. II, 48. Pro *uspiam* apud Gruterum typotheta dedit *ipsam*; id Dauisius corrigens codicem Ball. et Mead. auctores citat, quasi in ceteris alterum sit, Gzius autem Spir. et Erl. et, ut semper aliquid propriæ et incredibilis prauitatis habeat, marginem Crat., in quo nihil scribitur, in contextu autem, ut apud omnis. Paullo ante Man., Lbinus, alii *esse beata* contra codices (Gzi; non ex ed. prima).

† *parum aliquid damni*) Recte hanc scripturam Ernestius et Bremius damnasse uidentur, quoniam *parum* non est, quod hic requiritur, *non multum* (paruom aliquod damnum), sed, quod sententia uehementer respuit, *non satis* (quasi plus damni contrahere mercator cupiat). Neque sum nescius, nuper a pluribus priorem quoque significationem huic uoci tributam esse, quos Moserus ad Tuscul. V, 41 nominat. Uerum illi recte animaduertunt, Quinctilianum semel ita esse locutum (III, 1, 5, etsi, nisi sequeretur *multum*, non *nimium*, seruari ibi propria significatio poterat), semel item Plinium Panegyr. c. 20 (nam aliis locis praue abutuntur); addo Senecæ epist. 2, 5: *Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.* Ad Ciceronem et eius æqualis proxumosque hæc nihil pertinent. Nam quod e Tusc. V, 41 proferunt: *non qui parum metuit, sed qui omnino metu uacat*, quidquid est bonorum aut tolerabilium codicum, habet *parua*, quod recte Klotzius secutus est; nam paruos metus significatur ex paruis rebus, quæ metuantur (corporis incommodis et externis). Sallusti autem locus, qui in Iug. c. 85 legitur, quantam habeat prauitatem, adpa-

traxerit. An hoc usquequaque, aliter in uita? et non ex maxuma parte de tota iudicabis? an dubium st, quin uirtus ita maxumam partem obtineat in rebus humanis,

An hoc) *an uero* C partem) om. L

ret, ubi, si Sallustius scripsisset: *parum id facio*, non solum *parum* esset *non multum*, sed pro adiectiuo: *non magnum id facio*; quamquam hoc ipsum quis audiuit pro eo, quod est: *non magni id facio?* Rectissume igitur iudicarunt, qui ex *parui id* ortum *paruid*, et ex eo lineolæ adiectione *parum id* factum putauerant. Præterea non solum significatio uocis *parum* eĉficit, ut ne alibi quidem usquam *parum aliquid* dicatur, sed obstat natura aduerbi, quod cum substantiuo *aliquid* non magis congruit, quam si dicas *satis aliquid pecuniæ*. Dicitur Latine *paullum aliquid* (de Orat. I, 95, Quinctil. I, 1, 8 et XII, 8, 12; *paullum nescio quid* pro Rosc. Am. 115), siue quod *paullum* a substantiui in adiectiui naturam inclinabat (ut in paucis uetustiorum locis), siue coniunctione quadam substantiuorum. Itaque Bremius hic *paullum aliquid* scribi uolebat, cui adsentior. Etiam § 75 *paruum* pro *paullum* scriptum st in Erl. *Parui aliquid damni* aut *paruoli*, quod aliis in mentem uenit, non recte dicitur; nam partitionis et mensuræ notio ita in pronomine *aliquid* est, ut id augeri minuiue debeat, non substantiuom.

An hoc usquequaque, aliter in uita?) An hoc ubique et in omnibus rebus fit (ut res a potiore parte appellentur), aliter in uita fieri debet? In breui et concitata et aperta interrogatione paullo durius Cicero uerbum maxume communis significationis omisit (uid. ad II, 88); *hoc* autem rettulit ad eam adfirmationem, quæ in superioribus exemplis et interrogationibus inuoluta latet, quemadmodum in Tusc. V, 114: *Quid ergo? aut Homero delectationem animi ac uoluptatem aut cuiquam docto defuisse umquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet* (ut delectarentur docti), *Anaxagoras* &c. Recte hunc locum Lbinus enarrauit. Gzius et Orellius, sublato commate post *usquequaque*, sententiam euerterant. Nam *usquequaque* nihil est nisi *omni loco, in omni re*; non quæritur autem, num in uita ubique et in omnibus rebus aliter statui ac dici debeat, sed, num in uita uniuersa aliter atque de rebus singulis. Paullo post pro *relicuas* (partis) rectius Cicero posuisset, quod Gzio non recta de caussa (quod *res* audiebat) in mentem uenit, *relicua*; nam uirtus relicua, quæ partem aliquam obtinent, obruit; sed cfr. § 37 (*earum rerum*) &c.

ut relicuas obruat? Audebo igitur cetera, quae secundum naturam sint, bona appellare, nec fraudare suo ueteri nomine † quam aliquid potius nouom exquirere, uirtutis

Audebo) *audeto* L cetera) om. LPCROr. sint) *sunt* L(P) *sit* C quam) sine nota mendi Or. exquirere) *aequ*. E

cetera, quae secundum naturam sint) Cetera, praeter uirtutem; nam ea quoque ipsa secundum naturam st (uid. ad § 34); itaque recte hoc uocabulum adiectum st a Crat. et Uictorio, quod Erl., Spir., Gud. 2 tuentur, non recte rursus sublatum a Dauisio et ceteris deteriorum codicum auctoritate; (Dau. appellat tantum C. C. C., Ball., Mead., sed aberat ab Oxx. omnibus, Bas., Gud. 1, Mon. Gruterus tacet). *Sint* si Cicero scripsit, (quod Dau., quom Man., Lbinus, Grut. *sunt* posuissent, reuocauit e Par. 1, 3 "relicuisque codicibus," et adcedunt Eξχ, Gsi omnes), Piso incertum relinqui significat, quaenam eo genere conprehendantur; mihi aptius uideretur *sunt*. (Pisonem Antiochi sententiam significare, hæc secundum naturam esse dicentis, quom ipse malit bona appellare, Gaius narrat, qui ex hoc toto libro ne id quidem didicerat, hæc secundum naturam dici ab omnibus, etiam a Stoicis, bona a Peripateticis et Antiocho eiusque interprete Pisone.)

nec fraudare — exquirere) Hæc uerba deprauata esse, plures intellexerunt, nec tamen uitium penitus uiderunt. Conparatio aut hæc est: *et audebo facere, ut potius uetere nomine illas res non fraudem quam aliquid nouom exquiram*, aut hæc: *et audebo non facere*, quod Stoici faciunt, *qui potius dicendi sunt res illas suo uetere nomine fraudare quam aliquid nouom exquirere.* Sed priorem illam sententiam, in qua necessario scribendum esset *aliquod* nouom (nam nomina noua rebus ueteribus Piso se inpositurum negat, non nouas res, si quas possit, inquisiturum), hanc igitur quom illud euertit, quod in hac recta declaratione consili et uoluntatis Pisonis non dicendum erat et in conparatione ponendum non *fraudare*, sed adfirmatiue *relinquere uetus nomen* aut simile aliquid, tam maxume uerborum ordo et coniunctio; dicendum enim erat: *potiusque non fraudare &c.* In ea, quæ nunc est, oratione necessario tantum *fraudare* (sine negatione) et *exquirere* conparantur. Relinquitur igitur altera sententia, in qua non delectus significatur, utrum Piso faciat, sed negatur, eum facturum, quod alii quidam faciant, idque potius hoc quam illud esse dicitur. (Itaque in huiusmodi conparationem: quom dico: *Stoici uideantur potius nomina mutare quam res exquirere*, nec eorum uoluntatem et electionem sed meum iudicium significo, non cadit id

autem amplitudinem quasi in altera librae lance ponere.

quod ad IV, 20 expositum st; in priore illa sententia dubium st, dicine potuerit *potius quam exquirere*). Sed in hac quoque conparatione aliquid offensionis habet, quod alterum (*aliquid nouom exquirere*) plenum st et seorsum dicitur, alterum (*nec fraudare* &c.) ex superioribus, quæ ad conparationem non pertinent (*appellare*), nexum st, quoniam inde auditur accusatiuos uerbi *fraudare*. (*Aliquod* scribere, ut *nomen* audiatur, prorsus non licet in hac sententia; nam nouom nomen sane Stoici exquirebant.) Uerum hoc fortasse excusabitur. Uideamus igitur de uerbis, in quibus *quam potius* pro *potius quam* non modo ab usu sermonis, sed ab intuma eius natura abhorrere, quis non intellegit? Duos illos locos, in quibus inde a Scaligero (ad Uirg. Copæ u. 5 et 6) eadem peruersitas defendebatur, ad IV, 20 expediui, alterum eo uehementius correctione egentem, quod apertissumum in uerbi modo soloecismum habebat (*potius quam potamus — edimus*). (Gzium omittamus, qui primum, *aliquid esse aliud*, docet, tum breuissume ponit, sæpissume Græcos dicere ἢ ἄλλο τι μᾶλλον, non putans, Græcos pro eo, quod est τοῦτο μᾶλλον ἢ ἄλλο τι dicere τοῦτο ἢ ἄλλο τι μᾶλλον, sed, ut solet, nesciens et de quo alii dubitent et quid ipse ebulliat: Orellio tamen uidetur satisfecisse.) Itaque Lbinus et Dauisius, quibus Ernestius adsentitur, *potius* ante *quam* posuerunt, corrigendi genere minume probabili utentes. Quod autem præterea Dauisio in mentem uenit, posse nos particula *potius* omnino carere, ut conparatio ex sola uoce *quam* sentiatur, primum eius orationis formæ unum omnino apud Ciceronem exemplum st II de Inuent. 5 (*si a multis eligere homines commodissumum quicque quam sese uni alicui certo addicere uellent*), idque multo facilioris generis; nam in *uellent* facile e decreti significatione eruitur conparationis (ut apud Plautum: *certum st mori quam hunc pati* &c.); in hac quidem inplicatiore oratione post *audebo* ne ii quidem scriptores, qui in illa forma longius progressi sunt, ita locuti essent; deinde prorsus hoc tollitur in ea, quam ostendi unam esse posse, conparatione, quoniam ea non ad uerbum *audebo* refertur neque in delectu rei sed in nomine posita st. Hic tantis dubitandi causis adcedit nunc codicis Erl. scriptura (a Gzio prætermissa) *acquirere*, quam eandem in ceteris bonis fuisse, cur non suspicemur? Hæc consideranti mihi uehementer in suspicionem uenit *quam* particula, quom in antiqua scriptura aliquid turbatum esset, propter *potius* ascripta esse ab aliquo librario, deinde prauo loco inserta ceteris; a Cicerone autem sic

92. Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet. Semper enim ex eo, quod maxumas partis continet latissumeque funditur, tota res appellatur. Dicimus aliquem hilare uiuere; ergo, si semel tristior ecfectus est, hilara uita amissa st? At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in uita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re

92. ea) *et* E ergo, si) *igitur, si* LPCR At hoc) *An hoc* E *an hæc* LCR Lucilius) *Lutius* L contigit) *contingit* LCR ut) *aut* E

scriptum suspicer: *audebo — bona appellare nec fraudare suo ueteri nomine, et aliquid potius nouom acquirere, uirtutis autem* &c. Quom Piso illo usus esset genere loquendi *nec fraudare* &c., in quo detrahendi et minuendi significatio st, breuiter cum reprehensione quadam non obscura Stoicorum nihil noui addentium, si a nominibus mutatis discedatur, addit, se potius, si possit, aliquid nouom ad augendam amplificandamque disciplinam acquisiturum; deinde institutam orationem absoluit (*uirtutis* &c.). Illud ita superiori membro obiter (ut post Ciceronem dixerunt) adiungitur (cfr. § 90 *et reducta*), ut uerbum *audebo* huic parti non sit aptissumum (*conabor*). In proxumis uerbis imaginem a Critolao sumptam esse, adparet e Tusc. V, 51. *Deprimendi* uerbum et hic et ibi minus recte a Cicerone positum esse de ea re, quæ potius suo pondere alteram eleuet, Dauisius adnotat. Alia enim imagine superiorem et præstantiorem rem eam, quæ infra sit, premere dicimus; hæc Cicero confudit.

92. *ergo, si*) Sic ex Erl., Spir., cod. Mor. Orellius; priores: *Igitur, si.* Pro *tristior* Crat. et Uictorius nescio unde *tristis*; illud Morelius e cod. adnotat, sed idem et "q. u. c." in margine editionis Lbinianæ repetitæ: *an hoc in eo*, quod adparet in codicibus melioribus fuisse; in deterioribus peius *an hæc* (Oxx. omnibus; ceteri tacent). Recte propria contrarii argumenti particula pro altera, quacum sæpissume permutatur, iam apud Crat. restituta st. *An hoc — non contigit* ab eo recte diceretur, qui ex eo, quod hoc contigisset, superius confirmaret. De M. Crasso, quem e Plini H. N. VII, 18 intellegitur M. Crassi, qui in expeditione Parthica periit, auom fuisse, P. Crassi Diuitis, qui de Lusitanis triumphauit, patrem, Lucili uersum conmemorat Cicero etiam Tusc. III, 31; aliorum scriptorum testimonia conlegit Douza ad Lucili Fragm. p. 245 ed. Hauerc.

minus [illegible] [illegible] Xanium [illegible] [illegible] uellet, [illegible] quod [illegible]

[illegible] appellabant [illegible] que [illegible]

appellabant? Sic Gaius [illegible] adpareret, id dixi, quale de Polycrate [illegible] hominum iudicium fuerit, [illegible] tandum et felicis nomen [illegible] anulo nota et Herodoti narratio in [illegible] XXXVII, 1 et Ualerius Max. VI, 9 [illegible] abiecerat Gaius e codicibus suis, [illegible] a Uictorio et Manutio editum [illegible] hoc reuocare ausim, non quo cum Gaio [illegible] Handius Tursell. III, 295) id a Cicerone [illegible] Polycratem naui in altum profectum, quam [illegible] anulum abiecisse. Nam et omnis [illegible] quam hic res adtingitur, posita erat in anulo [illegible] illa uerba ad Polycratem abicientem referimus, [illegible] ut incertum relinquatur, in nauimne aliquo cum [illegible] illa Polycratis in altum proficiscendi diligenter [illegible] consilium nihil omnino pertinet) tam breuiter [illegible] modo poterat; hoc enim potius intellegeretur: "quem [illegible] esset." Sed fieri potest, ut Cicero et alii in [illegible] uerborum coniunctionibus propter rerum genus cogit[illegible] celeritate a motus notione transierint ad mansionem [illegible] hic, quod non tam ipsa actio anuli proiciendi compr[illegible] animo, quam anulus mari mersus et occultatus. Quam multo magis adparet apud Tacitum Ann. I, 22: ubi [illegible] ieceris, et apud Sueton. Ner. 48: *odore abiecti in uia* [illegible] (cfr. Galb. 20); nam ibi pæne omnino excluditur notio [illegible] tati (corporis translati), cogitaturque tantummodo de [illegible] contemptim proiecto eique rei locus adsignatur. Conleg[illegible] pauca Handius l. c., e quibus quæ mihi minus recte d[illegible] (etiam scriptorum generibus et ætatibus) et iudicata uidea[illegible] non persequar. Unum olim in Opusc. Acad. p. 497 e cod[illegible] duorum locorum erui (*arma in templo Castoris comportabat*[illegible]) nec tamen probaui Wesenbergio meo (Obseru. in Sestian. p. [illegible]) ut magis in eo adsentior, quod nunc apud Ouidium Metam. [illegible]

[illegible]rgo infelix una molestia, felix rursus, [illegible]anulus in praecordiis piscis inuentus est? [illegible] insipiens (quod certe, quoniam tyrannus), [illegible]atus; si sapiens, ne tum quidem miser, [illegible]ete, praetore Darei, in crucem actus est. — [illegible]alis adfectus. — Quis negat? sed ea mala [illegible]itudine obruebantur.

[illegible] 93. An ne hoc quidem Peripateticis con[illegible]cant, omnium uirorum bonorum, id est, sa[illegible]mnibus uirtutibus ornatorum, uitam omnibus [illegible]lus habere semper boni quam mali? Quis [illegible] Stoici scilicet. Minume; sed isti ipsi, qui

[illegible] si) om. L Oroete) eronte E oronte LC orunte R At) et E adfectus) *affectum* L 93. uirorum bon.) *b. u.* E sapientium) [illegible] GR omnibus) *omnibusque* LPOR Stoici scilicet) *Stoicis licet* [illegible] ista E

[illegible]olt: *coniectum in guttura ferrum* (pro *in gutture*; gut[illegible] unius hominis Ouidius saepe dixit); Curtium quoque IV, [illegible] scripsisse puto *directa in guttur hasta,* non *in gutture.* [illegible] *infelix — inuentus est?*) Interrogationem notaui, quae [illegible] aduersarios urgendi uim habet, ut superior illa: *Ergo* [illegible] Mox Oroetes ut apud Ual. Max. l. c. et apud Gra[illegible]mum Tyrium et Dionem Chrysostomum, sic in Ciceronis [illegible] (Dauisianis, Oxx., Gzianis) *Orontes* appellatur; quom [illegible]ter Herodotum (III, 120 sqq. saepe) etiam Athenaeus [illegible] B.), Aelianus (Uar. Hist. VIII, 11), Lucianus (ter) illud [illegible]habeant, non dubito, quin librarios in errorem duxerit [illegible]minis Syri nomen; secutusque eum, ut omnes inde a [illegible]Uictorium (Uarr. Lectt. II, 4). Ab ipsis scriptoribus histo[illegible]uarietatem indicabant Hemsterhusius ad Luciani Contempl. [illegible]et Wesselingius ad Herodotum. Sed uarietas in solo nomine [illegible]ro *Darei* Gud. 2 et Mon. *Dareii*; aliae turbae inde ortae sunt [illegible]x. Proxuma uerba (*sed in mala &c.*) Piso ad id adcommo[illegible]quod posuerat: *si sapiens.*

[illegible]Cap. XXXI, 93. *omnibus uirtutibus*) Sic Gzius etiam e Spir. [illegible] *omnibusque*. Idem e duobus suis optumis *sapientium* pro *sa*[illegible]*ntum*.

[illegible] *Stoici scilicet. Minume; sed*) "Credas, Stoicorum hoc esse

minus ἀγέλαστος, ut ait idem, uocaretur. Polycratem Samium felicem appellabant. Nihil acciderat ei, quod nollet, nisi quod anulum, quo delectabatur, in mari

appellabant) *appellant* LPC *appellant: quod* R acciderat) *acciderit* E quo) *in quo* L mari) *mare* (P)

appellabant) Sic Gzius etiam e Spir. Satis uel ex *acciderat* adparet, id dici, quale de Polycrate ante unum illum casum hominum iudicium fuerit, tum quæri, num id propter eum mutandum et felicis nomen detrahendum fuerit. De Polycratis anulo nota st Herodoti narratio in libro III, 41, a quo Plinius XXXVII, 1 et Ualerius Max. VI, 9 ext. 5 sumpserunt. *In mari abiecerat* Gzius e codicibus suis, Uindob., Oxx. restituit, quom inde a Uictorio et Manutio editum esset *in mare*; nec ego ad regulam hoc reuocare ausim, non quo cum Gzio (quem probare uidetur Handius Tursell. III, 295) id a Cicerone significatum putem, Polycratem naui in altum profectum, quom ipse in mari esset, anulum abiecisse. Nam et omnis summa narrationis, propter quam hic res adtingitur, posita erat in anulo merso, quæ, si illa uerba ad Polycratem abicientem referimus, adeo obscuratur, ut incertum relinquatur, in nauimne aliquo eum abiecerit, neque illa Polycratis in altum proficiscendi diligentia (quæ ad Pisonis consilium nihil omnino pertinet) tam breuiter significari alio modo poterat; hoc enim potius intellegeretur: "quom casu in alto esset." Sed fieri potest, ut Cicero et alii in paucis quibusdam uerborum coniunctionibus propter rerum genus cogitandi quadam celeritate a motus notione transierint ad mansionem in loco, ut hic, quod non tam ipsa actio anuli proiciendi conprehenderetur animo, quam anulus mari mersus et occultatus. Quamquam hoc multo magis adparet apud Tacitum Ann. I, 22: *ubi cadauer abieceris*, et apud Sueton. Ner. 48: *odore abiecti in uia cadaueris* (cfr. Galb. 20); nam ibi pæne omnino excluditur notio loci mutati (corporis translati), cogitaturque tantummodo de corpore contemptim proiecto eique rei locus adsignatur. Conlegit non pauca Handius l. c., e quibus quæ mihi minus recte discreta (etiam scriptorum generibus et ætatibus) et iudicata uideantur, non persequar. Unum olim in Opusc. Acad. p. 497 e codicibus duorum locorum erui (*arma in templo Castoris conportabantur*) nec tamen probaui Wesenbergio meo (Obseruu. in Sestian. p. 23), cui magis in eo adsentior, quod nunc apud Ouidium Metam. III.

abiecerat. Ergo infelix una molestia, felix rursus, quom is ipse anulus in praecordiis piscis inuentus est? Ille uero, si insipiens (quod certe, quoniam tyrannus), numquam beatus; si sapiens, ne tum quidem miser, quom ab Oroete, praetore Darei, in crucem actus est. — At multis malis adfectus. — Quis negat? sed ea mala uirtutis magnitudine obruebantur.

XXXI, 93. An ne hoc quidem Peripateticis concedis, ut dicant, omnium uirorum bonorum, id est, sapientium, omnibus uirtutibus ornatorum, uitam omnibus partibus plus habere semper boni quam mali? Quis hoc dicit? Stoici scilicet. Minume; sed isti ipsi, qui

Ille) *illi* L si) om. L Oroete) *eronte* E *oronte* LC *orunte* R At) *et* E malis) om. L adfectus) *affectum* L 93. uirorum bon.) *b. u.* E sapientium) *sapientum* (P)GR omnibus) *omnibusque* LPOR Stoici scilicet) *Stoicis licet omnes.* isti) *ista* E

90 scribi uolt: *coniectum in guttura ferrum* (pro *in gutture*; guttura enim unius hominis Ouidius sæpe dixit); Curtium quoque IV, 88 (9, 25) scripsisse puto *directa in guttur hasta*, non *in gutture*.

Ergo infelix — inuentus est?) Interrogationem notaui, quæ negandi et aduersarios urgendi uim habet, ut superior illa: *Ergo si semel &c.* Mox Oroetes ut apud Ual. Max. l. c. et apud Græcos Maximum Tyrium et Dionem Chrysostomum, sic in Ciceronis codicibus (Dauisianis, Oxx., Gzianis) *Orontes* appellatur; quom tamen præter Herodotum (III, 120 sqq. sæpe) etiam Athenæus (XII, 522 B.), Ælianus (Uar. Hist. VIII, 11), Lucianus (ter) illud nomen habeant, non dubito, quin librarios in errorem duxerit notius fluminis Syri nomen; secutusque eum, ut omnes inde a Lbino, Uictorium (Uarr. Lectt. II, 4). Ab ipsis scriptoribus historiam uariatam indicabant Hemsterhusius ad Luciani Contempl. c. 14 et Wesselingius ad Herodotum. Sed uarietas in solo nomine st. Pro *Darei* Gud. 2 et Mon. *Dareii*; aliæ turbæ inde ortæ sunt in Oxx. Proxuma uerba (*sed in mala &c.*) Piso ad id adcommodat, quod posuerat: *si sapiens*.

Cap. XXXI, 93, *omnibus uirtutibus*) Sic Gzius etiam e Spir. Erat *omnibusque*. Idem e duobus suis optumis *sapientium* pro *sapientum*.

Stoici scilicet. Minume; sed) "Credas, Stoicorum hoc esse

uoluptate et dolore omnia metiuntur, nonne clamant, sapienti plus semper adesse, quod uelit, quam quod nolit? Quom tantum igitur in uirtute ponant ii, qui fatentur se uirtutis caussa, nisi ea uoluptatem acciret, ne

metiuntur) *ment.* E igitur) om. PL ii) *hi* LOr. *hii* E fatentur se) *se fat.* CROr. nisi) *ne* P uoluptatem acciret) *uoluptate maceret* E *uoluptatem maceret* P

dictum; uerum non est, sed Epicuri." Lambini huius loci emendationem Dauisius iure probabat, Gzius secutus est. Nam siue Pisonem adfirmantem hoc inducimus: *Stoicis licet,* inepte adfirmabit, quod proxuma uoce tollet, siue interrogantem (etsi orationis forma non permittit, ut hic interrogandi particula absit), non minus praue figuram eam orationis, qua expectatio commouetur, turbabimus, sententiamque habebimus peruersissumam. Nam licere hoc Stoicis dicere, Piso nullo modo negabat, (cui enim magis?) sed non iis solis hoc licere putabat, uerum etiam Peripateticis concedendum esse, ut id dicerent, quod etiam Epicurus auderet ponere. Epicuri dictum adtigimus ad I, 62. Quod de Peripateticis uniuerse Piso locutus erat, post illud: *quis hoc dicit?* non subiecit, quæ expectabantur, Zenonis et Epicuri ipsorum nomina. (Orr. tantummodo e ξχψ adnotant *Stoicis licet.*)

Quom tantum igitur, &c.) *Igitur* omittit etiam Gud. uterque, editio Uictori. Tum *fatentur se* dedi e "tribus potioribus" Gzi et (ut ex LP adparet) fortasse multis aliis. In talibus sequenda codicum fides, ut etiam II, 74 feci. Tum in codice archetypo, littera *m* ex *uoluptatem* proxumæ uoci adiuncta, scriptum erat *uoluptate maceret*, ut erat in tribus potioribus Gzi, Pal. 6; hinc factum *uoluptatem maceret* (Pal. 4, Par. 1, 3, χ, in ψ erat *uoluptatem acciret*, sed supra scriptum *uoluptatem maceret*) et alia; in E; Monac. corrigendo natum *uoluptate marceret*, in Gud. 1 *uoluptatem accreet*; Uindob. *maneret*; *maderet* non in codice inuentum, sed a Grutero praue excogitatum st. Ad litterarum uestigia satis prope adcedit uetus coniectura, quam editores secuti sunt; sed *accire* translate nusquam Cicero dixit; ac ne alii quidem, nisi quod apud Uelleium et Florum *mortem accire* dicitur non id quod mortem adfert, quæ hic significatio requiritur, sed ipse qui eam sibi consciscit. Itaque aliud a Cicerone uerbum positum puto (*adferret, pareret*). Paullo post *quis est enim* Gzius e Spir. et Erl., *hoc cadere* Dau. e Par. (quo?) et confirmant duo illi.

manum quidem uersuros fuisse, quid facere nos oportet, qui quamuis minumam animi praestantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus, ut ea ne in conspectu quidem relinquantur? Quis est enim, qui hoc cadere in sapientem dicere audeat, ut, si fieri possit, uirtutem in perpetuum abiciat, ut dolore omni liberetur? Quis nostrum dixerit (quos non pudet ea, quae Stoici aspera dicunt, mala dicere), melius esse turpiter aliquid facere cum uoluptate quam honeste cum dolore? **94.** Nobis Heracleotes ille Dionysius flagitiose desciuisse uidetur a Stoicis propter oculorum dolorem. Quasi uero hoc

animi praest.) *p. a.* E ne) *nec* C relinquantur) *relinquatur* L est enim) *enim est* PCR hoc) *hæc* (P)LCR dixerit) *diceret* C 94) flagitiose) om. R Quasi) *quis* omnes.

94. *Heracleotes ille Dionysius*) ipsius Zenonis auditor, quem *μεταθέμενον* Græci appellant, quod ad Cyrenaicos se et ad uoluptatem conuertit (Acad. II, 71). Morbi genus idem commemorat Diogenes Laërt. VII, 37 et 166. Ipse autem Cicero in Tusculanis II, 60 renum dolorem fuisse dicit. In codice Moreli hic scriptum erat *propter genu dolorem*, nescio an deprauata correctione, qua quis librarius, Tusculanarum loci memor, Ciceronem secum in concordiam redigere uoluerit. (In Tusculanarum loco frustra laborant, qui uitium orationis et conclusionis a Bentleio perspectum defendunt. Nam nec *satis esset* pro *satis erat* ferri potest (quapropter Ernestius scribi uolebat, obliqua oratione: *quia — dedisset — posset — esset*) et perspicuum st, si quid umquam, hanc adsumptionem: *Plurumos autem — nec ferre possum* referri ad condicionale conclusionis initium, prorsus autem inepte addi et hæc et extrema: *malum st* &c., si res et sententia iam ante absoluta sit. In corrigendo mendo Bentleius aberrauit. Sic enim Cicero scripsit: *Quia, si, quom tantum operæ philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem, satis esset argumenti, malum esse dolorem. Plurumos autem* &c. Conclusio argumenti incipit a *si*, sed tota pro responso Cleanthis interrrogationi subiungitur particula *quia.*) Pro *quasi uero* codices *quis uero*, ut solet pro *quasi* scribi *quæso* et *quis*. Correxit Lbinus, cui tamen de duobus codicibus manuscriptis, quos *quasi* habere ait, parum credo, nisi correcti ipsi fuerunt. Secutus est Ernestius et recentiores.

[illegible] interest! Illuc [illegible] iam non esse. [illegible] Hic si [illegible] sententia, [illegible] autem [illegible] E [illegible] Ca- [illegible] Mase.

[illegible]

[illegible] communem [illegible] qui [illegible] est. Sed quod [illegible] c. 4 p. 1009 [illegible] quem [illegible] sequitur, et in ipso [illegible]

juaeso, inquit, Carneade noster; nihil illinc huc perienit. Ostendit pedes et pectus. Ac tamen hic mallet on dolere.

XXXII, 95. Haec igitur est nostra ratio, quae tibi idetur inconstans, quom propter uirtutis caelestem uandam et diuinam tantamque praestantiam, ut, ubi irtus sit resque magnae et summe laudabiles uirtute estae, ibi esse miseria et aerumna non possit, tamen ibor possit, possit molestia, non dubitem dicere, omnis

Carneade) *carinde* E *Corniade* Or. Ac tamen) *attamen* PCR 95. est) 1. E uirtutis) *uirtutes* E et summe) *summe* E *sumendæ* LPC *et sumendæ* laudabiles) *laudabilesque* LPCR possit, possit) *possit et* LPCR

pud Plutarchum uariat scriptura neque *ἔσκωπτε* recte ad Epicum referri posse uidetur, quapropter Wyttenbachius *Καρνεάδης* :ponendum putat.

Ac tamen) Et tamen, quamquam ita patienter dolorem tulit, allet, si optio daretur, non dolere. (Poterat dici: *maluisset*, *si ata esset*; imperfecti usum adtigi ad V, 8.) *Ac tamen* etiam spir., restituitque Gzius, de quo dictum st ad II, 85.

Cap. XXII, 95. *res magnæ et summe laudabiles*) Sic Gzius Spir., modo satis certum sit, in eo fuisse *et*, quod Erl. omittit. Iratander, quom ederet idem, quod in R et apud Marsum st, in margine pro *sumendæ* adnotauit *summe laudabiles*, utrum *et* in odem esset codice, in quo hoc, necne, incertum relinquens. Tenenlam particulam putaui, quod res uirtute gestæ communiter dici uidenur (ut § 66), tum hoc augeri duobus adiectiuis coniunctis: *magnæ et s. laud.* Res sumendas, hoc est, commodas et eligendas (§ 90 et alibi), nihil huc pertinere, iam Manutius uiderat et *summeque laud.* scribi noluerat.

tamen labor possit, possit molestia) Hoc quoque ex Erl. et Spir. receptum st a Gzio. Paullo tamen aliter hic uicem particulæ duo nomina coniungentis et eidem uerbo subicientis (*labor possit et molestia*) sustinet uerbi geminatio atque ubi contrariæ ponuntur in eodem uerbo negatio et adfirmatio, ut supra II, 68: *est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis*, et pro Sulla § 3: *quamobrem abs te Q. Hortensi factum non reprehendatur, reprehendatur meum.* Huic, quod præ manibus est, similius illud uideri possit, quod in Tusc. II, 44 legitur (sed in breui oratione indicatiua): *possunt oculi* (dolere), *potest caput, latera, pulmones,*

losophos loqui putas oportere? Quanti quicque sit, aliter docti et indocti; sed quom constiterit inter doctos,

putas) *putes* LPCR quanti quicque sit) cum uncis Or. (*quicquid* C) docti et indocti) *doctos et indoctos* LPCROr.

loqui putas oportere? Quanti quicque sit, aliter docti et indocti; sed quom constiterit, cett.) Primum *putas*, quod pridem Lbinus tacite restituerat, Schuetzius et Orellius e Spir. et Erl. sumpserunt; uid. ad II, 76. Deinde relicua sic edidi (*docti et indocti*) et distinxi, ut pridem Lbinus fecerat, codicem Cuiacianum et Huraltinum sequens; adcedit Pal. 6, quem cum optumis conspirantem habuimus § 58 (*sciendi, tum*) § 69, 80, 87 (*ἀθαμβίαν*), 88 (*dubitatum*) et, ne de meliore familia dubites, Erlangensis; nam Gzius, sui ad extremum similis, ne hic quidem summa editorum dubitatione admonitus est, ut eum et Spir. inspiceret et conmemoraret. Sententia, in his uerbis apertissuma, sic procedit: Piso cum indignatione interrogat: *Aliter — putas oportere?* negans, tale sermonis discidium et eiusmodi nominum præstigias ferendas esse. De ipsarum rerum pretio ait inter doctos (philosophos) et indoctos necessario dissensionem esse, quom philosophi, quid bonum, quid malum sit, et quantum quodque sit bonum malumue, quærentes populi æstumationem sequi nequeant. Deinde ad nomina Piso rediens et orationem reflectens additurus erat: "Sed quom inter philosophos id, in quo ab indoctis dissentiant, constitutum sit, quantum cuique tribuendum sit, usitate loqui debent, ut ea, quibus pretium aliquod tribuant, bona appellent, ut ceteri, non eligenda aut præposita." Sed simul mentio rei ipsius definitæ et constitutæ aliam cogitationem obiciebat; hanc tenens lusum illum nominum, quem hactenus reprehendit, cum contemptu quodam Stoicis permittit, ut in eo se oblectent, dum res maneant nihilque interesse intellegatur. Hæc sententia proxumæ superiori correctionis loco adiungi poterat, ut oratio sic decurreret: *sed quom constiterit, — sit, debent usitate loqui, saltem si homines sunt* (h. e. non prorsus inhumaniter et peruerse aliorum rationem neglegunt et consuetudinem spernunt); *sed, dum res maneant, uerba fingant &c.* Obscurauit paullulum Cicero sententiæ progressionem, hoc, quod adiungitur, primario loco pro apodosi ponens, illud autem superius ad orationem caute circumscribendum secundarie intericiens, ex quo hæc nascitur forma: *sed quom — res quæque sit, quamquam, si homines essent, usitate loquerentur, tamen, dum res maneant, uerba fingant.* Iam in hoc ipso eloquendo usus est Cicero ea orationis Latinæ forma, quam uberius alibi declaratam

' quidam ei deesse dicebant.
'it Pomponius iocans;
Quae enim dici
· a te, nec
aptis.
.d me.

mp.) *P. inq.* R

...ssario post illud:
...ebant, qui *eam* non
...s *relicuarum*, non, ut
...orationem transire a phi-
...nt, sequitur: *etiam acutio-*
dubitaui igitur mendum cor-
...e correxit. Reprehensam in Pe-
...m et desideratum acumen ad III,
...a et copiis huius scholæ ad omnia
...7, M. Cicero IV § 6 sqq.
...*idem*) Epicuream saltem (*quidem*) acu-
...ci Atticus negat, accusatiuom certinuans
...ad II, 88. Ueram scripturam, quam Manu-
..., confirmat etiam Spir. Codices Dauisi et ce-
..., ut editiones ante Manutium; Oxx. nihil adno-
... et Gud. uterque omittebant *quidem*. Tum *Pom-*
...Marsus ex R, Gud. 1, et secutus est Gzius; uid. ad
... *mihi* excidisse arbitror *fuit*, quod abesse in hac ora-
præsertim tempore, non potest. (Lbinus *fuit mihi*.)
... *sunt a te, nec minus* &c.) Id est (si uera st scriptura)
...*a non minus* &c. Huic laudi planæ et perspicuæ orationis
...ar, magis ut ipsa declaretur, quam ut noui aliquid adiunga-
...: *uerbis aptis;* itaque particulam non interposuit Cicero (*et*
uerbis aptis). Nam quod Orellius planæ orationis laudem ad res ipsas pertinere uolt, neque rerum perspicuitas ad hanc linguæ Græcæ et Latinæ conparationem pertinet, et, quom *plane dicere* (II, 10 et 15, III, 19) in eo positum sit, ut intellegatur, quod dicatur, eius magna pars sita st in uerbis aptis et rem declarantibus (IV, 57). Paullo tamen durius et breuius hæc duo uerba in extrema sententia adici uidentur. Eam dubitationem augent codices Spir. et Erl., in quibus *uerbis* transponitur ante *quam*, quod

sapientis semper beatos esse, sed tamen fieri posse, ut sit alius alio beatior. Atqui iste locus est, Piso, tibi etiam atque etiam confirmandus, inquam; quem si tenueris, non modo meum Ciceronem, sed etiam me ipsum abducas licebit. 96. Tum Quintus, Mihi quidem, inquit, satis hoc confirmatum uidetur; laetorque eam philosophiam, cuius antea supellectilem pluris aestumabam quam possessiones relicuarum, — ita mihi diues uidebatur, ut ab ea petere possem, quidquid in studiis nostris concupissem, — hanc igitur laetor etiam acutiorem

beatos esse) *e. b.* E 96. quidem) *quit* E lætorque eam) *lætor quidem omnes*, Or. possessiones) *possessionem* L relicuarum) *reliquorum omnes*, Or.

possunt omnia. Uerum ibi hac ipsa forma diligenter distinguuntur plures res separatæ et seiunctæ, quod in laborem et molestiam non uidetur cadere. Adcedit in hoc loco, quod in huiusmodi exceptione et superioris sententiæ circumscriptione adiungenda raro, si umquam, *tamen* pro *et tamen* ponitur (*ut ibi miseria esse non possit, tamen labor possit*); in illa, quam dixi, negationis et adfirmationis contraria coniunctione addi *tamen* sic potest: *ut ibi miseria esse non possit, possit tamen molestia.* Locum illum in Tusc. II, 60, in quo *tamen* pro *et tamen* positum nonnulli putarunt, paullo ante (ad § 94) aliis indiciis coargui; sed illud quoque certissumum est, quom significem, id, quod ex aliqua re expectari debuerit, non esse consecutum, Latine non posse orationem sic continuari: *quom philosophiæ studuerim, tamen dolorem ferre non possim, malum st dolor.* (In hac oratione: *Philosophiæ studui; tamen dolorem ferre non possum*, sententiæ distrahi possunt; sed tamen Latini malunt coniungere.) In hoc, de quo agimus, loco dubitandi caussa st, mutandi euidens necessitas non est.

96. *lætorque eam philosophiam*) Peripateticam. Certam Dauisi emendationem, quam Ernestius probarat, secutus sum. Codicum scriptura tria habebat uitia, primum quod copula omissa erat in hac sententia superiori, cui adhæret et ex qua oritur, adnectenda, alterum, quod *quidem* particula hic ineptissuma erat, tertium, quod, quom una aliqua philosophia a ceteris separaretur, tamen pronomen aberat; qui enim ita dicit: *lætor philosophia*, *cuius* &c., is de uniuersa philosophia loquitur. [illegible] dum non minus apertum Dauisius reliquerat; [illegible]

test. Ne seges quidem igitur spicis uberibus et
s, si auenam uspiam uideris, nec mercatura q
osa, si in maxumis lucris † parum aliquid damni

91. *Ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris*) esse p
est, spicas uberes et crebras habere. Prorsus recte,
ii huiusmodi adiunctione, sic in hac conclusione et conseq
demonstratione uerbum e superiore sententia auditur, fitq
: quom in *ne — quidem* (N. D. III, 21: *ne in terris*
urbe nostra), tum in his particulis coniunctis *ne —*
igitur, ut III N. D. 43 et 44 et aliis locis, qui
rsu ad II, 25 positi sunt. Praue Gzius, quod in Bas. et
at *respicis*, scripsit *est spicis*, prauius Orellius excidisse
: putat *lætatur*(!), *læta st*, non animaduertens, in abla
prædicatum esse, quod respondeat adiectiuis *beata* et *quæstu*
ullum unum aptum erat; *læta* enim ad speciem pertinebat. T
86 Cicero in eadem conparatione *arationem fructuosam* d
interpretando turbat Beierus ad Off. II, 48. Pro *usp*
Gruterum typotheta dedit *ipsam*; id Dauisius corrigens
n Ball. et Mead. auctores citat, quasi in ceteris alterum
s autem Spir. et Erl. et, ut semper aliquid propriæ et in
s prauitatis habeat, marginem Crat., in quo nihil scribi
ntextu autem, ut apud omnis. Paullo ante Man., Lbi
sse beata contra codices (Gzi; non ex ed. prima).
parum aliquid damni) Recte hanc scripturam Ernestiu
ius damnasse uidentur, quoniam *parum* non est, quod
itur, *non multum* (paruom aliquod damnum), sed, quod
uehementer respuit, *non satis* (quasi plus damni contra
tor cupiat). Neque sum nescius, nuper a pluribus prio
e significationem huic uoci tributam esse, quos Moseru
I. V, 41 nominat. Uerum illi recte animaduertunt, Quin
semel ita esse locutum (III, 1, 5, etsi, nisi sequer
ı, non *nimium*, seruari ibi propria significatio poterat),
em Plinium Panegyr. c. 20 (nam aliis locis praue abut
addo Senecæ epist. 2, 5: *Non qui parum habet, sed*
pit, pauper est. Ad Ciceronem et eius æqualis proxun
c nihil pertinent. Nam quod e Tusc. V, 41 proferu
parum metuit, sed qui omnino metu uacat, quidquid
n aut tolerabilium codicum, habet *parua*, quod recte K
:utus est; nam paruos metus significatur ex paruis re
tuantur (corporis incommodis et externis). Sallusti au
ui in Iug. c. 85 legitur, quantam habeat prauitatem, ad

Quod quom ille dixisset, et satis disputatum uideretur, in oppidum ad Pomponium perreximus omnes.

quamquam casu factum esse, non prorsus negari potest, tamen qui librarius a *plane* ad *uerbis*, nulla uocum similitudine deceptus aberrauerit, deinde ordine relicua perscripserit, non facile intellegitur; minus tamen, quomodo quaue de caussa *uerbis aptis* a librario addi potuerit, si a Cicerone scripta non essent, quod Gzius putabat. Sed non absurda Schuetzi coniectura st, qui sic Ciceronem scripsisse credebat: *dicta sunt a te uerbis aptis nec minus* &c. Fieri enim potest, ut, quom duæ uoces excidissent et in margine adnotatæ essent, in codicum meliorum principe extraherentur et duobus locis insererentur, in deterioribus autem coniungerentur loco non suo. Scrupulum discedenti lectori, sed leuem.

EXCURSUS.

I. DE TURBATIS ET DISSOLUTIS ORATIONIS CONNEXÆ, MAXUME BIPERTITÆ MEMBRIS.

AD LIB. I C. 7, 23.

Dicam de re magna ex parte peruagata, sed dicendi caussam habeo, primum ut ea corrigam, quæ nuper de hac ipsa re non recte disputata sunt ab eiusmodi uiro, qui multos auctoritate sua tracturus esse uideatur, deinde ut ea, quæ particulatim ab aliis animaduersa et commemorata sunt, coniungendo in clariore luce ponam et hinc progressus quædam minus nota nequedum tractata adiungam.

Quæ in lingua nondum per plura secula prosæ orationis litteris exculta facile dabatur uenia libertatis cotidiani et familiaris sermonis in dialogis præsertim imitandæ, quaque in eadem scribendi forma Plato interdum utitur, in libris de legibus, si eius sunt, abutitur, eam multæ sunt caussæ, cur Cicero in iis libris, quos de philosophia scripsit, ita sibi concessam putarit, ut interdum modum excedere uideatur. Nam ut omnino in hoc genere disserendi et docendi sæpe, sententiis iam coeptis et oratione adumbrata, multa occurrunt, quæ ad res definiendas et diligentius conprehendendas pertineant, ita multo magis orationis cursum retardari et institutum mutari necesse st, si quis non suas sententias explicet, sed alienas et alio sermone ante expositas, suo nondum tractatas, breuiter conplecti et ex uniuersis disciplinis decerptas particulatim perscribere conetur. Nam et patrii sermonis res et sententias non facile subsequentis inpedimenta uincenda sunt sæpeque de uerbis dicendum et excusatione utendum et de ipsis rebus aliquid interdum aliunde admonitionis et explicatio-

nis caussa interponendum st. Si autem etiam illud adcesserit, ut scriptor festinans curam retractandæ orationis semel fusæ et commodioris formæ uarie temptandæ quærendæque molestiam detrectet, quamuis sit scribendi in alio genere artifex, tamen fieri non poterit, ut neglegentia non adpareat. Cicero autem quam celeriter hæc scripserit, in prolegomenis dixi; in singulis locis quam non elaborauerit, ut mutando, quæ scripsisset, sententiam et orationem expoliret et læuigaret, sæpius in notis commemoraui, uelut ad V, 22 p. 651 et ad V, 54 p. 712. Uerum hæc ecficiunt, ut in hoc genere librorum hæ orationis quasi aberrationes plures et duriores sint; libertatem illam aliquid ita ponendi, ut orationis conformatio et progressio non ad seueram normam exacta esset, etiam in illis Cicero usurpauit, quæ maiore cum cura et otio docendi caussa scripsit; unum et alterum huiusmodi, sed et facile apertumque et leue, in orationibus non reformidauit. Sed uniuersi huius generis eam speciem tractabimus, quæ natura sermonis facillume oritur, ipsa pluris conplectens. Latissume enim ea patet ratio, ut, quom uno tempore aut duæ aut plures æquales sententiæ partes conceptæ sint, primum sic dicamus, ut in primo membro orationis adpareat, alterum sequi debere et eadem forma adiungi ad plenam sententiam ecficiendam, deinde autem, nos quidem fere in loquendo tantum, ueteres autem maxumeque Cicero etiam in scribendo, sic in illo primo membro explicando inplicemur et subsistamus, ut, quom ad alterum perueniatur, iam obscurata sit ad animi sensum illa partitio et connexio. Itaque alterum, quod connexum ecferri debebat, ponitur solutum tamquam a nouo initio, ad superius autem referri, alio quodam orationis indicio significatur. Atque huius generis prima et facilluma forma in connexione copulatiua, quæ fit particula *et* geminata, accidit. Itaque nihil his annis, postquam A. Matthiæus de anacoluthis scripsit (p. 4-6), per commentarios Ciceronianos magis decantatum st, quam Ciceronem sæpe sic incipere tamquam *et* — *et* dicturum, deinde, quom prius membrum longius factum sit, pro altero *et* alia uti nouæ sententiæ adnectendæ forma. Nominum turba abstineo; adiungendus tamen Matthiæo st Beierus ad orat. pro Scauro p. 144.[1]) Atque in uno et altero loco fortasse

1) Adtigi ipse et alteram quoque speciem (ubi nec — nec dissoluitur) declaraui in commentat. de Asconio p. 70 not.

homines imperiti hoc genere explicandi praue usi sunt; sed nuper *Ferd.* Handius, quom de *et* pro *etiam* posito ageret in Tursell. uol. II p. 499 sqq.,[1]) totum id sublatum uoluit (p. 508 sqq.). Nam in iis, quae excitarentur, exemplis esse *nam et*, nec intellegi, cur Cicero post *nam* totiens a cursu orationis aberrasset; esse autem propriam quandam harum particularum coniunctarum significationem, in qua *et* intendendi uim haberet; esse igitur Germanorum *nemlich, denn eben, denn auch*. Deinde locos ad hanc sententiam adcommodat, uel dicam, ascribit. Primum ipsa illa uis et significatio in locos illos non cadit, in quibus nihil insoliti et noui, nihil singulare adiungitur cum tali aliqua sententia, non posse aliter fieri nec mirandum esse, quemadmodum dicitur *denn auch*, sed simpliciter caussa indici declaratur. Itaque Handius in plerisque locis nihil dixit nisi *nam et* esse *καὶ γάρ*, quod non magis aptum est; in quibus aliquid dixit, lapsus est, ut I de Diuinat. 63: *Itaque* (animus) *morte adpropinquante multo et diuinior. Nam et id ipsum uident, qui sunt morbo graui et mortifero adfecti, instare mortem.* Uertit enim ita: *denn dies eben fühlen diejenigen, welche tödtlich krank sind, dass der Tod nicht fern sey.* Primum hoc, si significatur, significatur in uoce *ipsum*; deinde quid hoc est: *dies eben?* quasi hoc expectetur et hic sensus praeter ceteros diuinus sit. Est hoc unum argumentum diuinationis morientium, quod mortem instare uident; alterum sequitur: *Diuinare autem morientis illo etiam exemplo confirmat Posidonius.* (Itaque iniuria Orellius *et* post *nam* omisit.) In aliis autem locis multo magis adparebit, quam sit illa interpretatio peruersa, uelut in I de Orat. 214: *Nam et ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit* &c., ubi siue dixeris: *denn eben die Staatsverwaltung*, siue: *denn er hat ja auch dem Redner die Staatsverwaltung übergegeben*, ineptum erit; sin ita quis reddiderit: *denn auch die Staatsverwaltung* &c., et plane pro *etiam* positum erit. Et putat Handius, si Ci-

---

1) De uniuersa illa disputatione hoc unum dicam, quom multa recte exposita sint meliusque tractata quam ab iis, qui corradunt, quidquid occurrit, tamen praeter id, de quo hic expono, in multis locis male negatum esse anacoluthon inesse, nec scriptores satis discreti sunt nec satis coniuncta, quae uera sunt, et, ut fit, mendosis aliquot locis usus est, uelut Ciceronis in Cat. Mai. 26, ubi scribendum esse: *ut et Solonem uersibus gloriantem uidemus — et ego feci*, manifestum est; et sic a. 1835 edidi.

cero, quod Matthiæus dixit, sic *et ciuitatem* &c. posuisset, tanquam additurus esset *et philosophiam*, postea autem aberrasset, litura eum usurum fuisse et illud *et* deleturum. Uerum id Cicero nec poterat nec uolebat. Omnes enim hi loci (quo secundo argumento Handius conuincitur) sic comparati sunt, ut ad ea, quæ ante dicta sint, confirmanda expectetur non primum illud, quod post *nam et* sequitur, sed duo aut plura membra, ut prorsus necessaria sit post particulam causæ indicem significatio alterius membri secuturi. Uelut in hoc ipso, de quo dicebam, loco, Crassum oratoris facultatem immensis sui ingeni finibus describere, non ex eo solo efficitur, quod ei ciuitatem regendam det, sed ex eo, quod oratorem eundem et rei publicæ præesse et philosophum esse iubeat; itaque hæc coniunctio statim significanda st. Eademque ratio perspicua st in orat. de imper. Cn. Pomp. 17, de quo loco Handius Beneckio persuasit. Nam quom Cicero bellum Mithridaticum ad multorum ciuium bona pertinere dixisset, subiungit: *Nam et publicani* &c., quod ineptissumum erit, si ita uerteris: *denn es haben ja auch die Staatsverpachter* &c. aut (ut plane pro *etiam* sit): *denn auch die Staatsverpachter* (quasi alii nominati sint); sin *et* plane non expresseris, non satis magnum hoc erit, quod dicetur; unum enim hoc est genus; *multi* illi conficiuntur, si adiuncti fuerint, qui secuntur: *Deinde ex ceteris ordinibus homines gnaui atque industrii.* Tum minume tantum post particulam *nam* hoc *et* reperiri, mox ostendam; et tamen ratio facile reddi potest, cur sæpius post *nam.* In caussa enim ponenda aut in eo, quod dictum st, exemplis confirmando (ut Topic. 93) statim significanda st series conplurium, in quibus coniunctis, ut dixi, uis argumenti inest; deinde in singulis explicandis tam diu moratur oratio, ut interrumpatur. Quæ st enim alia caussa, cur tam sæpe in argumentando post *primum* non subiciatur aperte *deinde* (de quo ipse scripsit Handius ad Wopkensi Lectiones Tull. p. 78)? Atque hoc postremo dicendum st, Handium oblitum esse, quid in similibus orationis formis fieret. Quod enim in *et* — *et* fieri non uelt, in *aut* — *aut* fieri, ipse docuerat Tursell. I p. 546. Oblitus est etiam prorsus similis neglegentiæ Græcorum, cuius exempla Matthiæus in Gramm. Græca p. 1301 posuit. Nos autem multas alias species adiungamus, nec solum *neque* — *neque*, sed

etiam *nam neque* — *neque* ita dissolutum, ut remaneat *nam neque*.

I. Reuertimur igitur ad superiorum doctrinam et hoc primum facimus genus dissolutæ orationis bipertitæ, ubi *et* sic posito, ut neque augendi neque adiungendi, sed eius, quod secuturum sit, significandi uim habeat, tamen non subiciatur alterum *et*. Sed in iis locis hanc figuram esse putabimus, ubi et ex sententia aperta erit caussa bipertitæ copulationis significandæ et, alterum membrum quod sit et quomodo aliam formam subierit, demonstrari poterit, ubi denique satis caussæ esse intellegetur, cur instituta ratio non seruata sit. Huiusmodi et hi loci sunt et alii:

A (sine *nam*.) Tusc. III, 5: *At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi, &c.* Non sequitur *et*, aperte tamen postulatur; præcessit enim interrogatio diiunctiua: *utrum quod minus noceant animi ægrotationes quam corporis, an quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit?* Utrumque Cicero remouere incipit: *at et &c.*, sed, priore absoluto, quom sequi deberet: *et, quom animus medicinam corporis inuenerit, sibi quoque mederi posse consentaneum st,* pro hoc substituit: *Qui uero probari potest &c.* De Orat. II, 98: *quod et in uobis animaduerti recte potest;* huic respondet illud: *Neque uero noster æqualis Curio &c.* De Diuinat. I, 114 postquam Q. Cicero dixit, concedi a quibusdam, ut saltem duo sint genera diuinationis, uaticinationes et somnia, sic orditur: *Ergo et ii, quorum animi &c.*, multa deinde addit de iis, quorum conmota mens uaticinetur, tum § 115 priorem partem absoluit et ad alteram, quæ in somniis posita st, transit: *Atque hæc quidem uatum ratio st, nec sane dissimilis somniorum.* Ibd. 126 postquam de fati notione dictum st, pergit Quintus: *Ita fit, ut e t o b s e r u a t i o n e notari possit, quæ res quamque caussam plerumque consequatur &c.* Plane in hoc loco calumniatur Handius p. 518; quid enim obseruatione notetur, apertum st; sed ineptum st *etiam*, quom nihil adiciatur; contra recte duplex genus diuinationis e fato ducitur, alterum obseruationis et artis, alterum naturale, furoris et somniorum; itaque particulæ *et* recte Giesius uidit respondere hæc: *easdemque caussas ueri simile st rerum futurarum cerni ab iis, qui per furorem eas aut in quiete uideant.* Non minus aperta calumnia Handius utitur in huius operis de finibus libr. I, 40, de quo (eadem pag.) sic loquitur, tamquam nos dicamus, grammatice copulari particulam *et* eaque, quæ pro altero *et* substituan-

cero, quod Matthiaeus dixit, sic *et ciuitatum &c.* quam additurus esset *et philosophiam*, postea … litura eum usurum fuisse et illud *et* deleturum … nec poterat nec uolebat. Omnes enim hi … gumento Handius conuincitur) sic compar… ante dicta sint, confirmanda expectet… post nam *et* sequitur, sed duo aut pl… cessaria sit post particulam causa… membri secuturi. Uelut in hoc … Crassum oratoris facultatem in… bere, non ex eo solo efficitur … sed ex eo, quod oratorem e… losophum esse iubeat; itae … Eademque ratio perspicu… …; dixit enim quo loco Handius Bene… …as esse Pisonis imperi… Mithridaticum ad mu… …peas sic enumerare incipit, iungit: *Nam et publ…* …ra se comprehensurum ostendat; teris: *deus es ho…* …gressus, sic ad enumerationem redit plane pro *etiam* …entum &c. Tum cetera de Decurionis, de nominati sint); …sum adiungit. Ne solum Ciceronem testem ha- hoc erit, quo… apud Quinctilianum, qui orationem diligentissime ficiuntur, et… solet, hanc tamen figuram in lib. XII, 10, 12 et 13 *dinibus hoc* …animaduersam esse. Eundem etiam negatiuam co- particula (*neque — neque*) dissoluisse uidebimus; relicuis, quae facile r… licentiae, abstinuit. Poteram alia testimonia ipsi aut ir… torquere.

stat… (*praecedente nam.*) De Diuinat. I, 111 uniuerse Quintus di… commemorat, qui scientia et doctrina futura prouideant: r… *sunt auguria non diuini impetus, sed rationis humanae.* Ad- …exempla: *Nam et* n a t u r a *futura praesentiunt, ut aquarum …uiones et deflagrationem futuram aliquando caeli atque terrarum.* …am hoc est physicorum genus; res plura postulat promittitque particula *et*, cui haec respondent: *a l i i a u t e m in re publica exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt.* De eo loco, qui legitur de Off. II, 33, mire Handius disputat p. 509, in cuius interpretatione nihil agit *et* dicitque Cicero seorsum, quod minume uolt, prudentiae *per se soli* fidem haberi. In nostra ratione, postquam dictum est, dua-

quaeso, inquit, Carneade noster; nihil illinc huc peruenit. Ostendit pedes et pectus. Ac tamen hic mallet non dolere.

XXXII, 95. Haec igitur est nostra ratio, quae tibi uidetur inconstans, quom propter uirtutis caelestem quandam et diuinam tantamque praestantiam, ut, ubi uirtus sit resque magnae et summe laudabiles uirtute gestae, ibi esse miseria et aerumna non possit, tamen labor possit, possit molestia, non dubitem dicere, omnis

Carneade) *carinde* E *Corniade* Or. Ac tamen) *attamen* PCR 95. est) . E uirtutis) *uirtutes* E et summe) *summe* E *sumendæ* LPC *et sumendæ* laudabiles) *laudabilesque* LPCR possit, possit) *possit et* LPCR

ıd Plutarchum uariat scriptura neque *ἔσκωπτε* recte ad Epicuı referri posse uidetur, quapropter Wyttenbachius *Καρνεάδης* ›mendum putat.

Ac tamen) Et tamen, quamquam ita patienter dolorem tulit, et, *si* optio daretur, non dolere. (Poterat dici: *maluisset*, *si esset;* inperfecti usum adtigi ad V, 8.) *Ac tamen* etiam , restituitque Gzius, de quo dictum et ad II, 85.

Cap. XXII, 95. *res magnæ et summe laudabiles*) Sic Gzius r., modo satis certum sit, in eo fuisse *et*, quod Erl. emittit. nder, quom ederet idem, quod in R et apud Marsum et, in ne pro *sumendæ* adnotauit *summe laudabiles*, utrum *et* in esset codice, in quo hoc, necne, incertum relinquens. Tenenırticulam putaui, quod res uirtute gestæ communiter dici uiden- § 66), tum hoc augeri duobus adiectiuis coniunctis: *magnæ* :*ud.* Res sumendas, hoc est, commodas et eligendas (§ 90), nihil huc pertinere, iam Manutius uiderat et *summeque* ribi uoluerat.

en labor possit, possit molestia) Hoc quoque ex Erl. et :eptum et a Gzio. Paullo tamen aliter hic uicem partiɔ nomina coniungentis et eidem uerbo subicientis (*labor molestia*) sustinet uerbi geminatio atque ubi contrariæ in eodem uerbo negatio et adfirmatio, ut supra II, 68: *d*, *quod nobis non liceat*, *liceat illis*, et pro Sulla § 3: *n abs te Q. Hortensi factum non reprehendatur*, *reprc*-*meum*. Huic, quod præ manibus est, similius illud ui-, quod in Tusc. II, 41 legitur (sed in breui oratione : *possunt oculi* (*dolere*), *potest caput*, *latera*, *pulmones*.

tur, ac non, hæc aliam habere orationis formam, ipsi doceamus. Itaque sane ea st sententia, quæ requiritur, in tali homine, qualis descriptus sit, omnia esse, quæ ad beatam uitam pertineant, et firmitatem animi, nec mortem nec dolorem timentis, et mentem nullo decorum horrore perculsam et memoriam uoluptatum præteritarum. Ne ulla relinquatur dubitatio, ut hic pro altero *et* subicitur: *ad ea quom adcedit*, sic III de Orat. 65 et 66 pro altero *uel* substituitur: *Adcedit quod* &c. (IV). Partitt. Oratt. 50 quom dixisset Cicero: *Sæpe etiam quæstionibus resistendum st*, caussas ita adiungit, ut non uno modo eas infirmari dicat: *quod et dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt morique maluerunt falsum fatendo quam infitiando dolere; multi etiam suam uitam neglexerunt*, &c. — *alii autem*, &c. In Pison. 83 (*Notata q nobis sunt et prima illa scelera in aduentu* &c.) ineptum st et, si pro etiam accipitur; dixit enim Cicero, sibi et ceteris senatoribus non ignotas esse Pisonis imperi labes; ad eas non aliquid addit sed ipsas sic enumerare incipit, ut et aduentus scelera et posteriora se comprehensurum ostendat; sed in primis illis nonnihil digressus, sic ad enumerationem redit § 84: *Idemque tu Rabocentum* &c. Tum cetera de Denseletis, de fano Iouis Urii seorsum adiungit. Ne solum Ciceronem testem habeam, addam, apud Quinctilianum, qui orationem diligentissume conformare solet, hanc tamen figuram in lib. XII, 10, 12 et 13 iam a Buttmanno animaduersam esse. Eundem etiam negatiuam copulationem (*neque — neque*) dissoluisse uidebimus; reliquis, quæ plus habent licentiæ, abstinuit. Poteram alia testimonia ipsi Handio extorquere.

B (præcedente *nam*.) De Diuinat. I, 111 uniuerse Quintus Cicero eos conmemorat, qui scientia et doctrina futura prouideant: *Horum sunt auguria non diuini inpetus, sed rationis humanæ.* Addit exempla: *Nam et natura futura præsentiunt, ut aquarum eluuiones et deflagrationem futuram aliquando cæli atque terrarum.* Unum hoc est physicorum genus; res plura postulat promittitque particula *et*, cui hæc respondent: *alii autem in re publica exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt.* De eo loco, qui legitur de Off. II, 33, mire Handius disputat p. 509, in cuius interpretatione nihil agit et dicitque Cicero seorsum, quod minume uolt, prudentiæ per se soli fidem haberi. In nostra ratione, postquam dictum st, dua-

bus rebus ecfici, ut fides habeatur, expositurus Cicero, quid utraque conferat, sic incipit: *Nam et iis fidem habemus* &c., deinde alia forma orationis (*Iustis autem et fidis hominibus* &c.) de iis utitur, qui alteram uirtutem habeant. Topic. 93: *Atque etiam in deliberationibus et laudationibus iidem existunt status.* Quomodo hoc fiat, de singulis statibus ostenditur: *Nam et negantur sæpe ea futura, quæ ab aliquo in sententia dicta sunt fore, si aut omnino fieri non possunt aut sine summa difficultate non possunt; in qua argumentatione status coniecturalis existit.* Unus hic est status nec sufficit ei, quod dixerat: *iidem status*; sed ceteros *et* illud promittit; itaque sequitur: *At quom aliquid de utilitate, honestate, æquitate disseritur, — incurrunt status aut iuris aut nominis.* Iam facile persuadebitur intellegentibus, de Legg. II, 62, quom Cicero uniuerse *sapientissumos legum scriptores* appellasset et exemplis uteretur, sic positum esse: *Nam et Athenis*, ut ei, multis interpositis de Atheniensium legibus, respondeat hoc § 67: *Hæc igitur Athenienses tui. Uideamus Platonem*, &c. Non dicam pluribus de II Orat. 48; tris alios locos supra declaraui; de huius operis II, 13 et 14 in adnotatione dictum st, nec confirmationem nunc desiderari puto. Quamquam Handio, uereor, ut persuadeam, qui etiam in iis locis, ubi adsit utrumque *et*, sententiarum apertissume connexarum copulationem perturbet sui illius *nam et* causa, ut (Tursell. II p. 582) in Brut. 81. Addam igitur, non solum *nam et* sic poni, sed etiam *enim et*. Nam de Diuin. I, 40 Quintus, quom fabulas poëtarum nominasset, sic exorditur tamquam plura exempla positurus: *Narrat enim et apud Ennium Uestalis illa* &c., deinde, multis Enni uersibus interpositis et aliquot suis uerbis, addit: *Sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus.* Neglegentius hoc fit, quod sic partitio subicitur uerbo *narrat*, tamquam hoc utriusque membri commune sit; neque plura huiusmodi exempla repperi. Sed quoniam Handius proprietatem aliquam particularum *nam et* esse uoluit, hoc quoque adiciam, proprium aliquem harum particularum usum esse, hinc longe remotum et ab Handio omissum, apud scriptores paullo inferiores ætate, qui tum eas ponunt, quom id, quod a diuersa parte pro argumento ponitur, uerum esse concedunt, sed negant quicquam eo probari, quom etiam in aliis rebus simile aliquid fiat, ubi illa argumentatio non ualeat.

aut aliquid adiunctum sit, quod eam euertat. Itaque eandem uim habent hæ particulæ, quam apud Ciceronem in similibus locis *et quidem* (uid. ad lib. I, 35), *et* autem plane pro *etiam* ponitur. Rem exposui olim in Emendatt. Tull. p. 95 citauique Quinctil. II, 11, 7, II, 12, 2, II, 20, 10. Eodem modo locutus est Tacitus Ann. XIV, 44, ubi sententiam I. Fr. Gronouius intellexit, exemplis usus est non aptis. *Καὶ γάρ* sic posuerunt Plato Phileb. p. 12 E et Xenophon Memorab. III, 4, 2, IV, 4, 14 et 21. Eum, quem Handius esse uolt, usum non sane confirmat Liui locus, quem apertissumum putat, VI, 19, 4; ibi enim illud *denn eben*, *denn auch* ineptissumum st; requiritur: *nam hi quoque* (non solum magistratus senatorii); itaque Liuius aut scripsit: *nam et ei* aut *et* prorsus non posuit (*nam*, *quia* &c, quod Perizonio in mentem uenit). Potest sic intellegi *nam et* in epist. ad Attic. II, 19, 3: *Nam et eiusmodi sunt ii uersus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse uideantur* ("nec mirum; st; *denn die Verse sind auch der Art, dass* &c."). Solet tamen Cicero dicere: *Et sunt* (omnino) *eiusmodi uersus* &c. Nam alter locus (VII, 1, 6), ubi *nam et* sic ponitur, ut neque *etiam* intellegi possit neque quicquam ei respondeat, ne hanc quidem interpretationem admittit.

Sed ut eo redeam, unde sum digressus, ea, quam commemoraui, orationis forma e codicibus optumis restituenda st Ciceroni II N. D. 6, ubi scripsit: *Idque euenit non temere nec casu, sed quod e t præsentiam sæpe diui suam declarant, ut* &c. Significat Lucilius, se præter præsentiam deorum aliam caussam prolaturum esse; itaque huic respondet illud § 7: *Prædictiones uero et præsensiones rerum futurarum* &c. (Post *quod* hanc formam uidimus etiam Partitt. Oratt. 50.[1]) Atque hactenus ostendi, quales loci recte ad hanc orationis figuram reuocarentur; dixi iam initio, in aliis locis secus id fieri. Itaque iure reprehenduntur, qui huc trahunt I de Off. 142, ubi neque sequitur quicquam, quod ad *et* referatur, et particula ipsa refertur ad ea, quæ ante dicta sunt de rebus suo loco conlocandis, ut plane pro *etiam* ponatur. Ne de Orat.

1) Ciceronianis exemplis unum addam scriptoris horridi et orationis diligenter struendæ et ad amussim conformandæ incuriosi, Uarronis, apud quem de R. R. II, 1, 24 his uerbis: *Nam et qui parat pecus, necesse et constituat numerum*, paullo post hæc respondent: *Præterea scire oportet* &c.

I quidem 113 ulla erat ratio, cur Cicero breuem et aptam conpositionem dissolueret; et quod multi codices dicuntur pro *et si quis* habere *sed*, ualde dubito, uerumne sit; saltem neque Erf. habet neque Oxonienses. Male etiam ita defenditur II de Orat. 319, ubi adest *et* — *et*, sed posteriori peruerse præponitur *ita*. Omisi hic, quia iam ad V, 64 tractata res est, unam huius dissolutionis speciem, quom pro *et* — *et* in duabus sententiis, cetera oratione seruata, substituitur *et* — *que*, ut id, quod ex æquo copulari debebat, alteri adiungatur. Ab hac forma seiungendum st, quod in de Diu. 126 accidisse uidimus, ut id, quod superiori *et* respondere deberet, per particulam quidem *que* induceretur, sed alio relatam.

II. Proxuma species est, quom dissoluitur copulatio negatiua, quæ fieri debet *neque* geminato. Eam formam habet is locus, qui nobis hæc conplectendi occasionem dedit, lib. I, 23 et 24 et alter in libro II, 71. Ostendit Cicero, qui uoluptate omnia dirigant, uirtutem tueri non posse; persequitur igitur uirtutes primarias. *Nam n e c uir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstineat se ab iniuria.* Sequi debebat: *nec fortis*, et de ceteris uirtutibus simili modo; sed digressus est ad primum illud uberius declarandum; itaque § 72 subicit: *Quæ dici eadem de ceteris uirtutibus possunt*, ut hoc per relatiuom adiungatur eis, quæ de iustitia dicta erant. Eadem st ratio Tuscul. IV, 59: *Earum igitur perturbationum, quas exposui, uariæ sunt curationes. Nam n e q u e omnis ægritudo una ratione sedatur.* Prima hæc est uarietas, quam dum exemplis confirmat, significatam partitionem deserit: *Alia st enim lugenti, alia miseranti aut inuidenti adhibenda medicina.* Deinde redit: *Est e t i a m in omnibus quattuor perturbationibus illa distinctio* &c. Sed in adfirmatiuam formam hoc transtulit, ut quom coniunctim dicimus: *neque* — *et* (pro quo quom substituatur *neque* — *que*, ut pro partitione adiunctio sit, iam dissolutionem eam esse, dixi ad V, 61; cfr. I extr.). Restitui hanc orationis figuram e codicibus in Læl. 73: *Non enim neque tu possis, quamuis licet excellas* (*excelleas* codd. Langi), *omnis tuos ad honores amplissumos perducere; ut Scipio P. Rupilium potuit consulem efficere, fratrem eius L. non potuit;* debebat sequi: *neque illi eos sustinere*; sed, interposito illo exemplo, orationem sic Cicero conuertit: *quod si etiam possis quiduis deferre*

ad alterum, uidendum et tamen, quid ille possit sustinere. Singulare in hoc loco et, quod praecedit *non*, quam negationem deinde diuisurus erat nota figura: *non enim neque tu — neque illi.* Itaque nunc *neque* abundare uidetur, sed Cicero adsecutus est id, quod nos adsequimur sic dicentes: *Denn auf der einen Seite wirst du nicht,* cett. Apud Quinctilianum XII, 6, 2 adest utrumque *nec*, sed quom utrumque sententiae membrum pendere deberet ab *ut* (*ut neque — neque*), alterum abiunctum et per se positum est: *Neque rursus differendum et tirocinium in senectutem* (cfr. infra IX). Uidit hoc Walchius (in F. A. Wolfi Analectis I p. 251). Dure Tacitus dixit Histor. II, 82 in breui oratione, sed et suo more et ut ratio reddi possit: *Donatiuom militi neque Mucianus prima contione, nisi modice, ostenderat; ne Uespasianus quidem plus ciuili bello obtulit quam alii in pace.* Nam rectum erat *neque Uespasianus*, sed oratio non intendebatur; itaque dissoluit Tacitus et *ne — quidem* posuit. Peruerse quidam tuentur malorum codicum scripturam *nec* aut *neque — quidem*, quae quom nusquam recta sit (uid. exc. III), tum in partitionem et copulationem inclusa (*neque — neque — quidem*) ne colorem quidem recipit. Durius idem Tacitus ibd. IV, 34: *Uocula n e c aduentum hostium explorauit, eoque simul egressus uictusque; d e i n uictoriae parum confisus, tritis frustra diebus castra in hostem mouit,* &c., hoc est: *Primum non — explorauit — deinde* &c. Nam haec duo reprehenduntur. Idem scriptor, audax in acuta breuitate figurarum inuentor, in copulatione ex adfirmatione et negatione mixta pro *et — neque* dixit *et — ne — quidem*, Annal. XI, 6: *Alioquin e t bonarum artium principem sordidis ministeriis foedari; n e f i d e m q u i d e m integram manere, ubi magnitudo quaestuum spectetur.* Absurdum sit *etiam*; aptissume statim significatur, non unum esse incommodum.

III. Tertia figura oritur in diiunctione et particula *aut* geminata. Huius connexionis sic dissolutae, ut alterum membrum aliam formam subeat, exempla habet, ut dixi, post alios Handius in Tursell. I p. 546 (Brut. 58, Orat. 229, huius operis IV, 77, ubi Cicero, quom post *quasi* diiunctiue orationem partiri instituisset, pro altero *aut*, quasi superius tantum *quasi* posuisset, subicit *et quasi*). Sed locus corruptus pro Cluent. 127 huc non pertinet, ubi nulla potest cogitari diiunctio condicionis aduersariis propo-

sitæ, nec sententia a *nam* incipiens, quæ, si illa figura esset, priori membro adhæreret et orationem interrumperet, ipsa alteram membrum continere posset. Addendus est potius locus ex I de Off. 9, quem codices optumi recte sic scriptum habent: *Triplex igitur est — consili capiendi deliberatio. Nam aut, honestumne factu sit an turpe, dubitant, id, quod in deliberationem cadit, in quo considerando sæpe animi in contrarias partis distrahuntur. Tum autem aut anquirunt aut consultant, &c. Tertium dubitandi genus est &c.* Uolgo omittitur *aut* post *nam* (cfr. I B *nam et*); itaque uitiose, quom triplex commemorata sit dubitatio, una uidetur proponi; debebat saltem dici: *Nam primum &c.* In idem genus incidit poëta, sed eiusmodi poëta, cuius omnis fere oratio in argumentando et rationibus explicandis consumatur, Lucretius VI, 716 sqq. Quærens enim de Nili incrementis æstiuis sic orditur: *Is rigat Ægyptum medium per sæpe calorem, aut quia sunt æstate aquilones ostia contra*; tum, postquam de horum aquilonum ecfectu plura dixit, quom non posset interruptam orationem sic continuare: *aut quia &c.*, alteram coniecturam alio modo inducit (725): *Est quoque, uti possit, &c.*

IV. Proxuma st diiunctio, quæ fit duplici particula *uel*. Eam Ernestius dissolutam esse uidit in III de Orat. 65 et 66: *Sed utrumque st in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore ualde abhorreat, uel quod omnis, qui sapientes non sunt, seruos, latrones, hostis, insanos esse dicunt, neque tamen quemquam sapientem.* Tum Crassus, quam absurdum hoc sit in oratore, ostendit; deinde ad alterum e duobus, quæ abhorrere ab oratore dixerat, uenit: *Adcedit, quod orationis etiam genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum, &c.* Simillumum locum in alia specie supra posui (I A, de Fin. I, 40). Aliud exemplum harum particularum dissolutarum non habeo; nam II de Orat. 281 *uel* (*Appi*) potest esse *uelut* in exemplo proferendo, ut nullam significationem habeat ceterorum exemplorum.

V. Idem, quod in *aut — aut* et *uel — uel*, Ciceronem saltem semel in *siue — siue* sibi permisisse, quom dilemma poneret, in Tuscul. I, 97, ut pro altero *siue* aliam formam orationis a *sin* incipientem substitueret, et fortasse etiam in Acad. I, 7, exposui in adnotatione ad I, 20.

VI. Superiora in particulis erant. Similem rationem habent

ad alterum, uidendum et tamen, quid ille pos... lare in hoc loco et, quod præcedit *non*, ... diuisurus erat nota figura: *non enim* ne... que nunc *neque* abundare uidetur, ... quod nos adsequimur sic dicentes ... *wirst du nicht*, cett. Apud Quinct... que *nec*, sed quom utrumque ser... ab ut (*ut neque — neque*), a)... ...; tum alterum et: *Neque rursus differendo* ... *Epicurei* &c., tertium infra IX). Uidit hoc Walr... ...uod Otto eiusmodi asseueDurc Tacitus dixit Histo... ..., agnosco superstitionem. An more et ut ratio reddi... ...t, qui primam partitionis significa*prima contione, nisi* ... ...uerterit, postea cum molestia deci*plus ciuili bello ob*... ...arique, si tamen uitanda erat, eius *Uespasianus*, sed ... poterat sine istis ambagibus. Contentus igiet ne — *quidem* ... ...usantium æquitate, quam initio ei deberi ostenscripturam *ne* ... alibi iustius reperiet. Similis huic est locus in bre(uid. exc. II ... complexu II N. D. 122 et 123: *Atque etiam alio-* — *neque* ... ...*lium*) *ea et humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile* Tacitus ... *quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut eoque* ... *cameli, adiuuantur proceritate collorum; manus etiam tritis* ... *plemento* &c. Nam *aliorum* non ad superiora refertur, in *mur* ... nihil est huic contrarium, sed noua partitio in modo cibi di... ...di constituitur.

... *In* uoce *alter* geminata ea sæpe accidit figura, ut, quom in ...*titione* prius *alter* adpositione superioribus adnexum sit uidea... *que* iterum eodem modo positum iri, posterius diiungatur et ...*suam* sententiam ducat, quod fit etiam in *unus — alter*, ut I de *Orat.* 128: *caussas inueniebam duas, unam, quod* &c. — *Alteram ... hæc* &c. (Cfr. A. Matthiæus in Wolfii Analectis III p. 22) *Magis* eminet dissolutio de Fin. III, 72: *Ad easque uirtutes dia*lecticam etiam adiungunt et physicam easque ambas uirtutum no*mine appellant, alteram, quod* &c. Pluribus deinde de dialectica interpositis sequitur § 73: *Physicæ quoque* &c. Est hoc pro altero: *alteram, quod.* Eodem modo V, 68 quom Cicero posuisset: *duo genera — unum, quod est in iis* &c., sequi debebat: *alterum, quod est extrinsecus.* Sed dissoluta et commutata oratione sic dixit: *Hæc autem, quæ sunt extrinsecus — sunt illa quidem*, &c.

…e alia coniungeret. Plura exempla, duo …t XLV, 81) ascripsit Henrichsenius ad …em ab hac forma seiungendum st, … 14 et 15 legitur: *His uerbis* … *alterum significari idem* … : *tria significantur,* …utum et seorsum dictum

… fit, idem in aliis, quæ simili …uperioribus subiungenda erant, acci…m seorsum ponatur, uelut, quod perua…ussa reddenda, præcedente *primum quia*, se… *quia*, sed *deinde*. (Commemoraui hanc speciem …ull. p. 149 ad Acad. II, 86, citauique de Orat. I, …Uerr. IV, 132 et de Fin. IV, 11, ubi Lambinus et Da…ærebant. Cfr. Cortius ad Sallusti Iug. 5, 1). Apud …cos hac ratione persæpe a participio et genitiuo illo, quem absolutum uocant, transiri in liberæ sententiæ formam etiam in partitione uoculis *μὲν* et *δὲ* notata, multi exposuerunt, quos citant Matthiæus in Grammaticæ Græcæ edit. alt. p. 1300 et Schæferus in notis ad Plutarchi uitas uol. IV p. 323. Huius generis aliam formam longiusque progressam habet, quod in enumeratione et partitione adiecta legitur de Fin. IV, 18: *amplitudines quædam bonorum excitabantur, p a r t i m p r o f e c t æ a c o n t e m p l a t i o n e rerum occultarum* &c. — *q u o d q u e hoc solum animal natum st pudoris ac uerecundiæ particeps* &c. —, *temperantia, modestia, iustitia — absoluta st.* Durior, sed tamen eiusdem plane generis illa enumerationis adiectæ dissolutio et interruptio in orat.. pro Mur. 38: *Num tibi hæc* (quæ dicam) *parua uidentur adiumenta et subsidia consulatus? Uoluntas militum? quæ* &c. Alterum enim sequitur aliquanto post alia forma, ubi ipse etiam orator se ad enumerationem redire significat: *Sed si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, et hanc urbanam suffragationem militari anteponis, noli ludorum huius elegantiam et scenæ magnificentiam ualde contemnere.* Nam quod uolgo sic hunc locum interpungunt, ut alterum membrum enumerationis sit in uerbis: *Suffragatio militaris?* ea uero perspicue ipsa st *uoluntas militum*, ut sic oratio distinguenda sit: *tum uero in consule declarando multum etiam*

alius et *alter*, quom in partiendo geminantur, acciditque in iis idem. Non dico nunc 'peruagatissumam illam conmutationem, quom pro uocabulo repetito aliud simile substituitur, seruata orationis forma (*alii — quidam*), sed eam, quom nullum unum eiusmodi uocabulum sequitur et oratio in aliam formam conuertitur, ut in huius de finibus operis libro primo § 66: *Tribus igitur modis uideo a nostris esse de amicitia disputatum. Alii &c.* Sequitur de iis, qui primo modo disputassent, longa expositio; tum alterum genus § 68 describitur: *Sunt autem quidam Epicurei &c.*, tertium autem § 70: *Sunt autem, qui dicant, &c.* Quod Otto einsmodi anacoluthon non neglegentiæ, sed arti inputat, agnosco superstitionem. Ars nulla et in oratione ita mutanda, ut, qui primam partitionis significationem diligens lector animaduerterit, postea cum molestia decipiatur; uariari oratio uitarique, si tamen uitanda erat, eiusdem formæ repetitio poterat sine istis ambagibus. Contentus igitur Cicero erit excusantium æquitate, quam initio ei deberi ostendimus; laudem alibi iustius reperiet. Similis huic est locus in breuiore uerborum conplexu II N. D. 122 et 123: *Atque etiam aliorum* (animalium) *ea et humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant; quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut grues, ut cameli, adiuuantur proceritate collorum; manus etiam data elephanto &c.* Nam *aliorum* non ad superiora refertur, in quibus nihil est huic contrarium, sed noua partitio in modo cibi capiendi constituitur.

In uoce *alter* geminata ea sæpe accidit figura, ut, quom in partitione prius *alter* adpositione superioribus adnexum sit uideaturque iterum eodem modo positum iri, posterius diiungatur et nouam sententiam ducat, quod fit etiam in *unus — alter*, ut I de Orat. 128: *caussas inueniebam duas, unam, quod &c. — Altera et hæc &c.* (Cfr. A.' Matthiæus in Wolfii Analectis III p. 22.) Magis eminet dissolutio de Fin. III, 72: *Ad easque uirtutes dialecticam etiam adiungunt et physicam easque ambas uirtutum nomine appellant, alteram, quod &c.* Pluribus deinde de dialectica interpositis sequitur § 73: *Physicæ quoque &c.* Est hoc pro al-*lteram, quod.* Eodem modo V, 68 quom Cicero posuisset: *ra — unum, quod est in iis &c.*, sequi debebat: *alterum, insecus.* Sed dissoluta et conmutata oratione sic *m, quæ sunt extrinsecus — sunt illa quidem, &c.*

ut cum generis notatione alia coniungeret. Plura exempla, duo etiam Liuiana (XXVIII, 6 et XLV, 31) ascripsit Henrichsenius ad II de Orat. 116. Ne illud quidem ab hac forma seiungendum st, quod huius operis de Fin. libro IV, 14 et 15 legitur: *His uerbis tria significari dicunt, unum eiusmodi — alterum significari idem ac si* &c. Nam si finita oratione posueris: *tria significantur, unum — alterum significatur*, hoc dissolutum et seorsum dictum senties.

VII. Quod in *alter* et *unus* fit, idem in aliis, quæ simili modo æqualiter adpositione superioribus subiungenda erant, accidit sæpe, ut eorum alterum seorsum ponatur, uelut, quod peruagatissumum st, in caussa reddenda, præcedente *primum quia*, sequitur non *deinde quia*, sed *deinde*. (Conmemoraui hanc speciem in Emendatt. Tull. p. 149 ad Acad. II, 36, citauique de Orat. I, 186; addo Uerr. IV, 132 et de Fin. IV, 11, ubi Lambinus et Danisius hærebant. Cfr. Cortius ad Sallusti Iug. 5, 1). Apud Græcos hac ratione persæpe a participio et genitiuo illo, quem absolutum uocant, transiri in liberæ sententiæ formam etiam in partitione uoculis μὲν et δὲ notata, multi exposuerunt, quos citant Matthiæus in Grammaticæ Græcæ edit. alt. p. 1300 et Schæferus in notis ad Plutarchi uitas uol. IV p. 323. Huius generis aliam formam longiusque progressam habet, quod in enumeratione et partitione adiecta legitur de Fin. IV, 18: *amplitudines quædam bonorum excitabantur, partim profectæ a contemplatione rerum occultarum* &c. — *quodque hoc solum animal natum st pudoris ac uerecundiæ particeps* &c. —, *temperantia, modestia, iustitia — absoluta st*. Durior, sed tamen eiusdem plane generis illa enumerationis adiectæ dissolutio et interruptio in orat. pro Mur. 38: *Num tibi hæc* (quæ dicam) *parua uidentur adiumenta et subsidia consulatus? Uoluntas militum? quæ* &c. Alterum enim sequitur aliquanto post alia forma, ubi ipse etiam orator se ad enumerationem redire significat: *Sed si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissuma, et hanc urbanam suffragationem militari anteponis, noli ludorum huius elegantiam et scenæ magnificentiam ualde contemnere.* Nam quod uolgo sic hunc locum interpungunt, ut alterum membrum enumerationis sit in uerbis: *Suffragatio militaris?* ea uero perspicue ipsa st *uoluntas militum*, ut sic oratio distinguenda sit: *tum uero in consule declarando multum etiam*

alius et *alter*, quom in partiendo geminantur, sed idem. Non dico nunc peruagatissumam illam quom pro uocabulo repetito aliud simile substituit nis forma (*alii — quidam*), sed eam, quom nu uocabulum sequitur et oratio in aliam form huius de finibus operis libro primo § 6 *uideo a nostris esse de amicitia disputat* de iis, qui primo modo disputassent, le genus § 68 describitur: *Sunt autem q* autem § 70: *Sunt autem, qui dicant*, Iathon non neglegentiæ, sed arti inp nulla et in oratione ita mutanda, tionem diligens lector animad piatur; uariari oratio uitari dem formæ repetitio poterat tur Cicero erit excusantius dimus; laudem alibi iusti generum est uiore uerborum conple hanc speciei, sed *rum* (animalium) *ea* et tamen inæqualitate *contingunt; quæ a* mile st, quod II de Diuin. *grues, ut cameli,* membrum laxius adiunxisset, *data elephanto &c* uinclo astrinxit: *Duo enim genera* quibus nihil est *um artificiosum, alterum naturale; ar-* capiendi constit *e partim ex coniectura, partim ex obser-*

In uoce a *aturale, quod animus arriperet aut exci-* partitione pr *ex diuinitate.* Hoc posterius sic posuit, tamquam turque iter *tificiosum, quod constaret &c.* Occurrit, opinor, nouam se *ue* perspicuum fore: *naturale animum arripere;* Orat. 12 hoc, superius reliquit.

et *hæc* Uenio gradatim progrediens ad durissumam et tamen Magis m dissolutionem membrorum, quæ eidem præpositioni lecti debebant, in Acad. I, 40: *De sensibus ipsis* (Zeno) *quædam* mix *quos iunctos esse censuit e quadam quasi inpulsione* in *a extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos uisum appelle-* mus; *et teneamus hoc uerbum quidem; erit enim utendum in re-* sermone sæpius. *Sed ad hæc, quæ uisa sunt et quasi accepta* dus, *adsensionem adiungit animorum &c.* Debebat ere: *iunctos ex inpulsione oblata extrinsecus et ex adsensione*

…ta de iap… …sionis illius nemine admonitio ora-
… eode… modo pergere non posset. Prauo
… …iesume Orellius sensus uolt intel-
…ισθήσεις), qui soli significantur;
…ixerat, non de instrumentis.
…οοκαταθέσει.
…ecies, in qua, quom
…ationem habent,
… adcommo-
… ceteræ
…iptis con-
… 24 Gernhar-
… libros de Offic.
… I, 8 et 64, Tuscul.
hoc opere hæc forma re-
…se de cupiditatibus dictum es-
… *ut* tantum ea subiunguntur, quæ
(*necessariæ nec opera multa nec in-*
…e libere pergit oratio: *Ne naturales qui-*
…, &c. Alterum locum II, 16 in nota decla-
…V, 4 quom Cicero sic orsus esset: *qui quom nos esse natos, ut et communiter ad eas uirtutes* …, &c., deberetque huic *et communiter* alterum respon-…m ex illo *ita esse natos, ut*, hoc alterum, quom paren-… i…teruenisset, ab hac sententia seiunctum, repetito uerbo …, ad particulam *quom* rettulit: *easque ipsas uirtutes* (*quom*…) *uiderent nos magnificentius adpetere et ardentius*, cett. Ita… hic locus, in quo Cicero propioris structuræ festinatione qu…am oblitus in superiorem (*qui quom uiderent*) memoria non re…to incurrit, in eam etiam figuram particulæ *et* pendentis (ante …*mmuniter*) incidit, quam initio (I) conmemorauimus. Quod autem *et* particulæ quodammodo respondet *que* neque tamen cum *et* coniungitur, eiusdem est formæ, quam in I de Diuin. 126 supra adnotaui (I extr.).

apud uniuersum populum Romanum auctoritatis habet suffragatio militaris; imperatores enim comitiis consularibus, &c. Sic demum recte ponitur *enim*. Quod hic in interrogatiua enumeratione durum uidetur, idem in libro V de Fin. 21 uix legentem aduertit. Nam in huiusmodi oratione: *hæc in præsentia nota esse debebunt, uoluptatem esse semouendam, quando ad maiora quædam nati sumus*, si propius aspexeris, pronominis pluralis numerus ratione carere uidetur et de una re dicendum fuisse: *hoc — debebit.* Sed coepit Piso dicere de omnibus sententiis, quas deinceps breuiter remouet, quasi omnem earum enumerationem eadem forma his uerbis: *hæc nota esse debebunt* subiecturus; deinde, omissa oratione pendenti et infinita, alterum sic adiunxit: *De uacuitate doloris eadem fere dici solent* &c. Huius autem loci summam similitudinem habet, quod Cicero in Philippica V, 17 sic dixit plurali numero: *An illa non grauissimis ignominiis sunt notanda, quod* &c., ut sæpius *quod* subiecturus uideretur pronomini *illa*, pluris res enumerans, deinde autem in prima parte digressus est. (Cfr. Opusc. mea Academ. p. 360.) Non solum huic speciei, sed toti huic generi quodammodo contrarium et tamen inæqualitate membrorum partitionis ponendorum simile est, quod II de Diuin. 26 accidit, ubi Cicero quom prius membrum laxius adiunxisset, alterum artiore adpositionis uinclo astrinxit: *Duo enim genera diuinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale; artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex obseruatione diuturna; naturale, quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex diuinitate.* Hoc posterius sic posuit, tamquam præcederet: *artificiosum, quod constaret* &c. Occurrit, opinor, scribenti, minus perspicuum fore: *naturale animum arripere;* mutauit igitur hoc, superius reliquit.

VIII. Uenio gradatim progrediens ad durissumam et tamen certissumam dissolutionem membrorum, quæ eidem præpositioni seruire debebant, in Acad. I, 40: *De sensibus ipsis* (Zeno) *quædam dixit noua; quos iunctos esse censuit e quadam quasi inpulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos uisum appellemus licet; et teneamus hoc uerbum quidem; erit enim utendum in reliquo sermone sæpius. Sed ad hæc, quæ uisa sunt et quasi accepta sensibus, adsensionem adiungit animorum* &c. Debebat dicere: *iunctos ex inpulsione oblata extrinsecus et ex adsensione*

animorum; sed interposita de inpulsionis illius nomine admonitio orationem ita interruperat, ut eodem modo pergere non posset. Praue editores scripturam mutant; prauissume Orellius sensus uolt intellegi ὄργανα, non sentiendi actus (αἰσθήσεις), qui soli significantur; nam de actione sentiendi Zeno noua dixerat, non de instrumentis. Plenus sensus efficiebatur e φαντασίᾳ et προσκαταθέσει.

IX. Extrema sit totius generis forma ac species, in qua, quom duæ pluresue sententiæ, quod eandem et æqualem rationem habent, ad eandem particulam *ut* referri et ad eius naturam adcommodari debeant, tamen tantum prima pendet, altera aut ceteræ per se ponuntur. Huiusmodi locos ex aliis Ciceronis scriptis conlegerunt post Bremium ad huius operis libr. I c. 7, 24 Gernhardus in excursu de anacoluthis Ciceronis post libros de Offic. p. 466 et Henrichsenius ad II de Orat. 4 (Off I, 8 et 64, Tuscul. III, 68, de Orat. l. c. et II, 298). In hoc opere hæc forma reperitur I, 45 et 46, ubi quom uniuerse de cupiditatibus dictum esset: *quarum ea ratio st, ut*, huic *ut* tantum ea subiunguntur, quæ ad primum genus pertinent (*necessariæ nec opera multa nec inpensa expleantur*), deinde libere pergit oratio: *Ne naturales quidem multa desiderant*, &c. Alterum locum II, 16 in nota declaraui. Postremo IV, 4 quom Cicero sic orsus esset: *qui quom uiderent, ita nos esse natos, ut et communiter ad eas uirtutes apti essemus*, &c., deberetque huic *et communiter* alterum respondere aptum ex illo *ita esse natos, ut*, hoc alterum, quom parenthesis interuenisset, ab hac sententia seiunctum, repetito uerbo *uiderent*, ad particulam *quom* rettulit: *easque ipsas uirtutes* (quom) *uiderent nos magnificentius adpetere et ardentius*, cett. Itaque hic locus, in quo Cicero propioris structuræ festinatione quadam oblitus in superiorem (*qui quom uiderent*) memoria non recte incurrit, in eam etiam figuram particulæ *et* pendentis (ante *communiter*) incidit, quam initio (I) conmemorauimus. Quod autem *et* particulæ quodammodo respondet *que* neque tamen cum *et* coniungitur, eiusdem st formæ, quam in I de Diuin. 126 supra adnotaui (I extr.).

II. DEMONTSRATUR, *DISSIDIUM* NON ESSE LATINAM UOCEM, SEMPERQUE SCRIBENDUM *DISCIDIUM*. [1])

AD LIB. I C. 13, 44.

Traditur nunc ab omnibus receptumque st in lexica, quod Obr. Gifanius in conlectaneis ad Lucretium u. *discidium* et I. F. Gronouius ad Liuium XXV, 18, 5 docuerunt, post eos autem alii, quos enumerat Drakenborchius ad Liui illum locum, nuper etiam R. Klotzius ad Læl. 35, duo esse Latina uocabula *discidium* et *dissidium*, quorum illud a *discindendi* uerbo ductum, quod de grauiore ui externa ponatur, corporum et quasi corporum separationem significet et omnino diiunctionem, uelut hominum matrimonio coniunctorum, hoc, a *dissidendo*, animorum quendam dissensum. Huius tamen paucissuma exempla, e Ciceronis scriptis omnia sumpta, ab iis, qui adcurate disputant, proferuntur. Uerum qui ipsos locos diligenter considerauerit, is primum reperiet, prorsus eandem horum locorum rationem esse atque illorum multo plurium, in quibus probatur certum *discidi* uocabulum, ut hoc optumi et antiquissumi codices habeant, deteriores et recentiores alteram formam (*dissidium*), in quam facillume librarii litteram geminando incidebant; deinde uidebit, similitudinem aliorum locorum et eorum uerborum, quibuscum hoc coniungatur, naturam postulare, ut hic quoque *discidium* scribatur. Postremo illud etiam in mentem ueniet, *discidium* a *discindendo*, ut *excidium* ab *excindendo* ductum esse, *dissidium* abhorrere a *sessione* et *consessu* et *obsidione*, id autem, cui simile uideatur esse, *obsidium* non poni aut ab aliis optumæ ætatis scriptoribus, qui sui temporis sermonem seruent, aut a Cicerone, cuius auctoritate *dissidium* tueri conantur, sed, quom post uetustos poëtas et annalium scriptores (ut C. Lælium) dictum esset a ueterum uerborum amatore Sallustio, reductum esse, ut alia Sallustiana, a

1) Hæc disputatio magna ex parte *Wesenbergi* st, qui quom ante me in hanc sententiam adductus esset, quæ ad eam confirmandam conlegerat, mecum communicauit.

Tacito ad speciem grauitatis orationi ex antiquitate uerborum conciliandam. Itaque quom hæc animo conprehenderit, facile concedet, librariorum errore totum illud uocabulum ortum esse. Sed singula ordine persequamur uberius et confirmemus. Primum, quod dixi de codicum dissensu in iis locis, ubi omnium iudicio certam sedem habet *discidium*, id est, separatio, id huiusmodi st: Apud Ciceronem in Philipp. II, 45 (*desiderium tui discidi*) rectum e codice Uaticano restitutum st; ueteres editiones e uolgaribus libris habebant *dissidii*. Pro Cælio 31 uera scriptura (*odium cum crudelissumo discidio*, hoc est, ut prorsus diiungerentur et inimici essent) est in codice Parisiensi et Bernensibus; Erfurtensis, minus bonus, *dissidio* habet. Ad Atticum etiam XV, 29, 2 (*constitutum enim esse discidium*, id est, diuortium) editiones ueteres habebant *dissidium* similiterque XI, 23, 3. Atque in iis quidem fere ubique sic scriptum st, etiam pro Cluentio 190, pro Ligario 5 (cum aliquot codicibus recentioribus, ut duobus Oxoniensibus); ad Att. IV, 1, 1 (*acerbissume discidium nostrum tulisse*, id est, separationem, quom alter ab altero diuelleretur) etiam in codice Mediceo (nec antiquissumus est) praua scriptura erat; rectam margo eius codicis præbet et Ox. Q, sine dubio etiam Bosi et Lambini codices. Raro ulla adnotatur discrepantia nec fere nisi in iis libris, ubi de codicum scriptura parum constat, ut Acad. I, 43, de Orat. III, 61. Eadem ratio reperietur, si quis apud Tacitum scripturam et uestigia codicum Florentinorum (alterius sex librorum, alterius ceterorum) et plerumque etiam aliorum cum codice Budensi et ueteribus editionibus conparauerit in his locis: Ann. II, 86, XII, 2 et 40, XIV, 1 et 60. Apud Nonium etiam (p. 6 Merc.) in Lucreti uersu (II, 119) editiones ante Mercerium *dissidiis* habebant. *Discidium* Lucretius sæpiessume dicit de dissolutione atomorum coniunctarum. Deinde numquam hoc uocabulum, quod putatur esse *dissidium*, in talibus locis positum reperitur, ubi de sententiis rebusue discrepantibus *dissidere* ponitur; ut sæpe apud Ciceronem philosophi inter se aut ab aliquo dissidere dicuntur, uoluntas a scripto, scriptum a sententia, temeritas a sapientia; nemo umquam Stoicorum et Peripateticorum *dissidia* rerumue non concordantium nominata legit; (*discidium factum*, id est, discessio, dicitur Acad. I, 43). Ibi locum habet hæc uox, quam ceteri *dissidium*, nos

discidium scribimus, ubi de amicitiarum et uoluntatum, quæ homines coniungunt, distractione agitur. Itaque nuper Klotzius in duobus ex iis locis, qui proferri solebant, Læl. 35 et 78, quod animaduertebat, non de certarum rerum dissensione Ciceronem loqui (quam dissidium appellari putabat), sed de dissoluto usu ac familiaritate, cessit codicibus optumis, ut ederetur *discidia*. Idemque Klotzius recte in oratione pro Sulla 60 restituit: *hoc discidio ac dissensione facta*, ubi inde ab Ernestio editum erat *dissidio*. (*Facta* adcommodatum est ad *discidio*; nam discidium, id est, discessio *fit*; Acad. I, 43: *qua de caussa discidium factum sit*; dissensio *oritur*; itaque uel propter hanc caussam in Læl. 78 adparebat scribendum esse: *ne qua amicorum discidia fiant.*) Uerum eadem ratio non minus aperte ad reliquos locos pertinet, in quibus is *dissidium* retinet, ut dissensio intellegatur, et in quibus ab aliis retentum est aut receptum. Nam in iis omnibus alia requiritur grauioris uocabuli uis, quod aut inter singulos usus et familiaris conuictus interitum aut plurium in partis et factiones discessionem aut populorum sublato commercio et iuris mutui communione diremptionem significet. Plerumque enim cum odi nomine illa uox ita coniungitur, ut etiam ei superaddatur, quod in hanc separationem et diremptionem odium animorum erumpit. Itaque qui pro Cælio 31 recte probarunt et ediderunt: *odium cum crudelissumo discidio*, iidem sane (1) eo loco, unde hæc disputatio orta est (de Finn. I, 44) probare debuerunt, quod et boni codices (Erk) et deteriores (nostri omnes) habent: *odia, discidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur*, multoque magis (2) in oratione pro Balbo 30, quod Orellius edidit: *gentem dissidentem a populo Romano odio quodam atque discidio.* Atque ita scribitur in codice Par., Erf., Bernensibus (uid. Orelli præf. edit. oratt. select. Turici 1836 p. XIV), id est, in omnibus, qui fidem merentur; *dissidio*, si esset aliquid, incredibilem haberet tautologiam (*dissidentem — dissidio*). Uerum his locis constitutis, dubium non est, quin (3) in Læl. 23 ex optumis codicibus (inter alios Gud., Uindob. 2, Bern.) scribi debeat: *odiis atque discidiis*;[1] cum illo autem huius de finibus operis loco ipsa earundem uocum series coniunget (4) I N. D. 42: *odia præterea, discidia, discor-*

1) Ipse quom Lælium edebam, nondum hæc tenebam.

duas; et confirmant codices optumi (A, B, C apud Moserum, tum D, I, Oxx. EO). In oratione II de leg. agrar. 14 (5) Klotzius recte restituit, quod et codex Erf. et alii habent et inde a Grutero edebatur: *Non enim natura neque discidio neque odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu.* Non natura diremptos et dissociatos magistratus Cicero dicit. Orellius e ueteribus editionibus *dissidio* posuerat. (6) Pro Ligario 19 *hostili odio* contrarium et *ciuile discidium*, id est, ciuium separatio et in partis diiunctio; scripturam præstant codices Coloniensis et Erfurtensis, omnium optumi, Ox. ψ, tum "omnes ueteres libri" Lbini. De haruspicum responsis 45 (7) editur nunc: *post dissidium optimatum*, nec discrepantia ulla ab Orellio notatur; sed *discidium* (in partis discessum) tuentur codex Erfurtensis, Oxx. tres, editio Naugeri, id est, auctoritates omnes. Postremo (8) ad Attic. I, 17, 7 codex Mediceus eodem errore, quo IV, 1, 1, scriptum habet *dissensione ac dissidio uestro*; sed *discidio* (ex dissensione orto) hic quoque eius codicis corrector scripsit, edideruntque e suis codicibus Lbinus et Bosius. Extra Ciceronem tris solos noui locos, in quibus defensores habuerit *dissidium*, postquam quidem disputari de hac re coeptum sit; duos Properti, alterum I, 11, 28: *Multis ista dabant littora dissidium*, ubi recte codex præstantissumus Neapolitanus *discidium* (id est: multos illa separabant amantis et quasi diuortium faciebant), alterum II (III Lachm.) 21, 32, ubi recte Lachmannus e codice Neapolitano et aliis edidit: *discidium uobis proxumus annus erit*, hoc est, uostram coniunctionem tollet; *dissensio* ridiculam habet sententiam. Tertius Plauti st in Mil. Glor. III, 1, 59: *neque per uinum umquam ex me oritur dissidium in conuiuio*, ubi quod recte Aldus et postea Lambinus ediderat, Pareus in utroque codice Palatino esse testatur, *discidium*; Lindemannus ne commemorat quidem. Significatur, numquam perturbari nec diuelli communionem hilaritatis.

Satis confirmatum esse opinor, nullum esse Latinum uocabulum *dissidium*, id autem, quod est, *discidium*, ita late patere, ut non solum ad eorum separationem, qui in diuersa loca distrahantur, pertineat, sed ad omnis, quorum coniunctio, etiam animorum uinclo astricta, prorsus tollatur et in inimicitias conuertatur.

III. DE *NEC* PRO *NE — QUIDEM* POSITO ET DE *NEC — QUIDEM*. [1])

AD LIB. II C. 8, 25.

Particulas *ne — quidem* præter eum usum, qui peruagatissimus est, hunc etiam habere aut notum est aut esse debebat, ut, quemadmodum Græcum *οὐδέ*, ibi ponantur, ubi sine ullo orationis descensu aut gradatione negatiue aliquid adiungatur superioribus simile. Nam hoc quoque, quod nouom adcedit, recte insignitur adiecto *quidem*. Itaque respondent nostris particulis *ikke heller*, Germanorum *auch nicht*. Atque hanc uim habent quom in initio periodi, quom ad aliam rem transitur, uelut apud Cæsarem de B. C. II, 33, de B. Gall. V, 44, tum in comparando (uelut III N. D. 68: *Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit*) et in ratiocinando (ut Parad. III, 22: *Etenim si bene facta recte facta sunt, et nihil recto rectius, certe ne bono quidem melius quicquam inueniri potest*, Tusc. I, 14 et 53 et 54, N. D. III, 23). Exempla quædam conlegit Dietrichius in libello quæstionum grammaticarum et critt. (Lips. 1835) p. 73, in eo errans, quod in ipsis his particulis conclusionis significationem inesse putat (*also auch nicht*), quæ in orationis forma est, in particulis non magis quam in *etiam*, si adfirmatiue dicas: *si hoc, etiam illud*. Itaque ubi conclusio ipsa per se adiungitur, ad eam significandam aut *ita* additur, ut Tusc. I, 12 et II de Diuin. 21 et I N. D. 110, aut *igitur*, ut pro Mil. 48, de N. D. III, 43 et 44, de Fin. II, 88 et IV, 67. Quinctilianea exempla Bonnellus conlegit.

Pro particulis *ne — quidem* et hoc et altero illo uolgari significatu etiam *nec* dici traditur. Et de inferioris ætatis scriptoribus, qui post Augustum fuerunt, res non dubia est, qui *nec* sic nullo discrimine et initio sententiæ et in media ponunt. Quinctiliani locos Bonnellus conlegit u. *neque* ζ et u. *nec* η. Tacitus sic loquitur Ann. II, 82 (*neque insignibus*), III, 17 (*nec potuisse*), German. 6 (*sed nec uariare*), Suetonius Octau. 86 (*sed nec Tiberio*) et alibi,

---

1) Ad hanc quoque disputationem Wesenbergius, quom in easdem sententias sua sponte incidisset, partem materiæ contulit.

Iuuenalis II, 152 (*nec pueri*); Flori et Iustini locos aliquot congessit Dukerus ad Flor. II, 8, 12. De Cicerone eiusque æqualibus, ubi a *nec* initio tantum ad continuandas sententias posito discesserimus, ualde dubitabimus uel potius negabimus, si paucorum illorum, quæ conquiri possunt, testimoniorum pondus examinaueri-mus.[1]) Ac primum remouendi sunt loci quidam, quibus Kritzius ad Sallusti Iugurth. 98, 4 usus est, ubi hæc uerba: *ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit*, sic interpretatur: *non minus etiam hostibus conturbatis*. Debuerat Latine: *ne hostibus quidem minus conturbatis*; sensisset enim, illo significatu scribendum saltem necessario fuisse: *neque hostibus minus*. Itaque Sallustius hoc loco, quom huiusmodi sententiam: *neque minus hostes conturbati erant*, animo conceptam in ablatiuos absolutos conuerteret, neglegenter ablatiuos absolutos, qui interponi sine copula debebant, cum participio coniunxit, hac sententia: quom milites dispersi essent nec minus hostes conturbati. Prorsus similiter Liuius XXV, 35, tantum inuerso participi et ablatiuorum ordine: *Inter exercitus ducesque gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto et alteram pro haud dubia parem uictoriam expectantes*. Eandem offensionem hæc coniunctio habet apud Tacitum Hist. I, 45: *Uinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans præsenti exitio subtraxit*. Expectabatur aut: *iubens et adfirmans* aut: *iussum, — adfirmans, subtraxit*, sine *et*. Ad hunc igitur locum Kritzius alios profert, ubi *nec* eodem modo pro *non etiam* dictum putat; primum Sallusti ipsius in Iug. 51, 5: *Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat*, nihil curans, quod adiectum st *quidem*, codicesque plures et meliores recte (ut paullo post dicam) scriptum habent: *ne Iugurtha quidem*; tum Corneli Nepotis in Dion. c. 2, ubi peruagatissumo modo noua sententia adnectitur particula *neque (et non minus)*, interposito etiam ad sententiæ progressionem et conuersionem insigniendam *uero*, ut *non* dici omnino non potuerit; nisi forte illa significatio erit etiam in his: *nec uero ob duas modo caussas* (Fin. IV, 11) aut in his: *nec uero ita dici potest* (Tusc. III, 41). In Ciceronis etiam I de Off. 40 (quamquam is locus Ciceronis non est, sed nihil hoc ad rem) *nec minus illum*

1) Iam Zumptio ad Uerrinas p. 828 "nec hac significatione nondum uidetur esse Ciceronis, certe in orationibus."

manifesto st: *et non minus illum.* Restat ex iis, quæ Kritzius protulit, testimoniis (nam de Taciti et ceterorum inferiorum usu dictum st) duo Tusculanarum Ciceronis loci, prior I, 65: *Quid est inuentio? Profecto id, quo nec in deo quicquam maius intellegi potest.* Uerum ibi codices omnium præstantissumi, regius Par. et Gud. 1, cum aliis habent *ne in deo*, ut apertum sit, hic, ut alibi aliquotiens (uid., quæ adnotaui ad lib. I, 89) excidisse *quidem*, (at quam facile ante *quicquam!*) quod in codice perbono Coloniensi et aliis quibusdam scribitur. Nec aliter iudicandum st de altero loco, I, 71, ubi editur: *nec interire igitur*, iidem autem codices optumi habent: *ne interire igitur*, Ciceronis in conclusione adnectenda usus constantissumus, quem paullo ante exposui, postulat: *ne interire quidem igitur.* Atque hi duo loci, quid in uno et altero præterea factum sit, aperiunt, quamquam plerique, qui in quæstionem ueniunt, alia manifesta menda habent. Percurri, quos conquirere potui, omnis.

I. Recta interpretatione remouetur, quod a Forcellino et Schellero proferri uideo ex orat. III de leg. agr. § 4: *Caput est legis XL, de quo ego consulto, Quirites, neque apud uos ante feci mentionem &c.* Prorsus inepte intellegetur *ne — quidem*, quasi apud Quirites potius quam apud nescio quos alios commemorandum fuerit. Sed huic *neque apud uos ante* respondent, quæ paullo post secuntur: *Neque uero nunc* (de *neque — neque uero* uid. Opusc. mea Acad. p. 406). Est tamen minus diligens negatiua partitio; nam *consulto*, quod præponitur, tantum ad primum membrum pertinet, et quom priore loco neget Cicero se rem commemorasse, altero non, ut expectatur, se disputaturum de ea negat, sed tantum, non ideo disputaturum, quod rei publicæ statum commotum uelit. Itaque incidit hic locus aliqua ex parte in id genus, quod primo excursu tractaui, non quia non adsit utrumque *neque*, sed quia non satis diligenter inter se respondet.

II. Cic. ad Fam. I, 8, 3: *ea sublata tota, sed nec mihi magis quam omnibus.* Scriptura manifeste corrupta st; nam nec omitti uerbum substantiuom potuit, neque *sed* aptum st (quoniam hoc non eleuandi, sed confirmandi et amplificandi causa additur), et multo minus *ne — quidem*, quasi Cicero se saltem excipiendum et omnibus præferendum fuisse significet. Scripsit Cicero, quemad-

mendum etiam Wesenbergius scribendum uidit: *ea sublata tota sunt, nec mihi* &c.

III. Ad Attic. II, 1, 5: *Fregi hominem et inconstantiam eius reprehendi, qui Romae tribunatum pl. peteret, quom in Sicilia Herae aedilitatem se petere dietitasset. Sed neque magno opere dixi esse nobis laborandum* &c. Ineptissumum et *sed*, quom nihil sit contrarii, sed eadem sententia continuetur. Et omittitur in codice Mediceo a prima manu.

IV. Acad. I, 7: *Quod bonum quale sit, negat omnino Epicurus sine uoluptatibus sensum mouentibus nec suspicari.* Hic locus in eam iacidit formam, quam ad II, 25 negaui apud quemquam omnino scriptorem reperiri, ut *nec* non solum pro *ne* — *quidem* ponatur, sed alteri negationi uehementius negandi caussa superaddatur; repugnat enim hoc omnino naturae particulae *nec*, quae eam insignienda rei et acuendae orationis uim, quae in *quidem* inest, ipsa non continet. Idem in hoc loco accidisse, quod in Tusculanarum duobus locis in deterioribus codicibus accidisse uidimus (et sunt omnes Academicorum codices recentes), quom eiusdem sententiae repetitio in libro II de Fin. 30 ostendit (*neget se posse ne suspicari quidem*), tum perpetuus Ciceronis usus (Uerr. I, 155: *non enim praetereundum est ne id quidem*; ibd. III, 210; Tuscul. 1, 53, II, 56, IV, 29, Ep. ad Q. Fr. II, 5, &c.). Idem mendum, quod hic eum codicem, ex quo nostri ducti sunt, insederat, in Orat. 54 irrepsit in unum alioquin bonum, Einsiedlensem, qui habet: *nec nunc solum*, ceteri recte: *ne nunc quidem solum.*

V. Quae de duobus Tusculanarum locis disputaui, ea mirifice confirmantur in orat. II in Cat 8. Nam ibi quoque editur: *Nemo non modo Romae, sed nec ullo in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit* &c., et in hac, de qua agimus, caussa testimonium inde petitur (uelut a Ramshornio p. 822). Uerum codices omnes Gruteri et Oxonienses et, qui nuper ab Orellio conlatus est, perantiquos Tegernseensis habent *sed ne ullo.* Scribendum st igitur cum codice Rhenaugiensi item antiquo et bono, quem idem contulit: *sed ne ullo quidem in angulo totius Italiae.* (Steinmetzius de codice Salisburgensi tacet, ut solet.)

VI. Ad Attic. I, 8: *At in se expertus est, illum esse minus exorabilem, meum studium nec tibi defuisse.* Ualde probabiliter propter ipsam sententiam Graeuius: *nec sibi nec tibi.* Sallustius

nunc praesens perspiciebat, neque sibi, dum abesset, neque Attico Ciceronis studium defuisse. Librarius, ut saepe, ab altero nec ad alterum aberrauit.

VII. Topic. 23: *ut, si in urbe fines non regantur* (sic codd.), *nec aqua in urbe arceatur.* Hic locus fere solus nihil habet, in quo praeterea offendaris, ut propter hanc unam, quam de agimus, caussam suspicandum sit, eum eodem modo, quo Acad. I, 7, mendosum esse, et pro *ne aqua quidem*, quom *quidem* excidisset post *aqua*, scriptum esse *nec aqua*.

VIII. Acad. II, 135: *Sapiensne non timeat? nec, si patria deleatur? non doleat? nec, si deleta sit?* Est haec Goerenzi scriptura e codicibus aliquot ducta. Antea edebatur, Grutero et Oxoniensibus tacentibus: *sapiensne non timeat? nec, si patria deleatur, non doleat?* mendose sane. Sed ne illud quidem uerum esse potest. Nam, ne dicam generalem illam interrogationem: *sapiensne non timeat?* post illa, quae iam dicta sunt, abundare, certe dicendum erat, quid ne fieret, sapienti timere per Stoicos non liceret, non, quid *si* fieret; nam si fit, dolet, non timet. Itaque Goerenzius *deleatur* uolt esse: *in eo st, ut deleatur*, quod fieri nequit. Notandus igitur locus, ut alii in Academicis, in quibus codices nos destituunt, qui si integriores essent, hanc haberent orationis figuram: *Sapiensne non timeat, ne patria deleatur? non doleat, si deleta sit?* et particularum et temporum uerbi differentia ad timendi et dolendi discrimen adcommodata.

IX. In Caeli epistula ad Ciceronem (ad Fam. VIII) 8, 2 haec nunc leguntur: *M. Seruilius postquam, ut coeperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non uenderet, quicquam reliquerat,* [1]) *maxumaque nobis traditus erat inuidia,* [2]) *neque Laterensis praetor, postulante Pausania, nobis patronis, QUO EA PECUNIA PERUENISSET, recipere uoluit, quod Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eum postulauit.* Accipitur *neque*, opinor, pro

1) Sic recte Lambinus; uolgo: *quod non uenderet cuiquam, reliquerat.* Latine dicitur: *nihil reliqui, quod non uendiderim* (alicui, huic uel illi). *Quisquam* in huiusmodi orationem includi omnino nequit: Nihil est, de quo non hoc adfirmari possit: *uendidi.*

2) Neque dicitur Latine: *traditur mihi inuidiae*, ut dicitur: *est mihi inuidiae*. neque M. Seruilius Caelio inuidiae erat, sed ipse ardebat inuidia, cuius incendium Caelius extinguere debebat.

ne — quidem, ut ab eo apodosis incipiat; sed quid hic agat *ne — quidem*, nemo intellegere potest, multoque minus, cur ne Laterensis quidem nomen rei recipere uoluerit, quod Pilius de alia re eum postularet. Debebat saltem dici *postularat*, etsi res nihilo melior fieret. Nimirum *quod* est *Q.*, totaque periodus sic cohaeret: *Seruilius postquam — nobis traditus erat — neque Laterensis — recipere uoluit, Q. Pilius — eum postulauit.* Ereptum Seruilium Laterensis decreto ex una quaestione Pilius ad alteram rapuit. Temporibus uerborum particulae *postquam* subiectorum uarandis Caelius apte superioris; status communem descriptionem *urbarat — reliquerat — traditus erat*) et unius rei proxume praecessae notationem distinguit, et in hac legitumo perfecto utitur *postquam non — uoluit*).

X. Apud Uarronem de R. R. I, 45 nunc editur: *Uenenum enim um radicibus tenellis sub terra et supra uirgultis, quae nec eo tempore aeque crescunt,* ubi *nec* debet esse: *auch nicht,* quamn ad *crescunt*, non ad *eodem tempore* tum pertinet. Sed neueteres editiones, in quibus praue scribitur *uirgulta*, neque ;entius, apud quem recte *uirgultis*, habent *quae*. Eo igitur to, *nec* hanc sententiam superiori adiungit.

XI. Apud Sallustium Iug. 57, ubi legitur: *Sed ne illos qui*- pauci et nullius momenti codices *quidem* omittunt uolgari , alii *nec — quidem* habent, non minus uolgari; Cortius e s infimis edidit: *Sed nec illos.*

XII. Liui in toto opere unus huiusmodi locus est, XXXI, 22: *do Sunium superare, sed nec extra fretum Euripi committere mari se audebant;* qui quam fidem mereretur, si non per se quod unus est, adpareret, ostenderent codices, qui *ne* habent ut scribendum sit: *ne extra fretum Euripi quidem committere*)

, satis esse declaratum, quam non probabile sit, iam Ci-

errorem, in his uerbis (de Off. I, 160): *Haec igitur non suscipiet licae caussa, nec res publica pro se suscipi uolet,* sine ulla mi-ussa *nec* pro *ne — quidem* accipientis, satis est hic in margine orasse; Gzi stuporem *neque* pro *ne — quidem* positum putantis de 23 (*neque eum Torquatum*) et II, 13 (*non dicitur laetitia nec gau- corpore*) et II, 71 (*Nam nec uir bonus &c.*), ne hic quidem ad- , nisi ab aliis eum huius rei auctorem citari uiderem.

nunc praesens perspiciebat, neque sibi, dum abesset, Ciceronis studium defuisse. Librarius, ut saepe, alterum aberrauit.

VII. Topic. 23: *ut, si in urbe fines ne*... *nec aqua in urbe arceatur.* Hic locus fe... quo praeterea offendaris, ut propter han... caussam suspicandum sit, eum codem ... dosum esse, et pro *ne aqua quidem*... *aqua*, scriptum esse *nec aqua.*

VIII. Acad. II, 135: *Sapie*... *deleatur? non doleat? nec, si* ... ptura e codicibus aliquot duct... ...p. 282), niensibus tacentibus: *sapier*... ...at. II, 3, 282), *tur, non doleat?* mendose ... potest. Nam, ne dica... ...t Drakenborchius ad *piensne non timeat?* po... ...a p. 191, lexici Forcelli- dicendum erat, quid ... ...multi eam defenderunt, dece- ceret, non, quid *si f*... ...legitume certis locis poni, Uossius Gocrenzius *deleatu*... ...renzius ad Acad. II, 82, Gerhardus nequit. Notandu... ...as ad Cic. Oratt. Part. p. 80, Beierus ad codices nos dest... ...amshornius in grammatica Lat. p. 885 ed. orationis figur... ...sti Iug. 51, quosque hi alios appellant, ut me- *non doleat*, ...Cic. Philipp. III, 8 grammaticos cum particulis differentia ... in gratiam redisse scribat. Sed ualde uereor, ne

IX. I... ...a id fecerint, idemque his acciderit, quod iis, qui tra- nunc leg... quomodo differrent *discidium* et *dissidium*, *ad placandos* *rebus* t... *ad placandum deos*, *quom — tum et tum — tum* (in cor- *maxum*... ...is rebus extra temporis mutati significationem) multaque si- *postu*... Quom enim semel edictum st, hoc et illud differre, plerique *UE*... ...s in summa scribendi industria spatium habent inquirendi, sitne *sti*... ...usque certum et quo genere quaque constantia testimoniorum ...firmetur, (et quotus quisque ea aestumare didicit?) neque com- ...ittere audent, ut proprietatem subtiliter scilicet expositam igno- ...are aut non intellegere uideantur, potiusque, si quod mendum in ...recentissuma aliqua chartula occurrit, id arripiunt et aut nominum auctoritate aut ipsi aliqua excogitata interpretatione exornant.

Primum igitur dicendum st, si quis esset concursus eiusmodi copulatarum particularum *nec* et *quidem*, ut illam negationis ad

... rerum perferendæ aut insigniendæ significa-
...dem, non adtingerent et pro *et non* —
... excipiendum fore. Sed eiusmodi
...ma rarissume potest. Nam
...*citas tu quidem, sed ta-*
...a non pertinebit ad
...netur, adfirma-
... Itaque hu-
...*a tu quidem, sed*
...*t Iurgurtha quidem*
...adiungendi uim, ut ad
(*Et Iugurtha quidem non*
quidem alio atque eo, de quo
omnino excipiendi mihi sunt loci,
...orum similes reperti fuerint. Nam
...om Græcæ orationis formam eam, qua,
negationis mistione, substituitur plane ad-
... summæ rei (οὐχ ὁ μέν, ὁ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντες),
...co notissumo (pro cor. p. 288 Reisk.) redderet,
on enim dixi quidem, sed non scripsi, nec scripsi quidem,
...*t legationem, nec obii quidem, sed non persuasi Thebanis*
... μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ κ. τ. λ.), ubi adparet et *non*
...n ad *dixi quidem* et *scripsi quidem*, sed ad totas has con-
...s uerborum: *dixi quidem sed non scripsi* et *scripsi quidem,*
...*n obii legationem* pertinere, quæ ut falsæ tolluntur. [1]) Alter
...cus Ciceronis in ep. ad Fam. VI, 6, 2, ubi quom sic scribere
...it: *animum tuum confirmandum puto, et quidem iis uer-*
quibus te consoler non ut adflictum — sed ut eum &c.,
diligenter negationem transtulit scripsitque: *nec iis quidem*
... *et tamen* sic quoque usitatius dixisset: *et quidem non iis*

...r Græcam formam reddere conatur scriptor ad Herenn. IV, 34: *Non hoc et non statim suasi, neque suasi et non ipse statim facere* &c. (Οὐκ ᾐσθόμην μέν, οὐκ εἶπον δέ, οὐδὲ εἶπον μέν, πρᾶτ- δὲ οὐκ ἠρξάμην), item ipse Cicero de Diuin. II, 102; nam quod is *Non sunt di nec significant futura*, Græcis erit: οὐκ εἰσὶ μὲν οὐ σημαίνουσι δὲ τὰ ἐσόμενα.

ceronis aetate particulam *nec* a coniungendo et negando etiam ad intendendam sine coniunctione negationem traductam esse, quod ne Augusti quidem aetate in prosa oratione factum uidetur, si ex Liuio rem aestumamus. Horatium poëtam sic locutum mihi uideri in Sat. II, 3, 262, significaui in adnotatione ad I, 39 (*nec nunc*). Uirgilium in Ecl. III, 102 ita locutum non esse, ineptissuma sententia, (quid enim ibi agit *ne amor quidem?*) certissumum st, et quid poëta scripsisset, pridem a Stephano et Heinsio intellectum.

Non longe ab hac quaestione separata, ac potius cum ea aliqua ex parte coniuncta st altera, quam ad II, 62 breuiter tetigi, de particulis *nec — quidem*. Hanc enim coniunctionem quom superiores philologi fere inprobassent, nec Latine in negatione continuanda et intendenda poni indicassent, ut Muretus (Opp. III p. 262), Lambinus, I. F. Gronouius, Bentleius (ad Hor. Sat. II, 3, 262), Ernestius, Facciolatus, quosque alios nominant Drakenborchius ad Liuium I, 10, 3, Heusinger Emendationum p. 191, lexici Forcelliniani editores Germani u. *nec*, nuper multi eam defenderunt, docereque conati sunt, proprie eam et legitume certis locis poni, Uossius ad Uirgili Georg. I, 390, Goerenzius ad Acad. II, 82, Gernhardus ad Cat. Mai. 27, Heinrichius ad Cic. Oratt. Part. p. 80, Beierus ad eadem fragm. p. 31, Ramshornius in grammatica Lat. p. 885 ed. 2, Kritzius ad Sallusti Iug. 51, quosque hi alios appellant, ut merito Orellius ad Cic. Philipp. III, 3 grammaticos cum particulis *nec — quidem* in gratiam redisse scribat. Sed ualde uereor, ne parum caute id fecerint, idemque his acciderit, quod iis, qui tradiderunt, quomodo differrent *discidium* et *dissidium*, *ad placandos deos* et *ad placandum deos*, *quom — tum* et *tum — tum* (in coniungendis rebus extra temporis mutati significationem) multaque similia. Quom enim semel edictum st, hoc et illud differre, plerique neque in summa scribendi industria spatium habent inquirendi, sitne utrumque certum et quo genere quaque constantia testimoniorum confirmetur, (et quotus quisque ea aestumare didicit?) neque committere audent, ut proprietatem subtiliter scilicet expositam ignorare aut non intellegere uideantur, potiusque, si quod mendum in recentissuma aliqua chartula occurrit, id arripiunt et aut nominum auctoritate aut ipsi aliqua excogitata interpretatione exornant.

Primum igitur dicendum st, si quis esset concursus eiusmodi copulatarum particularum *nec* et *quidem*, ut illam negationis ad

nouam aut inexpectatam rem perferendæ aut insigniendæ significationem, quæ et in *ne — quidem*, non adtingerent et pro *et non — quidem* ponerentur, eum hoc loco excipiendum fore. Sed eiusmodi concursus esse in recta orationis forma rarissume potest. Nam quom conceditur aliquid negatiue (*non excitas tu quidem, sed tamen* &c.), si copulatiua particula præponetur, ea non pertinebit ad concessionem, sed, illa interiecta, ad eam, quæ sequetur, adfirmationem neque cum particula *non* in unum contrahetur. Itaque huiusmodi oratio non efficitur: *Hæc uides nec excitas tu quidem, sed tamen excusas.* Hæc autem orationis forma: *Et Iurgurtha quidem* talem habet unam notionem insigniendi et adiungendi uim, ut ad eam non perueniat subsequens negatio (*Et Iugurtha quidem non est conturbatus*). Itaque ubi *nec* et *quidem* alio atque eo, de quo dicimus, modo concurrant, duo omnino excipiendi mihi sunt loci, quos norim, et si qui forte eorum similes reperti fuerint. Nam Quinctilianus IX, 3, 55 quom Græcæ orationis formam eam, qua, sublata adfirmationis et negationis mistione, substituitur plane adfirmatio omnium aut summæ rei (οὐχ ὁ μέν, ὁ δὲ οὐκ, ἀλλὰ πάντες), in Demosthenis loco notissumo (pro cor. p. 288 Reisk.) redderet, sic scripsit: *Non enim dixi quidem, sed non scripsi, nec scripsi quidem, sed non obii legationem, nec obii quidem, sed non persuasi Thebanis* (οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ κ. τ. λ.), ubi adparet et *non* et *nec* non ad *dixi quidem* et *scripsi quidem*, sed ad totas has conplexiones uerborum: *dixi quidem sed non scripsi* et *scripsi quidem, sed non obii legationem* pertinere, quæ ut falsæ tolluntur.[1]) Alter est locus Ciceronis in ep. ad Fam. VI, 6, 2, ubi quom sic scribere deberet: *animum tuum confirmandum puto, et quidem iis uerbis, quibus te consoler non ut adflictum — sed ut eum* &c., minus diligenter negationem transtulit scripsitque: *nec iis quidem uerbis;* et tamen sic quoque usitatius dixisset: *et quidem non iis*

1) Aliter Græcam formam reddere conatur scriptor ad Herenn. IV, 34: *Non sensi hoc et non statim suasi, neque suasi et non ipse statim facere coepi* &c. (Οὐκ ᾐσθόμην μέν, οὐκ εἶπον δέ, οὐδὲ εἶπον μέν, πράττειν δὲ οὐκ ἠρξάμην), item ipse Cicero de Diuin. II, 102; nam quod is dicit: *Non sunt di nec significant futura*, Græcis erit: οὐκ εἶσι μὲν θεοί, οὐ σημαίνουσι δὲ τὰ ἐσόμενα.

uerbis.[1]) Hæc igitur seiungamus et ad id, quod nunc agitur, conuertamur.[2])

Nec — quidem ferme in deterioribus et recentioribus libris reperitur, raro, ut apud Quinctilianum X, 1, 83, et X, 7, 32 in antiquis et bonis; etsi Quinctiliani antiqui codices neglegentissume scripti sunt et corruptissumi, tantum interpolatione uacui. Apud Ciceronem præter Cat. Mai. 27 (*Nec nunc quidem*) uix ullus est locus, ubi primarii codices, quales aut palimpsesti sunt aut regius Tusculanarum aut Uaticanus Philippicarum aliique similes, id tueantur, nisi forte ex subsequenti uoce littera *c* adhæsit, quod N. D. III, 23 in melioribus quoque codicibus accidit; tantum Philip. III, 3 duplex *nec* præcedens genuit *nec — quidem* etiam in Uaticano codice.[3]) In deterioribus libris hoc adeo non rarum est, ut, si editores diligentius scripturam adnotassent, defensores studiosius anquisiuissent, aut pluribus locis id sibi defendendum esse intellecturi fuerint aut confitendum, librarios quosdam recentioris ætatis hanc formam de suo in ueterum scripta intulisse. Uelut in hoc opere de Finibus III, 3 nunc adparet, quod Gruterus, Dauisius, Gruterus non adnotant, deteriorem codicum familiam habere: *dicit Epicurus nec argumentandum quidem esse de uoluptate;* in Erlangensi et melioribus est *ne — quidem.* In Tusculanis II, 31 codex Rehdigeranus et Gud. 2, uterque infimus, habet *nec — quidem*, III, 21 Oxoniensis

---

1) Utrumque locum adhibuit etiam Wunderlichius ad Uirg. Georg. I, 126, sed non plane recte tractauit et cum duobus aliis diuersissumis coniunxit.

2) Nihil ad hanc quæstionem pertinere, si in sententia a *nec* incipienti postea una aliqua uox separatim addito *quidem*, id est *saltem*, notetur, minus peritorum caussa dico.

3) In Catonis loco dubitaui sæpius, an et *ne — quidem* et *nec — quidem* parum recte diceretur. Nam, utrumcunque ponitur, uidetur uox *nunc* ita notari, quasi hoc tempus alii contrarium sit, quod ante Cato commemorarit; uerum is transit ad nouum senectutis reprehensionem tollendam, ut sic potius dicendum [illegible] fuisse: *Ne uiris quidem* &c. Sin autem intellegemus, ut [illegible] dura debem[illegible] *nunc quidem*, quom ad ultumam et infirmi[illegible] m," nimis abrupte hoc inferri [illegible] (N[illegible]tur, referri *ne — quidem* [illegible] tauri aut elephanti [illegible] desidero.) Itaque [illegible] neque hoc [illegible] prius [illegible]

anus et Rehdigeranus, IV, 84 Gudianus II. Apud Uirgilium ter (Georg. I, 126 et 390, III, 561) multi codices habent *nec — quidem* secutique eos fere editores ante Heynium erant; sed *ne* primo loco habent codices "e uetustis multi, etiam Romanus," altero et Romanus et Mediceus, tertio Mediceus et alii. [1]) Defensores autem ex illa locorum copia non illos eligunt locos, ubi aut paullo plures aut, si forte, meliores aut saltem probabiles libri *nec — quidem* habere uideantur, ut eos sub unum genus communitate quadam cadere ostendant, sed, quod in hoc genere peruersissumum st, constituto, ut sibi uidentur, quid *nec — quidem* significare debeat, ad eam regulam, quos placet et possunt, locos adcommodant, ceteros relinquont. Uelut Gernhardus, quem plerique posteriores secuntur, in Cat. 27, ubi *nec — quidem* tantam, quantam nusquam alias, auctoritatem codicum habet, id non probat, et iure non probat, in Catil. III, 24 probat, ubi *nec* et a bonis codicibus omnibus, etiam perantiquis illis, quos Orellius contulit, repudiatur et Prisciani triplici testimonio (p. 1003 et 1004 et 1028) atque Alcuini (p. 2124) conuincitur. [2]) Kritzius autem in Sallusti Iug. 31 et 57 *nec — quidem* contemnit, in c. 51 contra meliores et pluris codices (ut apud Cortium et Gerlachium intellegi potest) probat.

Deinde in exponenda propria particularum *nec — quidem* significatione defensores in non parua sententiarum uarietate reperiuntur, ipsæ autem sententiæ magnam partem ambiguæ et perobscuræ, uix ut adpareant, et multis erroribus inplicatæ sunt. Ac simplicissume illi agere uidentur, qui *nec — quidem* dicunt esse et *ne — quidem*, ut Oudenderpius ad Apulei Metamorph. p. 258, Vossius et Iahnius ad Uirgili Georg. I, 126 et 390, Ramshornius' Orellius ad Fin. II, 82 aliique, qui ibi tantum *nec — quidem* ferre uid[illegible] ubi *nec* in uerbis copulandis poni possit. Itaque hi ex-

---

1) Apud Suetonium codices pauciores pluresue *nec — quidem* habent Cæs. 21, Aug. 10, 16, Tiber. 10, 15, 21, Cal. 11, &c.

2) [illegible]summe ibi, posita re ipsa, Cicero addit, quid adiunctum fuerit, osten[illegible]m a ciuili uictoria calamitatem separari posse: *ne dici quidem* [illegible] *deminutione ciuium et quanta calamitate rei publicæ,* [illegible] *Octauius consul armis ex urbe conlegam suum ex*[illegible]*it? omnis hic locus* &c. Sed hic dicit tamen [illegible]it, in Sulla ne dici quidem opus esse putat. [illegible] *— quidem*, nihil tamen prauius esset illa

is quidem; propter hanc apud Ciceronem de Diuin. I, 112 quem esset: *Ne Pherecydes quidem ille*, Rathius scribendum putauit, Moserus ex uno pessumo codice scripsit: *Nec Pherecydes quidem*; Praeferemus igitur, opinor, ut superiores fecerant, antiqui testimoni in longe pluribus locis constantiam cum ratione coniunctam paucis bonorum librorum, multis recentiorum mendis, atque ad hanc sententiam confirmandam illo postremo utemur argumento, quod librarii ex *ne — quidem* persæpe fecerunt *nec — quidem* unius litteræ additione, id autem, quod paullo longius distat, *neque — quidem*, rarissume ac pæne nusquam scripserunt; et tamen, ut pro *ne — quidem* posteriores et *nec* et *neque* dixerunt, sic etiam *neque — quidem* interdum dici consentaneum erat, si alterum diceretur.[1])

Satis uerborum de una litterula; sed potius plura dicenda putaui, quam committendum, ut, si breuiter sententiam significassem, obiceretur tamquam ignoranti longa series nominum et, si forte, inanis aliqua distinctio ex illo genere, quas hic tractaui.

IV. DE *PRIMIS NATURÆ* ET DE CARNEADIA DIUISIONE SENTENTIARUM DE SUMMO BONO.

AD LIB. II C. 11 ET LIB. V C. 6 ET ALIOS LOCOS.

Prima naturæ et hoc ipso nomine et aliis paullum hinc deflectentibus Cicero in hoc opere persæpe conmemorat, et, quasi res aperta sit et eadem ubique atque sui similis, uim nominis et rei naturam uno loco plane et distincte explicare omittit. Diligenter tamen adtendenti non solum obscura quædam et difficilia occurrent, sed ipse etiam Cicero uidebitur, dum alios incaute sequitur, nonnulla suo ingenio addit, parum constanter hanc notionem conprehendisse et parum perite aliquot locis ea usus esse. Quod nisi ex-

1) Cic. de Diu. I, 112: *Neque Pherecydes quidem* apud Orellium errore scriptum et pro *Ne Ph. qu.*

licetur, neque intellegi recte illi loci neque iudicari possunt. Et istoriæ quidem philosophiæ scriptores hanc rem fere prætermiserunt ut leuiter tractarunt, quod in Græcorum scriptis multo rarius adingitur et in ipsis eorum, qui disciplinas condiderunt, disputationibus artim omnino non uersata esse partim minoris momenti fuisse idetur quam postea apud eos, quos Cicero secutus est. Ex Ciceonis interpretibus unus Beierus ad Off. III § 18 uarias appellatioes, quibus Cicero utitur, quasi per saturam conlegit, nulla adhiita distinctione, alia autem in excursu septumo ad librum primum e Off. ita tractauit, ut ne ibi quidem difficultatem, quæ in illis libris on fere adparet, adtingeret, in quibusdam de ueterum philosophoum doctrinæ forma minus recte disputaret, Ciceronem sequens. [1]) oritur autem difficultas primum ex eo, quod notionem a Stoicis, pud quos nata st, parum definitam primum Carneades pæne lu-ens perturbauit, deinde Antiochus, a quo Cicero pendet, ut alia toica, ad Academicam et Peripateticam disciplinam a se renouaım transtulit, augeturque, quod Cicero, in una re uno et proprio omine non contentus, pæne plus quam oratoria copia et uarietate sus est, rursus autem ea, quæ uel Antiochus distinxerat, et no-ione et nominum ambigua communitate confudit.

Τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν Aristoteles nusquam nominat nec, qui cademiæ ueteris doctoribus hunc loquendi modum tribuat, est ræter Ciceronem, qui Antiochum sequens non minus Aristoteli quam 'olemoni eiusmodi definitiones summi boni subicit, ut iis dicat nem uisum esse *honeste uiuere, fruentem iis rebus, quas primas omini natura conciliet* (Acad. II, 131) aut, *uirtute adhibita, frui priis a natura datis* (Fin. II, 34; cfr. IV, 15, ubi *primorum* nomen on additur) aut *adipisci, quæ essent prima natura quæque ipsa per e expetenda, aut omnia aut maxuma* (Acad. I, 22), et in huius opeis libro quarto et quinto semper et huius rei notionem et nomiis usum ad illos auctores refert. Nec quamuis Cicero V, 55

---

1) Goerenzius in præfat. p. VIII queritur, ob molem libri "rescindendos" sibi fuisse quattuor excursus, quibus et alia ad res a Cicerone expositas pertinentia et hunc ipsum locum de primis naturæ exposuisset. Eos excursus bibliopola in nota subiecta promisit se, simulatque a Goerenzio accepisset, gratis emptoribus libri traditurum. Sed numquam accepit, quod numquam scripserat uanissumus homo, qui quam ad huiusmodi res quærendas inparatus esset, fortasse ipse sensit.

Pisonem inducat adfirmantem, omnis ueteres philosophos, maxume Peripateticos, ad incunabula adcedere, quicquam huiusmodi in iis Aristotelis librorum ethicorum locis esse memini, ubi boni notionem constituit; nam Magn. Moral. II, 7 de uirtute disputans puerorum et bestiarum conparationem adhibet. Ne *τῶν κατὰ φύσιν* quidem aut *τῶν παρὰ φύσιν* appellatione et distinctione utitur, ubi de rerum adpetitu et fuga quaerit.[1] Stoici quom agendi principia et res aestumandi atque seligendi quaererent, in omni animali primum quendam adpetitum adparere disputabant, id conplectentem, quod animali ipsa natura commendasset siue conciliasset. Sic enim redditur a Cicerone,[2] quod Graece Chrysippus et alii *οἰκειοῦν* et *οἰκείωσιν* appellabant[3]). Eam conciliationem dicebant fieri ad se diligendum et ad statum suum siue constitutionem conseruandam.[4] Itaque hinc oriebantur adpetitus quarundam rerum ad se conseruandum pertinentium, quas natura adquireret, contrariae autem, quod ei statui nocerent, reiceret. Atque eae res, quae sic in primo ortu adpetebantur, non solum *κατὰ φύσιν* esse dicebantur, contrariaeque *παρὰ φύσιν* (Stob. Ecl. Eth. p. 134, 142, 250, Plut. adu. Stoic. c. 23 p. 1069 F, Clem. Alexandr. Strom. II p. 179 Sylb.), sed, quod primae adpetitum mouerent, *τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν* appella-

---

1) Stobaeus tamen Eclog. Eth. p. 250 in Peripateticorum sententiis haec posuit: *Τὰς γὰρ πράξεις ἀπό τε τῆς τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς τῶν παρὰ φύσιν τὰς ἀρχὰς ἔχειν συμβέβηκε, καὶ τὰ λεγόμενα καθήκοντα. Διὸ καὶ τὰς κατορθώσεις καὶ τὰς ἁμαρτίας ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα γίγνεσθαι.* Sed haec Stoica esse, nisi ipsae uoces clamarent, e Stoicorum intuma schola sumptae (*ἐκλογή, ἀπεκλογή, καθῆκον, κατόρθωσις*), ostenderet conparatio Ciceronis libri III, 20 et 22; cfr. exc. VII.

2) *Prima conciliatio* III, 21, *prima commendatio* II, 35, V, 40 et 46; § 41 additur: *quae a natura nostri facta est nobis.*

3) Praeter Diogenem cfr. Plutarchus de Stoic. repugn. c. 12 p. 1038: *πῶς οὖν ἀποκναίει πάλιν (ὁ Χρύσιππος) ἐν παντὶ βιβλίῳ φυσικῷ ἰδίᾳ καὶ ἠθικῷ γράφων, ὡς οἰκειούμεθα πρὸς αὑτοὺς εὐθὺς γενόμενοι καὶ τὰ μέρη καὶ τὰ ἔκγονα τὰ ἑαυτῶν*, et paullo post: *ἀλλ' οὔτ' αἴσθησίς ἐστιν, οἷς μηδὲν αἰσθητόν, οὔτ' οἰκείωσις, οἷς μηδὲν οἰκεῖον· ἡ γὰρ οἰκείωσις αἴσθησις ἔοικε τοῦ οἰκείου καὶ ἀντίληψις εἶναι.* Add. adu. Stoicos c. 4 p. 1060 C.

4) Chrysippi locum e Diogene ascripsi ad III, 16. Senec. ep. 121, 14: *Dicitis, inquit, omne animal primum constitutioni suae conciliari.* Apud eundem eadem epistula 121, 10 haec ponitur definitio: *Constitutio est principale animi (τὸ ἡγεμονικόν) quodam modo se habens erga corpus.*

bantur, ut apud Plutarchum adu. Stoic. c. 26 p. 1070, Lucian. Uit. Auct. c. 23, Gellium XII, 5, Stobæum Ecl. Eth. p. 144 et 148,[1]) qui etiam τὰ πρῶτα παρὰ φύσιν nominat, idemque p. 136 προηγούμενα κατὰ φύσιν appellat, quæ alibi πρῶτα, Latine Uarro in libro de philosophia (apud August. de Ciu. Dei XIX, 1 et 2) *primigenia* et *prima naturæ* dixerat; Cicero *secundum naturam* hæc esse dicit et alia contra (multis locis, ut III, 21 et 31, IV, 25, V, 72),[2]) appellatque *naturalia* (III, 61) et distinctius *prima naturalia* (II, 34), sæpissume autem, ut Uarro, *prima naturæ* (III, 30, IV, 41, 43, V, 20, 21, 45),[3]) tum *prima secundum naturam* (V, 19); libr. III, 61 *prima naturæ secunda et contraria* coniunguntur (cfr. Stob. p. 148). Sed aliis quoque nominibus et significationibus utitur; sunt enim hæc *principia naturæ* (III, 22 et 23)[4]) siue *principia naturalia* (II, 35, III, 17),[5]) *initia naturæ* (III, 21), *prima naturæ conciliationes* (plurali numero, III, 22); horum et *prima adpetitio naturalis* (ὁρμή, IV, 25 et 26), *ea, quæ secundum naturam sunt, adpetens* (IV, 32). Eadem Academ. I, 22 dicuntur *prima esse natura*, ablatiuo ad uerbum adcommodato, hoc est, natura conciliante primum locum tenere; de Fin. autem II, 34 paullo insolentius *prima a natura data*, quod non ad eorum adeptionem pertinet, sed hæc nobis ad adpetendum proposita prima et a natura adtributa esse significat, quemadmodum IV, 8 *principia a natura data* dicuntur. Ab hac autem forma Cicero progressus breuius dixit II, 33 *prima data*

1) Priore Stobæi loco uerba corrupta sunt; altero loco iis, quæ πρῶτα κατὰ φύσιν sint, contraria facit, quæ κατὰ μετοχήν sint κατὰ φύσιν, ut illo loco habeatur ipsa κίνησις ἢ σχέσις κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, uelut ualetudo, in his numeretur, quidquid illius κινήσεως ἢ σχέσεως particeps sit, ut corpus bene ualens. Distinctionem huiusmodi ipsius σχέσεως et τῶν μετεχόντων factam esse, prorsus credo; uerum nomen τῶν πρώτων non ad eam pertinet, in qua nullus dignitatis gradus est, sed contrarium et secundariis adpetitibus, qui post oriuntur, uelut diuitiarum.

2) Uter hic et in proxumis iis libri quarti et quinti locis, ubi aperte Antiochus Stoicam notionem et appellationem sequitur.

3) Τὰ πρῶτα τῆς φύσεως apud Græcum neminem legi, etsi suspicari licet, Uarronem et Ciceronem id repperisse. Πρῶτα φύσει et πρῶτα φύσεως, quæ Goerenzius ad Fin. II, 33 et ad Acad. I, 22 tamquam peruagata ponit, nemo certe dixit.

4) IV, 34 et 45 *principia naturæ* de uniuersa prima conciliatione et fundamento uitæ humanæ dicuntur Antiochio more.

5) Hoc quoque V, 19 paullo aliter ponitur.

esse natura, id est, naturæ lege (uid. ad IV, 17),[1]) eodemque modo III, 17 *prima ascita esse natura*, id est, adprobata et ad adpetendum delecta.

Sed primam illam conciliationem Stoici etsi non uidentur subtiliter exposuisse, ut, quid quantumque ea contineret, perspiceretur, tamen ita disputabant, ut, quæ postea demum, orto subito rationis lumine, quod in infante nondum esset adcensum,[2]) et animaduersa constantia conuenientiaque naturæ, nasceretur *uoluntas* cum natura consentiendi, in qua et uirtus et perfectio rationis esset, eam omnino a prima conciliatione dirimerent, bonumque constituerent, *quod* expeteretur, a primis, quæ adpeterentur, genere seiunctum. Itaque quamquam uirtus uel maxume secundum naturam sit (III, 21 et 22 et adnot. ad V, 81), prima tamen conciliatio non solum uirtutis adpetitum non continet (aliter enim uirtus in primis naturæ esset, quæ ei conciliationi respondent), sed ne semina quidem uirtutis et initia, si sibi constare Stoici uolunt, in ea cogitari possunt. Nam prima naturæ adpetuntur; initia autem uirtutis qui adpetit, ipsam adpetit; ipsa autem prorsus hinc seiungitur. Nam prima naturæ apud Stoicos comprehenduntur *τῶν ἀδιαφόρων* genere (Stob. p. 142 et 148), suntque *προηγμένα* (ibd. p. 148). Itaque in Carneadis sententia, qua is primorum naturæ adeptionem summi boni loco ponebat, nullam esse adiunctionem uirtutis, non uno loco dicitur (ut expositum est in adnotat. ad IV, 15), et in Peripatetica sententia, quæ alibi bona corporis et externa appellantur, ea et in ipsius Ciceronis oratione (II, 31 et 38) et in Catonis (III, 30) et in quinto libro (21) *prima naturæ* nominantur.[3]) Quæ autem singulæ res hoc primorum no-

1) Goerenzio, qui præpositionem addi uolebat, iam Beierus repugnauit.

2) III, 20 et 21.

3) Non nego interdum Stoicos, ut aliter loquantur, pæne cogi. Neque enim ea rationis uis, qua conuenientia naturæ et sentitur et adamatur, a primo ortu hominis ita separari potest, ut non aliquo modo in eo relinquatur, quoniam postea inseri non potest. Uerum tamen, quod ad III, 23 dixi, hæc prima conciliatione contineri, ex qua adpetitus oriatur, non satis recte et caute dixi. Apud Senecam ep. 120, 14 et 15 is, qui Stoicos oppugnat, dicit, quoniam constitutio hominis rationalis sit, non posse ei conciliari infantem, qui nondum rationalis sit. Nec Seneca respondet, infantem iam rationalem esse, sed unicuique ætati suam esse constitutionem. Quamquam Senecæ in huiusmodi quæstionibus, quæ de intuma sententiarum constantia habentur, exigua est auctoritas.

mine continerentur, non uidetur adcurate a Stoicis definitum esse. Sed tamen fere primum corporis sensuumque integritas, uires ualetudoque ponuntur, ut II, 34, V, 18, apud Stobæum p. 144; Gellius sola corporis commoda et incommodorum corporis remotionem nominat. Cicero tamen II, 34 *ingeni motum* adiungit, id est, quæ V, 36 in Peripateticorum ratione uirtutes non uoluntariæ appellantur, eademque apud Stobæum p. 61 primis naturæ adnumerantur.[1]) Ac poterant hæc quoque a Stoicis primo illo adpetitu sui tantum amante conprehendi, quæ etiam προηγμένα numerabant (Diog. Laërt. VII, 107). Quod autem Cicero (III, 17) etiam τὰς καταλήψεις in primis naturæ ponit aut certe ita cum iis coniungit, ut, nisi in eodem genere sint, non adpareat, cur conmemorentur, uidetur ἡ κατάληψις ita propria esse adultæ rationis, ut uix hunc locum inter prima tueatur. Sed quoniam Stoici notionum originem a uisis sensuum repetebant, facile sensuum integritati adiungebatur κατάληψις, ut apud Stobæum (p. 148): ὑγεία καὶ αἴσθησις, λέγω δὲ τὴν κατάληψιν. Artis autem a Cicerone adiungi (III, 18), prorsus miror, quæ a primorum genere ualde abhorrent.[2]) In libro V denique 18 quom Cicero *prima in animo* uolt esse *quasi uirtutum igniculos et semina,* incaute aliquid admiscuit ex illo fonte, de quo dicam paullo post. Laudandi postremo Stoici, quod uoluptatem non in iis rebus, quarum ab ipso animali usus quæreretur, numerabant, sed ἐπιγέννημα esse dicebant, hoc est, subsequentem adfectum animalis, se primis illis frui sentientis (cfr. adnot. ad III, 17). Sed quod Aristippum et Epicurum studiose oppugnantes ne hunc quidem uoluptati locum prorsus concedebant (εἰ ἄρα ἐστίν), neque ostendebant, quomodo hic adfectus cum altero illo adfectu hominis se cum summa natura, cuius esset particeps, honeste agendo conspirare sentientis copularetur, rem inplicabant, relinquebantque errandi locum.

Ab hac primorum naturæ notione aliquantum distat, si diligenter consideratur, ea, quæ in libro quarto (15 sqq.) et quinto

1) περὶ δὲ ψυχὴν (πρῶτα ἐστὶ κατὰ φύσιν) εὐσυνεσία, εὐφυΐα, φιλοπονία, ἐπιμονὴ, μνήμη, τὰ τούτοις παραπλήσια, ὧν οὐδέπω τεχνοειδὲς οὐδέν, σύμφυτον δὲ μᾶλλον. Posita sunt hæc non in Stoicorum decretorum explicatione, sed ubi Stobæus uarias de definitione τοῦ τέλους sententias percurrit.

2) Cfr. Stob. p. 61: ὧν οὐδέπω τεχνοειδὲς οὐδέν.

(21 sqq.) Antiochia ratione explicatur *prima constitutio* siue *institutio naturæ*. Hæc enim totum undique hominem conplectens quom corpus, tum multo magis animum et in animo rationis perfectionem, id est, uirtutem conprehendit (IV, 17, 41, V, 36, &c.), ut ea, etsi in ipso ortu non adsit, tamen ex illa constitutione enascatur et eodem modo, quo cetera, quæ ea continentur, adpetatur ac tantum multo maius momentum habeat. In hac tamen constitutione explicanda et ad finis bonorum definitionem perducenda, quia in primo ortu animalis magis animaduertitur corporis tuendi cura, ita a Stoicis transfertur et retinetur primorum naturæ appellatio, ut ea in fine ad uirtutem adiungantur (IV, 41, 43, 45) sintque corporis bona.[1]) Itaque quod apud Stoicos omnem primam conciliationem naturæ explet, id in huius constitutionis parte non maxuma censetur.

Sed hanc diuersitatem Cicero, Antiochum sequens, non animaduertit et per totum librum quartum ita disputat, quasi eadem prorsus res sit, idque apertis uerbis in ipso exordio profitetur (§15: *constitutio illa prima naturæ, a qua tu quoque ordiebare*), tum postea quoque tenet, *ab isdem principiis proficisci* Stoicos et ueteres (id est, Antiochum) dicens. Itaque idem etiam nomen, quo in libro III, 22 et 23 prima naturæ significarat, *principia naturæ* appellans, in quarto libro (et fortasse commodius rectiusque) de prima illa constitutione ponit, quam Zenonem a Polemone accepisse putat (45) quamque ei mutandam esse dicit, si suum finem bonorum tenere uelit (34). Cui hactenus iure Zeno, si adfuisset, respondisset, suum bonum e prima conciliatione naturæ non ita esse petitum. Uerum in hoc quarto libro, ubi Cicero presse Antiochum sequitur, tantum in hoc errat, quod plus multo Stoicos primæ illi naturæ conciliationi tribuisse putat, quam tribuerunt; in libro secundo, ubi suo Marte Epicurum refellit, aliquanto grauius labitur. Nam quom illa primæ commendationis notione, quam

1) Hoc genere etiam externa fere conprehendi, dictum st ad III, 43. Quemodo quidem V, 67 sqq. externa constituuntur, non magis sub primorum naturæ notionem quam sub finem bonorum cadunt. Animi bona, *quæ præter uirtutem erant*, id est, ingeni, Cicero præter prauam illam in V, 18 significationem, in quarto quintoue libro neque primis adnumerat neque excludit. Omnino enim ad Peripateticorum ueterum tripertitam bonorum diuisionem hæc tota primorum notio non facile adcommodabatur.

ab Antiocho acceperat, ita uti uellet, ut Epicurum inconstantiae argueret, quod ab ea illius forma, quam posuisset, non ad eum, qui ei responderet, finem peruenisset, ceteros contra philosophos sibi constare doceret, inprudens pro illa uniuersi hominis constitutione Stoicorum angustam primorum naturae notionem et enumerationem substituit, quo factum st, ut in inexplicabilem peruersitatem incideret. Nam postquam dixit Polemoni et Aristoteli prima uisa esse *membra, sensus, ingeni motum, integritatem corporis, ualetudinem*, hinc natam esse ait ueterum sententiam, ut finem bonorum dicerent, secundum naturam uiuere, id est, uirtute adhibita, frui primis a natura datis. Et tamen quid uel mediocriter adtendenti apertius est, quam illud *secundum naturam uiuere* poni potuisse, siue illa siue longe alia prima fecissent, eius autem, quod in explicanda hac uita, quae naturae conueniat, summum st, *adhibita uirtute*, in illis primis ne minumam quidem esse significationem. Itaque Cicero his ueteribus in eadem constantiae laude adiungit Calliphontem et Diodorum, quos eadem prima habuisse significare uidetur; certe alia non nominat; et tamen in fine bonorum discrepant. De Aristippi et Hieronymi et Stoicorum primis Ciceronem aliquid dixisse uideri, quod exciderit, in adnotatione exposui, sed siue dixit aliquid siue non dixit, quae ei inter Stoicorum prima et summum bonum in una uirtute positum ratio intercedere uisa sit, difficile st suspicari. Atque hanc tantam confusionem Ciceroni accidisse eo magis mirandum st, quod in ipsa Carneadis diuisione sententiarum de summo bono, qua post Antiochum utitur, aliquod tamen relictum erat harum notionum discrimen.

Carneades enim, qui a Cicerone propter egregiam in dialecticis exercitationem (III, 41) laudatur, reapse autem satis habuit acuminis ad Stoicorum de cognitione rerum doctrinam parum subtilem cauillandam, ceterum neque ardenti studio ad ueritatem exquirendam rapiebatur, et a subtili notionum sententiarumque proprietatis perspiciendae cura tam abhorrebat, ut et ipse rhetorica leuitate et lusu se iactaret et multo post Antiocho, qui ab eius secta desciuit, tamen Peripateticos, Academicos, Stoicos in unam turbam coiciendi uiam monstraret (III, 41), hic igitur instituit dissentientium philosophorum de summo bono sententias ita diuidere, ut, quot esse omnino possent, adpareret. Eam diuisionem, quae Antiocho probata erat, Cicero exponit in huius operis libro V, 16 sqq.

Quom igitur Carneades statuisset, artem uitæ, ut ceteras artis, aliquid, quod extra ipsam esset, adpetere, id autem, quod adpeteretur, naturæ aptum et adcommodatum esse debere, [1]) de prime adpetitu omnem dissensionem esse dixit, deque eo tris esse sententias, quom alii eo uoluptatem expeti putarent, alii uacuitatem doloris, alii prima naturæ. In hac expositione (ut hic aliquantisper insistamus) primum id adparet, primum illum adpetitum eo loco haberi, ut in eo omnis humanæ naturæ uis contineatur et ex eo omne bonum nascatur. Itaque hactenus respondet primæ illi constitutioni, quæ ab Antiocho explicatur. Cicero cum etiam *primorum inuitamentorum* nomine appellat (17) et (19) *principiorum naturalium.* [2]) Deinde manifestum st, hunc adpetitum sic definiri, ut totus ad amorem sui et tutelam corporis referatur, excludanturque omnia ea, quæ hominem ad uniuersæ naturæ et rationis normam trahunt. Ex hac igitur parte hic adpetitus similis est primæ Stoicorum conciliationi, a quibus Carneades prima naturæ sumpsit; simul ita uirtus excluditur, ut, qui eam in bonis habeant, postea quasi per posticum intromittendi sint. Antiochus, permirum st, quomodo hanc Carneadis diuisionem probare potuerit, quæ ipsius primam constitutionem, qua totus homo et rationis perfectio contineretur, prorsus euerteret. Stoici quidem illud, quod initio a Carneade ponebatur, artem uita ab aliquo constitui, quod extra eam esset et quod adpeteretur, minume concedebant, sed sapientiam in se totam conuersam esse docebant (III, 24). Postremo Carneades in diuidendo inelegantissume uoluptatem, id est, ut dixi, adfectionem hominis id, quod adpetiuit, adepti conparauit cum primis naturæ, id est, ipsis rebus, quæ adpetuntur, uacuitatemque doloris, id est, negatiuam uoluptatis partem in alia parte diuisionis posuit; qui error paullo post alias turbas dabit. [3])

---

1) Mire Cicero § 17: *Constitit autem fere inter omnis, id, in quo uersaretur prudentia et quod adsequi uellet, aptum et adcommodatum naturæ esse oportere.* Neque enim quisquam umquam id, quod a natura alienum esset, adpeti docuit. Sed studet ex hoc orbe, qui omnis, quæ fuissent, sententias conplecti debebat, excludere Pyrrhonem, Aristonem, Herillum.

2) Itaque ea hic, ut in libro IV *principia naturæ*, a *primis naturæ* separantur. Nam in principiis naturalibus hæc erat differentia, quod in iis alii prima naturæ ponebant, alii pro iis uoluptatem.

3) Eadem diuisio primi adpetitus nescio unde ponitur apud Stobæum p. 60:

Progrediens deinde Carneades, quom tria uideretur reperturus summa bona ex inpletione triplicis adpetitus, subito induxit, cuius ne minumum quidem initium aut origo in hac ratione monstrata erat, honestum, ut rectum esset facere omnia unius ex tribus illis rebus caussa, quarum alii aliam primam adpeti dicerent, etiamsi quis eam rem non adipisceretur. Ita non solum ab adpetitu illo ad officium peruentum st, sed, quod magis mirum st, quom boni notio ex expletione desideri naturalis orta et ducta esset, nunc tamen oriuntur, qui finem boni in illo honesto ponant, etiamsi naturæ adpetitus non expleatur.[1] Adparet, occasionem miræ huius rationis excogitandæ ortam esse e definitione illa, qua Antipater Tarsensis utebatur, quom uirtutem et summum bonum dicebat esse *πᾶν τὸ καθ' αὑτὸν ποιεῖν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν προηγουμένων κατὰ φύσιν* **(uid. ad III, 22), quam iam a Diogene interdum positam esse, suspicatus sum (ad V, 20). Atque hæc definitio, dum offici notionem e selectione** *τῶν προηγουμένων*, **in qua tamen continebatur etiam commodorum diuinæ legis caussa contemptio, parum scite ductam cum uirtutis notione connectere conatur, uim uirtutis a Zenone intellectæ ualde quidem obscurat et a uera origine, uniuersæ naturæ lege, cui libere obtemperetur, diiungit. Sed tamen ex relicua disciplina intellegebatur, quomodo uirtus constitueretur et bonum a commodorum adeptione seiunctum contineret. Carneades et hoc neglegit et præterea uirtutis duas alias non dolendi et uoluptatis excogitat in iisque aliquem beatam uitam ponere posse putat. Itaque non mirum st, duas eas de fine boni sententias, quæ tam ridicule confictæ sunt, defensore caruisse.**

Ὑποτελὲς (bis scribi debet *ὑποτελίς*, ut p. 62, conl. quæ ad II, 43 dicta sunt) *δ' ἐστὶ τὸ πρῶτον οἰκεῖον τοῦ ζῴου πάθος, ἀφ' οὗ κατήρξατο συναισθάνεσθαι τὸ ζῷον τῆς συστάσεως αὑτοῦ, οὔπω λογικόν, ἀλλ' ἄλογον κατὰ τοὺς φυσικοὺς καὶ σπερματικοὺς λόγους. — Γενόμενον γὰρ τὸ ζῷον ᾠκειώθη τινὶ πάντως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ἐστὶ ὑποτελίς, κεῖται δ' ἔν τινι τῶν τριῶν· ἢ γὰρ ἐν ἡδονῇ ἢ ἐν ἀοχλησίᾳ ἢ ἐν τοῖς πρώτοις κατὰ φύσιν.*

1) Ergo hæc efficitur tabula finium:

A. Adipisci

aut (1) uoluptatem aut (2) uac. doloris aut (3) prima naturæ.

B. Facere omnia

aut (1) uoluptatis caussa aut (2) uac. dol. c. aut (3) primorum nat. c.

Postremo Carneades disputat, præter has simplicis de summo bonorum sententias iunctas et duplicis tris fuisse, unam Academicorum Peripateticorumque, alteram Calliphontis, tertiam Diodori. nec uero pluris, si rerum natura penitus perspiciatur, esse potuisse. Et tamen, si uera esset superior diuisio, ex quattuor simplicibus ecfici posse debebant sex iunctæ; neque adparet, cur, si initio recte uoluptas et uacuitas doloris separatæ sint inter se et a primis naturæ, non recte coniungi possint aut uoluptas et uacuitas doloris aut utracunque harum et prima naturæ.

Atque hæc qui partitus erat, idem deinde pugnare non destitit, in omni hac quæstione de bonis et malis non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controuersiam (III, 41), quorum alteri simplicem sententiam, alteri iunctam et duplicem habebant, id est, totam illam partitionem euertere et id, quod in illa ueritatis aliquid continebat, tollere. Antiochus autem et diuisionem et hanc de Peripateticis et Stoicis sententiam probauit.

Non est operæ pretium persequi, quomodo homo ingenio ad philosophiam non aptus, Uarro, in libro de philosophia (apud August. de Ciu. Dei. XIX, 1) ab hac Carneadis diuisione profectus, quom eius partis aliis philosophandi diuersitatibus multiplicaret, notionibus mire confusis, summam ducentarum octoginta octo sectarum, quæ in philosophia esse possent, repperisse sibi uisus sit, quod artificium ne quis ipsius Uarronis esse dubitet, etsi ipse lusus putidus et ineptulus dubitare prohibet, comparari uelim simile artificium in longe alio genere ab eo expositum in libro II de R. R. 1, 12.

V. DE ORDINE RERUM IN LIBRO TERTIO ET DE DIUISIONE ETHICÆ APUD STOICOS.

Quoniam ipsi Stoici gloriabantur, admirabilem esse suæ disciplinæ compositionem et rerum ordinem, in omni autem adcurate constituta disciplina ita connexæ sunt notiones, ut ad earum intellegentiam multum intersit, legitumo eas ordine exponi, non sine caussa quæri-

mus, ecquam Cicero in eorum sententiis explicandis ipsius scholæ seriem et materiæ disponendæ legem secutus sit; idque eo magis faciendum uidetur, quod et ipsi, etsi de tota forma non ambigimus, unum tamen et alterum satisne commodo loco ceteris interiectum esset, nos dubitare significauimus, et nuper uir doctus noua quædam de disciplinæ ethicæ Stoicorum diuisione et dispositione eruere et hoc ipso libro confirmare conatus est.

Ac primum quoniam post Zenonem, qui summas leges ac præcepta ediderat, disciplina, dum ab aduersariis oppugnatur, ab ipsis Stoicis defenditur, non solum uberius explicata et multisque partibus expleta, sed etiam notiones quædam non ita leuiter inflexæ, adparet, inter antiquissumam conpositionem atque eam, quæ maxume post Chrysippum fuit, aliquantum interesse debuisse. Ipse autem Chrysippus, quamquam omnis singulas partis uidetur constituisse, tamen, quoniam præcipua capita particulatim tractauit, non omnem ethicam disciplinam continua scriptione conprehendit, num unam quasi legitumam totius disciplinæ dispositionem habuerit, nonnihil dubitari potest. Sed tamen ipsa notionum natura et cognatio eademque eas ab origine repetendi et tractandi ratio communem quendam apud hunc et eos, qui post eum fuerunt, ordinem præcipuarum partium ecfecisse uidetur, quom præsertim id, quod uarietatem adferre poterat, raro apud hos factum uideatur, ut ethicam ad summa principia reuocare et cum physica et doctrina de deo propius et subtilius connectere studerent [1]). Itaque uarietas ordinis maxume relicta st in singularum uirtutum et actionum tractatione. Illius, quem dixi, ordinis et dispositionis partium adumbrationem præter Ciceronem habemus apud Diogenem Laërtium et Joannem Stobæum, sed, ut in scriptoribus eiusmodi expectari debebat, non perturbatione uacuam. Diogenes (VII, 84) moralem partem a Stoicis diuidi ait εἴς τε τὸν περὶ ὁρμῆς καὶ εἰς τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τόπον καὶ εἰς τὸν περὶ παθῶν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ τέλους περί τε τῆς πρώτης ἀξίας καὶ τῶν πράξεων καὶ περὶ τῶν καθηκόντων προτροπῶν τε καὶ ἀποτροπῶν. In hac enumeratione et, quæ cohæreant, mire distrahi et eadem quasi diuersa repeti, quod pluribus locis necessario adtingerentur, primum ex ipsa adparet. Nam ὁ περὶ τέλους τόπος quomodo separari poterat a bonorum et malorum tra-

1) In ipsa boni notione et naturalis legis hoc maxume desideratur.

Postremo Carneades disputat, præter has simplici
bonorum sententias iunctas et duplicis tris fuisse, u
rum Peripateticorumque, alteram Calliphontis,
nec uero pluris, si rerum natura penitus perspi
Et tamen, si uera esset superior diuisio, ex
ecfici posse debebant sex iunctæ; neque a
recte uoluptas et uacuitas doloris separat
mis naturæ, non recte coniungi possint
doloris aut utracunque harum et pri

Atque hæc qui partitus erat, idem
in omni hac quæstione de bonis et
cum Peripateticis controuersiam (
sententiam, alteri iunctam et dupl
partitionem euertere et id, quo
tollere. Antiochus autem et
Stoicis sententiam probauit.

Non est operæ pretium … superad
philosophiam non aptus, … , quibus contr
gust. de Ciu. Dei. XIX … τῇ ἡδονῇ). Itaque ad-
quom eius partis aliis … distinctio (116), multa con-
notionibus mire confu … certo, ut uidetur, ordine, cui
ctarum, quæ in phil … tur dogma, æqualia esse peccata
quod artificium ne … uirtutum omnium communione (125),
putidus et ineptulu … tis perpetuitate eiusque αὐταρκείᾳ πρὸς
cium in longe al … ibi poni debuisse, ubi uniuersa uirtutis
1, 12. … Sed tamen quod et sæpe seorsum hæc de-
in sapientis persona atque exemplo et uirtu-
tæ degendæ præcepta exponebantur, non nega-
Stoicos quosdam huius conlocationis auctores ha-
recta non apte sententia, quæ ius natura constitutum
tuebatur, reditur ad illa, quæ dixi, uitæ præcepta.
V. DE … genis ordine si diligenter contulerimus eum, qui apud

… locus περὶ προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν non potuit notionum … explicationem, sed præcepta de hominum studiis prudenter ad … conuertendis continere.

… in decreto de peccatorum æqualitate et de προκοπῇ apud Ciceronem … et de αὐταρκείᾳ uirtutis quodammodo § 42 sqq.

'ebimus, etiamsi quædam aliter conlocentur
-eperiantur, quæ ab altero omittantur
''la specialia Ciceronis consilium
-mma rerum eam esse ordi-
-tam esse ex notionum
-m peruenitur et
'fferentiam,
gis re-
a contine-
. p. 90 sqq.),
ibus a me nota-
uisiones (96); Uir-
naturæ (108); Uirtu-
(120); iterum Bonorum
(132); τὰ ἀδιάφορα (124);
; Perturbatio (166); Amicitia
ræcepta (188); Definitio κατορθώ-
ccata æqualia (198). Adparet, omis-
et primæ conciliationis conmemoratio-
iorum explicatione res coniunctissumas di-
torum hic quoque, ut apud Ciceronem et
tractatur proxume post τὰ ἀδιάφορα, perturba-
explicandis asciscitur adpetitionis notio), ut apud
t officium.

tione Ch. Petersenius, uir doctus et acutus, in Philoso-
ysippeæ Fundamentis (Hamburgi 1827) p. 258 sqq. ad
ethicæ Stoicorum diuisionem ex dialecticæ fontibus sumptam
enisse se putat; qui dum opinioni suæ de ui notionum quarun-
am dialecticarum apud Stoicos indulget, neque his ipsis satis sub-
tiliter usus esse neque notionum ethicarum proprietatem conside-
rasse neque testimonia ueterum caute examinasse uidetur. Proficiscens
enim a Senecæ quodam loco in epist. 89 [2]), cuius tamen ipse ordinem

---

1) Illud quoque commune, quod boni notio, de qua ad § 33 diximus, etiam apud Diogenem paullo posterius explicatur, quam expectabamus, quamquam non tam abrupte inducitur quam apud Ciceronem.

2) *Ergo quom tripartita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere; quam in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset in-*

rtatione? quæque de adpetitu (et prima conciliatione) disputabantur, coniunctissuma fuisse cum primæ æstumationis (ἀξίας) explicatione, adparet uel e Ciceronis breui conmemoratione § 20. Sed hæc et initio adtingebantur, ubi boni notio præparabatur, et postea, ubi rerum differentia agendi et offici constituendi caussa exponebatur (apud Ciceronem § 50), uberius explicabantur. Similia dici possunt de uirtutis notione, quæ diuolsa a bonis et malis inter τὰ πάθη et τὸ τέλος interponitur.[1]). Neque recte αἱ πράξεις et τὰ καθήκοντα distrahuntur. Deinde id, quod dixi, confirmatur ipsa, quæ apud Diogenem a § 85 sequitur, moralis loci explicatione, in qua, quamquam minume subtiliter expolita st, tamen hæc, quæ conmemoraui, incommoda fere uitantur. Nam a primo adpetitu (85) progreditur ad finem (86) et uirtutem (90), in qua finis est; tum boni definitiones et diuisiones proponuntur (94) uirtutesque, in quibus bonum st, adumbrantur (100). Sequitur differentia τῶν ἀδιαφόρων (101), tum officium explicatur (107). Huic expositioni rerum ad uitam recte degendam pertinentium superadditur perturbationum (τῶν παθῶν) conmemoratio (110), quibus contrariæ ponuntur rectæ animi adfectiones, (ut ἡ χαρὰ τῇ ἡδονῇ). Itaque adnectitur sapientis descriptio et a stulto distinctio (116), multa continens uitæ degendæ præcepta nullo certo, ut uidetur, ordine, cui minus sane commodo loco intertexitur dogma, æqualia esse peccata (120). Adduntur dogmata de uirtutum omnium communione (125), de τῇ προκοπῇ (127), de uirtutis perpetuitate eiusque αὐταρκείᾳ πρὸς εὐδαιμονίαν, quæ adparet ibi poni debuisse, ubi uniuersa uirtutis natura explicaretur[2]). Sed tamen quod et sæpe seorsum hæc defendebantur et quod in sapientis persona atque exemplo et uirtutis proprietas et uitæ degendæ præcepta exponebantur, non negauerim, Diogenem Stoicos quosdam huius conlocationis auctores habuisse. Interiecta non apte sententia, quæ ius natura constitutum contra Epicureos tuebatur, reditur ad illa, quæ dixi, uitæ præcepta. Cum hoc Diogenis ordine si diligenter contulerimus eum, qui apud

---

1) Extremus locus περὶ προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν non potuit notionum ethicarum explicationem, sed præcepta de hominum studiis prudenter ad uirtutem conuertendis continere.

2) Ut fit in decreto de peccatorum æqualitate et de προκοπῇ apud Ciceronem 45—48 et de αὐταρκείᾳ uirtutis quodammodo § 42 sqq.

Ciceronem st, facile uidebimus, etiamsi quædam aliter conlocentur et apud utrumque nonnulla reperiantur, quæ ab altero omittantur (uitæ quidem degendæ præcepta illa specialia Ciceronis consilium prorsus excludebat), tamen in ipsa summa rerum eam esse ordinis similitudinem, quam supra significaui ortam esse ex notionum natura. Nam a primo adpetitu ad bonum et finem peruenitur et ad uirtutis naturam, tum ad rerum (τῶν ἀδιαφόρων) differentiam, postremo ad officium, quo uitæ actio regatur [1]). Multo magis rerum sententiarumque, quibus Stoicorum ethica disciplina continetur, cohærentia obscuratur apud Stobæum (Eclog. Eth. p. 90 sqq.), apud quem hæc deinceps explicantur, quæ solis nominibus a me notabuntur: Bona et Mala (90); Boni definitiones et diuisiones (96); Uirtutes (102); earum finis, uiuere conuenienter naturæ (108); Uirtutum communitas (112); Sapientis persona (120); iterum Bonorum diuisio (124); Finis conuenienter uiuere (132); τὰ ἀδιάφορα (124); Officium (158) Adpetitio (ὁρμή, 160); Perturbatio (166); Amicitia (186); Sapientis persona et uaria præcepta (188); Definitio κατορθώματος et ἁμαρτήματος (192); Peccata æqualia (198). Adparet, omissam esse initio adpetitionis et primæ conciliationis conmemorationem, in finis autem et bonorum explicatione res coniunctissumas diuelli et bis poni. Ceterum hic quoque, ut apud Ciceronem et Diogenem, officium tractatur proxume post τὰ ἀδιάφορα, perturbationes (in quibus explicandis asciscitur adpetitionis notio), ut apud Diogenem, post officium.

Alia ratione Ch. Peterseniua, uir doctus et acutus, in Philosophiæ Chrysippeæ Fundamentis (Hamburgi 1827) p. 258 sqq. ad ueram ethicæ Stoicorum diuisionem ex dialecticæ fontibus sumptam peruenisse se putat; qui dum opinioni suæ de ui notionum quarundam dialecticarum apud Stoicos indulget, neque his ipsis satis subtiliter usus esse neque notionum ethicarum proprietatem considerasse neque testimonia ueterum caute examinasse uidetur. Proficiscens enim a Senecæ quodam loco in epist. 89 [2]), cuius tamen ipse ordinem

1) Illud quoque commune, quod boni notio, de qua ad § 33 diximus, etiam apud Diogenem paullo posterius explicatur, quam expectabamus, quamquam non tam abrupte inducitur quam apud Ciceronem.

2) *Ergo quom tripartita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere; quam in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset in-*

ctatione? quæque de adpetitu (et prima conciliatione
coniunctissuma fuisse cum primæ æstumationis (
adparet uel e Ciceronis breui conmemorati
initio adtingebantur, ubi boni notio præpa
rerum differentia agendi et offici consti
(apud Ciceronem § 50), uberius expli
sunt de uirtutis notione, quæ diuo
πάθη et τὸ τέλος interponitur. [1]).
καθήκοντα distrahuntur. Deinde
quæ apud Diogenem a § 85 sequit
quamquam minume subtiliter ... semi-
moraui, incommoda fere ... ronis, qui si
progreditur ad finem (86) ... at: Etenim uirtus
boni definitiones et di... men negat uirtutis hæc
quibus bonum st, ad ... nec curat, quod multum in-
ἀδιαφόρων (101), tr... æ, quæ continet omnem actio-
tioni rerum ad uit... iustitiam, ut ad IV, 4 exposui, ubi
perturbationum (... raui. Illam Senecæ diuisionem, quam Pe-
ponuntur rectæ ... sine ulla caussa tribuit [2]), reperire poterat
nectitur sapier
tiuens uitæ
minus sane ... cuique distribuens et æstumans, quanti quicque dignum sit,
(120). A... utilis, (quid enim et tam necessarium quam pretia rebus inpo-
... secunda de inpetu, tertia de actionibus. Primum enim st, ut,
de τῇ π... quicque sit, iudices, secundum, ut inpetum ad illa capias ordina-
εὐδαιμ... temperatumque, tertium, ut inter inpetum tuum actionemque conue-
natu... ut in omnibus istis tibi ipsi consentias.
fer... his, quæ ad categorias pertinent, dicam breuiter extra reliquam dispu-
ti... tionem, quod hoc loco totam rem et usum illum categoriarum persequi
... nequeo. Primum igitur, quom sex sint partes, quis non miretur, quattuor
extremas categoriis respondere, duas primas ab hac comparatione prorsus
excludi? Deinde, quod caput est, minume illæ notiones eo modo, quo in
uniuersa rerum natura categoriæ, inter se separatæ et respondentes quat-
tuor prima genera unamquamque rem e materia ethica desumptam conside-
randi continent. Quis enim in uirtute magis quam in bonis et malis quali-
tatem materiæ ethicæ spectari dicat? Quomodo, quom finis quæritur, id est,
is omnis boni complexus, qui ad beatam uitam explendam expetatur, ibi bo-
num, tamquam substratum, *aliquo modo se habere* intellegitur, quam cate-
goriam Peterseuius ipse exponit referri ad διαφορὰν καὶ κατάστασιν?
Nihil dico etiamnunc de finis loco a bonis et malis separato similibusque.

2) Epictetus enchirid. c. 78 longe alio spectans, tria esse ait in philosophia, unum theorematum, demonstrationem, huius confirmationem; ex his tribus primum summum esse, recte agere, propter id alterum necessarium, quid sit faciendum, demonstrare, propter hoc etiam tertium, dialectica arte illam demonstratio-

. Eth. p. 48, pæne totidem uerbis exposi-
περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας,
τὴν πρᾶξιν. Ταῦτ' ἐστι [γὰρ τρι-
ήσασθαι τὴν ἀξίαν τοῦ πράγμα-
όν τε γενέσθαι τὴν ὁρμὴν
δ' ἐστὶ περίσκεψις τοῦ
λογισμόν·) δεύτερον
ν, τρῖτον τὸ τὴν
isio repetitur ex Eu-
ando uixerit, non constat.
quo modo ad ea, quæ aliunde
quod apud Senecam et Eudorum
um faciat, atque partem περὶ παθῶν,
rum (p. 50) cum hac de inpetu coniun-
nem ui in initium retrahat, nec uideat, longe
prima conciliatione disputari initio disciplinæ ad
otionem boni, aliter apud Senecam de moderando in-
oni notionem iam explicatam conuertendo, ut ei pareat.
anino, non uenisse in mentem, de quo ipsa Senecæ uerba le-
em admonent, eiusmodi esse hanc diuisionem, non quæ disci-
plinam secundum præcipuas notiones, quæ in arte explicentur, dispositam contineat, sed quæ totam perfectionem uitæ moralis ita in tria capita dispertiat, ut omnis fere ars et θεωρία in primo ponatur, altera duo πρᾶξιν et eius instrumenta conprehendant[1]). Itaque apud Eudorum et τὸ περὶ τέλους et τὸ περὶ τῆς ἀξίας quæ Petersenius in tertia parte ponit, apertissume ponuntur in prima (quam ille secundam fecit) p. 48 et 50. Uerum quod tota hæc diuisio coniungit res separatas, notionum in arte expositionem et ipsam uitæ actionem, ne inanis sit tertia pars, in eam transfertur

nem tueri; reprehendit autem, quod fere in hoc tertio omnis diligentia consumatur. Adparet, in hoc loco ita τὴν πρᾶξιν τῇ θεωρίᾳ præferri, ut nulla omnino hic sit τῆς ἠθικῆς θεωρίας diuisio ex arte desumpta. Sed ne τῆς πράξεως quidem ea diuisio, quæ apud Senecam ponitur.

1) Itaque hinc efficitur illa cum Ciceronis loco, qui in secundo libro de Off. est, similitudo, ubi uirtus in tris partis diuiditur. Nam prima pars, quæ prudentiam continet, hic, ut in quadripertita definitione, a scientia non potest separari; duæ alteræ omnem actionem continent, partim in suo animo moderando partim in aliis moderate utendis.

inuertit, et cum eo coniungens enumerationem illam partium, q
apud Diogenem ponitur, sed eam quoque mutatam, hanc po
doctrinæ ethicæ descriptionem: I. 1 περὶ ὁρμῆς. 2. περὶ παθ
II. 1 περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. 2. περὶ ἀρετῆς. III. 1 περὶ τέλους π
τε πρώτης ἀξίας καὶ τῶν πράξεων. 2. περὶ καθηκόντων προτρο
τε καὶ ἀποτροπῶν. Locos duos priores in corporibus (quæ Stoice
cebantur) uersari putat, tertium in incorporalibus; præterea "p
mum locum esse pro introductione in agendi ratione uersantem
uirtutis perfectionem progrediente, posteriores ambos ad cate
rias esse constitutos ita, ut in bonis et malis substratum cernat
in uirtute qualitas, in fine aliquo modo se habere, in officiis de
que qualitas."[1]) Cum Senecæ autem loco confert Ciceronis, qui
in libro II de Off. 18, qui locus quom ita incipiat: *Etenim uir
omnis tribus in rebus fere uertitur*, &c, tamen negat uirtutis h
diuisionem esse, totius ethicæ esse uolt, nec curat, quod multum
terest inter tertiam partem Senecæ, quæ continet omnem act
nem, et Ciceronis, quæ solam iustitiam, ut ad IV, 4 exposui,
hunc Ciceronis locum declaraui. Illam Senecæ diuisionem, quam I
tersenius etiam Epicteto sine ulla caussa tribuit[2]), reperire pote

---

*spectio suum cuique distribuens et æstumans, quanti quicque dignum
maxume utilis, (quid enim st tam necessarium quam pretia rebus in
nere?) secunda de inpetu, tertia de actionibus. Primum enim st,
quanti quicque sit, iudices, secundum, ut inpetum ad illa capias ordi
tum temperatumque, tertium, ut inter inpetum tuum actionemque con
niat, ut in omnibus istis tibi ipsi consentias.*

1) De his, quæ ad categorias pertinent, dicam breuiter extra relicuam dis
tationem, quod hoc loco totam rem et usum illum categoriarum perse
nequeo. Primum igitur, quom sex sint partes, quis non miretur, quatt
postremas categoriis respondere, duas primas ab hac conparatione pror
excludi? Deinde, quod caput est, minume illæ notiones eo modo, quo
uniuersa rerum natura categoriæ, inter se separatæ et respondentes qu
tuor prima genera unamquamque rem e materia ethica desumptam consi
randi continent. Quis enim in uirtute magis quam in bonis et malis qu
tatem materiæ ethicæ spectari dicat? Quomodo, quom finis quæritur, id e
is omnis boni conplexus, qui ad beatam uitam explendam expetatur, ibi
num, tamquam substratum, *aliquo modo se habere* intellegitur, quam ca
goriam Petersenius ipse exponit referri ad διαφορὰν καὶ κατάστασι
Nihil dico etiamnunc de finis loco a bonis et malis separato similibusue.

2) Epictetus enchirid. c. 76 longe alio spectans, tria esse ait in philosophia, us
theorematum, demonstrationem, huius confirmationem; ex his tribus prim
summum esse, recte agere, propter id alterum necessarium, quid sit facie
dum, demonstrare, propter hoc etiam tertium, dialectica arte illam demonstrat

apud Stobæum in Eclog. Eth. p. 48, pæne totidem uerbis expositam: Τοῦ δὲ ἠθικοῦ τὸ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας, τὸ δὲ περὶ τὴν ὁρμήν, τὸ δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν. Ταῦτ' ἐστι [γὰρ τριμερῆ] τῆς ἠθικῆς εἴδη, πρῶτον μὲν θεάσασθαι τὴν ἀξίαν τοῦ πράγματος, ὅπερ αἱρεῖσθαι μέλλομεν· (οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γενέσθαι τὴν ὁρμὴν εὔλογον, εἰ μὴ μετὰ τὴν θεωρίαν· ἡ θεωρία δ' ἐστὶ περίσκεψις τοῦ πράγματος καὶ οἷον ἐπίκρισις κατὰ τὸν περὶ αὐτοῦ λογισμόν·) δεύτερον δὲ τὸ τὴν ὁρμὴν τῷ περινοηθέντι καλῶς ἐπιβάλλειν, τρίτον τὸ τὴν πρᾶξιν αὐτοῖς ἐπισυνάψαι. Atque ibi hæc diuisio repetitur ex Eudori Alexandrini, Academici, libro, qui quando uixerit, non constat. Iam eam Peterseniua ut adcommodet aliquo modo ad ea, quæ aliunde constant, ita, ut dixi, inuertit, ut, quod apud Senecam et Eudorum secundum st, περὶ ὁρμῆς, primum faciat, atque partem περὶ παθῶν, quæ apud Senecam et Eudorum (p. 50) cum hac de inpetu coniungitur, etiam apud Diogenem ui in initium retrahat, nec uideat, longe aliter de adpetitu ac prima conciliatione disputari initio disciplinæ ad præparandam notionem boni, aliter apud Senecam de moderando inpetu et ad boni notionem iam explicatam conuertendo, ut ei pareat. Miror omnino, non uenisse in mentem, de quo ipsa Senecæ uerba legentem admonent, eiusmodi esse hanc diuisionem, non quæ disciplinam secundum præcipuas notiones, quæ in arte explicentur, dispositam contineat, sed quæ totam perfectionem uitæ moralis ita in tria capita dispertiat, ut omnis fere ars et θεωρία in primo ponatur, altera duo πρᾶξιν et eius instrumenta conprehendant [1]). Itaque apud Eudorum et τὸ περὶ τέλους et τὸ περὶ τῆς ἀξίας quæ Petersenius in tertia parte ponit, apertissume ponuntur in prima (quam ille secundam fecit) p. 48 et 50. Uerum quod tota hæc diuisio coniungit res separatas, notionum in arte expositionem et ipsam uitæ actionem, ne inanis sit tertia pars, in eam transfertur

---

nem tueri; reprehendit autem, quod fere in hoc tertio omnis diligentia consumatur. Adparet, in hoc loco ita τὴν πρᾶξιν τῇ θεωρίᾳ præferri, ut nulla omnino hic sit τῆς ἠθικῆς θεωρίας diuisio ex arte desumpta. Sed ne τῆς πράξεως quidem ea diuisio, quæ apud Senecam ponitur.

1) Itaque hinc efficitur illa cum Ciceronis loco, qui in secundo libro de Off. est, similitudo, ubi uirtus in tris partis diuiditur. Nam prima pars, quæ prudentiam continet, hic, ut in quadripertita definitione, a scientia non potest separari; duæ alteræ omnem actionem continent, partim in suo animo [illegible] partim in aliis moderate utendis.

doctrina de officiis et recte factis (περὶ καθηκόντων καὶ κατορθωμάτων, p. 52) quae etiam apud Senecam significatur (§ 13 *quando quicque et ubi et quemadmodum agi debeat*), eique adiungitur locus προτρεπτικὸς καὶ παραμυθητικός, qui apud Diogenem quoque adpendicis loco adhaerebat, περὶ προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν. Hac igitur diuisione parum subtili Stoicos quoque quosdam usos esse, Senecae credimus; num tamen quisquam, quom scribendo uniuersam disciplinam explicaret, eo ordine uti potuerit, non iniuria dubitari potest; receptum eum et communem fuisse et res ipsa credere uetat et Cicero atque Diogenes et Stobaeus. Ea autem partitio et dispositio, quam hinc Petersenius effecit, in mentem uenire nemini potuit; cui quoniam fundamenta iam sensim subtracta sunt, illud unum dicamus, ne ad similitudinem quidem ullam ueritatis eam ethicae Stoicae dispositionem adcedere, quae τὰ πάθη ante uirtutem ponat et notionem finis, id est, ipsius bonorum absolutionis, a bonis diiungat et in alium locum transferat. Et tamen in hac dispositione per omnem disciplinam persequenda uir doctus (p. 265) hunc tertium Ciceronis librum de finibus ducem nobis esse posse iudicat. Sed adeo incuriose rem agit, ut narret, Ciceronem "finem bonorum ex inpetu rationali constitutum, ut substratum, persequi." Ita subito finis, qui supra in tertiam partem reiciebatur et tertiae categoriae respondebat, nunc subito in primam partem retrahitur et primae categoriae respondet. Deinde narrat, a Cicerone "ad bona et mala respici" (c. 10), c. 11 ad uirtutes et uitia, c. 12—15 ipsum finem conuenientia et felicitate constantem adtingi." Quasi non ibi notio non magis finis quam boni et recti multo ante constituta cum Peripateticorum sententia conferatur et conparando declaretur.[1])

Ciceronem (ad hunc enim ipsum reuertamur) iam dixi similem ordinem secutum esse ei, qui apud Diogenem st. Eum aut ipse adumbrauit scholae formam sequens aut, quod probabilius putabunt, qui hoc genus librorum Ciceronianorum intus norunt, ab eo scriptore Graeco sumpsit, quem sibi ducem elegerat in hoc libro conponendo. Et confirmatur haec sententia eo, quod ipse in Catonis persona rerum ordinem sibi aliunde datum aperte significat § 33 et

1) Summa sententiae Peterseni, quemadmodum necesse erat erroris tollendi et arcendi caussa, reprehensa et conuicta, non puto opus esse de iis dicere. quae paullum inmutata posuit p. 307 sqq.

maxume § 50. Is autem scriptor, si unus fuit, non Chrysippus fuit, ut post Goerenzium (Introduct. p. XXV) Peterseniuß putat (p. 265), quamquam disputatio Catonis ducitur a sententia prorsus eodem modo a Chrysippo apud Diogenem Laërtium exposita, sed aut Diogenes Babylonius aut aliquis Diogene recentior, qui eo multum usus erat. Nam et illa Chrysippi expositio primæ conciliationis et quæ alia in hoc libro ad Chrysippi auctoritatem referri possunt, ut quæ § 27 et 46 et 61 et 73 dicuntur, tum ea, in quibus ipse Cicero Chrysippi nomen ascribit, § 57 et 67, sine dubio a Chrysippo et ad ceteros et ad auditorem eius Diogenem propagata sunt, quem in priore loco Cicero ipse Chrysippo adiungit. Diogenem autem Cicero et in ea re, in qua discrepantia aliqua Stoicorum erat, ita sequitur, ut eum ducem elegisse uideatur (§ 33), et eius de diuitiarum ui sententiam ita incommodo loco (§ 49) interponit, ut uix id facturus fuisse uideatur, nisi eius librum in manibus habuisset et ex eo multa excerpsisset. Tum ea pars disputationis, qua exponitur differentia Peripateticæ et Stoicæ sententiæ (§ 41 sqq.) etsi dogmata habet omnium Stoicorum, tamen formam habere uidetur ab aliquo, qui cum Carneade, ut Diogenes, aut post eum uixerit. Ne illud quidem prætermittendum st, quod ad § 22 adnotatum st, Ciceronem eam formulam summi boni conmemorare, quæ ad Antipatrum, Diogenis discipulum, refertur, sed ab ipso Diogene non abhorret (cfr. ad V, 20). Quod autem § 57 eos, qui post Diogenem fuerunt, Stoicos conmemorat, poterat perfacile, etsi in subtiliore uniuersi huius libri argumento Diogenem aut aliquem Diogenis sectatorem ducem haberet, tamen ex Panætio aut Posidonio, quorum scripta magis triuerat, huiusmodi aliquam sententiam de gloria et fama addere. Sed siue Diogenem siue alium, siue unum siue pluris Cicero in hoc libro conponendo secutus est, uidetur iam ibi, unde materiam sumpsit, res ita tractatas repperisse, quemadmodum apud Stoicos posteriores factum interdum st, ut easdem notiones pluribus modis constituere et confirmare conarentur, partim totius disciplinæ perpetuum quasi tenorem sequentes, partim argumentorum conclusionibus separatim ad quamque sententiam excogitatis pugnantes, unde facile fieri poterat, ut et sæpius quædam dicerentur fere eadem et sententiæ cohærentes nonnihil diuellerentur. Huiusmodi enim aliquid accidisse in ea parte huius libri, ubi bonum et uirtus et finis constituitur, et significauimus (ad

§ 25 et 31) et poterant in eam rem plura notari. Nam et § 26 et 27 noua argumentandi forma nihil aliud ecficitur, nisi quod supra ecfectum erat, et, postquam hic expositum st, honestum solum esse bonum, postea (§ 36) rursus confirmatur, honestum per se expetendum esse [1]). Deinde autem Cicero, quom ex ampliore scripto Græco aut pluribus summa capita sententiarum, quæ ad finem bonorum et rerum differentiam pertinerent, excerperet, duobus locis (§ 35 et 49) aliquid inprudenter retinuisse uidetur, quod illic fortasse cum relicua disputatione coniunctum fuerit, et in suo libro ita posuisse, ut, quo pertineat quidue ad rem faciat, non adpareat. Postremo in media tractatione τῶν ἀδιαφόρων § 55 subito bonorum diuisionem quasi iusto loco ponit: *Sequitur illa diuisio, ut bonorum alia sint &c.*, quam adparet ibi ponendam fuisse, ubi de boni notione et definitione diceretur, ut fit apud Stobæum (p. 100) et Diogenem Laërtium (VII, 96 sq.). Sed aut ipse Cicero hic eam interposuit, quom sero admonitus esset simili, quam § 56 adiungit, τῶν προηγμένων diuisione, aut apud Græcum, quem sequebatur, eam hoc loco conparationis caussa conmemoratam repperit.

VI. OSTENDITUR, PRONOMEN, QUOD EST *QUISQUE*, PRO EO, QUOD EST *QUICUNQUE*, EXTRA UOCEM *CUIUSQUEMODI* NON PONI APUD CICERONEM AUT ALIOS EIUSDEM ÆTATIS SCRIPTORES.

AD LIB. III c. 15, 51.

Circumscripsi ex hac quæstione unam uocem, ne, quom de usu ipsius pronominis *quisque* dicerem, illa mihi obiceretur quæ ex antiquiore sermone seruata st, cum hac tamen lege, ut pro

1) Fieri tamen potest, ut Cicero ei, quem præcipue sequebatur, fonti aliquid aliunde non apte admiscuerit. De definitione boni non recto loco posita nec satis ad relicuam disputationem adhibita culpam a Cicerone in Stoicos transtuli (§ 33), iure, ut opinor.

indefinito ponatur, uelut hic II, 8: *multa cuiusquemodi* et 22 *cuiusquemodi uoluptates*, alibique eodem modo, pro relatiuo numquam; nam quod olim pro Flacco 40 legebatur: *tabula illæ ipsæ, cuiusquemodi sunt*, recte mutatum st et e uestigiis codicis Uaticani erutum: *cuicuimodi sunt*. Deinde dicendum st, me nullam rationem ducturum esse inperitiæ Goerenzi et si qui eodem errore multis locis, ubi *quisque* usitatissume ponitur in distributione et singulorum significatione, pro eo, quod est *quicunque*, poni narrant, uelut hic II, 5 (*quid quicque sit, aperitur*, id est, *unaquæque res seorsum*), idque faciunt etiam ubi additur *suus* (ut III, 67, V, 42 &c.)[1], postremo etiam interrogatiuom id pronomen esse nolunt (ut V, 60). His igitur semotis, quom *quisque* dupliciter pro eo, quod est *quicunque*, positum putari possit, ut aut relatiuom sit aut non sit, prioris illius usus, qui apud Plautum dubius non est, apud Ciceronem præter eum locum, a quo hæc disputatio orta st, et illum paullo priorem (III, 45), quem ex optumis codicibus emendaui (etsi ibi *quæque* a paucis editum erat), unum relinquitur exemplum, de Legg. II, 45: *Ligneum, quodque uoluerit, uno e ligno dedicato*, eiusmodi, quale ne Plautus quidem posuit, qui numquam id relatiuom sic substantiuo adiunxit, neque pro *qualicunque* id dixit. Eo autem manifestius mendum st, quod desideratur subiectum uerbi *dedicato* et quod apud Platonem, cuius uerba Cicero uertit, est: ὅτι τις. Itaque recte scribi iubent: *quod quis*. Quæ Schellerus et alii e libro II de Legg. 20, 21, 22 et e libr. III, 9 proferunt, in iis manifestissumum st, *que* particulam esse copulatiuam, quæ legem legi adnectat, antiquam simplicitatem imitans; nisi forte etiam ubi sic scribitur (II, 22): *Quoque hæc priuatim et publice modo rituque fiant, discunto*, non *et quo modo* intellegere debemus, sed *quocunque modo*. (De orat. I, 119 nunc recte scribitur; nec ibi poni poterat

---

1) Apud Horatium etiam Epist. I, 18, 68 (*Quid de quoque uiro et cui dicas, sæpe uideto*) Schmidius, etsi recte uertit, putat esse *quocunque*, quasi non id Horatius dicat, ad singulorum proprietatem adcommodandam esse cautionem. In indice autem confirmationis caussa ascribit Liu. XXII, 5, 1, ubi st: *uertente se quoque ad dissonos clamores*. Ne Gronouius quidem errorem uitauit, qui ad Liu. I, 24 e Ciceronis lib. II de Legg. c. 8, 20 ascripsit: *quæ* (legitur *quæque*, id est, *et quæ*) *quoique diuo decoræ grataeque sint hostiæ, prouidento*; Drakenborchius autem etiam hæc e Liui lib. III, 18 ponit: *S u æ fortunæ a q u o q u e sumptum supplicium st.*

quicunque, quia definitum genus significatur.) E Ciceronis æqualibus unus obicitur Cornelius Nepos, qui in Pelopidæ c. 2 sic scripsisse putatur: *Hi omnes fere* (exules Thebani) *Athenas se contulerant, non quo otium sequerentur, sed ut, quemque ex proxumo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur.* Quoniam de alio loco, quem præter Athenas expectauerint, cogitari nequit, quom Athenas ipsas exules propter uicinitatem elegisse et inde Thebas profecti esse traduntur, interpretantur: *quamcunque occasionem*; uereor, ut satis Latine; nam ut recte dicitur *locum rei gerendæ dare, habere*, ablatiuo tamen casu addito pronomine id nomen illo modo (*e o l o c o patriam recuperare*) dici posse non uidetur. Itaque unas Athenas significari puto, et sic a Cornelio scriptum esse: *ut, quem ex proxumo locum fors obtulisset, eo &c.*, hoc est, ut in urbe uicina, quam commode fortuna obtulisset, consilia patriæ recuperandæ agitarent. Liuius bis illo pronomine sic usus creditur, primum I, 21: *Foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut, cuiusque populi ciues eo certamine uicissent, is alteri populo — imperitaret.* Manifestum st, ubi certamen duorum populorum certa et perpetua foederis lege dirimatur, nullum locum esse pronomini indefinito; nam qui sic dicit: *ut, cuiuscunque populi &c.*, is aut inter pluris populos aut sæpius ita certatum iri dicit, ut, sine ulla certa possessione, eius, quicunque uicerit, imperium futurum sit neque ulla alius rei ratio habeatur. Itaque prorsus non dubito, quin in eo codice, e quo nostri orti sunt, non recte *cuiusque* pro *cuius* scriptum fuerit. Alter est locus Liui in libro XXV c. 29: *Famæne credi uelis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse, quo quisque terra, quisque mari uenerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropæa, nunc tua de nobis ostendat?* Non, qui aduenniat, ostendere tropæa sibi nondum nota, sed urbem uenienti ea ostendere, Creuerius uidit; itaque uerba admodum dure coniungenda sunt: *ut, quicunque eo uenerit,* (urbs) *ostendat.* Mihi et hæc duritia minume Liuiana et illa insolentia pridem persuasit, ut sic Liuium scripsisse putarem: *quæ, ut quisque terra, quisque mari uenerit, nunc &c.* Uideri alicui possit apud Liuium pronomen *quisque* pro pronomine *quicunque* positum defendi usu aduerbi *quandoque* pro *quandocunque* positi, qui apud Ciceronem nondum reperitur. Sed tollitur ea defensio et maius contrariæ sententiæ pondus adcedit, quod

aduerbi hic usus apud relicuos scriptores et, quorum in tali re certissumum et testimonium, apud poëtas frequentatur, pronominis duo illa exempla sunt. (*Quandoque* pro *aliquando* apud Ciceronem legitur ad Fam. VI, 19. De Orat. III, 212 *quandoque* neque et *quandocunque* neque *et quando*, sed rariore exemplo aduerbium prorsus ea ratione ponitur, qua ipsum pronomen *quisque* in distribuendo, ut *quid quandoque deceat* sit *quid quoque tempore deceat*. Eodem modo Manilius poëta Astron. II, 715: *In quocunque igitur stellæ quandoque locatæ Dodecatemorio fuerint, spectare decebit;* (quo loco quodnam mendum arguat *quocunque* interrogatiue positum, hic non quæro).

Breuius dicam de iis, qui extra relatiuam significationem *quisque* pro eo, quod est *quicunque*, positum putarunt. Nihil enim profertur nisi aut manifesta menda aut aperti errores hominum, quomodo Latine dicatur ipsum *quicunque*, non animaduertentium. Mendose editur apud Cæsarem B. G. VI, 23: *qui* (hospites) *quaque de caussa ad eos uenerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent;* nam illa coniunctio *qui quaque de caussa* distributionem significat singularum caussarum (ut quom dico: dixerunt deinde separatim, qui quaque de re missi erant). Recte codices optumi (Leid. 1, Hann. A apud Elberlingium, Scaligeranus, Ursini) habent: *quacunque de caussa*. Mire lapsus est Waltherus, qui apud Tacitum Ann. XIII, 14 ex editionibus ueteribus et fortasse ipso codice Florentino edidit: *pepigerat, ne cuiusque facti posthac interrogaretur*, idque uolt esse *cuiuscunque*, quasi non, si non sufficeret scribenti *ne cuius*, dicendum fuerit *ne ullius*. Nam *nc quicunque* non magis Latinus quisquam dixit quam: *Nec quicunque hoc intellegere potest*, quom uellet: *Nec quisquam omnino*. Corti errorem, qui in Sallusti Catil. c. 5 pro eo, quod recte scribitur: *supra quam cuiquam credibile st*, edidit barbare *quam cuique* (quasi dicas: *maior est quam quicunque alius* pro eo, quod est: *quam quisquam alius*), non modo refellendum, sed ne notandum quidem putarem, nisi fere in eundem nuper incidisset Stuerenburgius in commentatione secunda editioni librorum de officiis subiecta. Nam quod ultra communem illam eorum doctrinam, qui pronomina, quæ sunt *quisquam* et *ullus* tantum in negatiuis sententiis poni tradunt, progredi noluit nec perspexit, in his uocibus generalem esse adfirmationem, negationi ita contrariam, ut ei suffi-

ciat, unum omnino, quodcunque demum sit, esse, si in quos locos inciderat, qui uolgaria illa artificia prorsus respuebant, quibus sententias ex adfirmatiuis negatiuas faciunt, uelut quom occurrebat dici: *turpe st, ridiculum st, esse quemquam*, partim aliis usus est auxiliis, in iis autem locis, ubi sic concurrere uidebat pronomen *quisquam* et relatiuom (ut quom dicitur: *Mihi potest accidere, quod cuiquam potest*), pronomen *quisque* praue substituit, idque pro eo, quod est *quicunque*, positum esse censuit, ut (p. 198) apud Ciceronem ad Attic. IX, 15 (*quod te moueri arbitror oportere iniuria, quae mihi a quoquam* (quicunque demum is sit) *facta sit*) scribit *a quoque*, et in Corneli Attico c. 19 (*Tanta enim prosperitas Caesarem st consecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit*, id est, omnia omnium commoda) ponit *cuique*. Nihil magis contrarium fingi potest quam haec: *Quod quisquam accipit, ego accipio* (hoc est: nihil tam rarum st, quod non, si quisquam alius, ego quoque accipiam) et: *Quod cuicunque datur, accipio* (hoc est: uilissuma, quae omnibus dantur). Ac Stuerenburgium quidem uel Zumptius (§ 709 extr.) conuincet; sed quoniam is quoque raram hanc formam putat, ascribam testimonia, primum Ciceronis pro Sulla 88, deinde Liu. XXXIII, 8 et XLII, 34, Ouid. Am. II, 5, 47, Senec. ad Marc. 1, 3, epist. 27 (*in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret*), de Benef. V, 1 (*ut tibi dari beneficium putes, quod ulli detur*), epist. 16 (*Quidquid bene dictum st ab ullo, meum st*), tum, ubi aduerbium *usquam* positum st, Liui XXI, 1, V, 42, Tac. Ann. III, 27. (Apud Liuium IV, 6 editur: *extemplo quicunque aliquid seditiose dixerat aut fecerat, quam maxume tribunicii, prensare homines et concursare*; prauom *quam maxume* pro *maxume*; codices *hunc quam*; scripsit Liuius: *quicunque aliquid seditiose dixerat aut fecerat u m q u a m, maxume tribunicii.*) [1])

---

1) Apud Liuium III, 55 (ubi Stuerenburgius scribi uolt: *sed qui eorum cuique nocuerit*, alii aliter, e codicibus fide dignis (Leid. 1, Harl., Florentino) efficitur: *sed quom quis eorum cui nocuerit, id sacrum sanciri.*

VIII. CICERONIS DE LIBRIS ARISTOTELIIS TESTIMONII AUCTORITAS EXQUIRITUR. (SIMUL UESTIGIA DOCTRINÆ ANTIOCHI PRO PERIPATETICA TRADITÆ APUD STOBÆUM DEMONSTRANTUR.)

AD LIB. V, c. 5, 12 sqq.

Quoniam in nota quæstione de duplici Aristotelis librorum genere, quam propter opinionum commenta difficile et breuiter simul et utiliter adtingere, necessario Ciceronis uerba, quæ in libri quinti capite quinto posuit, iactata sunt, faciemus, quod ad interpretis officium pertinet, ut primum, quid in Ciceronis testimonio contineatur, exquiramus, deinde, quantum ei ponderis tribuendum sit, uideamus. [1])

Primum igitur Cicero (nam Pisonis personam non curamus) et Aristotelis et Theophrasti libros illa diuisione conprehendit, quod præter eum unus, quod sciam, aperte facit Galenus [2]), quom ceteri fere tantum Aristotelis scripta sic diuisa narrent. Doctrinæ tamen secretioris et uolgo traditæ fictum discrimen, ex duplici scilicet Aristotelis librorum genere ductæ, ad omnem scholam transferunt scriptores posteriores ætate, Plutarchus (uit. Alex. 7) et Lucianus (Uit. Auct. 26). Deinde Cicero ita in ethicis scriptis

1) Qui ipsam controuersiam usque ad nostram ætatem tractarunt, eorum præcipuos enumerat A. Stahrius in Aristoteliorum uol. II p. 237 et p. 268. Adcesserunt disputationes Ritteri in uol. III Hist. Philos. p. 21 sqq. et Micheleti ad Ethic. Nicomach. I, 5, 6 et I, 13, 9 et quas Krischius in ephemeridibus Goettingens. a. 1834 p. 1894 sqq. et in Ienens. a. 1835 mensis Decembris p. 410 sqq. scripsit. Hegelius tantum nulla fuisse dogmata esoterica et exoterica uere indicat, de librorum quorundam forma, magis populari et diuisione hinc orta non quærit.

2) Fragm. de substant. facult. natur. ed. Bas. I p. 342 (IV p. 758 ed. Kuhn): *διαφωνίαν οὐ χρὴ τοῦτο νομίζειν εἶναι, τἀνδρὸς ἑαυτῷ τἀναντία λέγοντος, ὥσπερ οὐδὲ Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου, τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δὲ ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις.* In loco indicando errauit Buhlius et recentiores. Apud Clementem tamen Alexandr. V Strom. p. 245 Sylb. sine dubio scribendum st: *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους, τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ* (u. *αὐτῶν*), *τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά.* De suis ipsi scriptis id non profitebantur (*συγγράμμασι αὐτῶν*).

hanc diuersitatem commemorat, ut tamen nequaquam, quae Buhli et Stahri opinio fuit, eam huius generis propriam esse aperte significet. Nam quom ceteras philosophiae partis breuissume commemorasset, ab iis (*Atque his de rebus &c.*) ad eam transiens, de qua nunc agendum est, quom eam nominasset (*De summo autem bono*), hic demum eius discriminis librorum, quod discrepantiam sententiarum adferre posse uidebatur, mentionem fecit.[1]) Alteros Cicero popularius scriptos fuisse ait, alteros limatius, id est, ut in adnotatione expositum est, cum subtiliore et astrictiore ueritatis explicatione[2]). Sed hos posteriores non ab ipsis scriptoribus editos, sed in commentariis quasi domi retentos tradit. Itaque iniuria nuper Stahrius (Aristot. II p. 35) negauit, ab ullo uetere scriptore apertis uerbis tradi, quod Strabo significat in notissuma narratione (XIII p. 609), Aristotelem libros suos maioris momenti pleroque (πλὴν ὀλίγων καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν) non ipsum edidisse. Nam quod idem (II p. 243) Niebuhri opinionem quandam sequens (Hist. Rom. I p. 20 ed. 2), in commentariis relictos eos libros dici putat, quos Aristoteles et Theophrastus non statim, quom scripti essent, ediderint sed aliquamdiu retinuerint et subinde emendauerint, primum illius *aliquamdiu* et editionis postea consecutae ne minumum quidem uestigium est in uerbis Ciceronis; deinde perspicuum est, si de huiusmodi quadam Aristotelis et Theophrasti consuetudine Cicero loqueretur, ut antea dixit: *ἐξωτερικόν appellabant*, sic hic dicendum fuisse (*aliquamdiu*) *relinquebant*, nunc perfecto tempore significari, quousque omnino progressa sit horum librorum ab auctoribus suis cum aliis communicatio. Quamuis igitur incredibile sit, nihil ipsum Aristotelem ex iis, quae limatius disputasset, ad iustam libri formam absolutum edidisse, multisque modis refellatur, de sententia tamen Ciceronis

1) Plutarchus in uita Alexandri c. 7 τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν λόγον contrarium facit ταῖς ἀποῤῥήτοις καὶ βαθυτέραις διδασκαλίαις. Contra adu. Colot. c. 14 p. 1115 B τὰ ἠθικὰ ὑπομνήματα καὶ τὰ φυσικά seiungit a dialogis ἐξωτερικοῖς.

2) Nomen in posteriore genere definitioni non addit, etsi non minor hic eius ponendi caussa fuisse uidetur. Ἀκροαματικοὶ λόγοι appellantur in epistulis illis subditiciis, quas iam Andronicus Rhodius libro inseruerat (Gell. XX, 5). Ἐσωτερικὰ συγγράμματα primus appellat Clemens Alex., sed Peripateticum et ἐξωτερικόν et ἐσωτερικόν iam Lucianus.

constat, quantum quidem uerbis expressa st; nam quomodo hos libros, quos in commentariis a scriptoribus relictos dicit, postea euolgatos putarit, non dicit, si modo de eo omnino cogitauit. Ἐξωτερικούς libros Cicero nominat etiam ad Attic. IV, 16, nec dubitat ita ab ipso Aristotele appellatos scribere, iisque prooemia præposita fuisse dicit. Recteque Stahrius (Aristot. II p. 247), iis, quæ hoc loco Cicero de libris de re publica scribit, conparatis cum iis, quæ alibi (ad Famil. I, 9, 23, ad Att. XIII, 19) dicit, dialogos librorum de oratore et de finibus ad Aristotelium exemplum conformatos esse, ecficit, Ciceronem primo illo loco τῶν ἐξωτερικῶν nomine maxume dialogos Aristotelis, qui interciderunt, significasse. Et dialogos aut solos aut cum aliis in τοῖς ἐξωτερικοῖς ponunt etiam ceteri.[1])

Quoniam igitur, quid Cicero dixerit, constat, quærendum st, ipsene Cicero in lectione et tractatione eorum maxume Aristotelis librorum, quos limatius scriptos dicit, et omnino in antiquæ philosophiæ Peripateticæ subtiliore cognitione ita uersatus uideatur, ut propriam aliquam auctoritatem adferat. Sed tamen illud antea animaduertendum st, tota illa in libro V de Finibus diuisionis scriptorum Aristotelis conmemoratio quam non apte et quam inutiliter a Cicerone interponatur. Nam quom in toto libro non ex ueris fontibus haustam ipsius Aristotelis rationem traditurus sit (in Pisonis persona), sed eam, quam Antiochus ex uariis disciplinis conflatam tamquam Peripateticam et Academicam et scriptis et ore, ipso etiam Cicerone audiente, tradiderat, ex eius unius libris expositurus (§ 14, 16, 75, 81; cfr. quæ de Uarrone eadem ab Antiocho repetente dicta sunt ad § 34 et exc. IV extr.), tamen, quod hanc doctrinam pro Aristotelis atque etiam pro Polemonis aut habebat aut saltem accipere cogebatur, quom orbem præcipuarum disciplinarum sententiarumque his libris explere uellet nec haberet, unde ipsam ueterum doctrinam in certam formam redactam sumere posset, initium sermonis et libri eiusmodi quadam Peripa-

---

1) Solos Ammonius Hermiæ f. ad Aristot. Categ. fol. 2 B et Philoponus ad Aristot. de anima lib. I, 138 E., dialogos et historica Simplicius ad Auscultat. Physic. fol. 2 B. Plutarchus quoque (l. supra c.) ἐξωτερικοὺς διαλόγους nominat. Gellius (XX, 5) rhetorica et politica in hoc genere ponit.

teticorum, maxume Aristotelis et Theophrasti, laudatione exornauit, qualem quiuis sine ulla eius philosophiæ adcurata cognitione scribere posset, qui aliquid de his uiris ex communi litterarum Græcarum notitia accepisset eorumque librorum, qui ad naturæ cognitionem et rerum publicarum administrationem et historiam pertinentes etiam extra scholam celebrabantur, nomina teneret. His adiungit, quom ad ethicam uenit, illa de libris exotericis et limatius scriptis, nec ullius ex his nomen significat. Deinde autem (de quo dicam paullo post) unum omnium ethicorum limatissumum opus ab Aristotele omnino seiungit, quo detracto nullum omnino ethicum Aristotelis librum habet, quem in limato ille genere relinquat; nam si Nicomachea Aristotelis non sunt, multo minus erunt Eudemia et Magna, quæ inde pendent. Atque hoc unum opus, quod tenendum putat, quom ab Aristotele seiungit, ab illa etiam diuisione eius et Theophrasti scriptorum seiungit; adeo nullus eius diuisionis hic est usus. Peruerse autem, si modo Ciceroni usu noti fuerunt et tractati Aristotelis libri ethici, hic, ubi Antiochi formam doctrinæ pro Aristotelia propositurus est, illorum librorum mentionem facit et genera distinguit, in quibus omnia aliter explicantur. Itaque pannus hic ornatus aduenticii adsutus est, ut, quom rem omnem ab Antiocho haberet, de Aristotele tamen aliquid diceret. Eoque fit probabilius, Ciceronem hoc totum ex communi suæ ætatis fama sumpsisse nec eam fortasse diligenter interpretatum esse. (Nam in altera narratione, quæ epistulis illis Alexandri et Aristotelis, quæ feruntur, continetur et apud Andronicum Rhodium erat, Aristoteles aliquamdiu scripta ἀκροαματικὰ domi continuisse tradebatur, postea tamen ipse edidisse. Nam ad discrimen editorum et non editorum fama diuisionem referebat, sed simul meminerant, ἀκροαματικὰ in manibus hominum et esse et fuisse nec, nisi homines utrumque genus habuissent, diuisione usuros fuisse.) In ipsis quidem Aristotelis scriptis, etiamsi ea studiosissume omnia legisset, nihil de hac diuisione repperisset præter ualde dubiam illam, quam nos quoque habemus, τῶν ἐξωτερικῶν λόγων appellationem. Nam ut maxume concedamus, Aristotelem sic scripta sua diuisisse, tamen neque in exotericis narrauit, quid reconditum seruaret, neque in iis, quæ sibi et suis reseruasse creditur, ascripsit, hæc non esse edita et euolgata. Uerum, ut ad id ueniam, quod supra proposui, non dubito profiteri, Ciceronem

mihi uideri dialogos Aristotelis populariter scriptos et rhetorica, quibus hic Topica adnumero, tum πολιτείας legisse, difficiliora autem, quibus omnis interior philosophia continebatur, aut omnino non adtigisse aut, si aliquando adtigerit, non longe progressum esse, ut ipse de subtilioribus Aristotelis sententiis aliquid habere posset explorati. Cuius iudici inuidiam leniet, si modo leniri poterit, P. Uictori, hominis neque audacis et profecto Ciceroni fauentis et qui eum norat, sententia, qui ad Aristotelis Eth. Nicom. VII, 3 "Ciceronem in lectione librorum Aristotelis ethicorum non ualde uersatum esse" pronuntiat. Cogebat enim uis ueritatis, quem utrumque conferret. At si ethica Aristotelis Cicero non legit, qui ethicam philosophiæ partem præcipuam semper iudicabat, multo minus metaphysica aut physica aut de anima deue categoriis libros adtigit. Quod tantum abest, ut mirationem habere debeat, admirari oportebat, si contra esset. Nam Cicero ita adulescens philosophiam adamauerat, itaque postea cum eloquentiæ exercitationibus et publicis negotiis eius studium coniunxit, ut, præcipuarum, quæ tum uigebant, disciplinarum uniuersam formam a doctoribus et iis, qui hæc in certas iam summas redacta non multis ante ætatibus exposuerant, acciperet, obscuriores interioresque philosophiæ partis non admodum persequeretur, sed animum aleret eorum hominum scriptis, qui non nimis remoto tempore aut de moribus grauiter simul et non horride nec difficulter scripsissent, ut Panætius Posidoniusque, aut elegantem eruditionem multiplicemque rerum cognitionem adiungerent, Platonis quoque orationis copia et imaginum maiestate potius delectaretur quam ipsa, quæ sub iis inuoluta esset, subtilitate notionum, omninoque permultum in philosophia eloquentiæ tribueret.[1]) Ita adfectum animum popularia Aristotelis scripta et rhetorica facile adliciebant, celebrata præsertim fama uel in rhetorum scholis; adliciebant similia Theophrasti (itaque 'qui unum Aristotelis ethicum scriptum ita nominauit, ut id ab Aristotele errore abiudicaret, Theophrasti de beata uita librum et sæpe appellat significatue[2]) et ex eo uerba ponit, de Fin. V, 86); laudabat utrumque ob illa scripta

---

1) Cfr. uel in hoc opere lib. IV, 6 et 7 et 10, quæque ibi dixi, et V § 10.
2) Fin. V, 12, 85, Tuscul. V, 24 et 25, Acad. I, 33 et 35 et II, 134. Cfr. ad Attic. II, 3, 3, ubi alium popularem Theophrasti librum sibi mitti uolt.

et famæ adsentiens; sed horrida illa, quæ ad ipsam philosophiam propius adcedenti ostendi uidebantur, dumeta, uerborum et notionum difficultate sæpta, in quæ non multi illo tempore philosophi penetrabant,[1]) orator et senator Romanus intrare neque audebat neque facile poterat.[2]) Itaque, ut iam certiora promam argumenta, nullum Cicero Aristotelis dogma, quod ad ipsam philosophiam pertineret, paullo copiosius exposuit aut ex certo eius libro repetiuit; pauca omnino adtigit, alios sequens non sine grauissumis erroribus, quos supra ad IV, 12 notaui, alterum in quinta natura, alterum in entelechiæ notione. Ac ne singulas res persequamur, quom ethicam maxume adtingat, facillume sibi ab Antiocho persuaderi patitur et alibi et in libro V de Finibus, ea, quæ is tradidisset, ipsa esse Aristotelia, et in eo ita ethica Nicomachea appellat, ut hæc ab Antiocho expressa patet. Et tamen si illud exceperis, et apud Aristotelem et apud Antiochum et uirtutis et corporis atque externorum rationem in bonorum summa duci, tum diuisionem uirtutum uoluntariarum et non uoluntariarum (V, 36) ab Aristotele repetitam esse et tamen uariatam, nullum esse minumum apud Antiochum propriæ Aristotelis formæ uestigium prorsusque alio modo cum multa Stoicorum imitatione a prima naturæ constitutione bonorum notionem et diuisionem duci, tam st manifestum, ut dici nihil de eo oporteat, de quo nemo, qui Ciceronem legisset, aliter iudicarit.[3]) Ac si quis dixerit, non ita conmemorari Nicomachea, ut ex iis tota illa, quæ sequatur,

---

1) *Eum philosophum, qui ab ipsis philosophis præter admodum paucos ignoraretur;* Topic. 3. Circa ipsam Ciceronis ætatem exorta sunt studia libros Aristotelis commentariis enarrandi, Andronico Rhodio et Boëtho principibus. De molestia mendorum scripturæ in libris Aristotelis ualde queritur Strabo (lib. XIV p. 608).

2) Stahrius (Aristot. II p. 245) ex eo, quod Cicero *flumen orationis aureum* Aristoteli tribuit (Acad. II, 119) et orationis suauitatem et ornamenta laudat (ut de Fin. I, 14), studiose eum Aristotelis scripta legisse conficit. Si Cicero tam illa, quæ philosophiæ propria sunt et inuestigationis, lectitasset quam popularia, aliter, opinor, de oratione iudicasset; nisi forte Koppium sequimur (Mus. Rhen. III p. 100 not.), qui Aristotelis orationem suauem ac facilem fluere nos ipsos non sentire uolt, sed nescio cui Græculo imo credere. Flumen aut ornamenta in scriptis subtilioribus Aristoteles nec habet nec curauit habere.

3) Paucissumos illos locos, ubi uerba quædam aut sententiam aliquam Aristotelis expressam Ursinus aliique putarant, ne speciem quidem talis imitationis habere, in adnotatione ostendi, ut 34.

doctrina ducta dicatur, sed tantum id indicetur, in iis constantius quam apud Theophrastum uirtutis uim ad beatam uitam semper efficiendam defendi, hoc quoque falsum esse, idemque, quod Theophrastus docebat, ibi ab Aristotele dici ostendi. Antiochus hic quoque Stoicus erat. Postremo, ne quis dicat, hic Pisonem, qui Antiochum sequatur, induci ita disserentem de Aristotelis sententiis, quemadmodum ipse Antiochus dissereret, Ciceronis aliud fuisse iudicium, ipse Cicero in libro II et IV Antiochum sequens Aristoteli formulas eas tribuit, quibus numquam st usus, de quo expositum st in excursu quarto. Ab horum igitur similitudine non abhorret, quod Cicero, una, opinor, nominis τῶν Νικομαχείων interpretatione deceptus hoc opus filio tribuit, quamquam in hunc errorem non ipse incidisse, sed ab aliis inductus esse uidetur, quoniam eundem a Diogene Laërtio VIII, 88 commissum esse, conparato Aristotelis loco in ipsis Nicom. X, 2 et Stobæi Ecl. Eth. p. 74, dubitari nequit.[1]) Quo magis reiciendum st mirum commentum Stahri, qui (Aristotel. II p. 112) binos a Cicerone libros significari putat, alteros (*teneamus Aristotelem*) ipsius Aristotelis (Nicomacheos), alteros (*et eius filium N.*) Nicomachi, quos nonnulli patris esse putauerint. Omitto, mirum esse, ipsius Aristotelis opus quod sit, non dici, quom Cicero, plura esse, supra posuisset; illud quoque omitto, ualde dubium uideri, scripseritne omnino talis libros Nicomachus, quem Eusebius (Præpar. Euang. XV, 2 p. 793) adulescentem perisse dicit. Testem habemus unum Suidam, minume locupletem, quom præsertim error Diogenis manifestus sit. Sed ut fuerint tales libri Nicomachi, non facile quisquam credet, eos eiusmodi esse potuisse toto genere aut ita nota scriptoris caruisse, ut ad patrem consentiente fama referri possent, ac tantummodo suspicione paucorum ad filium. (Hoc enim significarent uerba: *dicuntur illi quidem* &c.) Postremo si Cicero Aristotelis ipsius putasset esse Nicomachea, nihil prorsus erat, cur his adiungeret obscurum et a nullo (præter Suidam) nominatum adulescentis librum. Significauit igitur Cicero unum notissumum opus, sed in eo errantis alios secutus est. (Quotiens et a quibus hic error notatus sit, enumerare nihil adtinet.)

---

1) Eundem errorem in rhetoricis Θεοδεκτείοις Aristotelis accidisse, certum mihi quidem uidetur. Uid. Spaldingius ad Quinctilian. II, 15, 10.

Sed uideo mihi contra Stahrium paullo plura esse dicenda propter id iudicium, quod de Cicerone in omni hac re feci. Nam is in eo libro, quem aliquotiens nominaui (II p. 134 sqq.), longa oratione persecutus est, quam adcurata cognitio Aristotelis philosophiæ et librorum in Cicerone fuerit, eademque repetiit in altero libro (Aristoteles bey den Römern, Lips. 1834, p. 32 sqq.). Uerum parum caute rem tractauit, prope ut numeraret tantum, quotiens quantaque cum laude Cicero Aristotelem nominasset. Ac primum oblitus est, communem quandam notitiam rerum ad Aristotelis uitam, studia, scripta aliqua ex parte pertinentium in eo, qui posteriorum philosophorum, oratorum, historicorum Græcorum libros legisset, et esse potuisse et necessario esse debuisse, etiamsi ipsa Aristotelis opera omnino non adtigisset. Itaque quod Cicero Aristotelem Theophrastumque Platoni adiunctos cum principibus tragoediæ Græcæ comparat, quod eos philosophiam cum eloquentiæ disciplina coniunxisse narrat, quod Theophrastum eadem, quæ ante Aristoteles tractasset, persecutum esse scribit, quod simultatem Aristotelis et Isocratis commemorat, ex his similibusque (Stahr. p. 144 sqq.), ne illud quidem consequeretur, nisi alia essent certiora indicia, Ciceronem rhetorica Aristotelis scripta legisse. Multo minus ex eo, quod temerariam Antiochi, magistri sui, omnia exæquantis sententiam sæpe et lubenter probans, nihil inter Aristotelem et Xenocratem atque Polemonem interesse scribit (p. 146), conficitur, eum multum operæ Aristotelis philosophiæ inpendisse. Deinde Stahrius neque id adtendit, multa Aristotelis de multis rebus iudicia, quæ cum uniuersa philosophia non cohærerent, sic per aliorum libros sparsa fuisse, ut ea Cicero et ponere et ad Aristotelem auctorem referre posset, etiamsi ipse ea ex eius libris non sumeret, uelut illud, quod I de N. D. 107 legitur de Orpheo poëta (ac tamen teneri uelim, me non adfirmare, in hoc ipso exemplo ita factum esse), neque tenet, qui Ciceronis mos in huiusmodi rebus et ueterum auctoritatibus commemorandis fuerit. Nam quom Cicero fere in singulis libris librorumque partibus unum aliquem ducem sequeretur, ea, quæ apud hunc de ueterum libris sententiisque reppererat, sæpissume fidus interpres suis suarumue personarum uerbis ponit. Notaui hoc in uno exemplo ad IV, 14 (de Polemone). Sed nihil inlustrius esse potest, quam quod ex Herculanensibus uoluminibus erutum testimonium

ante hos aliquot annos in Germania euolgauit Ch. Petersenius (in indice scholarum gymn. Hamburg. 1833), cui magna gratia habenda et et rei intellectæ et ad plurium notitiam commendatæ. Constat enim, omnem eum sermonem, qui in libro I N. D. Uelleio tribuitur, ex uno Phædri Epicurei, Ciceronis æqualis, libro ita esse decerptum, ut ex eo etiam, ut hoc utar, transcriberentur, quæ § 41 de Chrysippi libris περὶ φύσεως θεῶν et de Diogenis Babylonii libro περὶ Ἀθήνης leguntur. Atqui ex hoc ipso loco Stahrius (p. 161) efficit, Ciceroni notos fuisse Aristotelis libros de philosophia, tum ei ad manum fuisse Speusippi, Xenocratis, Heraclidis Pontici, Theophrasti, Stratonis libros, quos, si Heraclidis libros popularis et multiplici doctrina refertos et Theophrastum exceperis, Cicero, mihi crede, numquam adtigerat.[1] Et tamen Stahrius p. 159, ubi de II N. D. 42 disputat, ipse in uerum suspicande incidit, illam Aristotelis mentionem e Cleanthis libro sumptam esse. Uerum id ad multos alios locos pertinet. Sed hic Stahri error excusationem habet; illud qui excusem, uix reperio, quod ex hocipso libro V de Finibus, in quo Cicero apertissume profitetur, se non Aristotelem, sed Antiochum sequi, tam manifestum esse putat, quam diligenter et studiose Cicero ethicos Aristotelis libros lectitarit, ut disputatione res omnino non egeat (p. 155). Quom, si omnes huius libri sententiæ totiusque disputationis forma Aristotelem exprimerent, tamen id Antiocho, non Ciceroni Aristotelem pertractatum esse testaturum fuerit, quid dicemus, quom Ciceronis doctrina longe ab Aristotelia abhorreat? Consentaneum et huic indicio, quod ex iis, quæ Cicero (V, 73) transtulit ab Antiocho, gloriante, ex ea Aristotelis doctrina, quam ipse reuocasset, ceteros philosophos particulas decerpsisse, Stahrius (p. 156) Herilli scripta a Cicerone lecta et cum Aristotelis conparata esse putat. Atque hoc de ethicis libris testimonium st; nam de Lælio quod additur, non refutabo; quod enim et Aristoteles et Cicero, ueram amicitiam tantum inter bonos esse posse, dicunt et si qua st alia huius generis sententiarum communio, ideo Aristotelis Nicomacheorum libros octauom et nonum a Cicerone lectos esse putare, nimis est creduli, quom præsertim Theophrasti et ipsius Aristote-

---

1) Simul Ciceroni falsa species detrahitur, quam ipse non adsumebat, simul liberatur aliquo modo crimine sententiarum foede corruptarum et deprauatarum.

lis popularia scripta Cicero legisset.[1] De metaphysicis ipse Stahrius dubitare uidetur (p. 160) neque quicquam apud Ciceronem reperit, quod eo referat, præter conmemoratam leuissume (Acad. I, 33) Aristotelis oppugnationem idearum Platonicarum, de qua Cicero, etiamsi nullam Aristotelis litteram uidisset, inaudisse aliquid debebat, et mentionem illam quintæ naturæ, de qua ante dixi. Nec de Physicis adfirmat (p. 158). Eos libros, quibus Aristoteles historiam naturalem conprehendit, a Cicerone lectos esse, non sane necessario ex eo sequitur, quod historiæ animalium argumentum uniuerse indicat de Fin. IV, 12 et V, 10, aut quod semel atque iterum exemplo eiusmodi utitur, quod illic positum sit, ascripto etiam Aristotelis nomine. Nam hæc quoque, ut illud de pinnotere (uid. ad III, 63), ex aliorum scriptis habere poterat. Neque tamen negauerim, illud opus a Cicerone lectum, qui et multiplicis scientiæ studiosum eum fuisse et admirandorum librum scripsisse sciam. Illud extremum addam, si id tantum Stahrius posuisset, ex Ciceronis scriptis satis adparere, pleraque Aristotelis scripta, contra atque Strabo significare uidetur, non solum Ciceronis tempore, sed, quod magis contra Strabonem sit, ante Ciceronem uolgo nota fuisse, me nihil contra fuisse dicturum. Rursus non tantum, quantum putatur, ad Strabonis narrationem refutandam momenti Ciceronis silentium habet. Nam ne Antiochus quidem, qui suam sibi disciplinam Peripateticam et Academicam conposuerat, magno opere curaturus erat, si quod nouom prodiret opus ad Aristotelis genúinam philosophiam cognoscendam utilissumum, nedum id Cicero ad se multum pertinere putarit.

De Ciceronis testimoniis et auctoritate quærendum mihi fuit; ne tamen eorum, quæ dixi, nonnulla aut obscura sint aut secus, ac uolui, accipiantur, quam potero breuissume, sine ulla longiore confirmatione dicam, quid mihi de tota diuisione librorum ἀκροαματικῶν et ἐξωτερικῶν uideatur.

---

1) Ascribit tamen Stahrius p. 156 in nota locos quosdam alios, quibus Cicero Aristotelis ethica tetigerit. Scilicet ita, ut aut Antiochia formula utatur, aut Carneadis diuisionem sententiarum conmemoret aut res peruagatissumas, quas ipse fortasse Antiochus transtulerat, uelut de utilitate τῶν παθῶν, modo mediocria sint.

Et ex studiis et ex scriptis Aristotelis alia magis ad summas quæstiones philosophiæ subtilissume persequendas pertinebant, alia, quæ in uitæ humanæ actione rebusque publicis et priuatis contemplandis uersabantur, iam ab illa subtilitate nonnihil declinabant (cfr. Eth. ad Nicom. 1, 8 et II, 2), magisque iam, quæ ad historiam et rerum a natura creatarum descriptionem pertinebant; adcedebant rhetorica, tum ut uidetur, in dialogis rerum ad uitæ actionem pertinentium popularius scriptæ expositiones. Horum, quom ederentur, alia facilius et ad pluris euagata esse, alia initio non fere nisi ad eos, qui philosophum ipsum simul audirent audissentue, facile intellegitur. Aristoteles neque generatim libros suos descripsit neque quosdam occultos habuit, nisi quod nonnulli non celeriter confecti sunt. Qui apud ipsum ἐξωτερικοὶ λόγοι conmemorantur, ii non libri sunt, sed communes hominum non rudium extra scholam sermones notionesque, et τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις contrarii ponuntur (Eth. Nicom. 1, 8); eorum mentionem Aristoteles facit aut testificandi caussa (καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις Eth. Eud. I, 1; καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις Polit. III, 4) aut ut eos in præsens sufficere et tenendos esse dicat, quom subtilius rem exquirere non uacet (Eth. ad Nicom. XIII, 1).[1]) Sed tamen ex huius appellationis falsa interpretatione apud posteriores, quom scripta quædam significari ipsius Aristotelis putarentur, facile autem adpareret, sic nominari τοὺς ἐξ. λόγους, ut in iis nulla subtilior rerum pertractatio poneretur, diuisio tota orta st. Et adiuuit errorem magna scriptorum Aristotelis diuersitas, tum dif-

1) Hanc Zelli et Micheleti interpretationem, in quam olim Zeidlerus inciderat, non nescio a Krischio confictam appellari; nec tamen dubito, quin ea sola et rectissume e uerbis ecficiatur. Krischii sententiam, qui ipsius Aristotelis disputationes minus ad philosophiæ subtilitatem limatas, siue scriptas siue non scriptas, intellegit, prorsus euertit et is modus, quo Aristoteles hos λόγους ἐξωτερικοὺς testificatur, et usus loquendi. Neque enim ἐξωτερικόν per se st τὸ οὐκ ἐξηκριβωμένον, sed quod cum iis, quæ extra sunt, coniunctum st. Mira et multiplex est Stahri interpretatio, qui a Weissio (uel potius Riccobono) quædam mutuatus primum ἐξωτ. λόγους tantum alia scripta atque id, quod nunc legatur, significari putat (quod uerbi uis omnino uetat), deinde scripta ad certam quandam materiam proprie non pertinentia, postremo (ad uolgarem sententiam relabens) scripta popularia et ad ipsum disciplinæ conplexum non pertinentia.

ficiliorum et qui summam philosophiam continerent, raritas sine ipso tantum eorum genere effecta sine etiam casibus quibusdam aucta; neque enim certum est, nihil omnino ueritatis Strabonis narrationi subesse. Ita et ἐξωτερικά scripta ab aliis Aristotelem ipsum discreuisse putabant, et, quom caussam diuisionis et nominis quærerent, hæc sola initio hominum lectioni permissa fingebant, sequentes etiam ea, quæ de Pythagoræ disciplina arcana tradebantur. Quinam autem libri ἐξωτερικοί essent, nulla certa nota definitum erat nec definiri poterat; tantum popularius eos scriptos et ad communem hominum captum adcommodatiores quam ceteros esse, statuebatur; itaque nihil mirum est, in hac re uariari apud scriptores. Epistulas illas duas Alexandri et Aristotelis uerissume spuriæ indicatæ sunt.

Quoniam sæpius in hac disputatione Antiochi mentio facienda erat isque in hoc de finibus opere quasi in locum Aristotelis successit, addam hoc extremo loco, in ea sententia, quam ad III, 41 et ad V, 84 significaui, ab eodem Antiocho mihi sumpta uideri, quæ apud Ioannem Stobæum in Ecl. Eth. inde a p. 242 Heerenii pro Peripateticis leguntur, confirmari me non solum summa locorum aliquot cum iis, quæ apud Ciceronem ab Antiocho ducta ponuntur, similitudine, de qua exposui ad V, 34, 36, 37, 46, uerum etiam eo, quod in illis, quæ apud Stobæum leguntur, plura admixta sunt Stoica, uelut quæ p. 250 de ἐκλογῇ et ἀπεκλογῇ dicuntur. Eadem ratio est eorum, quæ p. 250 sqq. posita cum Ciceronis lib. III § 63 et 65 conparaui; manifestissume autem e Stoicorum doctrina ducta sunt, quæ p. 266 traduntur, καὶ τοῖς σοφοῖς εὔλογον ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ ζῆν θεωρεῖσθαι, καὶ τοῖς φαύλοις εὔλογον ἐν τῷ ζῆν μονήν, et reliqua, quæ eodem plane modo iisdemque nominibus a Stoicis exposita uidimus apud Ciceronem III, 60 et 61 ibique ascripsimus, quibus uerbis eadem Stobæus in Stoicorum dogmatum enarratione conprehendat. Postremo Peripateticos Cato apud Ciceronem III, 42 tradit docere beatam uitam συμπληροῦσθαι ex omnibus iis, quæ ipsi bona appellent, confirmaturque, quod dicit, definitione ea, quæ apud Stobæum p. 56 τοῖς ἀπὸ Κριτολάου Περιπατητικοῖς tribuitur, et a Clemente Alex. II Strom. p. 179 Sylb. In altera illa, de qua nunc loquor, apud Stobæum Peripateticæ sententiæ expositione, negatur, finem boni corporis et externis bonis συμπληροῦσθαι. Et negabat Antio-

chus (V, 67 et 68), hic quoque ad Stoicos inclinans. Adparet, opinor, eorum, quæ apud Stobæum traduntur, neque Critolaum auctorem esse posse neque alium quemquam recentiorum Peripateticorum, qui disciplinam a Stoica seiunctam habuerint, sed Antiochum hunc esse. Nam quod Heerenius narrat, "hæc præcipue ex ipsis Aristotelis scriptis, quæ nobis adhuc supersunt, hausta esse", non scripsisset, si ipse Aristotelis ethica tractasset.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 19 (ad *tum* in textu u. 3.) *Tum* pro *tunc*, quod uolgo editum st, præter meos (ELMR) etiam Uictori codex et Daniesius tacite.

P. 20 in uarietate scripturæ ad *timeatur* R pro E positum st. Ibid. in not. u. 3 (post *sequebatur*) addendum erat: (Plut. Brut. 2), et u. 11 pro III, 7 scribendum II, 7.

P. 22 not. u. 2 post II, 41 addendum: hic II, 7, IV, 1 et 80.

P. 23 not. u. 3 ab imo pro III, 2 leg. III, 5.

P. 24 not. u. 4 ab imo pro *quam* l. *qua*.

P. 28 (ad text. u. 1). Et *quid* et *quis* ortum uidetur ex hac scriptura: *qui sit finis*; neque ideo non retinendum pronomen substantiuom (*quid*) in adiectiuis (*extremum, ultumum*). IV, 5 nollem ex Erl. (in quo *s* littera geminata st) receptum: *quis sit enim finis* pro eo, quod ceteri habent, *qui sit*, potiusque IV, 14 ex Erl. et C scribendum erat: *finis hic bonorum et qui* (pro *quis*) — *et quemadmodum diceretur*.

P. 29 (ad text. u. 6.) *Negliguntur* etiam Oxx. EUξ, ed. Uict., id est, deterior familia. Correctum apud Aldum.

P. 33 (ad not. u. 26.) Durius est, ex hoc tamen genere, quod III de leg. agrar. 3 legitur: *numquid est caussæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam uostram diligentiam prudentiamque despexerit?* id est: *despexisse iudicetur*. Addendum, quod ad Fam. XV, 2, 8 legitur: *hac opinione, ut — meus aduentus — liberarit*, id est, *meum aduentum liberasse existumarem*. In extrema nota adhibendus erat Ramshornius p. 394.

P. 36 not. u. 11 pro *denique* l. *deinde*.

P. 37 not. u. 19 leg. *corpore* et u. 5 ab imo *interpunctionem*.

P. 39 not. u. 9 ab imo leg. V, 36 et u. 6 ab imo 184 pro 164.

P. 41 not. u. 14 pro 49 leg. 44.

P. 44 not. u. 7 pro his: *ad Att. IV*, 88, leg. *ad Att. IV*, 8 *B*; ibd. u. 17 leg. *sententia*.

P. 45 not. u. 15 leg. *procedi*.

P. 48 not. u. 17 leg. *iudicium* et u. 21 pro 63 leg. 64.

P. 51 not. u. 6 ab imo leg. 66.

P. 54 not. u. 16 *suscipiat* l. *suscipit*.

P. 57 not. u. 6 ab imo post *sit* addendum hoc erat: et I, 27: *quæ ille diceret*, non: *quæ ille dicit*.

P. 58 not. u. 13 pro οὐδεὶς leg. οὐδενί.

P. 59 not. u. 5 pro *Pal.* leg. *Pal.* 1.

P. 60 (ad text. u. 6 et notam de uerbis *iracundiæ*, *contentiones*.) Dauisius in Par. 1 et 3 esse dicit *iracundæ contentiones*.

P. 61 text. u. 5 tollenda uox *inquit*.

P. 63 not. u. 15 leg. *weisst*.

P. 64 not. u. 15 *uirtute* leg. *uoluptate*.

P. 66 not. u. 21 legendum: *in Orat. autem* 187 *et hic IV*, 8.

P. 74 not. u. 6 ab imo pro *meminisse* leg. *memorare*.

P. 76 (ad not. *de utilitatibus*). Cfr. lib. II, 82.

P. 79 not. 5 ab imo leg. σώματος.

P. 81 (ad text. u. 7 et not.) Etiam in Gud. 2 Goerenzius ait esse *e patre*, et sic Cratandri et Uictori editiones. Sane sæpius Cicero *ex aliquo* aut *de aliquo audire* dixit, rarius *ab aliquo*. In Uatin. 37 meliores codices habent *audire te*, id est, *ex te*; Cat. M. 43 pro *audiui a maioribus* codex regius habet *audiui ea a maioribus*, ambigua scriptura, Erfurtensis *e mai.*, mox tamen omnes *a senibus* et paullo post regius et plerique *audisset a Thessalo Cinea*, deinde autem omnes *ex eo audientes*. Ad Att. II, 24, 3 editio Ascens. 1, Crat., Lbinus *audisse e Curione*, ceteri *a C.* Tusc. III, 30 omnes constanter: *a docto se audisse*. Eodem modo Cicero et *ab aliquo* et *ex al.* et *de al.* *quærere* dicit.

P. 86 (not. u. 7 ab imo.) *Huic* etiam Gud. 2, *hinc* Gud. 1 et Bas.

P. 88 not. u. 4 ab imo leg. *pag.* 12.

P. 89 (ad text. u. 2.) Etiam Marsus *uoluptates*.

P. 91 not. u. 11 (*præter Erl.*) add. *et Spirensem*. ibd. u. 17 pro X, 6 leg. IX, 6, 5.

P. 93 (ad not. *ut sapiens solum.*) Eodem modo III, 63: *immanes quædam bestiæ sibi solum natæ sunt.*

P. 94 in textu u. 2 tollendum erat *et* ante *naturales*, coll. II, 26 et Tuscul. V, 93. Tres Gui orant Erl., Sp., Gud. 2.

P. 99 not. u. 14 leg. *Dauisianorum.*

P. 100 not. u. 7 post *deinde* addendum: Lbinus in margine editionis repetitæ "e u. c."

P. 103 (ad text. u. 1.) Etiam cod. Uict. *potest fieri*, ut recipiendum fuerit.

P. 106 not. u. 11 pro 69 leg. 59.

P. 111 not. u. 11 pro *maiorem* l. *minorem.*

P. 112 (ad uar. script. u. 2.) Nonius omittit *etiam*. Ibid. not. u. 6 ab imo addendum erat e III Off. 118 *potiri castrorum.*

P. 116 uar. script. u. 3 leg. *bon. qu. esse* LPCMROr.

P. 117 not. u. 5 leg. διαλογισμοῖς et 4 ab imo leg. *Cfr. II*, 95 *et V*, 93.

P. 119 (ad text. u. 2 *uim.*) *Uiam* etiam Eξχψ et post *disserendum*, ut Erl., Spir. Adparet codicis archetypi mendum; nam ars uiam monstrat; *in arte esse uiam ad melius uiuendum*, nemo Latine dixit. Uocem monosyllabam Cicero non tam uiolenter ab adiectiuo distractam in finem reiecit.

P. 128 not. u. 7 ab imo leg. *uoluntates.*

P. 132 (ad text. u. 9.) De uerbo *confirmat*, etsi omittitur in Erl. et Sp., non est dubitandum; plus est enim quam *facit*, significatque momenti alicuius adcessionem. Terent. Hec. IV, 2, 5: *ei rei firmasti fidem.* Ibid. not. u. 7 leg. *naturæ* et u. 3 ab imo pro *hanc uocem* l. *demonstratiuom.*

P. 133 not. 6 ab imo pro 141 l. 44.

P. 138 not. u. 6 pro I, 27 l. I, 25.

P. 141 (ad text. u. 3.) Iure Wesenbergius uideri iubet, ne uerum sit *reprehendas*, quod cum Erl. fortasse ceteri boni habuerunt, idque dictum sit de iis, quæ celeriter currant et pæne ecfugiant, retrahendis, cuius significationis exempla et a Plauto ac Terentio et a recentioribus sumpta lexica habent. (Add. Senecæ epist. 95, 46: *quæ reprehendunt animos ac detinent*, et Ouid. Heroid. ep. XI, 53: *elapsaque uerba reprendo.*)

Cicero sic dixit Acad. II, 139: *reuocat uirtus uel potius reprehendit manu.* Nec aliter intellegendum, quod pro Flacco 22 in laude patroni ponitur: *Bene testem interrogauit; callide adcessit; reprehendit* (libere quasi euolantem). (De Legg. II, 31 *reprehendere* st id, quod dictum sit et adfirmatum, retractare.) Aptissumus est orationis ascensus: *nihil teneas, nihil* (si non statim tenueris, postea) *reprehendas.* Contra *adprehendere* prius est quam *tenere.*

P. 143 in uar. script. u. 3 pro *finere* l. *finire.* Ita tres Goerenzi codd.

P. 145 not. u. 22 leg. *definitur demonstratiuom quam ad relatiuom uenitur.*

P. 146 not. u. 12 ab imo. Locus ex orat. pro Flacco 33 errore ascriptus est, quoniam ibi non sequitur *ut.*

P. 147 not. extr. De uerbo *sentio* de decretis ita posito, ut *censendi* significationem habeat, addendi hi loci: de R. P. I, 45: *probandum esse sentio,* ubi Moserus et Orellius de Heinrichi coniectura *censeo* posuerunt; de Legg. II, 32: *Hac tu de re, quæro, quid sentias. M. Egone? diuinationem — esse sentio* (sic enim pro *censeo* recte copiæ Uict. B et duo alii Moseri codices); ad Fam. I, 7, 5.

P. 151 not. u. 8 ab imo pro *Eξ* l. *Eχ.*

P. 153 not. u. 18 pro § 15 l. § 16. Ibid. ad proxumam notam addit Wesenbergius, etiam ad Att. V, 9 extr. in Mediceo esse *rescripsti.*

P. 155 (ad primam notam.) Etiam III de Orat. 47 et 190 legitur *Crassus inquit,* ut pæne iam parum uerecunda uideatur erroris suspicio. Ibid. not. u. 8 ab imo pro *probe* leg. *prope.*

P. 159 not u. 9 ab imo leg. *lætitiam intellegere* (pro *uoluptatem intellegere*).

P. 160 (ad notam primam.) Cum Cluentianæ loco coniungendum, quod ad Att. XIII, 19, 3 scribitur: *Sic enim constitueram, neminem includere in dialogos, &c.* Eodem modo ponitur *ita* (uid. Hand. Tursell. III p. 483, qui huc referre debuit Acad. II, 113); in hac ipsa definitione Tusc. IV, 13: *quam ita definiunt, sine ratione animi elationem.*

P. 163 not. u. 2 l. *quia — memorauit* et u. 18 *dicitur.*

P. 164 not. u. 5 ab imo. De particulis *ut ne* subiectis *cauendi* uerbo cautius scribi debuit. Nam et in Læl. 99 dicitur:

P. 91 not. u. 11 (*præter Erl.*) add. [illegible] (Sic **Wesenbergius** e X, 6 leg. IX, 6, 5. [illegible] *se accidat*, **magis e. est**)

P. 93 (ad not. *ut sapiens solur* [illegible] *quantum ec[illegible]rere et consc-nes quædam bestiæ sibi sol* [illegible] Liuium XXXIV, 17, 8: *Id* [illegible] *cauere posse.* Nam dicitur

P. 94 in textu u. 2 tollend [illegible] do, pæne euanescente nega-26 et Tuscul. V, 93. [illegible] duorum locorum debeo Ottoni.

P. 99 not. u. 14 leg. *Dr* [illegible] nomen.

P. 100 not. u. 7 post *d* [illegible] *hoc* &c.) *Dicere*, quod deteriores co-tionis repetitæ "e [illegible] etiam a Pal. 1, Spir., cod. Victori.

P. 103 (ad text. u. 1 [illegible] *et* 34 *et*; u. 8 pro *p*. 415 l. p. *179* dum fuerit.

P. 106 not. u. 11 [illegible]

P. 111 not. u. [illegible] imo oratio sic distinguatur: ut Oxx. *tres* [illegible] omittunt), Gzi tres, *aut.*

P. 112 (ad us [illegible] l. *Ter. Ad. V*, 8 (6), 34: *pariter animo et cor-* 6 ab im

P. 116 uar [illegible]

P. 117 no [illegible] u. 5.) In Pisonianæ tamen loco cod. Erf. *et alii* *V*, [illegible] *et decerni et te accipere uetabat.*

P. 119 [illegible] u. 5.) Uestigia codicis Pal. 1 eo ducunt, ut [illegible] Cicerone scriptum putemus, qua forma usus est ad [illegible] IX, 20 extr. (*ne comedim*) et Uarro de R. R. III, 2, 18 [illegible] pro *edatis*). Horatium quoque eam posuisse, ne-[illegible]

P [illegible] u. 10 post *posuerit* addendum: quoniam ex ceteris [illegible] Manilius (in *cuique* et *unicuique*) et Martialis (I, 84) [illegible]luerunt. (Omnino mallem in contextu posuissem: *hyr-*[illegible], correctionem admodum dubiam in nota conmemo-[illegible]sem.)

P. 185 not. u. 11 l. Uψχ. Ibd. u. 21 post *ediderunt* addendum *ita distinguentes*: bene quidem uiuere, at beate numquam dire-[illegible], *ut in priore parte audiatur* dixerim, *quasi* bene *sit* iu-cunde.

P. 186 (ad not. *palatus.*) Nominatiuos *palatum* apud Uarronem le-gitur R. R. I, 66, III, 3, 7.

P. 195 not. u. 9 l. *tulerunt*, sed et u. 10 *dicere uoluit.*

P. 197 text. u. 1 l. *quin, si* &c.

P. 199 text. u. 4 *negat* l. *neget.*

P. 200 not. u. 9 ab imo pro *manente uoluptate* l. *mouente uol.*

In textu scribendum erat *simul* .ilipp. III, 2 a codice Uaticano confir- pist. ad Attic. legitur etiam II, 20, 2 pud Bosium et X, 16, 4 apud eosdem odice nostrorum principe sic fuisse ui-

ex illis philosophis.

l. *interpretantur* et u. 20 *συμβαινόντων.*

V, 8 l. V, 21.

t. *quom priuatarum* &c.) *Quom* addiderat iam Th. ıs et aliter Lbinus (*permittunt. Priuatarum litium iudices sumus, nihil possumus* &c.).

ıa textu u. 4 sequenda erat Nobbi uera uersuum dis- ertitio.

219 not. u. 2 ab imo l. Acad. II, 129.

. 220 (ad text. u. 3 et not.) *Uncta* etiam codex Pithoei, (teste Gifanio in Burmanni Syll. Epistul. II p. 307).

P. 221 (ad not. u. 10 ab imo.) Conlatio hæc in nostram bibliothecam uenit e Io. Alb. Fabrici. Is in Bibl. Lat. dicit se ex auctione M. Gudi habere Nonium cum codice Palatino a Philippo Pareo conlatum. Sed in hoc exemplo neque Gudi neque Parei ulla mentio; e codice autem ea omnia enotantur, quæ maxume propria codicis Uictorini profert Mercerius, ut p. 3 (Merc.) u. 16 lacunæ quattuor linearum "in authentico" indicium. Itaque recte me coniecisse de codice plane arbitror; sed modestius scriptum oportuit. Habeo præterea Nonium conlatum diligentissume a. 1615 a L. Langermanno cum codice Vossi.

P. 224 not. extr. Loci ex orat. pro Murena emendationem occupauit Klotzius.

P. 225 text. u. 10 pro *hamana* l. *humana.*

P. 229 in uar. script. post hæc: "quid) *quod* E" addi debuit: non sit) *non est* omnes, Or.

P. 236 (ad not. *Cn. Cæpioni.*) Pal. 1 et codici Scaligeri addendus erat Morelianus.

P. 239 not. u. 9 post *centum sestertia* addendum: uel potius centum milia æris, id est, assium.

P. 243 (ad u. imum textus et ad notam *esse enim* &c.). Ut Pal. 1,

Quid ut ne accidat, magis cauendum st? (Sic Wesenbergius e codicibus, in quibus est: *quod ut ne accidat, magis c. est*) et ad Qu. Fr. I, 1, 38: *caueamus, quantum efficere et consequi possumus, ut ne* &c. et apud Liuium XXXIV, 17, 8: *Id ut ne fiat, uno modo arbitror caueri posse.* Nam dicitur etiam *caueo, ut*, id est, *operam do*, pæne euanescente negatiua significatione. Indicium duorum locorum debeo Ottoni.

P. 168 not. u. 16 del. P. Marsi nomen.

P. 170 (ad not. *Zenonis est hoc* &c.) *Dicere*, quod deteriores codices addunt, aberat etiam a Pal. 1, Spir., cod. Uictori.

P. 173 not. u. 1 leg. *hic et* 34 *et*; u. 8 pro *p.* 415 l. p. 179 *Sylb.*

P. 176 not. u. 9 ab imo oratio sic distinguatur: ut *Oxx.* tres (nam E𝔤 prorsus omittunt), Gzi tres, *aut.*

P. 177 not. u. 20 l. *Ter. Ad. V*, 8 (6), 34: *pariter animo et corpore* &c.

P. 179 (ad not. u. 5.) In Pisonianæ tamen loco cod. Erf. et alii habent: *lex et decerni et te accipere uetabat.*

P. 180 (ad text. u. 5.) Uestigia codicis Pal. 1 eo ducunt, ut *edint* a Cicerone scriptum putemus, qua forma usus est ad Fam. IX, 20 extr. (*ne comedim*) et Uarro de R. R. III, 2, 18 (*editis* pro *edatis*). Horatium quoque eam posuisse, notum st.

P. 181 not. u. 10 post *posuerit* addendum: quoniam ex ceteris primi Manilius (in *cuique* et *unicuique*) et Martialis (I, 81) dissoluerunt. (Omnino mallem in contextu posuissem: *hyrsizon*, correctionem admodum dubiam in nota commemorassem.)

P. 185 not. u. 11 l. Uψχ. Ibd. u. 21 post *ediderunt* addendum *ita distinguentes:* bene quidem uiuere, at beate numquam dixerim, *ut in priore parte audiatur* dixerim, *quasi* bene *sit* iucunde.

P. 186 (ad not. *palatus.*) Nominatiuos *palatum* apud Uarronem legitur R. R. I, 66, III, 3, 7.

P. 195 not. u. 9 l. *tulerunt, sed* et u. 10 *dicere uoluit.*

P. 197 text. u. 1 l. *quin, si* &c.

P. 199 text. u. 4 *negat* l. *neget.*

P. 200 not. u. 9 ab imo pro *manente uoluptate* l. *mouente uol.*

P. 203 (ad text. u. 1 et not.) In textu scribendum erat *simul* [*et*]. *Simul ut* etiam Philipp. III, 2 a codice Uaticano confirmatur. *Simul et* in epist. ad Attic. legitur etiam II, 20, 2 in u. c. Lambini et apud Bosium et X, 16, 4 apud eosdem editores, ut in codice nostrorum principe sic fuisse uideatur.

P. 204 not. u. 14 l. *ex illis philosophis*.

P. 207 not. u. 19 l. *interpretantur* et u. 20 *συμβαινόντων*.

P. 208 u. 1 pro V, 8 l. V, 21.

P. 210 (ad not. *quom priuatarum* &c.) *Quom* addiderat iam Th. Bentleius et aliter Lbinus (*permittunt. Priuatarum litium quom iudices sumus, nihil possumus* &c.).

P. 216 in textu u. 4 sequenda erat Nobbi uera uersuum dispertitio.

P. 219 not. u. 2 ab imo l. Acad. II, 129.

P. 220 (ad text. u. 8 et not.) *Uncta* etiam codex Pithoei, (teste Gifanio in Burmanni Syll. Epistul. II p. 307).

P. 221 (ad not. u. 10 ab imo.) Conlatio hæc in nostram bibliothecam uenit e Io. Alb. Fabrici. Is in Bibl. Lat. dicit se ex auctione M. Gudi habere Nonium cum codice Palatino a Philippo Pareo conlatum. Sed in hoc exemplo neque Gudi neque Parei ulla mentio; e codice autem ea omnia enotantur, quæ maxume propria codicis Uictorini profert Mercerius, ut p. 8 (Merc.) u. 16 lacunæ quattuor linearum "in authentico" indicium. Itaque recte me coniecisse de codice plane arbitror; sed modestius scriptum oportuit. Habeo præterea Nonium conlatum diligentissume a. 1615 a L. Langermanno cum codice Vossi.

P. 224 not. extr. Loci ex orat. pro Murena emendationem occupauit Klotzius.

P. 225 text. u. 10 pro *hamana* l. *humana*.

P. 229 in uar. script. post hæc: "quid) *quod* E" addi debuit: non sit) *non est* omnes, Or.

P. 236 (ad not. *Cn. Cæpioni.*) Pal. 1 et codici Scaligeri addendus erat Morelianus.

P. 239 not. u. 9 post *centum sestertia* addendum: uel potius centum milia æris, id est, assium.

P. 243 (ad u. imum textus et ad notam *esse enim* &c.). Ut Pal. 1,

sic etiam codex I. F. Gronoui et Guelf. Bremi (Gud. 2): *esse enim quam uellet iniquus iustus*, quod ipsum mire Gronouius defendebat Obseruu. III, 10. Codex Uictori: *Est enim quoniam uellet iniquus poterat impune.*

P. 215 (ad notam *aliquem inprudentem.*) Fugit me, Goerenzium scribere, in quattuor suis esse *aliquem.*

Ibid. (ad notam *emolumentum futura.*) E Liuio proferendum etiam erat, quod lib. III, 38 positum alio trahi nequit, si recte scriptum st: *eam (discordiam) inpedimentum delectui fore.*

P. 216 not. u. 13 Etiam Gronoui cod. *impuniter tamen* (sic).

P. 219 not. u. 6. ab imo pro 84 leg. 81. In eadem nota extrema conmemorandus erat modus uariatus interdum post *quom* temporale repetitum.

P. 254 (ad text. u. 6.) Etiam Spir. et Bas. *scenam.*

P. 256 (ad not. *tum ipsum.*) Ne iniuriam Goerenzio fecisse uidear, addo, eum *tum* sic interpretari, ut debebat *tum ipsum*, non pronomen cum particula coniungere.

P. 260 not. u. 8 ab imo pro *Brut.* 119 l. *Brut.* 14, 19, 42, 72, *ad Att. XII*, 23, 2, *Ascon. in Pisonianam p.* 127 *Hot.*

P. 263 not. u. 8 l. *negotium non habemus* (pro *haberemus*). Ibd. (ad not. *summum bonum.*) Longissume distat, quod Matthiæus cum scriptura inprobata conparat e V, 20: *uitationem doloris in rebus expetendis putare* (id est, numerare).

P. 271 not. u. 9 l. (*Quod Gzius* &c. Ibid. u. 18 pro *II de Orat.* 52 l. *II de Orat.* 79.

P. 272 (ad notam *nisi tua caussa.*) Debebam de hac re, quam et superiores, quos Oudendorpius ad Cæsaris B. G. I, 4, 2 appellat, et recentiores grammatici uarie adtigerunt, paullo distinctius dicere, Hic breuissume rem, ut mihi uidetur tractanda, adumbrabo. A genitiuo possessiuo eoque, qui uniuerse duarum rerum coniunctionem cohærentiamque significat, seiungitur is, quem non minus subiectiuom (quo nomine non recte utimur in possessiuo) quam obiectiuom dixerimus (quoniam omnino in grammatica elaborandum st, ut subiecti et obiecti una notio in duas species diducta aliis rationibus tota contraria ponatur), quom adiuncta st communi cohærentiæ notioni specialior personæ reiue agentis aut patientis aut omnino magis proprie concepta, eaque eminet. Ut ea significatio retineatur, non possessiue pronominc

adiecto utimur, sed, quom personale pronomen genitiuo careat, genitiuo neutri generis possessiui. Uerum quia hæc specialior significatio in quibusdam coniunctionibus et eminere potest et obscurari, non certo fine ubique possessiui adiectiui et genitiui usus dirimitur, sed et, quom uolgo dicatur *accusator meus*, dici potest (Cic. ad Att. XI, 8): *misit filium accusatorem mei*, ut emineat consili aduersus me agendi meique patientis significatio, et, quom uolgo *imago mea* appelletur, rectissume tamen non solum Uirgilius dixit: *magna mei* (id est, meines Wesens) *sub terris ibit imago*, sed similiter dicetur, ubicunque notionem de nobis ductæ et nostram naturam exprimentis imaginis eminere uolemus. Sed in hac subiecti proprie et per se cogitatione concepti notatione primum poëtæ, deinde posterioris ætatis prosæ orationis scriptores longius progrediuntur quam antiquiores et Cicero, apud quem huiusmodi genitiuom nisi post substantiua uerbalia uix reperias, ut *deprecatorem mei*, *consumptionem sui* (de Uniu. § 6); Cæsar (B. G. IV, 28) dixit: *cum magno sui periculo*; apud Ouidium *grauitas sui* dicitur (id est, die Schwere ihres Wesens, ihre specifische Schwere), multo plura et duriora apud Tacitum (Ann. II, 54 *nostri origine*, IV, 24 *primo sui incessu*, VI, 7 *ad subsidium sui*, XII, 37 *supplicium mei*, XV, 36 *longa sui absentia*, Hist. III, 34 *a primordio sui*), qui pluribus locis sic *sui* addit uoci *parte* (*quinta sui parte* Ann. III, 43, XIV, 6, XV, 43). Alia ex Curtio, Suetonio, Seneca, Iustino omitto. Contra obscurata illa notatione dictum st *desiderio meo* pro *mei* et similia, quæ hic non adtingo. Iam in *caussæ* nomine quom non magno opere significaretur subiectum agens aut patiens, maluerunt Latini dicere *nostra caussa*, et tamen, quia persona nos monens cogitabatur, poterat fieri, ut diceretur *nostri caussa* (aus Rücksicht für unsre Persönlichkeit) et *tui caussa* (um deiner eigenen Person willen). *Nostri caussa* non bonam auctoritatem habet de Diuin. II, 126; hic de Fin. II, 60 Bas. et Gud. 1 *sui caussa*, ut uideas etiam scribarum errorem. (Quo uno loco apud Ciceronem *tui* in simplici ratione possessiua legitur, ad Fam. II, 6, ibi scripsit, ut sæpissume, *maius tuo*. Plauti huiusmodi locus Pseudol. I, 1, 3, ex singulari caussa ortus est.)

P. 276 in uar. scripturæ leg. Et) *Quid* LMC, et deinde: *mihi inquis R.*

P. 286 not. u. 27 pro XII, 15 l. XII, 50.

P. 288 not. u. 22 pro *Gell.* (III, 8) l. *Gell.* (XIII, 7). Addatur Tacitus Annal. XII, 12.

P. 289 (not. u. 4 ab imo post *cupimus.*) Eadem correctio (*ac tamen*) adhibenda his locis, quos Wesenbergius indicauit: pro Sest. 105, in Uatin. 6, ad Attic. XVI, II, 2, de Uniu. c. 9.

P. 290 not. u. 2 addatur: Brut. 15, ad Famil. II, 6, 3. Interpositio tamen uocabuli necessaria non est; uid. Philipp. II, 116, XIII, 18, Offic. II, 58.

P. 294 text. u. 4 tollatur comma post *enim.*

P. 295 (ad not. u. 8 ab imo.) Etiam Cicero in plena sententia dixit *quid ita* pro Rosc. Com. 12 et 54.

P. 296 not. u. 23 l. X *ad Att.* 4, 4 et u. 29 l. *Sen. Ep.* 66.

P. 300 text. u. 9 pro *se* l. *sese*; in not. u. 5 l. *p.* 179 *Sylb.*

P. 303 not. u. 12. Palat. 1 et Eliensi 2 add. mgo Crat., codices Lbini.

P. 306 (ad text.) Acute Wesenbergius ipsum *præcentet* tenendum opinatur, ex quo facillume fieri potuit, quod e Spir. notatur (cod. Uict. *p̄ tēnt et si potest*), aut scribendum *præcantet*, interpretaturque: *quasi carminibus magicis medeatur.* Adhibet primum Uarronis locum apud Nonium p. 494: *Ut faciant pleræque, ut adhibeant præcantrices nec medico ostendant*, deinde Tibulli uersum I, 5, 12: *Carmine quom magico præcinuisset anus,* et Plini locum in Hist. N. XXIX, 21 (*aiunt enim uiperam præcanere*); addit *præcantatrices* nominatas apud Plautum (Mil. Gl. III, 1, 99) et *præcantatores* apud Augustinum et Solinum, tum *præcantationes* alibi et *lapillos præcantatos.* Formam uerbi *præcantet* (a *præcano*), et substantiua tuentur et in alia significatione Lucilius apud Non. p. 102, et est simile *occano*; *præcentet* defenditur, quod dicitur *præcino,* et similitudine *occentandi.* Una dubitatio relinquitur, quod, quoniam in hoc uerbo proprie actio præcantatoris, non ecfectus medendi significatur, minus aptum uidetur *si potest.* Sed facilis significationis transitus est. Adnotandum erat, Tusc. II, 19 et apud Nonium p. 321 in priore uersu legi *e uiperino.*

P. 306 (ad not. *Sic Epicurus.*) Uarro tamen R. R. II, 1, 6 dixit nominatiuo casu *Æeta.* In Uerr. V, 110 legitur *Eubulida,* sed

scribendum et *Eubulidas*, Dorica forma, quemadmodum III, 56 Zumptius edidit e cod. Lagom. 42. Bis legitur *Archenidas*.

P. 308 not. u. 28 deleatur *Cicero*.

P. 309 not. u. 6 *possit* l. *posset*.

P. 310 (ad text. u. 18.) Etiam Spir. *uidebatur*, et potest recipi, ut Cicero narret. Deinde Goerenzius falso scribit, in Erl. et Spir. esse *morientis*.

P. 312 (ad text. u. 12.) *egregio tuo* etiam Spir.

P. 313 not. u. 4 l. *Uξχ et omnes Goerenzi.*

P. 314 (ad notam extr.) Merito inanis uidetur reprehensio Epicuri, qualis hic a Cicerone ponitur. Sed neque is neque, qui eam refutat, Gellius sententiam Graecorum intellexit pleneue tradidit. Nam ex Alexandri Aphrodisiensis adnotatione ad Aristotelis Top. I pag. 9 (p. 253 ed. Berol. scholiorum Arist.), quam post Muretum (Uar. Lect. XII, 16) Iac. Gronouius ad Gellium ascripsit, adparet, hoc illos reprehendisse, quod Epicurus a dissolutione ad dissolutum transiret; neque enim, quia id, quod dissolutum esset, sine sensu esset, ideo etiam ipsam dissolutionem et mortem fieri sine sensu. Itaque idem dicunt, quod ego p. 85 (not. *mors censu careat*) posui.

P. 316 in uar. script. u. 3 l. *nisi cum* LMCROr. et in not. u. 11 pro V, 6 l. IV, 6.

P. 317 not. u. 5 pro c. 12 l. c. 16 et u. 15 *exiguum*.

P. 318 (ad not. u. 15.) Eodem modo haec scripsit Uarro de R. R. III, 9, 8: *In cubilibus, quom parturient, acus substernendum; quom pepererunt, tollere substramen et recens aliud subicere.* (Idem Uarro fortasse II, 7, 14 scripsit plane ad Graecam formam: *dandum hordeum, cottidie adicientem minutatim* (*δοτέον* — *προστιθέντα*), ut Schneiderus edidit; aegre tamen careo Uictori librorum testimonium.)

P. 321 not. u. imo pro *Huic* l. *Huc*.

P. 323 text. u 1 pro *dirideat* l. *derideat*.

P. 324 (not. u. 11.) *Monimenta* Sp., Gud. 2, teste Gzio.

P. 326 (ad text. u. extremum et not.) Ex Erlangensis codicis scriptura potest effici: *qui id probari potest, ut &c.*, ut *id* ad superius referatur, per *ut* explicatio adiungatur, eademque sit huius loci ratio atque lib. III, 48, de quo dixi ad II, 6. In not. u. 8 leg. *in eo persto* (pro *persisto*).

P. 336 (ad text. u. 11.) Praue quidam (Grut., Gzias, Or.) post *significant* interrogandi signum habeat, quasi Cicero putet, in elogiis significari, magnos uiros habitos, qui uoluptatum artifices fuissent (nam eo refertur *id*), non superiori negationi (*neminem uidebis* &c.) aliam adiciat. Ibid. not. u. 14 l. (*tacetur de* ξ), *Mead.*

P. 340 (ad text. u. 7.) Edidi, ut omnes superiores. Sed oratio sic distinguenda st: *inuenire malo paratiores. Familiaris nostros, credo, Syronem dicis et Philodemum.* Torquatus uniuerse loquitur. Cicero suspicatur eum familiaris suos dicere.

P. 345 u. 6 ab imo. *Communia non sunt* l. *Communia sunt, paria non sunt.* Ibid. u. 3 ab imo l. *numerantur.*

P. 350 not. u. 2 l. *tamen ea res.*

P. 351 not. u. 13 l. *Gell. II, 24.*

P. 356 not. u. 20 ab imo l. *IV*, 66. Duas Seruilias facit etiam Drumannus Hist. Rom. IV p. 174. Altera nupserat etiam D. Silano (Plut. Cat. Min. 21).

P. 357 not. u. 15. Debui scribere *pæne septuagenarius* (adiectis ad triginta annos 39).

P. 362 not. u. pænultumo pro 92 l. 90.

P. 364 text. u. 5 l. *Quonam modo? inquam.* Ibid. not. u. 9 l. *propius.*

P. 377 not. u. 8 l. *et consentanea naturæ?*

P. 381 not. u. 17 *συμβάντων* l. *συμβαινόντων.*

P. 384 text. u. 2 *conlineet et tamen* l. *conlineet, et tamen* &c.

P. 387 not. u. 13 l. II, 88. Ibid. u. 15 *ipsa in arte* l. *arte in ipsa.*

P. 390 (ad not. *quod intersit.*) Cfr. quæ ad IV, 54 adnotantur. Ibid. not. u. imo l. *V Tusc.* 53 (pro 33): *ergo omnia profluenter* (pro *perfl.*), &c.

P. 391 (not. u. 12.) Supra quoque I, 8 erat: *uerbis electis.*

P. 393 not. u. 15 *aut gloriosum* l. *et gloriandum.*

P. 396 not. u. imo II, 63 l. I, 63. Conferenda hic sunt, quæ adnotantur ad V, 19 p. 644.

P. 404 (ad not. *e natura absoluto.*) Eodem modo ad Fam. XII, 30, 7 scribitur: *cum ignominia dignis.* (Wesenb.)

P. 407 not. u. 11 ab imo post *&c.* interrogandi nota ponatur.

P. 410 not. u. 7 addatur: Ad Q. Fr. II, 15 (a), 3: *perualse et humaniter.*

P. 413 not. u. 5. "Firmat Spir.," si Gzio credimus; sed is etiam Erl. appellat et in eo fallitur.

P. 421 not. 9 ab imo. Non dubitaui Bas. et Gud. 1 Dauisianis et Oxx. adnumerare, etsi Gzius ita scribit, quasi in iis etiam *magis* absit; sed addit "magnam codicum partem," et mox narrat, ab Oxx. omnibus abesse *ualere et* contra apertissumum testimonium; ita in mera confusione uersatur.

P. 426 not. u. 16 l. (cfr. § 42 et Acad. II, 27 *eorum ratione*).

P. 429 (ad not. u. 6.) De *at tamen* particulis cfr. quæ ad II, 85 addidimus. Sed de sententia et usu recte dixi.

P. 431 (ad text. u. 3.) Ut Leid., etiam Lbinus: *aut bona ualetudo,* omisso *si*, sine caussa.

P. 433 not. u. 12 *ter particulæ quod* l. *bis particulæ quod et pronomini relatiuo (quod idem)*.

P. 437 u. 6 ab imo l. *aliorum tantam esse dignitatem, ut* &c.

P. 439 (ad text. u. 3.) Etiam Uictorius *sunt.*

P. 444 u. 3 ab imo. Add. Brut. 83.

P. 449 not. u. 2 l. ad Herenn. IV, (c. 52) 65.

P. 451 (ad text. u. 4.) Bremius tacite edidit, ut in L scribitur, *dicimus;* probat Wesenbergius. Noti enim generis definitio hæc est, ad quam obliquæ orationis uis non uidetur pertinere; dixitque Cicero paullo ante: *non dubium st, quin in iis, quæ media dicimus,* et § 61: *manere in uita, si sint in maiore parte earum rerum, quas secundum naturam esse dicimus.* Aliter § 58 extr. dicitur: *eius generis, quod — ponatur* (eiusmodi generis, ut).

P. 459 not. u. 7 ab imo l. Legg. I, 61.

P. 465 (ad text. u. 2.) Gzius scribit, pro *quidem* in Erl. esse *qua*, in Spir. *quo*, in Gud. 2 omitti; tum in Erl., Sp., Gud. 1 esse *arbitramur*, in Gud. 2 *arbitrarentur.*

P. 466 not. u. 10 ab imo pro *κινουμένων* l. *κινουμένου.*

P. 469 not. u. 3 ab imo. Debuit adhiberi Stuerenburgi adnotatio ad orat. pro Archia p. 186, qui, conlectis permultis exemplis pronominis pluralis subiecti uerbis *ex eo numero*, sic semper Ciceronem scribere ostendit.

P. 470 text. u. 8 *poteriores* l. *posteriores*. Ibid. *ab iustitia* Orell. posuit e Spir. In Gud. 1 et Bas. erat *ad iustitiam*.

P. 471 not. u. 3 ab imo (*Bas*) l. (*Gud.* 2).

P. 473 not. u. 7 l. II, 43.

P. 489 not. u. 10 pro V, 14 l. V, 18. Ibid. u. 6 ab imo l. § 76 et 77.

P. 491 (ad text. u. 1.) Nollem receptum *quis* pro *qui*; uid., quæ ad p. 28 hic addidi.

P. 495 not. u. 3 ab imo l. *omissæ sunt*.

P. 497 not. u. 3 pro 88 l. 83.

P. 501 (ad notam.) Ne quis dubitet, quænam quinta natura a Cicerone intellegatur, animaduertendum est, in Academicis dici: *quintum genus, e quo essent a s t r a mentesque*.

P. 504 not. u. 8 ab imo post § 14 addendum: Handius Tursell. III p. 521.

P. 510 not. u. 10 ab imo l. § 32.

P. 511 (ad not. *eorum utrumque*.) *Quisque eorum* (non *unusquisque*) de duobus dicitur a Cæsare B. G. VII, 32 et Quinctiliano III, 7, 102.

P. 512 in uar. scr. extrema add. *inesse in his* Or. Ibid. not. u. 2 pro *Spir.* l. *Bas.* (si recte Gzius).

P. 515 (ad text. u. 1.) Non solus Erl., sed "tres potiores" Gzi omittunt *tamquam*. Legendum uidetur: *his initiis et*, *ut ante* (§ 17) *dixi*, *seminibus a natura datis*. Quom *et* ante *ut* excidisset in codice archetypo, additum est in deteriorum principe *tamquam*.

P. 517 (ad not. u. 4.) Cfr. quæ de pronominis adtractione ad II, 9 et IV, 43 dicta sunt.

P. 518 not. u. 3 l. *ponere quam dicere* (inuerso ordine). Ibid. (ad imam paginam de *prius*.) Etiam Cicero hic V, 33: *Prius e se poterit quisque discedere quam adpetitum — amittere*. Addo, ea, quæ hic disputantur, nihil pertinere ad *potius* interdum alteri comparatiuo (siue uerbo comparatiui uim habenti) superadditum, ut in Pison. 15: *emori potius quam seruire præstat*. De imperfecto tempore *dicerent* dixi ad II, 42.

P. 521 (ad text. u. 4.) Etiam Spir., non (nō) pro *modo* (ṁ). Ibid. (ad text. u. 7) Etiam Spir., Mon., Oxx. omnes (id est, codex archetypus) *facienda*; uerum restituit prudens librari recentioris (LC) coniectura.

P. 523 (ad text. u. 9.) Tres Gzi (Erl., Spir., Gud. 2?) *esset* pro *inesset*. Cfr. ad § 17. Ibid. not. u. 7 et 13 l. *de ipsis rebus*.

P. 526 (ad not. u. 4). Nihil erat, cur minus placeret, quod recte fit. Nam narratur simpliciter, quid schola asciuerit (*tenuerunt*); tum describitur forma manens (*uidebatur*); cfr. Acad. I, 22 sqq. (*sensit — reperiebatur — gignebatur* &c.).

P. 527 (ad not. *uel omnia uel pluruma*.) Cfr. ad Att. VII, 9, 4: *Cum bona quidem spe uel uincendi uel in libertate moriendi*.

P. 530 not. u. 14 l. *Off. I*, 97 (pro 79) *et* 141.

P. 531 not. u. 8 ab imo pro *Gud.* 1 leg. *Bas.*

P. 535 not. u. 17 *diuersas* l. *diuersa*.

P. 541 not. u. 18 pro *bestiis quoque* l. *bestiis etiam*.

P. 542 (ad text. u. 6.) Etiam Spir. *aliquod* pro *aliquid, quod*.

P. 547 in textu u. 10 scribendum ex Erl. *hoc diceret* de uno et breui dicto. Ibid. not. u. 2 leg. *ad II*, 43 et u. 11 leg. *ad Herillum* (pro *ad Aristonem*).

P. 548 uar. scr. u. 2 l. *ut ne quæ* Or.

P. 549 (ad not. u. 12.) Gruterus *propter quæ*, Gronouius *quæ propter*.

P. 553 (ad uar. scr.) *caussa cur* Or. sine mendi nota. Ibid. (ad not. u. 4.) In Tusculanis I, 22 cod. regius (Gud. et Krar. testibus) recte. Ibid. not. u. 5 ab imo, ubi de uerborum ordine dixi, præter sententiam initio positam excipere debui subiectum sic inductum, ut in eo ad superiora relato oratio aliquantisper subsistat, deinde interrogationis certam formam ostendat (ut § 46: *ut nemo dubitet, eorum omnia officia quo — quid — quid*), quæ hic in *dixi, cur* eminet.

P. 562 not. u. pænultumo pro *allaciis* l. *fallaciis*.

P. 564 (ad text. u. 4 et not. extr.) Erunt tamen fortasse, qui *quod non possit* positum dicant pro his: *quod non posse* (id est', *nec id posse*), quomodo I, 19 *ex quo ecficeretur* et 30 *quorum nihil oporteret*, ut hic sit alter quasi gradus conclusionis. Uerum ut omittam, eam formam uix ferri posse in argumenti progressione, aperte sic ponitur hoc: *illud uero — beatam uitam*, ut his uerbis non primus gradus conclusionis, sed exitus et caput contineatur, quom præsertim aliter summa conclusionis non indicetur.

sic etiam codex I. F. Gronoui et Guelf. Bremi (Gud. 2): *esse enim quam uellet iniquus iustus*, quod ipsum mire Gronouius defendebat Obseruu. III, 10. Codex Uictori: *Est enim quoniam uellet iniquus poterat impune.*

P. 215 (ad notam *aliquem inprudentem.*) Fugit me, Goerenzium scribere, in quattuor suis esse *aliquem.*

Ibid. (ad notam *emolumentum futura.*) E Liuio proferendum etiam erat, quod lib. III, 38 positum alio trahi nequit, si recte scriptum st: *eam* (*discordiam*) *inpedimentum delectui fore.*

P. 216 not. u. 13 Etiam Gronoui cod. *impunitet tamen* (sic).

P. 219 not. u. 6. ab imo pro 84 leg. 81. In eadem nota extrema conmemorandus erat modus uariatus interdum post *quom* temporale repetitum.

P. 254 (ad text. u. 6.) Etiam Spir. et Bas. *scenam.*

P. 256 (ad not. *tum ipsum.*) Ne iniuriam Goerenzio fecisse uidear, addo, eum *tum* sic interpretari, ut debebat *tum ipsum*, non pronomen cum particula coniungere.

P. 260 not. u. 8 ab imo pro *Brut.* 119 l. *Brut.* 14, 19, 42, 72, *ad Att. XII*, 23, 2, *Ascon. in Pisonianam p.* 127 *Hot.*

P. 263 not. u. 8 l. *negotium non habemus* (pro *haberemus*). Ibd. (ad not. *summum bonum.*) Longissume distat, quod Matthiæus cum scriptura inprobata conparat e V, 20: *uitationem doloris in rebus expetendis putare* (id est, numerare).

P. 271 not. u. 9 l. (*Quod Gzius* &c. Ibid. u. 18 pro *II de Orat.* 52 l. *II de Orat.* 79.

P. 272 (ad notam *nisi tua caussa.*) Debebam de hac re, quam et superiores, quos Oudendorpius ad Cæsaris B. G. I, 4, 2 appellat, et recentiores grammatici uarie adtigerunt, paullo distinctius dicere, Hic breuissume rem, ut mihi uidetur tractanda, adumbrabo. A genitiuo possessiuo eoque, qui uniuerse duarum rerum coniunctionem cohærentiamque significat, seiungitur is, quem non minus subiectiuom (quo nomine non recte utimur in possessiuo) quam obiectiuom dixerimus (quoniam omnino in grammatica elaborandum st, ut subiecti et obiecti una notio in duas species diducta aliis rationibus tota contraria ponatur), quom adiuncta st communi cohærentiæ notioni specialior personæ reiue agentis aut patientis aut omnino magis proprie conceptæ, eaque eminet. Ut ea significatio retineatur, non possessiuo pronomine

... ut *adsolet* add. de Legg. II § 21, Liu. V, ...II, 14, Suet. Uesp. 7. Non distat ab ... 34. (Wesenb.).

... Adhibendus erat Handius Tur-

... l. esse *grata tua est* ... t. *est tua* (ut in

... arum locis simile et ...

... *locuti* &c.) Piso primum ... idetur (usque ad *concluderent*), ... naturalem describendo conplectuntur. ... *usc. V*, 21).

... *de Orat.* 47.

... ult. Bremius uolebat, ut ego: *ne is quidem*. Orelli error.

... uar. scr. u. 2.) Ne erratum hic putetur propter Gzi ... n, testor, ex Erl. enotatum esse: *earum carum est.*

... not. u. 4 et 7 pro *dubitatio* l. *dissensio.*

... 639 not. u. 2 pro *IV*, 59 l. *IV*, 49.

P. 641 in uar. scr. pro *LCROr.* l. *LPCROr.*

P. 655 not. u. imo pro *quidque* l. *quidquid.* (*Quidquid* deteriores codices habent, *quicque* meliores V, 89.)

P. 657 (ad not. u. 15.) *Desideret* (non *sint*) etiam Gud. 1, Bas.

P. 659 not. u. 1 *berrans* l. *aberrans.* Ibid. u. 9 l. (Sall. Iug. 101, 5).

P. 664 not. u. 9 et 13 pro *hæc* l. *quæ.* Sallustius Cat. 10: *ea quasi materies omnium malorum fuere*, sed et alius positus est et duas res (auaritiam et ambitionem) distinguit scriptor.

P. 665 in text. u. 17 ex Erl. et Terenti codicibus scribi debuit: *est usus.*

P. 668 not. u. 14 post *ludi* ponatur nota interrogandi.

P. 670 not. u. 22 l. *Off. III*, 84.

P. 675 not. u. 6 ab imo pro *animam* l. *animum.*

P. 676 not. u. 15 *externis* l. *externa.*

P. 678 not. u. 14 *animis* l. *sensibus.*

P. 680 (ad text. u. 1.) Etiam Spir. *maiorum* pro *in animorum.*

P. 568 in uar. scr. u. 8 leg. *sunt* LPCROr. (*Sint*, quod ex Erl. restitui, Ernestius coniectura praeceperat.)

P. 569 not. u. paenult. Liuius frustra citatur, qui de Hannibale loquatur. Mox *Phoenica* debetur I. Gronouio.

P. 571 (ad not. de coniunctione membrorum.) In Pison. 89: *cum Antibulo, Athamante* [*et*] *Timocle;* litterae *e* et *t* geminatae sunt. Suspicio haeret in Philipp. V, 8, ep. ad Fam. XV, 4, 14 (*quam* [*mores*] *instituta atque uitam imperatorum*), ad Att. V, 11, 5, ubi paene perspicuum st, *nos*, quod aequalitatem tollit (*nostram caussam et condicionem profectionis suae*), ortum esse e sequenti *nostram*.

P. 574 not. u. 6 pro 79 l. 29.

P. 578 not. u. 6 deleatur: *de Or. II*, 118.

P. 581 (ad not. u. 4.) *Platonicum* Cicero dixit N. D. I, 73.

P. 586 (ad text. u. 4.) Etiam Sp. om. *uti.*

P. 587 not. u. 11 *omnes* l. *omnes codices.*

P. 591 not. u. 19-21. Sic scripsi quasi in Erl. esset *possunt* pro *poterit* (ante *augeri*); in uarietate scripturae recte posui. Itaque haec: *Nam in Erl. — poterunt* deleantur. Ibid. not. 3 ab imo l. *contrariarum* pro *contrariorum.*

P. 592 not. u. 6 pro *eodem* l. *eiusdem.*

P. 596 not. u. 4 l. *discrepare.*

P. 597 not. u. 12 l. *eripiet aut diuellet.* Ibid. u. 6 ab imo. Quod Suetonius uit. Caes. 56 Caesarem adulescentem inter alia scripsisse *dicta conlectanea* tradit, eum titulum ipse Suetonius inponere uidetur libro numquam edito, quem non ab adulescente confectum significat Cicero ad Fam. IX, 16, 4. (Wesenb.)

P. 598 (ad text. u. 7.) *Malumus* etiam Uict.

P. 603 not. u. 5 *nullam* l. *nulla.* Ibid. u. 19 addatur, quod V, 36 legitur: *In sensibus est sua cuiusque uirtus.* Ibid. not. ima deleantur haec: *Paullo post — reclamat Erl.* Sic enim scribi debuit: *Sequetur* pro *sequitur* Orellius ex edd. Cratandri (in contextu) et Uictori; adcedit nunc (praeter L) Erlangensis; tum *ut etiam* Goerenzius ex omnibus suis; edebatur *etiam ut*, quod Or. reuocauit.

P. 605 (ad text. u. 9.) Etiam Sp. *sint.*

P. 606 not. u. 8 deleatur Marsi nomen; nam is eo *quoque.*

P. 607 not. u. 17 *eripi* l. *euelli.*

P. 613 not. u. 10. De *ut adsolet* add. de Legg. II § 21, Liu. V, 16, XXIII, 31, XXXVII, 14, Suet. Uesp. 7. Non distat ab *ut solet* apud Suet. Ner. 7, 34. (Wesenb.).

P. 622 (ad not. *in aliqua historia.*) Adhibendus erat Handius Tursell. III p. 306 sqq.

P. 623 (ad text. u. 6). Gzius scribit, in Erl. esse *grata tua est hortatio*, in Gud. 2, Bas., Uindob. *grata hort. est tua* (ut in LP).

P. 626 not. u. 17 l. *lib.* I, 46. His Uerrinarum locis simile st quod apud Iuuenalem VIII, 77 legitur.

P. 627 (ad text. u. 4 et not. *quom — locuti* &c.) Piso primum physica scripta significare uidetur (usque ad *concluderent*), deinde ea, quæ historiam naturalem describendo conplectuntur.

P. 631 u. 9 ab imo l. (*Tusc. V*, 24).

P. 633 not. u. 2 l. *III de Orat.* 47.

P. 635 not. u. pænult. Bremius uolebat, ut ego: *ne is quidem.* Fefellit me Orelli error.

P. 637 (ad uar. scr. u. 2.) Ne erratum hic putetur propter Gzi notam, testor, ex Erl. enotatum esse: *earum carum est.*

P. 638 not. u. 4 et 7 pro *dubitatio* l. *dissensio.*

P. 639 not. u. 2 pro *IV*, 59 l. *IV*, 49.

P. 641 in uar. scr. pro *LCROr.* l. *LPCROr.*

P. 655 not. u. imo pro *quidque* l. *quidquid.* (*Quidquid* deteriores codices habent, *quicque* meliores V, 89.)

P. 657 (ad not. u. 15.) *Desideret* (non *sint*) etiam Gud. 1, Bas.

P. 659 not. u. 1 *berrans* l. *aberrans.* Ibid. u. 9 l. (Sall. Iug. 101, 5).

P. 664 not. u. 9 et 13 pro *hæc* l. *quæ.* Sallustius Cat. 10: *ea quasi materies omnium malorum fuere*, sed et alius positus est et duas res (auaritiam et ambitionem) distinguit scriptor.

P. 665 in text. u. 17 ex Erl. et Terenti codicibus scribi debuit: *est usus.*

P. 668 not. u. 14 post *ludi* ponatur nota interrogandi.

P. 670 not. u. 22 l. *Off. III*, 84.

P. 675 not. u. 6 ab imo pro *animam* l. *animum.*

P. 676 not. u. 15 *externis* l. *externa.*

P. 678 not. u. 14 *animis* l. *sensibus.*

P. 680 (ad text. u. 1.) Etiam Spir. *maiorum* pro *in animorum.*

P. 688 not. u. 4 l. *Tusc. I* (pro II), 102, u. 6 *sic* pro *sit*, u. 9 *alias* pro *alia*. Ceterum fortasse Nonio iniuriam feci; nam is *putrem* uidetur intellexisse, qui facile minueretur (morsch und locker), huic contrarium fecisse *mali odoris*, ipsam σηπεδόνα notans.

P. 685 (ad not. u. 9). Imo Gzius in suis quattuor dicit *esse loqui possint*.

P. 690 not. u. imo l. II, 31 et deinde *quom — factus est*.

P. 691 not. u. 10 l. *Apud Liuium* XXXII *quom — factus &c.* (pro XXX), 20. (Uitiosus hic coniunctiuos perfecti post *quom* in Uarronis libris de R. R. persæpe a Uictorio codicum auxilio sublatus est, quom in primis editionibus hæreret, ut II, 4, 8 et 19, II, 5, 15 et 16, II, 7, 7 et 10; apud Cæsarem expellendus est futuro editori B. G. IV, 33 et VI, 27 (*si conciderint — quom est animaduersum — quom reclinauerint*); recte IV, 19.

P. 693 text. u. 7 *secum* l. *se cum*.

P. 694 (ad not. u. 4 ab imo.) Lucretius tamen *elementa* dicit, singulas litteras significans, I, 198, 824, 912.

P. 701 u. 3 ab imo *Gzius* l. *Gzius e quattuor suis codd.*

P. 702 not. u. 6 pro φύγεσθαι τὸ l. φαίνεσθαι τοῦ.

P. 708 (ad not. u. 2.) Gud. 1, Bas. *incommodatur sic*. Ibid. not. u. 5 ab imo *locis* l. *loco*.

P. 710 not. u. 18 l. στρατεύοντας.

P. 714 in uar. scr. u. 1 l. (*quom hi uero*). Ibid. not. u. 10 post *expectatur* punctum ponendum st. Ibid. u. 22 pro *uoluptatem* l. *uoluntatem*.

P. 725 not. u. 10 pro II, 34 l. I, 34.

P. 726 not. u. 1 *Perfectum* l. *Profectum*.

P. 728 not. u. 5 ab imo l. *Lucretia* (pro *Lucretiæ*) *quæ*.

P. 729 not. u. 6 ab imo pro *I*, 60 l. *I*, 69.

P. 737 not. u. 8. Uerba parenthesis signo notata cursiuis litteris scribenda erant.

P. 738 not. u. 26, 27, 28 l. *flagitio* et *flagitium* pro *facinore* et *facinus*.

P. 744 not. u. 14 legendum .*n*. pro *n*.

P. 746 not. u. 2 *ponuntur* l. *ponantur*.

P. 747 in uar. scr. initio addendum st: *nullam — restant*) Non. p. 378. Ibid. leg. rem) om. omnes; [rem] Or.

P. 750 (ad not. u. 17) post (§ 12) addendum: uel potius erat ex communi schola Peripatetica, non Antiochius.

P. 757 not. u. 3 pro *IV*, 73 l. *IV*, 75.

P. 761 not. u. 7 tollatur comma post *sed*.

P. 770 text. u. 8 sic interpungenda oratio st: *Quo tandem modo? inquit*.

P. 783 not. u. ext. *indicium* l. *iudicium*.

P. 791 not. u. 5 *scripta non essent* l. *scriptum non esset*.

P. 803 u. imo post *ualeat* comma ponatur.

P. 805 u. 10 l. *in I de Diu*.

P. 821 (ante u. extr. textus.) Debui hic commemorare Lucreti uersum lib. I, 1108, qui locus si recte scriptus est, ostendit, poëtam iam Ciceronis ætate ea forma semel usum esse, quæ post demum recepta st. Sed pridem mihi de eo loco alia oborta suspicio st, quam exponam, si quando reuertar ad eam disputationem de Lucreti carmine, quam institui in Opusc. Acad. p. 305 sqq.

P. 828 u. 3 post *quidem* ponatur punctum.

P. 831 u. 4 post πρῶτα ponatur punctum.

P. 837 u. 23 *uirtutis l. uirtutes*.

P. 844 u. 21 deleatur *subito*.

P. 847 u. 22 ὅτι l. ὅ, τι.

P. 854 u imo *enuiam* l. *ueniam*.

P. 862 u. 12 l. *Epistulæ illæ duæ*.

Præfat. XII u. 23 *quæ* l. *qui*.

— XXIX u. 1 *quo* l. *qua*.

I. INDEX LOCORUM E UETERUM SCRIPTIS, DE QUORUM SCRIPTURA AUT SENTENTIA IN COMMENTARIIS DISPUTATUR. [1]

1) Non rettuli in hunc indicem eos locos, in quibus tantum de communi quadam forma ita disceptatum et (ut de *nec — quidem*, de *discidio* et *dissidio*), ut nihil propriae et singularis explanationis aut correctionis adderetur. Hic enim communem sententiam in altero indice notari satis erat.

II. INDEX RERUM ET UERBORUM, DE QUIBUS IN COMMENTARIO ET EXCURSIBUS DISPUTATUR. [1])

(Numeri paginas demonstrant.)

---

1) Neque alia minutissima in hunc indicem relata sunt neque de uocibus permutatis obseruatiunculæ, ad cuiusmodi res caute pro cuiusque generis codicum ratione iudicandas non singula testimonia colligenda sunt sed in ipsis codicibus aut enotatis scripturis perlustrandis capienda exercitatio st.